

3-a-1-6

LIBRARIUS
A
Tabla
3
3

90-50

Del Colegio de San Gregorio en la Plaza de San Juan 1054

ALPHONSI

TOSTATI

HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGO,


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissim., necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissim.

Commentaria in Primam Partem I O S V E:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Por comision de los señores
reyes inquiridos y corregidos
este libro conprimado al
expurgado del año de
1632. en Granada 27.
de Abril 1632.
Al. de mediano

Consilium S. Inquisitionis per
expurgatorium anni 1607 præcipit,
ut omnes notæ et cautiones, quas in-
dex expurgatorius anni 1632 operibus
Abulenſis adhiberi iussit, aboleantur.
Quarato de 19 Aprilis anni
15

VENETIIS, M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Selsam, fratres.

2 400 40 Italia MADE IN SPAIN

Del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada 1054



3-a-1-6

ALPHONSI TOSTATI

HISPANI EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI, Ac Pontificij Juris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi


Commentaria in Primam Partem I O S V E:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.

LIBRERIA DE LA UNIVERSIDAD DE GRANADA
A
Tabla 2
3



Por comision de los señores
reyes inquirido y corregido
este libro conforme al
expurgatorio del año de
1632. en Granada 27.
de Abril 1632.
Al. de medrano

Consilium S. Inquisitionis per
expurgatorium anni 1602 præcipit,
ut omnes notæ et cautiones, quas in-
dex expurgatorius anni 1632 operibus
Abulensibus adhiberi iussit, aboleantur.
Quarato die 19 Aprilis anni
15



VENETIIS, M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sefsam, fratres.

90-50



ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
ABVLENSIS
PRÆFATIO QUÆSTIONIBVS SECTA
In librum Iosue.



Quod ordines seu sectiones librorum Sacrae scripturae sint quatuor. Quest. I.



SCRIPRARVM Scripturarum totus canon in tres librorum ordines scinditur, vel ut comprehensorie magis loquamur, in quatuor paritur sectiones. Nam legales quidam sunt, scilicet quinque libri Moyfi, quos Iudæi communi nomine Thora, idest legem vocant: quia in illis lex tradita tota comprehenditur.

Secundus ordo prophetalis est, qui plures continet libros secundum Iudæos: horum principium à Iosue auspiciatur, qui apud eos Iosue Bennum, idest Iosue filius Nun dicitur. Secundus est liber Iudicum, qui apud eos Sophim appellatur. Huic autem Ruth compingunt librum, quoniam in diebus vnus iudicis eiusdem historia accidisse refertur. Quamquam moderni Iudæi hunc cum Cantica canticorum, & libro Threnorum, atque Esther, & quibusdam paruis collocant: sed conueniens ordo nequaquam est. Tertius est liber Samuelis, quem nos primum, & secundum libros Regum appellamus. Quartus est liber Malachii, idest Regum, quem nos tertium & quartum libros Regum appellamus. Quintus Isaias est. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus liber duodecim minorum prophetarum.

Tertius ordo agiographa continet, idest libros sacrae doctrinae: in quibus primum Iob locant. Secundum vero Dauid ponunt, quæ Psalmorum librum dicunt quinque incisionibus sectum, omnesque psalmos continentem. Tertius est Salomon, qui tres libros habet, s. Parabolas, quas Iudæi Masloth vocant. Secundus est Ecclesiastes, quem Hebræo nomine Coheleth nuncupamus. Tertius est Cantica canticorum, quem Hebræo nomine Sirhasirim vocant. Sextus autem huius ordinis Daniel est. Septimus verba dierum, qui hebraice Dabraiamin corruptè more nostro, proprie autem Diureyamin dicitur: Græco autem atque vsitato nobis vocabulo proferentes Paralipomenon appellamus. Octauus Esdras est, qui in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Librum etiam Ruth & Threnorum quidam inter agiographa computant, sed melius in secundo ordine prophetalium conscribuntur. Hi tres librorum

ordines in canone sacre scripturæ continentur : de quo Hieronymus in prologo, quem Galeatum appellat.

Alij autem sunt, qui ad sacram scripturam pertinent, qui in canone nõ sunt, sed quartum obtinent locum : scilicet Iudith, & Machabæi : liber Sapientiæ, & Iesu Sirach : Tobie : hos apocriphorum loco censent. Quamquam autem horum doctrina ad conuincendum, quæ in disputationem veniunt, minus idonea sit, aut non ita vt cæterorum auctoritas solida sit : Sacra tamen scriptura & si prioribus minorem, eis tamen auctoritatem accommodat.

An liber Iosue sit historicus, vel prophetalis : & qui libri sint prophetales, & historici. Et de Pentateucho Moysi.
Quest. 111.

HORVM autem distributore gratiarum iuxta largifluam bonitatem suam conferente Spiritu sancto primum ordinem, scilicet legalem explicuimus, totum Moysi Pentateuchum transeuntes, quo velut grandi fenore liberati ad Iosue manum mittimus ; cum enim de legalibus actum sit, de prophetalibus agi consequens est. Vel, vt alij referunt, cum de legalibus actum sit, de historicis attingendum est ; & vtrunque quidem conuenienter dicitur, sed non equè. Si enim dicamus præcedentes legales, & hos prophetales esse, obijciat quis libros quinque Moysi prophetales esse, quia eos prophetarum præcipuus scriptauerit. Si autem dixerimus præcedentes legales, & hos historicos esse, obijciatur etiam præcedentes magnam temporum historiam continere. Totus quidem Genesis liber nudam historiam textit. Liber quoque Exodi, & Numerorum pro maiori eorum portione idem faciunt. Cui dicendum neutrum horum totaliter esse distinctiuum. nam vtrique historiam continent, & a prophetis conscripti sunt ; communior tamen antiquorum inualuit auctoritas, vt Pentateuchus legalis, sequentes autem prophetales dicantur ; eo quod Pentateuchus & si historias quasdam tradat, potissima tamen intentio ad legis lationem est. Hi autem totaliter historiam continent, & si in quibusdam eorum admonitiones, & futurorum contingantur prouisiones ; sed quod de præteritis aut futuris enarretur, nihil in hoc differt ; nam eos iub historicis comprehendemus.

An liber Job computetur inter Prophetales : & quid requiritur ad esse librum prophetalem.
Quest. 111.

DE libro Job quibusdam inquirendum videbitur, quod inter prophetales locandus sit. nam libros prophetales dicemus, quod a prophetis conditoribus scriptitentur ; de Job autem auctoritas hebraica tradit, quod Moyses illum scripserit ; vere ergo prophetalis est. Cui respondendum est librum Job inter prophetales non poni, quia non solum exigitur librum a propheta esse conscriptum, vt prophetalis appelletur ; sed etiam vt amplam sortiatur auctoritatem. Librum autem Job etiam si a Moysi iuxta communem traditionem scriptum asseruerimus ; tantæ tamen nec apud Iudæos nec apud Latinos auctoritatis est, vt inter prophetales locari meruerit. Hoc autem Danielis liber monstrat. Ipse quippe a propheta conscriptus est, & quod amplius est a propheta conditus fuit ; inter prophetales tamen nequaquam reperitur ; sed inter agiographa sextum possidet locum ; vt patet in prologo Galeato Beati Hieronymi super libros Regum. Liber etiam Ruth ab eo conscriptus est, a quo & liber Iudicum, cum decisus asseratur ex libro Iudicum ; sed cum liber Iudicum ab omnibus secundum locum in prophetalibus teneat, liber Ruth inter agiographa a quibusdam nomen & locum sumpsit. De libro quoque Threnorum quem Iudæi Cinoth vocant, perspicuum est magis, quod a Hieremia conscriptus sit : sed cum volumen eius inter prophetales computetur, librum Threnorum quidam Iudæorum inter agiographa computant.

An liber Job debeat præponi libro Iosue, cum præcesserit per multa tempora. Et quod ordo præcessionis librorum circa tria attenditur.
Quest. 1111.

DE libro Job adhuc inquirendum videtur, cur ante librum Iosue non ponatur : nam ante eum, per multa tempora facta seculorum priorum narrat. Siue enim dicamus Job fuisse de genere Nachor, vt quorundam tradit assertio, de quo Gen. 22. cap. distulimus : siue sit de progenie Esau de regibus Idumæorum, de quo late Gen. 36. dictum est : semper ante Iosue magna seculorum etate fuisse patet. Item quoniam & his non stantibus : quia à Moysi librum Job scriptum fore communis tradit assertio, patet eum ante Iosue aliquantis fuisse temporibus. nam gesta narrata in libro Iosue post mortem Moysi acciderunt, vt patet ex principio libri huius, scilicet & factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun. Cui respondendum est librum Job non debere præcedere librum Iosue : nam ordo præcessionis librorum in sacra scriptura, aut quantum ad dignitatem & auctoritatem dictorum attenditur : aut quantum ad ordinem temporale rerum narratarum, aut personarum scribentium. Primo enim modo in toto veteri testamento libri Moysi præcedunt. nam & si alij autentici sint, hi tamen solidioris auctoritatis robur habent. Sic quoque in nouo testamento Euangelistarum quatuor libri cæteros præcedunt, quoniam solius Christi dogmata continent. Quantum ad hunc modum liber Job librum Iosue antecedere nequit : nam minoris auctoritatis est : cum enim inter prophetales locum primum liber Iosue teneat, inter eos liber Job locari immeritus agiographorum seriem tenet. Cum ergo omnibus prophetalibus in auctoritate minor sit, post omnes prophetales debuit collocari. Secundo modo libri sacre scripturæ se præcedunt interdum secundum ea quæ in eis gesta narrantur : & hoc modo liber Geneleos cæteros antecedit. In eo quippe rerum creatio non entium, & nascentis orbis, & aequaliter procedentis historia textitur. Hoc modo liber Iudicum præcedit libros Regum : & librum Iudicum liber Iosue antecedit. Qui modus si attendatur, Job cæteros præcedere debuit soli Genesi postpositus. Sacra tamen scriptura magis auctoritatem, quam temporaneorum successuum ordines in quibusdam attendit. Tertius modus procedendi est ex persona scribentis, vt quod illi libri præcedant quorum scriptor præcessit, etiam si res enumeratæ hunc ordinem non teneant. Sic enim in prophetis est : nam non potest in eis accipi ordo secundum dignitatem vel auctoritatem : omnium enim dicta æquali veneramur honore, præter librum Danielis : qui quamquam authenticus sit, inter prophetales locum non accepit, sed agiographorum sedem sortitus est. Quidam tamen alios præcedunt secundum quod in scribendo præcesserunt : vnde Ageus ante Zachariam ponitur in ordine librorum : quia Ageus ante Zachariam per duos menses prophetauit : vt patet Agæi primo : & Zachariæ primo. nam Ageus anno secundo regis Dario mense sexto prædicauit. Zacharias autem eodem anno mense octauo. Et hanc præcessionis causam Hieronymus assignat in prologis super eorundem libros. Iste quoque ordo inter Euangelistarum libros inter catholicos obseruatur : nam omnes Euangelistæ idem dicunt. Matthæus tamen ante omnes euangelium scripsit in Iudæa : ideo omnes antecessit : sic ait Hieronymus in prologo super Matthæum. Consequens autem ordo in reliquis Euangelistis fuit : ideo sic eorum libri ordinati sunt. Liber ergo Job ante librum Iosue poni nequaquam debuit : sed conuenientissimus ordo est, vt post Pentateuchum Iosue sublequatur. quod ex duobus euenit. Primo quidem quoniam post legales succedunt in auctoritatis robore libri prophetales : liber ergo Iosue, qui huius ordine primus est, consequenter poni debuit. Secundo autem ex ordine temporis hoc accidit : nam post ea quæ in libris Pentateuchi facta narrantur, succedunt ordine historico ea quæ leguntur in libro Iosue, nullo mediante quasi ad eundem profus librum pertineant, sed velut articulus quidam distinctiuus sit : quia quædam per Moysen, alia vero per Iosue dicta & facta referuntur.

Quis fuerit Iosue: & de laudibus eius. Et contentia totius libri. Quæst. V.

ISTE Iosue erat vir strenuus in armis, & morum pollens probitate: nam cum Iudæi in deserto bella facturi essent, Iosue princeps statuebatur, ut cum pugnatum est contra Amalech, & fugauit eum: ut patet Exo. 17. cap. orante Moysse pro Israel. Iterum autem cum Israelitæ bellum agerent contra Madianitas, Iosue electis viris de populo, factus est princeps belli, & deleuit Madianitas cæsis quinque regibus eorum: de quo Numeri 3 1. cap. Unde tunc erudiuit eum Deus in bellis, ut postea pugnandi modum & audaciam haberet contra Chanaanorum gentes. Ob hoc autem de tribu Ephraim ipse missus est explorator in terram Chanaan: ut patet Numeri decimotertio cap. Hunc valde Moyses diligebat: unde cum iret cum cæteris exploratoribus, Moyses mutauit nomen eius vocans eum Iosue, cum prius vocaretur Osee: ut patet Numeri decimotertio. & valde familiariter adhærebat Moysi, ita ut vocaretur puer eius, quia illi seruebat: sic patet Exodi trigessimotertio: scilicet Iosue filius Nun puer Moysi non recedebat de tabernaculo. Et ob hoc cum Moyses ascendit in montem suscepturus tabulas decalogi, solus Iosue ascendit cum eo usque ad caliginem montis, ut patet Exo. 24. cap. expectauitque eum decem diebus, non descendens in castra, donec reuerteretur portans tabulas: nam tunc Iosue descendit cum Moysse, ut patet Exodi 32. cap. Ipse quoque nimis diligebat Moysen zelans pro eo, ut patet Numeri 11. cap. & cum Moyses descendit de monte, & posuit tabernaculum suum extra castra, veniente Moysse in castris, manebat Iosue custodiens tabernaculum: ut patet Exodi 33. cap. Postea autem cum Deus tollere voluit Moysen, iussit ut constitueretur Iosue princeps super populum sicut Moyses: & quod eum Moyses erudiret, ut patet Deuter. cap. 3. & Moyses ante mortem suam constituit Iosue super populum ponens manum suam super eum, & dans ei partem gloriæ suæ: de quo Num. 27. & Deuter. 3 1. cap. & mortuo Moysse surrexit pro eo Iosue: & obediuit ei totus populus sicut Moysi: ut patet Deuter. 34. & primo huius. Iste autem vnus de prophetis dicitur: quia ad eum sepe Dominus locutus est, ut manifestatur ex processu libri. Sic quoque dicitur Ecclesiastici 46. cap. Foris in bello Iesus Naue successor Moysi magnus in prophetis iuxta nomen suum: & ibi multæ eius laudes continentur. Huius autem libri intentio & contentia est, quod sicut legales & partim historici libri descriperunt egressum Israelitici populi de dura Aegyptiorum seruitute, & discursum per vagas deserti solitudines, hic introitus eorum in terram promissam describitur, & bella contra hostes & locorum possessio: atque de cæteris ex maxima parte hostibus diuisio sortialis totius terræ per tribus & familias: & tandem in admonitionibus in colendo Deum, & morte Iosue tota libri series consumatur: & in isto libro nouus Iudæici populi status tangitur, s. pugnantis: ut postea in libris Regum altior subdatur status eiusdem regnantis.

ALPHONSI



ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
AVLENSIS.

IN PROLOGVM D. HIERONYMI
In librum Iosue Commentarij.



ANDEM finito Pentateucho Moysi velut grandi fenore liberati ad Iesum filium Naue manū mittimus, quæ Hebræi Iosue Benum, idest Iosue filium Nun vocant: & ad Iudicum librum quem Sophim appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt.



ANDEM. Prologos enim beatus Hieronymus singulis libris suis apponit: quia per hos quid intendat edisserit: ubi quoque qui ab alijs vitiati sunt docet. Ac mulis etiam & oblatrantibus respondet. De his enim tota prologorum suorum materia est. Iste autem prologus super Iosue in quinque partes scinditur. Quarum prima huius libri opus ad præcedentem continuat Pentateuchum. Secunda lectorem reddit attentum. Tertia amulorum compescit latratum. Quarta multipliciter eos arguit, qui præter septuaginta interpretum translationem recipiendum nihil dicunt. Quinta declarat post huius operis explanationem ad prophetarum explanationem interpretationem accedendum. Secunda ibi. *Monemusque lectorem.* Tertia ibi. *Vnde cesset arcuato vulnere.* Quarta ibi. *Quod si vetus.* Quinta ibi. *Cæterum post.*

Diuisio prologi.

A Quare Iosue & Iudicum libri continuantur post Pentateuchum. Et quid significet Pentateuchus. De nomine Iosue apud Hebræos: & quomodo apud nos sit corruptum. Et quod multi sunt eo nomine Iesus vocati. Quæst. I.

CIRCA primum. Tandem finito Pentateucho. Continuat se Hieronymus ad ea quæ superius expleuerat. Pentateuchum enim conscripserat ad preces episcopi cuiusdam qui Desiderius vocabatur, ut habet in prologo super Gen. qui incipit. Desiderij mei. Sed dum hæc ageret Paula & Eustochium filia eius pro libro Iudicij, & Iosue, & Ruth, orauerunt. Dum tamē Hieronymus Pentateuchum scriberet, Paula defuncta est: ipse autem quia Paula & Eustochio hos permisit libros, Eustochio viuenti reddidit: sic significatur infra cum dicitur. Cæterum post dormitionem B. Paulæ, cuius vita virtutis exemplum est, & hos libros Eustochio virgini negare non potui, decreuimus dum spiritus hos reget artus, prophetarum explanationi incumbere. Ideo in prologi huius exordio notat post completionem præcedentis operis librorum Iosue & Iudicij facere initium, quasi hoc ad illa consequens sit: quæ dupliciter consequitur. Primo scilicet exigentia historici ordinis, & roboris in auctoritate. Secundum quidem est propter promissionis inuitabilitatem nam ut in præcedenti apologetico argumento explicuimus, finis historiae Pentateuchi, & principium librorum Iosue, & Iudicij continua sunt: ut patet Deuter. vltimo. Sicut enim ibi de morte Moysi, & prelatione succedentis Iosue agitur, ita & in principio libri huius. Consequitur etiā hoc ex robore auctoritatis: nam post legales libros, quos Pentateuchus continet, nulli rari solidæ auctoritatis sunt sicut prophetales: in quibus liber Iosue exordium est.

Alph. Tost. super Iosue.

A 3 Confe.

Consequitur autem secundo ex ordine promissionis. Nam postquam Desiderio episcopo promiserat Hieronymus explanare Pentateuchum, promisit Paulus & Eustochio vertere in latinum sermonem librum Iosue & Iudicum. Ideo finito Pentateucho ad Iosue labor secundus vertendus erat. *Pentateucho*. Est Pentateuchus nomen Græcum quinque volumina signans: quoniam libri Moyssi quinque sunt, qui in præcedentibus explanati sunt: & hoc nomen correspondet cuidam Hebræe dictioni: ipsi enim hos libros Humas vocant, id est quinarium, quia quinque sunt: & quia nullum latinum nomen in usu accepimus, quod hanc librorum quinque seriem denotaret, Græco nomine videntes Pentateuchum appellamus. *Tandem finito Pentateucho*. Id est cum post multos labores & tempora Pentateuchum transferentes expleuerimus, restat ut ad Iosue manum mittamus. Quod autem hoc laboriosum sit, expressit Hieronymus in prologo super Gen. qui incipit, Desiderij mei dicens, ut translatum in latinam linguam de Hebræorum sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderem, periculosum opus certe, & obrectatorum latratibus patens. Et in fine eiusdem prologi eius operis magnitudinem expressit, dicens. Nunc te precor Desiderij carissime, ut quia tantum opus me subire fecisti: & cætera. *Moyssi*. Quia totius Pentateuchi Moyse verba retulit Iudæis potissime de præceptis, ut patet ex plurimis locis eiusdem. Ipse quoque eum scripsit, & vocatur lex Moyssi continentia totius Pentateuchi, non quod ipse condiderit, sed quia retulerit, & annunciauerit populo Israelitarum. Sic patet Malach. cap. 4. scilicet, Memoretote legis Moyssi serui mei, Quomodo tamē omnes quinque libri sint lex Moyssi. Et an omnes quinque libri dicantur lex Moyssi: sicut dicitur Deuteronomius. Et an sit vna lex vel plures: late declaratum est Deuter. 29. cap. & aliquid Deuter. 1. *Velut grandi fenore liberati*. Id est liberati a magna promissione. Desiderius episcopus petierat a beato Hieronymo, ut ei in latinum sermonem verteret totum Pentateuchum: ut patet in secundo prologo super Gen. Hoc autem Hieronymus spondit: erat autem ista magna promissio, quia opus magnum, ac periculosum erat: ut patet in eodem prologo. Cum ergo illud expleuit, dicitur liberatus a magno promisso: & ponitur hic fenus quod signat debitum sub usuris. Est autem magna gratuitatis aliquid debere sub usuris: quia sic opprimuntur homines, & eorum exhauriuntur facultates. Sic patet Exo. 22. cap. scilicet, Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non virges eum quasi exactor, nec usuris opprimes eum. Ad designandum ergo magnitudinem debiti causati in promisso ad transferendum Pentateuchum, dixit Hieronymus se a fenore liberatum: sicut recipiens denarios sub usuris data forte & fenore liberatus est. *Ad Iosue filium Naue manum mittimus*. Id est oportet inchoari Iosue librum. Ordo huius supra positus est, quare post Pentateuchum poni debeat liber Iosue. Sed hunc vocat Iosue filium Naue: & dicit hoc nomen esse secundum latinum, quod patet, quia dicitur apud Hebræos vocari Iosue Benun. Pro quo sciendum quod nomina quæ nos his imponimus ab origine Hebræa deriuantur, vocabatur autem iste apud Hebræos Oſua, & nos corrupto nomine illum Oſee appellabamus: ut patet Nume. 13. cap. Sed cum in exploratore mitti debuit pro tribu Ephraim, Moyſes qui illum diligebat, mutauit nomen eius addens vnam literam, scilicet primam nominis Dei tetragramaton, scilicet, Yod. & posita in principio nominis cõponit Yosua: & istud est proprie nomen

apud Hebræos Iosue. De priori nomine, & mutatione eius habetur Num. 13. cap. nos tamen corrupto nomine cum deberemus dicere Yosua, dicimus Iosue. Deinde cum Biblia in sermonem verteretur Græcorum, non fuit in hoc nomine secunaria litera sed significatio: nam Yosua in Hebræo saluator dicitur: ita ut Iosue interpretatur: sic patet Matthæi primo cap. scilicet, & vocabis nomen eius Iosue: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Multi quoque inter Hebræos hoc nomen acceperunt: nam & post hunc alium scimus dictum Iosue sacerdotem magnum, de quo Zacha. 3. cap. & ostendit mihi Dominus Iosue sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Sathan a dextris eius, ut aduersaretur ei: de quo etiam in primo lib. Esdræ.

Alius etiam vocatus fuit Iosue qui Ecclesiasticum scripsit, & dicitur Iosue filius Sirach. Multi quoque alij fuerunt, qui in sacra scriptura celebres non sunt: & omnes hi inter Hebræos Yosua appellabantur.

Quod autem iste Iosue appelletur Iosue, patet in aliquibus libris tam noui quam veteris testamenti: sic enim Ecclesiastici 46. cap. Fortis in bello Iosue Naue magnum secundum nomen suum: ibi tamen de Iosue agitur, ut euidentissime litera prodit. Sic quoque habetur ad Hebræos cap. 4. scilicet nam si eis Iosue requiem præstitisset: nunquam de hac loqueretur post hanc diem: ubi Apostolus tradit de requie tradita Iudæis per Iosue ingredientem cum eis in terram promissam: & eum Iosue vocat.

Ad Iosue filium Naue. Dicitur filius Naue, id est filius Nun: quoniam in Hebræo pater eius Nun dicitur: sed in latinam & græcam formam versam Naue dicitur: quamquam in hoc non multum differat, an apud nos filius Nun diceretur: sic vocatur Ecclesiastici 46. cap. Fortis in bello Iosue Naue magnum secundum nomen suum.

Manum mittimus. Id est eum explanare in latinum sermonem vertentes incipimus. & est modus loquendi vulgaris mittere manum ad aliquid, id est incipere operari, & est frequentata locutio in libris Moyssi, scilicet, ut benedicat tibi Dominus in cunctis ad que miseris manum: ut patet Deuteronomij 12. & 15. & 24. cap. & venit ex hoc ista locutio, quia manus est organum organorum potissimum inter omnia executiua instrumenta.

Quem Hebræi Iosue Benun. Hebræi non vocant Iosue filium Naue etiam Iosue. Sed istud nomen Iosue est similius nomini Hebræico quam cætera, scilicet Iosua: sed nos corrupte ex more latino Iosue dicimus, vocatur Benun, id est filius Nun: non est enim vna dicitio apud Hebræos Benun: sed due, scilicet Ben & Nun. Ben filius interpretatur. Nun vero est nomen patris Iosue: & declaratur in eo quod subditur, *Iosue filium Nun vocant*. Non solum est istud nomen hominis, sed & libri. In quo patet quod Hebræi non semper vocant libros ab exordijs suis, sicut aliquando dicitur. Nam non incipit sic liber iste. Sed tunc Iudæi libros suos a principijs nominant, quando vnus multos edidit libros, qui distingui nequeunt: nisi specialia eis nomina apponantur. Ex auctore quippe eis distinctio nulla est, cum omnibus communis auctor sit: quod patet in quinque libris Moyssi, qui non distinguuntur ex auctoribus, sed ex nominibus proprijs. Et quoniam nulla eis conuenientiora nomina occurrerunt, ab exordijs illorum nomina imposuerunt, ut quod Genesis vocetur Beresith, in principio: quia sic liber incipit: & de cæteris identidem. Liber autem Iosue, quoniam nullos ab eodem auctore notandos habuit, a quibus differendum sibi esset, ab auctore nomen assumpsit, & non a literarum exordio.

Et ad

Et ad Iudicum librum. Hunc librum Iudicum intendit tractans Hieronymus exponere in latino sermone: in quo de gestis Iudicum, qui varijs temporibus iudicabant, agitur.

An liber Iudicum poni debeat post librum Iosue.
Quæst. I I.

FVERUNT autem iudices in Israel tempore quo non erat aliquis rex: nam ante Saulem nemo cõcorditer vel electus, vel sumptus in regem fuit. Nam Abimelech filius Gedeonis fuit rex, sed non a toto Israel electus: sed solum in Sichem, ut patet Iudi. 9. cap. Sed in his temporibus erant aliqui viri in Israel, qui iudicabant populum, & liberabant ab hostibus, quos liber ille saluatores vocat: ut patet de Sangar Iudi. 3. cap. Hunc librum scribit Hieronymus post librum Iosue propter duo. Primo ex ordine temporis. Secundo ex conditione promissionis. Tempus quidem cõtinuum in vtrifque fuit. Nam & in 1. cap. Iudicum agitur de morte Iosue, & quid acciderit immediate post Iosue mortem.

An liber Ruth poni debeat ante librum Iudicum.
Quæst. I I I.

ET si aliquis obijciat librum Ruth forte ante librum Iudicum esse ponendum, quoniam non videtur liber Iudicum præcessisse librum Ruth. Respondendum est priorem esse librum Iudicum: quia historia Ruth accidit in temporibus vnus iudicis, ut patet Ruth 1. cap. Ergo Iudicum liber fuit, qui agit de exordijs Iudicum: & de aliquibus quæ ante iudices acciderunt, scilicet de bellis factis per aliquos qui non erant iudices: ut cum quaeserunt Israelite post mortem Iosue, quis præcederet eos in bellum. Respondit Deus, Iudas sit dux vester: ut patet Iudic. 1. cap. & de alijs temporibus, quæ fuerunt absque iudice. Et non solum liber Ruth accidit in tempore Iudicum, sed etiam in temporibus vitimis Iudicum. Nam agitur de Ruth quæ fuit vxor Booz, qui fuit proauus Dauid secundi regis Israelitarum: ut patet Ruth 4. cap. ergo inter Booz & principia regum paucum fuit tempus. Aliqua tamen tempora fuerunt in Israel, in quibus nullus fuit iudex nec rex: sed quilibet quod rectum sibi videbatur faciebat: ut patet Iudi. cap. 18. & 20. ergo circa fines Iudicum accidit historia libri Ruth. Hoc tamen quod dicitur de temporibus medijs ex ordine literæ satis apparet: quia post omnes iudices enarratos ponitur: tamen secundum Iosephum quinto antiquitatum falsum est: sed est ibi mutatio ordinis: nam illa acciderunt antequam inciperent iudices inter Iosue, & primum de iudicibus: ut declarabitur Iudi. 18. & sic inter Samonem qui in libro Iudi ponitur vltimus, & Eli qui fuit iudex, de quo patet 1. Regum primo, & fuit iudex 1. Reg. 4. non interdictum aliquid tẽpus: ut ait Iosephus 5. antiquitatum. Sed hoc non obstante stat ratio præcedens de Ruth tempore.

An liber Iob poni debeat ante librum Iudicum. Quæst. IIII.

QVÆRET autẽ amplius aliquis an debuerit liber Iob poni ante librum Iudicum: quoniam quæ ibi narrantur, & per sonæ de quibus ibi, tempore præcesserunt ea quæ habentur in libro Iudicum. Respondendum est sicut in libro Iosue, scilicet, quod sacra scriptura non solum considerat præcessionem temporum: sed in

Alph. Toit. super Iosue.

terdum magis considerat præcessionem auctoritatis & dignitatis. Et quia libri prophetales secundum sacra scripturæ ordinem tenent: Agiographorum autem postremus in toto canone auctoritatis locus est: sed liber Iudicum secundus inter prophetales est. Liber autem Iob inter eos poni demeritus agiographorum serie locatus est: non ergo debuit præcedere librum Iudicum. Secundum propter quod liber Iudicum conſequebatur ad librum Iosue erat, quia etiam promissionis ordo id exposcebat. Nam Paula & Eustochium petierunt, ut librum Iosue, & Iudicium, & Ruth, & Esther in latinum sermonem verteret. Et quoniam in his secundum promiserat Iudicum librum, ordine promissorum ad Iudicum librum expleto Iosue tenebatur. *Quem Sophim appellant*. Id est Hebræi appellant librum Iudicum Sophim: quod idem significat quod Iudicum. Describuntur autem tempora Iudicium usque ad Heli sacerdotem: de quibus dicitur quod quilibet iudex in stilum redegerit ea, quæ temporibus suis acta sunt. Sed ea postea in vnum volumen compegit Samuel: ut quidam volunt. Alij vero Isaiam hoc fecisse dicunt. Quidam autem asserunt Esdram legis scribam hoc primo compilasse. De auctoribus autem librorum veteris testamenti, magis dictum est Deuter. 34. cap.

Quare Pentateuchus & liber Iosue non vocantur libri Iudicium.
Et quare Moyſes & Iosue dicti non sunt iudices.
Quæst. V.

SED adhuc quisquam queret quare liber Iosue & Moyſes non vocantur libri Iudicum: nam Moyſes & Iosue Israeliticum populum regulauerunt, sicut & alij qui iudices appellantur. Respondendum est de libris Moyſi non vocari libros Iudicum: nam libri Iudicum gesta Iudicum edisserunt. Sed de libris Moyſi longe secus est: nam non referunt gesta Moyſi, sed leges a Deo datas: & quandoque historias populi Dei interponunt: ideo concordiam omnium nomine libri isti legales appellati sunt: quia de legibus Israelitarum eorum præcipua contentia est. De libro autem Iosue ratio esse potest: nam in hoc gesta Iosue enarrantur, sicut in libro Iudicum de singulis iudicibus historia rexitur. Illi tamen de quibus in libro illo agitur, iudices cõuenienter appellantur. Iosue autem & Moyſes iudices non sunt: nam iudices nullam imperandi auctoritatem habebant super populum, quasi ex iurisdictione eis competeret: sed solum erant homines industrij ad bellicas actiones, & consilia: & eorum consilio populus in cunctis dirigebatur: nihil tamen magis habebant super populum, quam eis populus tribuere vellet: vnde populus interdum eos aslumebat, ut patet de Ieptæ galadite quem omnes Israelita rogauerunt, ut præſſet eis in bello contra Ammonitas: ut patet Iudi. 11. cap. Moyſi autem maior potestas fuit: nam ipse a Deo constitutus est dux, ut educeret Israelitas de Aegypto: ut patet Actuum 7. cap. Et habebat potestatem coercendi exercendo iudicia sanguinis in populares: nam cum Israelita adorauerunt vitulum, occidit Moyſes vigintitria millia de eis, mandans alijs qui non peccauerant, ut adiunarent eum ad occidendum peccatores: dicens qui Domini est, iungatur mihi, id est qui habet zelum Dei veniat ad me: & congregati sunt ad eum omnes filij Leui: & occiderunt vigintitria millia: ut patet Exo. 32. cap. Hoc tamen erat ex iurisdictione. Habuit etiam Moyſes super Israelitas oẽ genus iurisdictionis tam spiritualis quæ temporalis: non fuit ergo iudex qui nullam hẽt iurisdictionẽ. Sed potest dici quod fuit rex vel magis quæ rex quam

A 4 quam

quam nomen regnatum inter Iudaeos nondum inoleuerat: quamquam videtur regem eum vocari ex auctoritate sacrae scripturae: vt patet Deuter. 33. c. scilicet erit rex apud rectissimum quod de solo Moyse agi videtur. Index ergo dici non debuit. De Iosue quoque idem dicendum est, scilicet quod ipse plusquam index extiterit: nam potestas sua a Deo collata est, cum iussit Deus vt Moyses eum poneret coram tota turba: & daret ei partem suae gloriae: & post mortem eius illi omnes obedirent: de quo dicitur Deuter. 3. & 31. & Num. 27. cap. Fuit quoque potestas sua plusquam iudicis: quoniam habuit auctoritatem in criminalibus. Eo quippe condemnante lapidatus est Achor: vt patet Iosue 7. cap. Ad indices ergo isti non pertinuerunt.

Ad Ruth quoque & Esther. Idest post librum Iudicum agitur ad explanationem libri Ruth, quod idem talem ex ordine temporis euenire docet: nam historia libri Ruth in tempore vnius iudicis facta esse refertur: vt patet Ruth cap. 1. Conuenit etiam ex conditione promissionis: nam post librum Iudicum, librum Ruth transferre promisit, & iste ad secundum ordinem canonis veteris testamenti, scilicet prophetalium librorum pertinet: licet quidam eum inter agiographa scripturae, sed eos falli apparet: quoniam liber Ruth apocopa est libri Iudicum. *Et Esther.* Liber Esther est continens gesta Mardochei, qui tradidit Esther filiam fratris sui in uxorem regi Acheri: & eius precatu Iudaei liberati sunt a morte, quae eis fuerat decreta vniuersaliter in eadem die: propter quod beneficium Iudaei inter sacrae scripturae libros Esther supputant. Ad eundem tamen ordinem non pertinet, ad quem liber Iosue, & Iudicum, & Ruth. Hi quippe de prophetali ordine sunt: sed Esther inter agiographa computatur: vt patet per Hieronymum, ex prologo galeato. Pro his libris Paula, & Eustochium rogauerunt, vt eis in latinum verterentur sermonem, quoniam historici sunt: & hos magis intelligere poterant & attendere. Ad ea enim quae difficillima cognitum sunt deuotio nulla est, quamquam honorabilia sunt: vt habetur ex principio secundi de anima. Quos eisdem nominibus effertur. Idest & Iudaei vocant eos eisdem nominibus, quibus nos appellamus.

Opinio quaedam Iudaeorum de ordine librorum Ruth & Esther.
Quest. VII.

IN quo quidam dicunt esse sensum: quod Iudaei effertur eisdem nominibus Ruth & Esther, vt ceteros, idest dicit eos esse eiusdem ordinis, cuius Iosue, & liber Iudicum, scilicet quod liber Iosue, & liber Iudicum pertinent ad secundum ordinem canonis sacrae scripturae, scilicet ad prophetales: & Ruth, atque Esther eodem modo vocantur prophetales. Sed hoc stare nequit: nam licet de libro Ruth conuenienter dicatur quod ad libros pertineat prophetales, quia est finis libri Iudicum: tamen de libro Esther falsum est: quoniam in tertio ordine ponitur, scilicet inter agiographa. Nam in prophetalibus octo libri ponuntur, scilicet Iosue, Iudicum, Samuel, & libri Regum, Iudas, Hieremias, Ezechiel: & liber duodecim Prophetarum. Alij sunt agiographi: quos nonem dicunt, scilicet David, Iob, & tres libros Salomonis, & Paralipomenon, Daniel, Esdras, & Esther. De his autem ordinibus, & nominibus, & causis magis dicitur super prologum galeatum. Alio modo intelligitur: quos eisdem nominibus effertur, idest quod Iudaei vocant eos eisdem nominibus, quibus nos, scilicet quod ita ipsi Ruth vocant & Esther: sicut & nos. Et ponitur hoc: quia supra de

libro Iosue dixit: quod secundum Hebraeos vocaretur Iosue Benun: & de libro Iudicum quod vocaretur Sophrim, Dubitaret ergo aliquis quomodo apud Hebraeos Ruth, & Esther appellerentur. Et respondetur quod eisdem nominibus effertur, idest taliter eos appellant Iudaei sicut nos.

Libros Iosue, Iudicum, Ruth, & Esther, quando B. Hieronymus transulit.
Quest. VII.

DE his quatuor libris, quos tangit hic Hieronymus, dicitur in historijs comunibus, quod ipse eos de Hebraeo sermone vertit ad petitionem beatae Paulae & Eustochij. In huius tamen prologi sine dicitur, ceterum post sanctae Paulae dormitionem, cuius vita exemplum est, hos libros Eustochio virgini Christi negare non potui. Videtur ergo quod post mortem Paulae, Eustochium petierit, & ad preces eius facta ista translatio sit. Respondendum est, quod Paula & Eustochium a Beato Hieronymo hos libros transferri eis petierunt, quibus consensit. Sed tunc explanatione Penateuchi tenebatur: vnde antequam inciperet horum librorum translationem, defuncta est Paula: quia tamen mansit virgo Christi Eustochium Paulae filia Beatus Hieronymus adhuc ei ex promissione tenebatur obligatus. Ideo quamquam mortua esset Paula, tamen hos libros negare non potuit. Non tamen est sensus quod Eustochium post mortem Paulae precata sit beatum Hieronymum, vt ei hos libros transferret, quos beatus Hieronymus transulerit tanquam ex promissione obligatus.

Monemusque lectorem, vt sylvam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptura coteruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis (quod saepe restatus su) sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut amici mei criminantur.

Hic ponitur secundum in quo lector redditur attentus: & hoc dupliciter ostenditur. Primo per operis difficultatem. Secundo per multiplicem monstratam utilitatem. Ibi. *Vnde & in primis.* Circa primum. *Monemusque lectorem.* ponitur hic operis huius difficultas in legentibus. Ideo attente lectores circa horum librorum lectionem vigilare debent, alioquin omnia corrumperentur. Attentum igitur reddit admonendo ne parvipendat: & circa scriptores librorum potissime hoc est, scilicet, vt correcte scribant hos libros: nam in his sunt multa Hebraea nomina, quorum Latini ignari sunt: quae si lectores & scriptores non attenderint, omnia vitiabunt: ita vt postea legentibus nulla intelligendi facultas sit. Sepius namque plures dictiones Hebraeae coniunguntur in vnam vitio scriptorum nostrorum: & vna in plures incongrua sectione diuiditur. ita vt iam non maneat eadem quae prius fuerunt, sed quaedam potius sarmatica aut valde barbarata sunt: vt dicit Hieronymus in prologo super Paralipomenon, qui incipit, Eusebius. *Vt sylvam Hebraicorum.* Vocatur sylvam Hebraicorum nominum propter duo, scilicet propter obscuritatem, vt quidam volunt, scilicet, quia latinis ignota sunt. Sed magis dicendum est vocari sylvam propter multitudinem: sicut in sylua arborum vellignorum quorumcunque grandis copia est.

Vitium librorum in hebraeis.

Distinctio nes p puncta sunt maxime utiles & necessariae.

est: sic autem in hoc libro est. Nam in diuisione terrae promissionis cum nominantur distributorum locorum nomina, numerosa ponitur hebraicarum dictionum multitudo, vt apparet a c. 14. vsque ad 20. in alijs multa sunt: sed in his potissime reperuntur. Et non vocatur sylvam propter obscuritatem: nam nihil differebat, an nomina hebraea nobis manifesta, vel obscura in hoc sint: potissime quia omnia hic ponuntur locorum aut personarum propria sunt: in quibus nihil obscurum esse potest: solam igitur multitudinem sylvam signat.

Et distinctiones per membra diuisas diligens scriptor obseruet. Hic potest esse duplex sensus. Vnus vt referantur istae distinctiones ad dictiones singulares hebraicas: in quibus beatus Hieronymus fecit diuisiones per membra. i. membratum, vel distincte posuit nomina hebraica. s. vt quamquam ad eiusdem ordinis compagem multa pertinerent, & sub eodem contextu plurima neckerentur: in eis tamen distinctio seruaretur, & hoc est esse distinctionem per membra: nam omnia corporis membra eadem totius animalis compage continentur, singula tamen a ceteris distincta sunt, quod maxime competit dictionibus in contextu orationis locatis, cum debitum ordinem tenent, & scripturae congruentiam. Et tunc est sensus, quod Hieronymus posuit nomina hebraea distincte quasi membra, ita vt singula ex conditione scripturae a reliquis distincta pateant. Hunc tamen ordinem diligenter tenere debet scriptores sequentes: alioquin erunt lacerata hebraica nomina, & profus nihil intelligitur, quod in omnibus fere libris, in quibus hebraicarum dictionum grandis copia est, Hieronymus in prologis conuenit scriptorum vitio corrupta fore, vt patet hic, & super Paralipomenon. & super Esdras. vnde ista fuit vna de potissimis causis, quibus Hieronymus post translationem. 70. interpretum, aliam adhuc necessariam fore putauit. Erant quippe eorum scripturae negligentia librorum vitiosa. Sic patet in prologo super Paralipomenon, qui incipit. Si 70. interpretum pura, & vt ab eis in graecum versa est, editio permaneret, si perfluu me Chromati episcoporum sanctissime, atque doctissime impelleres, vt tibi Hebraea volumina sermone latino transferrem. Et postea ibidem sequitur de corruptione tam in dictionibus quam in sententijs. in dictionibus tamen Hebraicis, quoniam peregrinae linguae sunt, latinis deuiare facilius est. In hoc igitur creditur ad moneri necesse est librarios, vt solliciti dictionum scripturam membratum custodirent.

Alius sensus est, vt dicantur hic distinctiones per membra. i. distinctiones sententiarum per puncta, s. vt per commata, vel colos, vel periodos, aut virgulas, sicut scripturae conditio expetit. Et cum ista puncta obseruantur a librarijs, tenentur sententiae, alioquin cuncta confundentur. nam sicut literae eadem alio, & alio modo mixtae diuersas efficiunt syllabas, & syllabae dictiones, vt ait Priscianus in principio minoris voluminis: Ita dictiones eadem sub eadem orationis compage secundum aliam & aliam iuncturam, aliam longeque distantem sententiam efficiunt. Vnde hinc quidam modus fallaciae compositionis & diuisionis est, vt in hac oratione, facio te seruum entem liberum. si illud participium entem, coniungatur cum subiecto liberum, longe dissona sententia est, quam si coniungatur cum subiecto seruum. Iste autem modus fallaciae per compositionem & diuisionem frequentissimus est in sacris scripturis, & in alijs scriptoribus. Ista tamen ambiguitas sententiarum maxima ex parte abrogata foret, si omnes orationes diligenter punctatim scriptae forent. vtraque ergo distinctio necessaria est, atque tenenda: ideo vtraque scriptores vigilan-

ter obseruare debent. Hieronymus tamen in praesenti, magis agit de prima diuisione membratum nominum Hebraeorum, ne copulentur plura in vnum, aut vnum inconcinne non secetur in plura.

Et dicuntur hic distinctiones diuisae per membra, qui improprie modus loquendi est: quoniam distinctio non diuiditur, nec est diuisa, sicut albedo non est alba, & motus non mouet iuxta Arist. 2. Topic. sed est sensus. *Distinctiones per membra diuisas.* Idest dictiones Hebraeas diuisas per membra. i. per spatia. Vel per membra. i. in modum membrorum, vt supra expositum est. *Diligens scriptor obseruet.* Scribendo omnia puncta & spatia, sicut fuerint in libro quem Hieronymus transulit ex Hebraeo.

Ne & labor illius, & nostrum studium pereat. Si scriptores non attenderent diligenter puncta & membra in scribendo quantum ad dictiones & contextus earum: perit labor ipsorum, quoniam quod scribunt, ad nihil utile est: cum nihil ex eis scriptis intelligi queat. Studium quoque beati Hieronymi perit: quoniam frustra fuit ipsum emendando defudasse, nisi eius emendatio a librarijs conseruetur. Sic ait beatus Hieronymus in prologo super Esdras, vtrum difficultus sit: dicens. admonentes, vt Hebraea nomina quorum gradus in hoc volumine copia est, distincte & per interualla transcribant: nihil. n. proderit emendasse librum, nisi emendatio librarium diligentia obseruetur.

Et vt in primis. Hic secundo admonet scriptores, & lectores attentos reddat ex multiplici operis huius utilitate. Et primo tollit quorundam opinionem de ipso. Dicebant enim, quod ipse haec omnia faciebat, ut 70. interpretes damnaret atque argueret, monstrans non conuenienter transulisse. hoc autem restatur nequam esse intentionis suae, sed ad utilitatem futurorum agit: qui sine magno labore veritatem hebraeae litterae per hanc emendatam translationem poterant inuenire. *Et vt in primis.* Idest in primo ego testor me non facere hoc in criminationem veterum. Hoc primo poni deuit: quoniam Hieronymus hic ponit utilitatem huius translationis emendate.

Sed aliquis diceret, quod quamquam ista translatio multipliciter utilis lectoribus esset, translator tamen non merebatur eam ab aliquibus recipi, quia eam ex huius re cudebat, vt antiquorum reprobarat doctinam. Primo ergo excusari de hoc oportuit, vt dicta sua de utilitate multiplici huius operis recipiantur, & est ordo litterae. In primis sciant me non cudere. i. fabricare noua. i. nouam translationem in reprehensionem veterum. i. 70. interpretum, vt ego saepe testatus sum.

Quod saepe testatus sum. Scilicet id quod infra sequitur, quod non cudebam noua ad criminandum vetera, & hoc testatur in multis prologis. Sic patet in prologo super Genesim, qui incipit. Desiderij mei: dicente ibidem Hieronymo. Periculosum opus certe, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in 70. interpretum singillationem noua pro veteribus cudere. Sic patet in prologo super Iob, qui incipit. Cogor per singulos scripturae divinae libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem. 70. interpretum criminantur.

Sciant me non in reprehensionem veterum noua cudere. Idest intelligant, quod ego non cudo. i. formo noua. i. nouam translationem ad reprehensionem veterum. i. 70. interpretum, sicut ipsi criminantur. Vel in reprehensionem veterum. i. aliorum priorum translatorum & facientium editiones, magis tamen intelligitur de 70. interpretibus quam de alijs. Primo, quia ipsi proprie veteres appellantur, quia ante ipsos nemo transulit, & ipsi multo tempore ante omnes. s. ad preces regis Ptolomei, de quo dictum est super prologum, qui

qui incipit. Desiderij mei. Alij autem non erant in interpretatione valde antiqui. Secundo quia non arguebat Hieronymus, quod aliorum translatorum & facientium editiones, translationes, aut editiones reprehenderet, quia illae non erant maioris auctoritatis quam sua interpretatio: sed solum culpabatur, quod vellet redarguere Interpretes septuaginta, qui in maxima auctoritate a tota ecclesia tenebantur, quod de translatione sua nondum patebat. Sic patet in prologo super Paralipomen, qui incipit. Si septuaginta cum dicitur. quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiae roborauerat fidem: iustum erat &c. nostro silentio comprobati. Cedere significat formare, vel facere, fabricare, ferire, polire, & scilicet, & maxime pertinet ad monetam, quae cuditur, idest feriendo in charactere formam recipit imprimendam: hic autem accipitur pro facere vel fabricare.

Sicut amici mei criminantur. Idest sicut arguunt vel reprehendunt mei emuli. Criminati est crimina imponere vel de criminibus argui, infamari, vel accusare, & in eadem voce habet utranque tam passiuam quam actiuam significationem; quia est de nouem communibus verbis, & accipitur hic in significatione actiua, scilicet quod amici sui, idest amici sui criminabantur. i. accusabant vel infamabant eum de hoc. & est hic antiphrasis, quia amici vocantur amici: nam amicorum non est crimina imponere, sed aemulorum. Sic patet in prologo super Iob, qui incipit. Cogor per singulos sacrae scripturae libros maledictis aduersariis respondere. Aduersarios criminatores vocauit, & non amicos.

Aliter accipi potest, ut amici teneantur proprie, scilicet quod amici mei criminantur de hoc. i. arguuntur, ita quod criminari teneatur in passiva significatione, & est sensus, quod amici criminantur. i. accusant amicos meos dicentes eis. Ecce amici vestri Hieronymus ex liuore antiquorum, ut eorum detrahat operibus, nouam cudit translationem. & est sensus, quod detractores non audebant ista Hieronymo in faciem dicere, sed amicis eius ista murmurabant, ut quoquo modo conceptum virus effunderent, sed magis videtur primus sensus quam iste.

Sed pro virili portione offerre linguam meam hominibus, quos tamen nostra delectant, ut pro graecorum hexaplis, quae & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, haec illis conferentes inueniant quod requirunt. Maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria quot codices, & unusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit vel subtraxerit, quod ei visum est, & utique non possit verum esse, quod dissonat.

Sed pro virili parte offerre linguam meam hominibus quos tamen nostra delectant. Idest non est intentio nostra cedere noua in sigillationem veterum, sed est intentio offerre supple vnus linguam meam hominibus: quos nostra scripta delectant, & hoc pro virili parte, idest aequaliter sicut antiqui. *Sed pro virili parte.* Idest pro parte aequali. Iste modus loquendi venit ex legibus humanis, ut habetur. ff. de regulis iuris. vbi vocatur

Virilis ps
qd signet

pars virilis pars equalis, scilicet quando paterna hereditas in plures partes diuiditur secundum numerum filiorum, & omnes partes sunt aequales. Dicitur autem pars virilis, idest pars debita viro, scilicet filio succedenti, qui omnes sunt aequales, cum ab intestato succedunt, nisi aliqua primogenitura iura obseruentur. Et iste modus loquendi etiam est apud poetas. sicut Ouidius in primo libro de Ponto in principio, scilicet.

Gaudia Caesareae domus pro parte virili.

Sunt mea, priuati nil habet illa domus.

Idest omnia gaudia & bona domus imperatoriae sunt mea pro parte virili, idest equali, scilicet quantum alij rationis prouenit. & hoc, quia illa domus nihil habet priuati, idest non habet aliquid proprium, sed omnia communicat ex magnifica largitate. Alij libri habent. *Sed pro parte virili.* Scilicet quod Hieronymus humiliter hic dicens se offerre partem vilem, idest pauci valoris, sed nihil est. non est enim ista intentio beati Hieronymi. nec aliquo modo corresponderet intentioni arguentium ipsam.

Linguae meae hominibus, quos tamen nostra delectant, offerre. Idest ego volo impendere obsequium linguae meae. dicitur impendere obsequium linguae qui docet, aut ad aliorum utilitatem qualitercunque loquitur. *Quos tamen nostra delectant.* Idest hoc solum facio pro his, quibus placent dicta nostra. nam fastidiosis ingessisse superfluum, quoniam non audient & contemnent iuxta illud Ecclesiastici. vbi non est auditus non proferas sermonem. Sic patet in prologo super Ecdram, qui incipit. Vtrum difficilius sit: cum dicitur. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane carissimi, ut priuata lectione contenti librum non effertis in publicum, nec fastidiosis ingeratis cibos: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de alijs, & ipsi nihil facere nouerunt: si qui autem fratres sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar. *Ut pro graecorum hexaplois.* Hic ponit magnam utilitatem quae consequitur ex hoc opere, scilicet quod excusantur valde magni sumptus requisiti ad exemplaria habenda, quae apud graecos habentur, scilicet ut suscipiant istam editionem beati Hieronymi, quae paucos requirit sumptus pro graecorum hexaplois. i. loco graecarum hexaploarum, quae magnis sumptibus indigent.

De labore Origenis circa bibiam, & quod descripsit eam per sex columnas seu hexaploas. Quaest. VIII.

PRO quo considerandum est, quod sicut ait Eusebius in sexto libro ecclesiasticae historiae, Origenes primus famosissimos codices composuit, in quibus per singulas columnas separatim e regione opus cuiuslibet interpretis describit, ut primo omnium ipsa hebraica verba hebraicis literis describeret. secundo vulgatae editionis verba poneret. tertio Aquilae editionem subiungeret, quae ut Symmachus quinto. 70. interpretum, quae nostra est, sexto Theodotionis editionem collocaret. & propter huiusmodi compositionem vocauit hanc editionem hexaploas; idest sextuplici ordine scriptam. Dicuntur autem hexaploa, idest scripturae posita in sex columnis. Est autem istud nomen hexaploa trisyllabum, quamquam secundum nostram prolationem quadrisyllabum est, quia diphthogum graecam vniam syllabam constituentem in duas syllabas diuidimus. Et dicitur hexaploa ab hexa, quod est sex, & ploa quod est plica vel planum, quasi sex plicae vel planities, vel sex columnellae: in quarum singulis singulae continebantur editiones. vel dicuntur hexaploae ab hex

Hexaploa
quid sit.

hex, quod est sex & ploa, quod est simplex vel rectum. idest sex editiones recte vel simpliciter posita, quia qualibet in vna ponebatur columnella recta, & simpliciter ponebatur, quia non adiciebatur ad editionem cuiuslibet Interpretis aliqua expositio, sed simpliciter ponebatur. Et vocantur hexaploa pluraliter declinata, scilicet hexaploa hexaploorum, sicut plurima nomina sunt, quae singulari carent, ut arma armorum: exta extorum: ilia ilium. quidam tamen nostrorum corrupte in singulari per primam declinant hexaploas pluraliter appellantes. An vero nomen istud in primordio aspirari debeat, ita hexaploas, vel per S, loco aspirationis signari, ut sexaploas proferamus: patet per Isidorum Etymolog. libro 4. dicit enim, sex & septem a graeco veniunt. In multis enim nominibus, quae in graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione. s. ponimus. Inde est, quod pro hexa. sex. & pro hepta septem, sicut pro herpillo herba serpillum appellamus. *Ut pro graecorum hexaplois.* Dicit de hexaplois, quod ista exemplaria maxime auctoritatis, siue reputationis inter graecos habebantur. Fuerat quippe Origenes horum auctor graecus: ideo eius scripta magno pendebantur honore. nam his maxima ex parte graeci catholici utebantur.

Quae & sumptu & labore maximo indigent. Duo erant retractiua, ne homines circa hexaploa laboraret. Primum erat magnitudo sumptuum. Secundum erat vehementia laborum. De sumptu manifestum est: quia cum hexaploa totam bibiam veteris testamenti per sex columnas distinctam haberent: qui vniam bibiam scribere vellet, necesse est, ut sex biblias scriptaret. Nec solum sex, sed ultra sex. nam qualibet aliarum translationum amplius aliquid habet quam litera veritatis hebraicae, ut in quibusdam explanare, & non solum transferre videantur. Cum igitur sex haec expositiones adiunctae fuerint: necesse est plus quam sex bibliarum scripturam simul poni. Erat praeter hoc magnorum laborum opus. nam qui inquirere vellet veritatem, sex exemplaria simul perlegere deberet, & hoc difficile erat.

Amplius autem dubia inextremabilia inde nascebantur. nam cum poneretur istae sex columnae sex exemplarium pro textu sacrae scripturae, & tamen inter se dissonabant istae editiones & translationes, & ea quae inter se dissonant vera non sunt: quoniam alterum falsum esse necesse est: difficultas subapparerebat maxima quid pro veritate in his accipiendum foret. Et si daremus aliquam illarum editionum, vel continentiam exemplarium veram esse, alias quae ei dissonabant inutiles esse patebat. labor ergo in eorum impensus studio superfluum erat. magnam ergo difficultatem Origenis praestabat hexaploa ad intelligentiam sacrae scripturae. In translatione autem beati Hieronymi vnunquodque exclusum est. Primo, quia ista paruorum sumptuum est, cum vnica habeatur translatio, & simpliciter veritas hebraica hic scripta sit. Secundo, quia non insurgunt aliqua dubia ex hac translatione. nam nihil est hic dissonans cum vnici sit, sed firma & vera translatio hebraicae soliditatis. *Editionem nostram habent.* i. translationem istam, quae minoris sumptus & laboris est, ut in praecedentibus declaratum fuit.

In quo differunt editio & translatio. Et de approbatione & utilitate translationis B. Hieronymi. Quaest. IX.

SCIENTIUM, quod editio & translatio differunt. Translatio nempe solam conuersionem vnus linguae in alteram obseruatis sententijs continet nullo addito explanatio commento. sic enim ipsum nomen translationis notat, scilicet

vnus linguae in alteram conuersio. Editio enim aliquid ultra signat, scilicet quando ipse qui transferat aliquid de proprio apposuit, vel subtraxit, aut mutauit, ut veritas clarior, aut artificiosior ad intelligendum sit. Secundum hoc translatio quam Hieronymus facit, debet solum vocari translatio, quia nihil addidit, nec mutauit in sententia, & in verbali contextu rarissime praeter id, quod idiomatis ratio exigebat. Editio autem vocari debet Theodotionis translatio, quoniam multa addidit quae in veritate hebraica non habentur. Aliae autem in hunc modum editiones sunt: unde interpretatio beati Hieronymi non debuit editio, sed translatio appellari. interdum tamen haec differentia non seruatur.

Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitauerint: haec illis conferentes inueniant quod requirunt. Hic subiungitur alia utilitas, quae est in translatione beati Hieronymi, scilicet ad tollendam dubietatem. Erat autem potissima dubitatio in translatione septuaginta Interpretum, quae maxime recipiebatur tam inter graecos quam Latinos, & ista erat pluralitas translatorum: quoniam de illa interpretatione quilibet sequebatur secundum iudicium suum, ut patet in prologo super Paralipomen, qui incipit. Si septuaginta Interpretum, cum dicitur. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiae fidem roborauerat: iustum erat etiam nostro silentio comprobati. Nunc vero cum pro varietate regionum, varia ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata: nostri arbitrij putas, aut e pluribus iudicare quid verum sit, aut nouum opus in veteri opere cedere. Et postea ponit quomodo varij de interpretatione septuaginta sequebantur postea translationes. & has diuersae ecclesiae sequebantur: dicens. Alexandria, & Aegyptus in 70. suis Egitum laudant auctorem. Constantinopolis vsque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediae inter has prouinciae Palesthinos codices legunt: quos ab Origine elaboratos Eusebius, & Pamphilus vulgauerunt: totusque orbis terrarum inter se trifaria varietate compugnat. Ecce igitur qualiter variae factae interpretationes de septuaginta Interpretibus inter se repugnabant, sed falsum est, quod vtrique repugnat, sicut infra dicitur. Necesse igitur erat harum translationum plurimas esse mendaces, & quamquam non omnes essent mendaces, sed quaedam, quia tamen repugnabant, & non constabat, quae earum essent veriores, omnes erant suspectae de mendacio, aut saltem nulla earum satis solidam continebat veritatem. Cum ergo plura horum exemplarium viderentur, & inter se repugnantia reperirentur, lectores de veritate efficiebantur incerti: in quo succurrendum duxit horum ambiguitati beatus Hieronymus transferens ex hebraica veritate. Et dicit, quod per hunc modum, cum dubitetur de antiquis voluminibus, idest de translationibus factis post translationem septuaginta Interpretum, quae illarum contineat veritatem interpretationis, conferatur cum eis translatio ista, idest comparetur, & illa, quae huic consonauerit, ceteris verior est, & hoc dicebat beatus Hieronymus, an Chromatius episcopus peteret ab eo, quod declararet, quae harum translationum, quae post septuaginta Interpretes factae fuerant, veritatem contineret, aut faceret vniam nouam translationem ex veritate antiquae translationis septuaginta Interpretum, ut patet in eodem prologo super Paralipomenon.

Alio modo intelligi potest, quod cum dubitatum fuerit in lectione antiquorum voluminum, idest septuaginta Interpretum, conferatur eis istud exemplar

plar beati Hieronymi, & tunc cognoscitur quid verum sit in his. Iste sensus procedit constante translatione septuaginta Interpretum in sua puritate. nam adhuc hoc dato quaedam auctoritates deficiunt in translatione septuaginta Interpretum, quae in litera hebraica habentur, & Euangelistae tanquam a Christo dicta, sic protulerunt, de quibus Septuaginta Interpretes penitus subtraherunt, aut longe aliter protulerunt, ut declarat Hieronymus in prologo. 2. super Genesim, qui incipit. Desiderij mei. Quia ergo in quibusdam septuaginta Interpretum translatio a veritate hebraica delinuit, cuius erroris causas Hieronymus subtrahit, adhuc post Interpretum translationem sua necessaria fuit. Et tunc est sensus cum translatio septuaginta Interpretum in quibusdam a veritate hebraica deuierit, & nesciatur in quo, conferantur exemplaria illa translationi beati Hieronymi, & ex hac cognoscitur in quo concordent septuaginta Interpretes veritati hebraicae, & in quo dissonent. Vterque sensus conueniens est, quia vtrorumque voluminum veritas per Hieronymi translationem comprehenditur. *Inuenient quod requirunt.* Ipsi enim volunt certificari de veritate hebraica, & hoc inuenient conferendo hanc meam translationem ceteris. *Maxime cum & apud Latinos tot sint exemplaria quot codices.* Ista litera potest dupliciter introduci. Vno modo, ut sit expositio & approbatio praecedentium. Alio modo, ut sit causa distincta utilitatis huiusmodi translationis beati Hieronymi.

Primo modo est sensus. Supra dicebatur, quod cum dubitaretur in lectione antiquorum voluminum, induceretur translatio beati Hieronymi ad cognoscendum veritatem harum, & quia dubitatio erat in antiquis voluminibus propter diuersitatem, subiungit hic quomodo ista volumina erant varia, scilicet quia erant multa, nam tot erant exemplaria quot codices, id est non erat aliquis liber, qui esset tractus de alio, & ei consonaret: sed quilibet erat nouum exemplar aliquid addens ad ceteros mutans, aut minuens. Et quia non poterat esse maior librorum diuersitas, necesse erat maximam suboriri diuersitatem in sententijs, & ambigi ubi veritas esset, vel an in aliquo veritas esset propter quod fuit necessaria translatio Hieron.

Alio modo introduci potest ista litera, scilicet quod translatio Hieronymi fuit necessaria ad tollendum librorum pluralitatem. nam tot erant exemplaria quot codices. Ideo si quis de veritate firmam cuperet habere constantiam, oportebat ut omnium inquireret exemplaria. Et adhuc sic veritas non constaret, cum nulli illarum translationum, aut editionum firmam crederemus inesse constantiam. ut ergo eueretur ista pluralitas librorum, conueniens fuit vnum habere exemplar, scilicet beati Hieronymi translationem, quae proculdubio veritati hebraicae consona est.

Alio modo adhuc introduci potest, scilicet quod necesse est exemplaria, quae ab ecclesijs recipiebantur, esse vitata. nam quod repugnat verum non est; sed ipsa inter se non mediocriter repugnabant, vera ergo erant nequaquam, & tunc non videbatur aliquod eorum cui fides potior danda esset, ergo nulli danda erat, cum omnia aequae suspecta de vitio erant. necessaria erat igitur alia translatio, quae immediate esset a veritate hebraica, ut omnium harum tolleretur ambiguitatem.

Cum & apud Latinos tot sint exemplaria quot codices. Apud graecos quoque erat exemplarium varietas: quoniam quidam simplices per se translationes sequebantur, ut Theodotionis, vel Aquilae aut Symmachi: alij autem hexaploas: alij vero septuaginta

Interpretum solum tenebant expositionem. Sed beatus Hieronymus solum meminit varietatem latinorum, & hoc propter duo.

Primo quia inter Latinos maior quam inter graecos varietas erat, & de ea potius dicendum fuit. Quod patet: nam Latina a graecis translata sunt. necessario igitur maior in Latinis quam in Graecis varietas sequebatur. & sicut inter Graecos erat minor varietas, ita quoque erant exemplaria emendatiora, quia exemplaria cum per manus librorum in amplius dilatantur, necesse est magis vitari.

Hanc arguendi radicem habet Hieronymus in prologo secundo super Genesim, qui incipit. Desiderij mei. ubi per ironiam arguit contra illos, qui dicunt hebraeos corrupisse libros suos, ut nobis nocerent, iniqui. Aliud est si contra se postea usurpata testimonia probauerunt, & emendatiora sunt exemplaria Latina quam Graeca, & Graeca quam Hebraea. quasi dicat non sunt emendatiora Latina exemplaria quam Graeca, & Graeca quam Hebraea, sed Hebraea magis quam Graeca, & Graeca magis quam Latina.

Alia ratio est, quia Hieronymus volebat inducere utilitatem suae translationis, quae potissimum proficiebat propter varietatem exemplarium, sed ipsa non erat profectura Graecis, sed duntaxat Latinis, cum in Latino sermone transcriberet, ideo de varietate Latinorum exemplarium tantummodo dicendum fuit. De Graecis autem nihil attinebat. *Tot sunt exemplaria quot codices.* Dicuntur exemplaria libri primi compositi ab aliquibus, a quibus ceteri trahunt scripta, & ea quae inde trahuntur vocantur exemplata. vnde idem est exemplar, quod liber originalis. codex autem dicitur quicumque liber, & dicitur a codice qui est secundus cortex arboris, in quo antiquorum mos fuit scribere prius quam membranarum & papyrorum usus inuentus foret. Et est sensus, quod tot sunt libri originales quot libri, in quo innuitur, quod nullus per alterum translatus est, sed aliquid in eo est, quod a ceteris differt, & hoc erat, quia nemo de scriptoribus dignabatur, quod in exemplari inuenisset, transcribere, sed aliquid de proprio sensu addebat vel minuebat, aut aliquo modo aliam quam in ceteris habere tur ordinabat, in quo manifeste arguitur nullam in huiusmodi solidam esse veritatem.

Et vnusquisque pro arbitrio suo addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum fuit. Id est non sunt aliqui libri tracti ab alijs, sed omnes sunt velut exemplaria, propter quod necesse est esse falsum in eis, quia vnusquisque scriptor addidit vel immutauit. *Pro arbitrio suo.* Id est non sequens aliquam rationem deducentem ad hoc, ut ipse si vnus variaret a ceteris, ut quia diuersum ab eis veritas hebraica protulisset, rationabiliter mutasse videretur. Hoc modo beatus Hieronymus transferens a ceteris differebat: quoniam ipse hebraicam veritatem in vno opere inquisit.

Et vtique non possit verum esse, quod discrepat. Id est ea quae inter se repugnant, non possunt simul esse vera, quamquam possunt simul esse falsa, secundum legem propositionum contrariarum. Et patet. nam verum omnia consonant existentia. Falso autem verum dissonat, ut patet in primo Ethicorum. Si igitur istae translationes essent omnes simul verae: impossibile erat, quod sibi repugnarent. Intendit autem hic beatus Hieronymus facere aliquas rationes, & non ponit formam earum, sed duntaxat ponit virtutem earum. Est intentio hic in fine, quod ea quae inter se repugnant, vera esse simul nequeunt, sed Latinorum exemplaria simul discrepant, cum tot sint exemplaria quot codices, ergo codices Latini non sunt veri, aut saltem

Error in prefforum maxime nocet plurimum in libris sacrae scripturae.

Nullus eorum de veritate certus est, sed ex quolibet suspicandi falsum occasio magna est. Cui autem dicitur, & non vtique possit esse verum, quod discrepat, id est contrariatur: non est sensus, quod id quod discrepat, id est qualibet pars discrepantiae non sit vera, nam tunc esset sensus, quod qualibet contrarium semper esset falsa. potissime, quia hic non accipitur repugnare in genere contrariarum propositionum solum, sed in quacunque repugnantia, scilicet siue contrarietatis, siue contradictionis. & necesse est alteram partem contradictionis esse veram: alioquin omnis propositio erit falsa, quia omnis propositio est vnum extremum contradictionis. sed accipitur quod discrepat pro tota contrarietate vel contradictione. scilicet per ambabus extremitatibus simul. Et tunc verum est, quod id quod discrepat, id est extremitates contrarietatis vel contradictionis non sunt vere. Et sic est necesse accipi hic, nam vna extremitas contrarietatis vel contradictionis per se sumpta non dicitur discrepare: quoniam discrepat ad alteram est. sed hic non exprimitur ad quid sit ista repugnantia, ergo necesse est per discrepantiam intelligi vtranque partem contradictionis vel contrarietatis. & sic per hoc quod hic dicitur, scilicet quod discrepat: intelliguntur omnia volumina Latinorum tempore beati Hieronymi existentia, quae inter se discrepabant.

Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpium, & sanctum opus venenata carpere lingua desinat, vel suscipiens si placet, vel contemnens si displicet. Memineritque illorum versuum. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. Haec fecisti, & tacui. Existimasti inique, quod ero tui similis: arguam te & statuam illa contra faciem tuam. Quae enim audientis vel legentis utilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudaeos, quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesiae homines id despiciere immolacrare vnde aduersarij torqueantur?

Hic ponitur tertia particula: in qua compeccit detractiones amulorum, & tangit mala, quae eis etiam nunt pp quae vitare deberent, ne amuli essent. Sunt enim emuli venenosi in corde, dolosi in ore, pernitiosi in opere. Et primo tangitur venenositas in corde, scilicet.

Vnde cesset arcuato vulnere in nos insurgere scorpium. Vocat scorpiones vel scorpium amulos: quoniam velut scorpium facie blanditur, & in posterioribus vno pungit vel vulnerat, atque venenum diffundit. Ita emuli nostri, cum nobis colloquuntur sermone blando affabiles sunt, sed in posterioribus pungunt: quoniam cum absentes fuerimus, vitam nostram, & omnia opera lacerant. Hoc modo Hieronymo accidebat: quoniam amuli sui non audebant ei in faciem resistere, sed post tergum calumniabantur dicentes, cum liuore antiquorum commotum noua pro ve-

Aemulus est, sicut scorpium.

teribus cadere, cum magis ipsi in eum suo odio concitati, & maledico liuore hoc obijciant. De detractoribus quomodo scorpionibus similes sint, patet Hierem. 9. capitu. scilicet in ore suo pacem, cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Dicuntur contra Hieronymum insurgere scorpiones, quia venenum liuoris sui effundunt maledicta enunciantes. Dicuntur habere arcuatum vulnus, id est quod non insigunt vulnus rectum, scilicet a parte anteriori, sicut omnia, siue venenata, siue laetantia morsu animalia. omnia enim haec ab anteriori parte nocent: in posterioribus autem nullum nocendi genus est. Scorpium autem cum in vultu nihil laedat arcuat caudam, id est conuertit in arcum ad anteriora, ut aculeum insigat, & sic vulnus arcuatum est, scilicet infixum per arcuationem caudae, & hoc faciebant detractores palam nihil audentes, & in abscondito repugnantes.

Et sanctum opus venenata carpere lingua desinat. Id est iam cesset reprehendere lingua sua maledica opus istud plenum sanctitate. Ecce iam egreditur terminos metaphora. nam si conferatur amulus scorpioni, nullus ei aculeus in lingua ponendus est: quoniam aculeus in anteriori nihil ledit, sed in posterioribus. hic tamen conuertitur ad veritatem manifestam, scilicet quod emulus linguam habet venenatam, quia venenum in prauo corde conceptum per linguam effundit, & hoc iam pertinet ad malum quod emuli in lingua habent, de quibus in psalmo venenati aspidum sub labijs eorum.

Vocat hic opus sanctum Hieronymus translationem suam, quia sancta intentione fiebat, scilicet nullo liuore, nec desiderio gloriandi, sed solum ad profectum lectorum secundum utilitates supra positas. Vel vocatur opus sanctum, quia ipsum in se sanctum est, scilicet sacra scriptura, qua nullum studium sanctius est, nec approbatius, aut solidius. laborare autem in rebus sanctis laudabile est, & non arguendum. Vel vocatur opus sanctum, id est preciosum, scilicet quia veritatem continet cum immediate sit eductum de libris hebraicae veritatis, & hoc ponitur ad retundendum eorum inuidentiam, cum ipse opus sanctum comprobauerit. *Carpere signat hic reprehendere, vel lacerare: habet tamen multas significaciones, scilicet sex, ut patet in hoc versu.*

Carpere multa significat.

Distipo, purgo, paro, scindo, minuo, reprehendo.

Dicendo carpo sex simul ista noto.

Vel suscipiens si placet. Id est si videtur ei conueniens translatio, suscipiat & legat eam non maledicis, nec murmurans. Fiebat tamen e contrario, quoniam quibusdam placebat translatio Hieronymi, & eam legebant in occulto inde aliquid scire cupientes, sed in publico illi manifeste repugnabant: dicentes non esse recipendam, & hoc est maxime inuidentiae, scilicet obuiare cognitae veritati, de hoc patet in prologo super Paralipomenon, qui incipit. Si septuaginta Interpretum, cum dicitur, haec pace veterum loquor, & obrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodant in publico detrahentes, & legentes in angulis idem & accusatores & defensores, cum in alijs probent, quod in me reproband, quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur.

Aut contemnens si displicet. Id est si alicui displicuerit mea translatio, quia forte non conuenienter vertisse videor ex hebreo sermone, despiciat, & contemnat eam nihil curans, sed non detrahens.

Quomodo loquitur hic Hieronymus, et in quo sensu contra amulos suos. *Questio. X.*

Sed dicit aliquis, quod non loquatur Hieronymus hic bene distinguendo, scilicet quod amuli aut suscipiant, aut contemnerent: quoniam certum est illos contemnere hanc translationem, ipse tamen videtur innuere, quod nec recipiunt, ne contemnunt eam.

Respondetur, quia amuli nec recipiebant, nec contemnebant, nam recipere si publice legentes approbarent, & maledictis non lacerarent: sed hoc quidem non faciebant, sed potius e contrario.

Etiam non contemnebant, & hoc intelligitur dupliciter. Vno modo, quod si non displicet eis contemnunt eam, scilicet reputando inanem, & non legant eam, sed hoc ipsi non faciebant, nam in publico arguebant, & legebant in angulis, ut ipse conuenit in prologo super Paralipomenon, qui incipit.

Si septuaginta Interpretum. Alio modo est sensus, quod si displicebat contemnerent, id est non curaret de ea laniantes, sed cessaret a detractioe, & sic quocumque modo sequebatur, quod non debent detrudere de hac translatione.

Memineruntque illorum versuum. Qui habentur in psalmo 49. in quibus tangitur conditio detractorum propter quam (quia vituperabilis est) deberent fugere detractorem.

Os tuum abundabat malitia. Id est in ore detractoris sunt multa verba mala, & non accipitur proprie malitia, quia malitia in anima est, siue ut dicitur actum, siue habitum, sed ipsa verba mala, quae procedant a malitia sunt in ore, vel accipitur os pro corde, quia inde omnia mala deriuantur vel bona, sicut in lingua omnis sermo malus, vel bonus est. Et tales modi mutationum frequentes sunt in sacra scriptura.

Et lingua tua concinnabat dolos. Id est lingua tua componebat falsitatem & deceptiones. Concinnare enim est commiscere, componere, ordinare, separare. Et sic accipitur saepe in Exodo oleum ad concinnanda lumina, id est ad componenda vel ordinanda. & aliquis dolos concinnat, cum multa coniungit, vt falsat. Isti primo concinnantur in corde, sed postea in lingua concinnantur, cum sic caute verba proferuntur, vt falsant.

Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris. Hic adhuc tangitur magis detractorum prauitas, quia non solum contra alienos arguunt & maledicunt, sed etiam coniunctos sibi amicitia, vel consanguinitate, venenata lingua carpunt. nihil enim isti sibi bonum facere videntur, nisi detraxerint, nec est qui a lingua eorum immunis sit, nemini parcunt, nullus est, qui se abscondat a calore eorum.

Et dicitur, quia sedens loquebatur. hoc dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod iste detractor sedens loquebatur, ita quod hoc sit cautela, vt adhibeatur fides: ne videatur aliqua leuitate hoc dicere, vel commotus ira perturbante, quia ista non sinunt esse quietum, sed tranquillo vultu & pacato toto corporis habitu ista profert, quasi ex sola rei dignitate, & magnitudine ad dicendum inducatur. Sic est modus in iudiciis, quia ad hoc ne videantur sententiae ex quadam leuitate, iubentur sedere, cum sententiam dant, & ista est magna nequitia, quia qui sic agunt, non ideo detrahunt, quia detrahendo delectantur, sicut quidam mentiendo gaudent, quos Aristoteles vanos vocat in quarto Ethicorum, sed hi parum mali sunt, detractores autem huiusmodi ex iniquitate agunt nocere cupientes.

Alio modo intelligi potest, quod isti sedentes loquebantur aduersum fratres suos: ad significandum magnitudinem detractiois, scilicet quod tanta de proximis suis detrahentes dicebant, quod fatigaretur si starent: ideo sedebant ad dicendum.

Alio modo adhuc potest intelligi, scilicet quod sedens loquebatur aduersum fratrem suum, id est quando cunctique sederet, loquebatur contra fratrem suum, scilicet quod istud erat opus eius, quando sedebat maledicere, scilicet fratribus suis.

Et aduersum filium matris tuae ponebas scandalum. Ista est replicatio eiusdem sententiae, & pertinet ad modum cantorum, sic est in psalms proprius stilius, quoniam Psalms cantici sunt, siue in voce, siue in organo musicis. Frater & filius matris idem est. & dicebat quod ponebat scandalum contra eum, quia detractor praua enarrat, & tali modo, vt mouere possit, & tunc frequentissime ad inimicitias alicuius concitatur, vel ei mala inferimus auditu detractorum informati; & hoc est scandalum contra eum, de quo detrahitur: quoniam sic plurimi pereunt, sic quoque plurimae amicitiae dissoluntur, sed non de firmatis solide. Nam veri amici secundum virtutem detractoribus non accomodant aures, & si interdum audierint, non accomodant fidem: quonia difficile est, vt quis credat praua de eo, qui ab ipso magno tempore probatus est. De amicis autem secundum vtilitatem & delectationem inconueniens non est interdum praua suspicari: quoniam suam causam agunt, & non amicorum. De hoc Aristoteles octavo Ethicorum.

Hec fecisti & tacui. Deus loquitur hic ad detractores dicens, quod quamquam ipsi ista mala fecerunt, tamen Deus tacuit, id est non infligit aliquam punitionem, misericorditer expectans, vt conuertantur. Et non ponitur proprie tacere pro non clamare, sed pro nihil agere, & iste est modus vsuatus in vulgari nostro, cum enim alicui iubemus, vt ab omni motu cesset, dicimus ei, quod taceat. Sic quoque in sacra scriptura interdum ponitur, vt patet Exodi 14. cap. cum dixit Moyses ad Iudaeos, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, id est nihil ageris, scilicet quod vos non pugnabitis, quia ipse solus Deus conuertit aquas maris super Aegyptios nihil agentibus Iudaeis, vt patet eodem cap.

Existimasti, quod ero similis tui. Hic tollitur falsa existimatio detractorum, in quo Deus deterret eos a detractioe. nam est sensus, quod detractores videbant impunitatem suam, quae ad tempus eis ex diuina clementia proueniebat, & existimabant sic eis semper futurum, & in hoc putabant Deum esse similem eis. nam nemo malos arcere potens puniendo eos tolerat, nisi in malis eorum aliquo modo delectetur: aut si non delectetur, tamen ex aliqua parte consentit, quia cum potuerit mala tollere, non abstulit, in quo malus est, & poena dignus, quia non solum poena digni sunt, qui faciunt mala, sed qui consentiunt etiam facientibus, vt patet ad Roma. 1. capitu. Si ergo putaremus, quod Deus simpliciter tolerabat mala, scilicet quod poterat punire, & tamen nullo modo puniebat: existimarem Deum esse similem malis, sed malis non simular, ergo non deseret scelera impunita, licet ad tempus non puniat, expectans nos, vt misereatur nostri, vt patet illa. 30. & hoc subdit.

Arguam te. Hoc non de argumento, vel reprehensione in verbo. nam de hoc non curat, licet aliquando Deus praemoneat peccatores antequam puniat: sed illa praemotio non est pertinens ad poenam, sed magis

magis ad excusationem poenae, cum per hoc erudiri potest homo, vt malum euitet & poenam. Hic tamen ponitur argui tanquam poena: ideo intelligitur de arguendo quod est in infligitione poenarum. nam cum poenae alicui pro opere suo infligitur, tunc de opere suo arguitur, nam si malum non esset, non argueretur in poenarum infligitione pro illo.

Et statuam contra faciem tuam. Id est statuam contra te poenam. Contra faciem enim alicuius quicquam poni, est contra ipsum poni. statuere autem firmitatem notat, in quo signatur, quod poena quam Deus posuerit, certissime infligetur, & istum modum loquendi habet scriptura in multis locis, vt patet Leui. 17. cap. Homo si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, id est ponam faciem meam firmiter contra illam, donec disperdam eam de populo suo. & Leui. 19. cap. scilicet quod si negligens populus terrae, & quasi parumpendens imperium aereum dimiserit hominem, qui dederit de femine suo idolo moloch, nec voluerit occidere eum, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, & succidam ipsum, & omnes qui ei consenserunt, vt fornicaretur cum idolo moloch. Vel potest esse.

Statuam contra faciem tuam. Id est ego statuam contra te peccata amulationum, & detractiois tuarum imputando ea ad poenam. Iste modus loquendi habetur Actuum. 7. cap. cum Iudaei lapidarent Stephanum dixit. Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.

Qua enim audientis vtilitas est. Hic ponitur tertium malum, quod habent amulatores, scilicet impediunt bonum aliorum, quod est perniciositas in opere. Ad introductionem huius litterae considerandum est, quod praeter vtilitates multas particularis, quae ex hoc opere eueniunt, duae erant potissimae vniuersales vtilitates.

Prima erat, quod legentes multum proficiebant per istam translationem, & hoc quia tollebat magnitudinem sumptuum requisitorum ad habendum hexaploas, vel multitudinem exemplarium inter Latinos, cum iam tot essent exemplaria quot codices, vt supra patet.

Euitabatur etiam laboris vehementia: nam ad inquirendam veritatem, sine hac translatione multis egebamus exemplaribus, data autem ista translatione omnia ablata sunt, & quod potissimum est alijs perquisitis propter varietatem, aut verum, quod inueniebatur non erat, aut nequaquam constans, sed in hac translatione veritas solida, hebraica exemplata est.

Alia vtilitas est ablatio improprietatis & irrisionis Iudaeorum. Irridebant enim Christianos habentes septuaginta Interpretum translationem, quod in ea plenam biblicam translationem non haberent: quoniam multa in veritate hebraica habebantur, quae apud Latinos non erant codices, vel longe aliter habebantur: nunc translata per beatum Hieronymum in latinum sermonem nihil in hebraea veritate relictum est, quod in latinis codicibus non habeatur: detidere ergo non poterunt, sed dolebunt. Nunc dicit, quod vtraque vtilitas tollitur, aut saltem diminuitur propter detractores. Et primo dicit.

Qua audientis vtilitas non laborando iudicare, & alios detrahendo laborare. Quasi dicat, quae esse potest vtilitas, cum tantum alij laborent in improbando opus meae translationis, quantum ego laboravi in transferendo? Nulla enim vtilitas esse potest, quod propter hoc accidit: nam vtilitas huius translationis est, vt dubia aliarum translationum tollat: ad quod oportebat, vt maioris ei firmitudinis da-

retur auctoritas quam ceteris. Alioquin ita de ipsa vt de ceteris dubitabitur. Sed si eam improbant aliqui, diminuitur auctoritas eius, vel potius aufertur, ergo non poterit proficere, quia audientes non praebunt plenum assensum, potissime cum amuli non leuiter redarguant, sed violentissime; quoniam tantum ipsi ad destruendum laborant quantum nos ad construendum: est destructio ista in detractioe.

Secunda vtilitas tollitur & significatur immediate cum dicitur.

Dolere Iudaeos, quod calumniandi eis & irridendi Christianos occasio ablata sit. Id est quod vtilitas est, quod Iudaei doleant, quod iam non habent occasionem irridendi Christianos, dicendo biblicam suam nullam esse, quia non contineret ea, quae continent biblia hebraeorum. Hoc autem ablatum est eis per translationem Hieronymi, quae continet omnia, quae sunt in biblia eorum, & ista magna erat vtilitas & honor, quod Iudaei qui miserissimi sunt non illudant nobis, sed nunc non videbatur esse vtilitas cum nos ipsi Christiani dicamus hoc nihil esse detractioe. nam gaudium nobis esse debet, cum intelligeremus aliquid nos habere secundum quod Iudaei non illuderent nobis, & ipsi in hoc dolebant, quia amuli nostri sunt, sed quia nos intelligimus nihil esse, non gaudemus. & quia Iudaei vident, quod nos abijcimus id, in quo nobis contra ipsos erat defensio, non tristantur, sicut tristantur eos necesse erat, sed magis gaudent, ergo nulla vtilitas est habere vnde Iudaei doleant, cum nos id detestemur detractioe.

Calumniandi eis & irridendi occasio ablata sit. Duo faciebant Iudaei contra Christianos, quando habebant translationem septuaginta Interpretum, & nondum erat translatio beati Hieronymi, scilicet irridebant & calumniabantur. Irrisio erat quantum ad incompletionem translationis septuaginta Interpretum: Nam Iudaei eam dicebant nullam esse: monstrantes multa in biblia sua, quae in translatione septuaginta Interpretum minime haberentur, aut longe secus, & hoc irrisione dignum erat, scilicet fidem attribuere illi translationi, quae ab exemplari deuaret. Calumniabantur etiam interdum habentes occasionem illudendi Christianos in arguendo, nam interdum Christiani arguebant contra Iudaeos de aliquibus articulis legis, vt committere argui solet, & cum Christiani nitebantur probare ex textu veteris testamenti, allegantes translationem septuaginta Interpretum: dicebant sic non haberi apud Iudaeos etiam si sic haberetur, & isto modo eludendo eos his calumnijs euadebant. Quod autem non haberetur, sic in hebraeo, erat satis verisimile per hoc, quod multa alia non haberentur in hebraeo, quae apud Interpretes erant, & e contrario. Et illa exempla demonstrabant, ita per vnam dissimilitudinem dicebant multa dissimilia esse, etiam si non essent. Data autem Hieronymi translatione, nec calumniantur, nec irrident: quoniam veritas hebraica perfecte exemplata est in hac translatione.

Et ecclesiae homines id despiciere, immo lacere vnde aduersarij torqueantur. Repetenda est littera superior ad constructionem, scilicet quae vtilitas est ecclesiae homines despiciere id, vnde Iudaei aduersarij torqueri debent? quasi dicat, si viri ecclesiastici tempore Hieronymi non contemnerent suam translationem, Iudaei torquerentur ex illa ex causis supradictis, quia tamen contemnebant, non erat aliqua vtilitas, quia iam Iudaei non torquerentur ex ea, videntes quod Christiani eam contemnebant, & hoc faciebant detractores, ergo ipsi tollebant multiplices vtilitates. *Et ecclesiae homines id despiciere.* Dicit ecclesiae homines quoslibet Christianos ad differentiam Iudaeorum, quod Iudaei detraherent de hac translatione: quamquam non conuenienter

Cocinnare multa significat.

Nota vtilitates vniuersales translationis Hieronymi.

Duo faciebant Iudaei contra Christianos...

UNIVERSITY

nienter agerent, tamen admirabile non erat, quia erant hostes christianorum, & ista translatio tollebat eis occasionem deridendi & calumniandi, sed quia viri ecclesie, id est Christiani detraherent de ea, detestius erat, cum ipsis potius gaudendum erat, quia ad eorum defensionem ista proficiebat. Etiam aliter potest introduci, q. d. si Iudaei insultarent huic translationi, non ex hoc tollebat utilitas eius, quia Iudaeis hostibus non crederetur, cum tamen christiani detraherent ei, quod ad eorum adiutorium est, credendum est eis. Ideo eorum detractio facit translationem nullius esse utilitatis.

Alio modo vocare potest hic viros ecclesie ipsos viros pertinentes ad ministerium ecclesie, quia isti erant qui contemnebant & detrahebant, & erat iniustus, nam magis decebat hos veritatem & iustitiam colere, & ea quae ad statum fidei faciebant erigendum, amare. Iterum faciebat hoc translationem esse minoris utilitatis: nam si qui de popularibus hoc contemnerent, eis nihil aut parum credendum foret, quia tamen viri ecclesie, id est sapientes, & ecclesiae ministri hoc contemnebant detrahentes, iure ei detraherendum videbatur.

Inimmo lacerare. Exaggerat emulationem detractorum, qui non solum despiciabant translationem Hieron. sed etiam lacerabant, id est destruebant, vel in frustra diuidebant.

Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quae & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant: cur ea quae sub asteriscis & obelis vel addita sunt, vel amputata, legunt & negligunt? Quare Danielelem iuxta Theodotionis traditionem ecclesiae susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differentes? Aut quae fuit stultitia, postquam vera dixerint proferre quae falsa sunt? Unde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quae in libris veteribus non habentur? Haec dicimus ne omnino calumniantibus tacere videamur.

Hic ponitur quarta particula, in qua multipliciter confutat eos qui praeter translationem 70. Interpretum nihil suscipiendum dicunt, & confutat quadrupliciter. Secunda ibi. Quare Danielelem. Tertia ibi. Cur Origenem. Quarta ibi. Aut quae fuit stultitia.

Circa primum confutat hos ex veritate cognita quae contemnant, nam si nihil praeter 70. Interpretum translationem recipiendum erat, non erat legendum quod Origenes in emendationem 70. Interpretum fecit, quaedam amputans, & alia addens, distinguendo opus per asteriscos & obelos, & tamen isti detractores legebant. Quod si vetus eis interpretatio tantum placet, i. si solum placet eis interpretatio vetus, & hanc recipiendam solum dicunt: vocat veterem interpretationem ipsam, quae est 70. Interpretum: quoniam inter interpretationes aut editiones ante eam nulla facta est, & oes aliae multo tempore post eam factae sunt, quae & mihi non displicet. Non refertur hoc ad totam complexiorem superiorem, sed solum ad veterem interpretationem: nam si ad totam complexiorem referatur, cum supradictum sit, quod istis solum vetus interpretatio placet, erit sensus, quod Hieronymo placet hoc, quod

sola interpretatio vetus recipiatur, sed hoc est contra intentionem suam: nam si sola interpretatio vetus suscipienda est, ergo non erat suscipienda ista nova translatio Hieronymi, sed refertur ad interpretationem solum. Quae mihi non displicet, i. non displicet mihi interpretatio 70. Interpretum. Sic ipse declarat in prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. Interpretum, ubi dicit, quod si interpretatio 70. Interpretum pura, & ut ab illis in graecum versa est permaneret, non oporteret, quod ipse quicquam scriberet, sed quia cuncta additionibus & detractionibus vitata sunt, aliam oportuit fieri translationem. Et nihil extra recipiendum putant. Idest dicit nullam aliam interpretationem praeter eam quae est 70. Interpretum debere recipi. qui autem talia existimant, possunt ex hoc moueri, quod credunt illam interpretationem continere solidissimam veritatem, & tunc omnes aliae interpretationes, aut ei consonant, aut dissentiant. Si autem ei dissentiant, recipiendae non sunt: nam manifeste falsum est, quod a vero discrepat: quoniam iuxta Arist. i. Ethic. vero omnia consonant existentia. i. vera: si autem ei consonant quamquam verum sunt, tamen recipi non oportet, cum eadem veritas in translatione 70. iam habeatur. Argumentum istorum fortassis aliquid procederet, sed desuit in fundamentis: translatio quippe 70. Interpretum tota lacerata est, & a veritate hebraica additionibus & detractionibus sapissime differens, ergo alia quae veritatem solidam contineret, necessaria erat.

Cur ea quae sub asteriscis & obelis, vel addita sunt, vel amputata legunt & negligunt. Idest quare legunt interpretationem 70. Interpretum correctam ab Origene, & distinctam per asteriscos & obelos, ubi plurima addidit & diminuit, & cum ista legerint, contemnerunt, dicentes solum septuaginta Interpretum esse recipiendam interpretationem.

Obicit contra praedicta, quae ad 70. Interpretum expositionem pertinent. Quae. XI.

Sed dicit aliquis, quod ea quae posita sunt sub asteriscis & obelis pertinent ad interpretationem 70. Interpretum. Respondendum est, quod in hoc nemo dubitat, nisi qui nihil de hac materia novit. nam neque ipsi graeci hoc dicunt, quoniam constat ibi multa posita esse & adempta ex arbitrio Origenis, & ideo cum illa legerint, contemenda dicunt, ut hic recitat Hieron. Si in haec ad additionem 70. Interpretum pertinerent, non legerent, & contemnerent, sed approbarent. Item quoniam etiam si dixerimus illa pertinere ad translationem 70. Interpretum, ipsi asterisci & obeli contrarium eloquuntur.

Quomodo se habeant ea quae posita sunt in translatione Origenis sub asteriscis & obelis, & haec quid erant, & quid signabant. Quae. XII.

Pro quo sciendum est, quod Origenes in opere suo, quod hexaploa nuncupavit, i. sex columnarum, de quo supra diximus ultra quatuor editiones, quas simpliciter recitavit, nihil addens, aut minuens, posuit 70. Interpretum translationem, & in hac miscuit editionem Theodotionis: hoc modo, ut de duabus translationem vnam faceret, sed ubi litera 70. Interpretum, cum Theodotionis editione concordabat relinquebat intactam, ubi vero dissonabat alterum ab altero, si aliquid haberetur in ista 70. Interpretum, quod apud editionem Theodotionis non esset, obelis distinguebat, ut confoderet: designans illa superflua haberi. Si vero aliquid in Theodotionis haberetur quod 70. Interpretum non haberent, litera

litera septuaginta illud adiciebat, distinguens a litera A Interpretum per asteriscos, id est per quaedam signa quae posita erant ad illuminandum, id est ad signandum id, quod additum erat ad declarationem maiorem pertinere translationem. Tangit haec Hieron. succincte in prologo 2. super Gen. qui incipit. Desiderij mei, & hic, & magis in prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. Interpretum, cum ait: & certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum e regione singula verba describens, ut vnus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur, sed quod maioris audaciae est in editione 70. Theodotionis editionem mihi scuit, asteriscis videlicet designans quae minus ante fuerat, & virgulis quae superfluae videbantur apposita. De asteriscis, & obelis considerandum est, quod sunt duae notae sententiarum non ad pauandum, vel distinguendum sicut comata, & coli, atque periodi, sed notae exteriores ad denotandum operis diminutionem, vel falsitatem. Et est asteriscus quoddam signum in modum astri radiantis factum, & ab astro derivatum, quod ibi ponitur ubi aliquid defecisse signatur, quod postea supplet, sic erat in translatione 70. ab Origene factum, ubi aliquid de editione Theodotionis habebatur. Obelus dicitur quaedam nota signum in modum sagittae, & ideo ponitur ut confoderet, & iugulare videatur. Hoc autem ad notas illas est, quae superfluae ab aliquibus posita in editione 70. videbantur. De his dicit Isidor. Etym. lib. 1. asteriscus apponitur in his quae omnia sunt, ut illuciscant per eam notam, quae deesse videntur: stella enim aster dicitur Graeco sermone, a quo asteriscus est derivatus. Obelus est virga iacens, quae apponitur in verbis, vel in sententijs superfluis iteratis, siue in his locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta iugulet superuacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Graeco obelus dicitur. Quae sub asteriscis, & obelis addita sunt & amputata. Additum ad asteriscos pertinet. Amputatum vero ad obelos, non est tamen intelligendum, quod aliquid eius quod in translatione 70. Interpretum haberetur, Origenes amputauerit, quasi detraxerit resecando: sed dicitur amputando, quia apponebat quibusdam sententijs obelos, signans superfluos esse, vel falsas, & sic manente integritate vtriusque editionis, i. Theodotionis & septuaginta Interpretum, quod in eis verum, aut superfluum, vel falsum esset, solis asteriscis, & obelis appositis designabat.

Quid sit asteriscus, & quid obelus, & quid significat.

Legunt & negligunt. Est argumentum Hieronymi contra hos. Si enim falsa, aut non recipienda sunt quaecumque praeter septuaginta interpretes sunt, non deberent legere, quidam tamen legunt & contemnant, id est contemnendum dicunt.

Est enim praesumptio contra ipsos, quod ipsi intelligant vera vel utilia esse, quae ab Origene apposita, & amputata sciunt, cum in illis magno labore studeant, quod ergo contemnant, id est postea contemnendum dicant, nequitia est. nam erudiuntur ex eo, quod contemnendum dicunt, & tamen intra se non contemnant. Ita autem de suis scriptis conquerebatur Hieronymus, quod in publico reprehendebant, & legebant in angulis, ut patet in prologo super Paralip. qui incipit, si 70. Interpretum. Sciendum autem circa asteriscos, & obelos, quod licet istum modum scribendi in translatione Biblię apud Origenem primum inuenerimus, tamen in Hieron. aliquid licet rarissime comperimus. Sic patet in Daniele, ubi in c. 3. Danielis, ubi multa ponuntur ex dictis Theodotionis, quae in Hebraeis voluminibus non habentur, & 13. atque 14. eiusdem Danielis de sola Theodotionis editione translata sunt: ut patet ibidem. & haec in quibusdam antiquis libris per obelos, & asteriscos designantur. Ad obelos namque pertinet. in libro quoque Esther iste modus est, nam multa ibi sunt quae in vulgata hinc

editione, sed nullum Hebraeorum codicem sui testem hinc, quae ibi quoque in antiquis Biblijs sub his signaturis notis designantur. Quare Danielelem. Hic ponit Hieron. secundam confutationem quae illos qui solum 70. Interpretum translationem recipiendam dicit, & est de singulari opinione, quod non suscipiebant ea quae oes ecclesie susceperunt, & hoc erat liber Danielis ex editione Theodotionis.

Translatio septuaginta in libro Danielis non fuit recepta ab ecclesia. Quae. XIII.

Ad huius evidentiam considerandum est, quod ipse beati Hieron. translatio 70. Interpretum maxime erat auctoritatis, quia nascens ecclesie fidei roboraerat, ut patet in Prologo super Paralip. qui incipit. Si 70. Interpretum. Sed specialiter in libro Danielis non receperunt accipientes Theodotionis editionem, & hoc quia multa falsa in libro illo reperiebantur. De his dicit Hieron. in prologo super Danielelem cum incipit. Daniele prophetam iuxta 70. Interpretes dicit ecclesie non legunt videntes Theodotionis editionem, & hoc cur acciderit vscio, siue quia sermo caldaicus est, & in quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt 70. Interpretes eadem lingue lines in translatione seruire, siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Caldaem lingua scienter editus liber est, siue aliud quid causa extiterit, ignorans hoc vnum affirmare possum, quod multum a veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Isti tamen detractores in hac parte singularem tenentes opinionem 70. Interpretum suscipiebant interpretationem Theodotionis vero editionem quam oes susceperant ecclesie repudiabant, quod demeritis non mediocriter affirmare auisim. Quare Danielelem iuxta Theodotionis translationem ecclesie susceperunt, i. si sola 70. Interpretum expositio recipienda est. Quare oes ecclesie susceperunt Theodotionem in Daniele, abijcientes translationem Interpretum, & tamen oes ecclesie non errauerunt: ergo aliquid recipiendum erat ultra 70. Interpretationem, quin potius recto iudicio translatio 70. in quibusdam repudiari debuit: Cur Origenem. Hic ponitur 3. confutatio dicentium nihil recipi debere praeter translationem 70. Interpretum, & hoc ex indiscretionem, quia commendant valde ea quae recipienda non iudicant. Cur Origenem imitantur, & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differentes. i. si isti dicit nihil recipiendum esse praeter 70. Interpretum translationem, quare ipsi imitantur studium Origenis, & Eusebii Pamphili, quod describunt simul oes editiones, sicut isti scripserunt: Stultum est quippe tanto labore consumi, & tantarum expensarum effusioni incubere faciendo oes has editiones digesto ordine in eodem libro, sicut Origenes, & Eusebii Pamphili primo fecerunt.

De nativitate Origenis, & laboribus suis in Scriptura sacra. Quis fuit Eusebius, & quis Pamphilus. Quae. XIII.

Ad evidentiam huius considerandum est de Origene, quod fuit vir natione Graecus, qui & Adamantius dicitur, de quo Hieron. in libro illustri virorum dicit. Origenes qui & Adamantius Alexandriae dispersa Ecclesia. 18. saeculatus ante catheseon, i. doctrinae opus aggressus per multos annos floruit, quos tamen habuit in sacris scripturis studij, ut Hebraeae lingua ritum gentis Iudaeae, & naturam addiceret: & exceptis 70. Interpretibus alias quoque editiones in vno congregaret Aquile, i. Pontici Profeti, & Theodotionis Ebionae, & Simmachii eiusdem dogmatis. Praeterea quanta, sexta, & septima editione: quas etiam nos de eius Bibliotheca habemus, multo labore repit, & cum ceteris editionibus comparavit. Iste oes editiones discriuit, quae in exaplois illas collocavit singulas in columnellis suis e regione, ut sic quoque veniant, & discrepent cognoscant.

De Eusebio Pamphili dicit etiam, q̄ isti imitantur hos duos differētes omnes editiones, sicut ipsi. In quo v̄r̄ q̄ isti duo compegerunt oēs editiones. De Origene certissimum est, q̄ prius compegerit in vnum oēs editiones, an vero Eusebius Pamphili idē fecerit, nō constat, sed Hierony. hic videtur hoc velle. Fortassis cuiq̄ dicendum videbitur, q̄ Origenes fuit auctor compingendi in vnum volumen has oēs editiones, sed eū Eusebius Pāphili adiuuit, vnde & ipse de auctoribus ponitur. Dicendum est nō posse stare, nam Eusebius Pāphili, & Origenes non fuerunt eodem tpe, quia Eusebius Pamphili, & historiographus fuit, & in suis historijs de Origene egit narrans diuinitatem ingenij sui, & solertiam circa studium, & ex ordine historię suā v̄r̄ q̄ post eum aliquantis fuerit t̄pibus. Sed dici poterit, q̄ hic agitur de Eusebio Pamphili, quia post Origenem ipse excellenter laborauit ipsās editiones in vñū colligere, & hoc potest signare litera dicens. *Cur mirantur Origenem, & Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter differētes.* Id est cur mirabiliter isti cōmendant Origenem, & Eusebium Pamphili, nam Origenes cunctas editiones differuit, id est simul posuit in eadē plana in sex columnellis, & Eusebius Pamphili similiter differuit, id est non differebat ab hoc in compingēdo has editiones. & isti emuli vtunq; laudant qui similiter posuerunt has editiones, ergo debent approbare, & recipere, quod laudant. Alio modo poterat hoc intelligi quantum ad similitudinem studiorum, nam si cut Origenes in sacra Scriptura studiosus fuit, ita & Eusebius Pamphili multa operū genera digessit. Vnde ipse primus historiam ecclesiasticam apud Chriianos descripsit: vt ait Isidorus Etym. libr. 6. Isti autē laudantur, quia diuersis generibus operum studuerunt: ergo non videtur rationale, q̄ sola interpretatio 70. tenenda sit. Sed primus modus est conuenientior, s. q̄ Eusebius similiter digesserit omnes expositiones, vt Origenes: & hi laudatur a Grecis & Latinis, qui emulantur Hieronymo omnibus obuiantes, preterquam translationi 70. interpretum. Forte autem ista dicitur de Eusebio Pamphili, quia ipse fuit valde diligens p̄scrutator sacre Scripturę, & edidit multa volumina, & fortassis de trāslationibus, & librōi editionibus tenuit modum quem Origenes: de hoc Hierony. in lib. de Illustribus viris: ait Eusebius Cęsareę Palestinę ep̄s I scripturis diuinis studiosissimus, cum Pamphilo martyre diligentissimus peruestigator edidit infinita volumina. Vocatur iste Eusebius Pamphili tanquam p̄nominē, huius p̄nominis causam assignat Hieron. in p̄dicto libro illustrium virorum dicens, q̄ pp̄ amicitiam p̄c̄tā cum Pamphilo martyre ab eo cognomētum sortitus est. De Pamphilo martyre dicit Hieron. ibidem Pamphilus presbyter Eusebij Cęsarien. ep̄i tanto Bibliothecę diuinę amore flagrauit, vt maximam partē Origenis voluminum sua manu describeret. Sciendū, q̄ ista l̄ra p̄t dupliciter intelligi pp̄ istud participium differētes. nam p̄t referri ad Origenem, & Eusebiū Pamphili, vel ad emulos. Si referatur ad Origenē, & Eusebium est sensus, q̄ isti admirantur, & collaudant Origenē, & Eusebium similiter differētes cūctas editiones, id est sicut Origenes transtulit oēs editiones in hexaplois, similiter & Eusebius Pamphili, i. ēt iste idem egit, nihil differens in cōparatione oīum editionum, & vtūq; isti emuli admirant, & laudant, & tūc est sensus, q̄ cum isti laudent hos duos recipientes, & facientes alias editiones preter interpretum 70. translationē, quare non recipiunt illa: q. d. v̄r̄ irrationabiliter factū. Alio modo p̄t esse sensus, vt istud participium referat ad emulos, s. cur admirant Origenem, & Pamphili Eusebium, s. qui preter 70. interpretum translationē multa alia volumina fecerūt super sacram Scripturā,

& coniunxerunt? & hoc similiter differētes, i. non solum laudant eos, sed et differunt similiter cūctas editiones, i. ita isti emuli faciebant scribi oēs editiones semel in vna plana per sex columnellas, sicut fecerat Origenes in hexaplois. Et iste sensus etiā verus est, nam hi faciebant transferri libros Origenis quosdam, quia su pra dicit, q̄ isti legebant ea quę scripta erant sub asteriscis, & obelis, & hęc sunt hexaploa, in quibus erant oēs editiones distinctę per columnellas, sed non poterāt isti legere in his libris, nisi eos scribi facerent, ergo isti similiter differēbant oēs translationes vel editiones, sicut Origenes & Eusebius Pamphili. Et dicitur differētes, id est distinguētes, nam differere est sapienter loquī, & confirmare, & distinguere. Quōcunque autem litera accipiatur, s. siue isti similiter differant, vt Origenes & Eusebius, vel ipsi laudent Eusebium & Origenem, similiter differētes, nihil differt, nam semper redarguendi sunt, s. si vituperant, quod laudauerint, vel quod imitantur. *Aut quę fuit stultitia.* Hic ponit quarta confutatio eorum qui solos 70. interpretes recipientes asserunt. Et isti arguebant contra translationē beati Hieron. dicentes in ea falsa esse expressa, & arguunt sic. Interpretatio 70. est vera: ergo tua est falsa. Valde consequentia, quia interpretatio beati Hieron. erat p̄ria interpretationi 70. sed vnum verum alteri vero nō repugnat, ergo interpretatio Hieronymi est falsa, & ob hoc q̄ stulte egerit interpretādo. Et ad hoc r̄ndet Hieronymus dicens, quę fuit stultitia postquam vera dixerint, proferre quę falsa sunt? quasi dicat, si constaret, q̄ 70. interpretes veritatem dixerint, cum ego post illos transtulerim, quę stultitia erat cognita veritate delirare? quasi dicat, maxima: nec erat vlla huic comparabilis. Est autem argumentum istud rhetoricum. Et satis quidem probabile, sed non necessarium, & nō debēt ista omnia verba referri ad idem suppositum, sed ad suppositum, s. quę stultitia fuit postquam vera dixerint, s. 70. interpretes (vt vos dicitis) proferre quę falsa sunt, id est, q̄ ego proferrem falsa contra intentionem eorum? Beatus Hieronymus recipit argumētū istud: sed negat fundamentum, s. q̄ interpretes verum dixerint, nam aut verum non dixerunt, aut incompletum, aut ab aliquibus vitiatū sunt librarijs. Ideo ego proferens contra eos non protuli falsa, sed quę vera sunt. Ista litera potest dupliciter introduci. Vno modo, q̄ si litera beati Hieronymi arguentis probabiliter, q̄ ea quę dixit, vera sunt: nam si ea quę dixit, manifeste falsa sunt, quia repugnant dictis septuaginta interpretum, quę stultitia esset, q̄ postquam interpretes vera dixissent, & illa manifesta essent, q̄ Hieronym. vellet dicere falsitatem? quasi dicat, magna valde stultitia erat, sed nō est p̄sumendum, q̄ tantam incurreret stultitiam beatus Hieron. ergo non est credendum, q̄ ea quę dixerit quamquam sint p̄ continentiam 70. interpretum sint falsa. Alio modo potest introduci ista litera, s. q̄ sit de intentione emulorum, & sint verba eorum dicētium quę stultitia fuit in hac tua translatione, vt post veritatem 70. interpretum velles describere falsitatem? Ad hoc r̄ndet s̄m hanc expositionem in sequenti litera beatus Hieron. dicens, q̄ ipse non protulit falsa, sed potius 70. interpretes false, aut in quibusdam diminute protulerunt. Quod probat ex auctoritatibus quę sunt in nouo testamento adductę de cōtinentia sacre Scripturę, & tñ non reperiuntur in aliquo libro 70. interpretum, & inueniunt in translatione beati Hieron. ergo translatio beati Hieron. est vera, & translatio 70. interpretum est diminuta, aut in quibusdam vitiatā. *Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia.* Hic probat beatus Hierony. suam translationē esse completam, quia cōtinet omnia testimonia quę allegat Christus in euangelijs, & Apostoli in epistolis.

Argumentū Hierony. quō currit

Aemulis r̄ndere, q̄ oportet, q̄ non.

Nam interdum Christus quędam probat inducens Auctoritatibus veteris testamenti: & non est dicendū, q̄ Christus nō terigerit veritatem literę Hebraicę, vbi tale habetur testimonium. Sic quoq; de Apostolis allegauerunt aliqua in epistolis suis, & tñ ista non reperiuntur in translatione 70. interpretum, aut longe secus hñr. In translatione autem beati Hierony. sic reperiuntur, vt in nouo testamento allegant, ergo ista trāslatio vera est. Quę autē sint testimonia quę in Euangelijs, & toto nouo testamento allegata sint, quę non inueniantur apud 70. interpretes, hñr in Prologo 2. super Gene. qui incipit. Desiderij mei, & partim in Prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. interpretum. *Vnde poterunt in nouo testamento probare assumpta testimonia.* Istud casuale cum propositione, s. in nouo testamento nō determinat istud verbum probare, sed istud participium assumpta. Nam primo modo esset sensus vnde poterunt probare in nouo testamento, i. ex quo loco noui testamenti poterunt probari assumpta testimonia? Sed iste sensus nullus est: quoniam non debebant aliqua testimonia probari ex nouo testamento, sed ex veteri potissime, quia hic est cōtrouersia de translatione septuaginta interpretum: & tamē ipsi nihil transtulerunt de nouo testamento, sed de veteri. non ergo stat villo modo ille sensus. Accipiendo alio modo, quod istud casuale cum p̄positione determinet istud participium assumpta, est sensus conueniens, s. vnde probare poterunt, id est, ex quo loco totius scripturę septuaginta interpretum poterunt isti emuli probare testimonia assumpta in nouo testamento, quasi dicat, nullum habent locum in suis interpretibus ad demonstrandum hęc: tamen necesse est, quod dicamus ista haberi in canone Biblię, quia a Christo, & Apostolis allegantur. Ergo trāslatio septuaginta interpretum, in qua non habentur hęc, sufficienter probatur quod sit diminuta, sed in libris translationis beati Hieronymi habentur, ergo cōsonantior est ista veritati Hebraicę. *Quę in libris veteribus non habentur.* Id est non habentur ista testimonia, quę in Euangelio & in epistolis reperiuntur, in libris veteribus, id est in libris translationis septuaginta interpretum, qui vocantur libri veteres, id est primę translationis, ante eam quippe nulla fuit translatio. *Hęc dicimus ne omnino calumniantibus tacere videamur.* Hic excusat arrogantiam, quoniam ex argumento sup̄proposito inferunt implicite, quod translatio sua melior & verior est, quā in trāslatio septuaginta interpretum, nam septuaginta interpretes non expresserunt omnia quę erant in veritate Hebraica, vel nō eodem modo quo in veritate Hebraica habebantur, & trāslatio Hierony. hęc omnia complet, vt patet ex assumptis testimonijs in nouo testamento: ergo sua expositio melior est. De hoc autem aliqui cum arguerent, q̄ 70. interpretibus qui in tanta auctoritate habebantur se p̄ferret. Ideo dicit, q̄ quicquid ex verbis suis inferatur, ipse nō intendit hoc, nisi ad monstrandum se inculpabilem, s. ne omnino tacere videatur calumniantibus: calūniatur enim emuli de sup̄proposito, & si ipse oīno subtraheret videretur eis oīno consentire, vel non posse tñ dere, ex quo confirmaretur intentio eorum, & trāslatio Hieron. semper infirmior videretur, iō in oībus se re prologis r̄ndet emulis. Istum modum loquēdi hñr in prologo super Paralipom. qui incipit. Si 70. interpretum, vbi ait postq̄ ponit argumenta confutantia trāslationē 70. interpretum, vt non directe videatur p̄ eos arguisse, sed hęc pace veterum loquor, & obrectatoribus meis tantum in dēdo, qui canino dente me laniant in publico detrahentes, legentes in angulis.

Quando iniuria non sunt toleranda etiam a viro sancto. Quasi. XV.

In talibus autem virtuosum est respondere aduersarijs, nec est conueniens simpliciter tolerare iniurias, nam si iniuria est simpliciter personalis, vt quod diceretur aliquem hominem esse malum virum, vel esse malę famę, & sic de ceteris quę solam personam commaculant, tolerare virtutis erat. Si tamen dicatur doctrina tua est falsa, vel tu es deceptus in fide, tunc nō solum est iniuria personalis, sed etiam est iniuria, vel damnum doctrinę & fidei. Ideo tunc respondendum est, & si non spiritu ita concitato. Sic autem erat hic. Beatus Hieronym. transtulerat hanc Bibliam, quę continebat veritatem Hebraicam: Aemuli autem dicebant, hic multa falsa contineri. Si autem beatus Hieronym. toleraret hanc iniuriam, non solū esset iniuria eius qui in transferendo erudite nō se habuerat, sed magis esset damnum huius veritatis fidei nostrę quam sineret in defensionem. Malum ergo valde erat si subtrahisset, nam sicut contra eos qui fidem nostram violenter delere volunt, moriendo vsque ad sanguinem resistendum est: ita & si oportuerit mori, est mors gratis acceptanda. Cōsimiliter si quis detractionibus, aut quibusuis argumētis fidem nostram, aut aliquam veritatem catholicam eneruare conetur, peccatum grauissimum est, si quis ei habens vim in sermone ex negligentia, timore, amore, aut verecundia accedat, velut si quis a confessione nominis Christi mortis timore ductus recedat. Valde ergo conuenienter factum est, vt Hieronymus detractionibus responderet, & sic cuilibet viro in opere doctrinę, potissime circa sacram Scripturam pro defensione veritatis quilibet respondere debet.

Ceterum post sanctę Paulę dormitionē, cuius vita virtutis exemplū est, & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus dum spiritus hos reget artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum iam diu opus, quasi quodā postliminio repetere: p̄sertim cum & admirabilis sanctus quę vir Pammachius hoc idem literis flagitet, & nos ad patriam festinantes mortiferos syrenarum cantus surda debeamus aure transire.

Hic ponitur quinta particula, s. p̄tinuatio ad futuros labores, quō post istud t̄ps se hñr cęat, transferendo se ad libros ceteros prophetales. *Ceterum post dormitionem sanctę Paulę.* Dicit q̄ p̄misit Paulę & Eustochio virgini, scribere libros prophetales, ideo q̄ iam defuncta foret Paula, tñ Eustochio virgini manēti obligabatur reddere hos libros. Et d̄r. *Post dormitionem sanctę Paulę.* i. post mortem: vocat. n. dormitionem mortē, & sic d̄r Io. 1. 1. Lazarus amicus noster dormit, i. mortuus est. Et prima ad Thessalon. capit. 4. dicitur. Nolumus vos ignorare de dormientibus ne cōtristemini, sicut ceteri, qui spem non habent, & in multis locis similiter.

Historia Paulę & Eustochij. Et quare Hieronymus eas nimis dilexit. Quasi. XVI.

Ad euidētiam eorum quę dñr de Paula, & Eustochio considerandum est, q̄ Paula ista de qua hic agit nobilissima inter Romanas fuit, cuius vitam scripsit B. Hieronymus. Huius mater fuit Blefilla, & fuit de primis

primis in Romano senatu Scipionum Gracchorūq; progenies. Pater eius Rogatus Agamennonis soboles. Coxatius maritus ipsius descendens de stirpe Aeneae, & Iuliorum. Quinque liberos edidit Blefillā, Paulinam matrem Pammachij, Eustochium, Ruffinam, & Coxatium. Cumq; orientis, & occidentis ep̄os ob quādam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales literę contraxissent: Epiphanium Salaminę Cypri ep̄m hospitem habuit, & Paulinum Antiochena: urbis ep̄m in alia manentem domo, quasi propria humanitate possedit, quorum accēsa virtutibus exacta hēmeredeuntibus ipsis ad ecclesiās suas, ipsa assumpta secum Eustochio virgine cum eis nauigauit: & in Cypro decem diebus commorata, lustratis monasteriis reſcripserat sumptuum fratribus dereliquit. Inde per Seleuciam ascendens Antiochiam sancti Paulini modicum charitatis detenta, per maritima ascendit Hierosolymam, & lustratis sanctis locis terrę promissionis descendit in Aegyptum, & visitatis Heremitis, atq; monachis ibi degētib; habitare inter tot millia monachorum cum puellis cupiebat. Sed cum maius desiderium sanctorum locorum eam retraxisset, in Bethlehem reuersa est, in qua edificauit tria monasteria virginum, quas ex diuersis prouincijs congregauit, & in tres turmas diuisit, ita dumtaxat, vt in opere, & cibo se paratę Psalmis, & orationibus iungerentur. Mane hora Tertia, & Sexta, & Nona, & Vespere, & noctis medio per ordinem psalterium canebant; vixit in sancto proposito Romę annos quinque. Bethlehem 20. omne tps̄ vitę eius impleuit annos 56. menses octo, dies 20. hęc enim de illa Hieronymus. Eustochium autē de qua hic dī, huius erat filia. *Cuius vita virtutis exemplum est.* Idest vita sanctę Paulę: est exemplum ad recte viuendum, qm̄ virtuosę valde vixit, vt patet ex predictis de ea. *Et hos libros Eustochio virgini Christi negare non potui.* Idest post mortem Paulę, ego non potui negare hos libros Eustochio superstiti filię eius. Sciendum. n. qd̄ Hieronymus nimis dilexit has sanctas feminas, cū vita earum ēt vitę viuēdi norma foret. ideo precibus earum multos sacrę Scripturę libros transfudit, & cōmētarios edidit. De libris autem his, Iosue, Iudicum, Ruth, & Esther, vt ex precedentibus patet, dicendum est, qd̄ Paula & Eustochium petierūt a beato Hieronymo sibi transferri, sed dū occupatus teneretur in translatione Pentateuchi ad preces Desiderij ep̄scopi, Paula mortua est, quia tamen Eustochium Christi virgo supererat, cui cum Paulā promissio facta extiterat, nō poterat negare beatus Hieronymus illi libros quos pmiserat. nam cum vtrique hoc promissum sit, cuiuslibet in solidum debetur. Et dato qd̄ beatus Hieronymus posset negare hos libros Eustochio virgini, tamen ppter matrem suam Paulam nimis eā diligebat, ideo ea rogante non negaret hos libros. *Virgini Christi.* Vocat Eustochium virginem, vt faciat differētiā a Paulā, quę matrona erat, & quinque liberos ediderat. Vocatur virgo Christi, quia manebat cum alijs monialibus in sancto proposito vsque ad mortē in monasterijs quę mater eius Paula construxit. *Decreuimus dum spiritus hos regeret artus prophetarum explanationi incumbere.* Idest ego apud me decreui, qd̄ dum vixero, laborem vertendo libros prophetarum in Latinum sermonem. Accipitur hic spiritus pro anima, quę viuificat, & vegetat corp⁹, & mouet. Vel potest accipi spiritus pro spiritu vitali, qd̄ est aliquid cauatum a corde. Et distinguuntur duplices spiritus, vitales, & pullatiles. Sed iste spiritus dicitur instrumentum animę ad vegetandum corpus, qm̄ anima, nisi per virtutes suas non posset aliquid operari. *Regeret artus.* Artus membra sunt. Dicitur autē spiritus regere artus, quia per se artus vitam, aut motum nullū habet, sed totum a spiritu fortiuntur. *Prophetarum ex-*

planationi incumbere. Prophetę possunt hic accipi dupliciter. Vno modo prophetę pro libris qui vocantur prophetales, i. qui a prophetis scripti sunt, ēt si non continent prophetiam. Alio modo prophetę pro libris continentibus futurorum p̄nunciationē, & hoc modo nos accipimus prophetas in cōi vsu. Primo modo est sensus, quōd Hieronymus dicat decernere se, vt in tota vita labore transferendo libros prophetales.

Qui libri pertinent ad sacrām Scripturam. Et quōd libri sacrę Scripturę in quatuor ordines distinguuntur. Quest. XVII.

AD huius euidentiā considerandum est, qd̄ oēs libri, tam noui quā veteris testamēti in quatuor ordines distinguuntur, & precipue libri veteris testamēti, de quibus hic, s. in legales, prophetales, & agiographos, & isti tres ordines ad canonem sacrę Scripturę pertinent. Alius autem, s. quartus ordo apocripha complectitur. Ad primum ordinem pertinet solus Pentateuchus. Ad secundum ordinem pertinent libri octo, Iosue, Iudicum, Malachin, & Samuelis, & Isaię, Hieremię, Ezechielis, & 12. prophetarum minorum. De his & alijs dicit Hieronymus late in Prologo galeato super libros Regū, & supra in proemio huius operis actum est. Quātum ergo ad istum modum exponendi erat sensus, qd̄ Hieronymus incumbere librorum prophetarum expositioni, i. laboraret ad vertendum de Hebręo in Latinum sensum. Et iste est conueniens sensus, quia ante hoc beatus Hieronymus solum transfuderat Pentateuchum, qui pertinebat ad primum ordinē librorū, s. ad legales. Secundum ergo continētiā veteris testamēti sequebatur ordo librorum prophetialium, in quibus erat primus Iosue, de his ergo prophetis, i. de prophetalibus libris intelligitur. Item quoniā B. Hieronymus intelligit hic continuare opus istud ad p̄cedentiā, sicut in principio prologi dixerat, s. tandem finito Pentateucho ad Iesum Naue manum mittimus. Si ergo diceret, qd̄ totum tps̄ vitę suę volebat impēdere libris prophetarum, i. prophetarum maiorum, vel minorū, non conuenienter litera coaptaretur, qm̄ hic nullum librum prophetarum inchoabat. Item dixit s. qd̄ manū mittebat ad librum Iosue, & Iudicum, & Ruth, & Esther: ergo non erat vita sua impendenda libris prophetarum quousq; ista finiret, quę aliquanti laboris erant. Dicendum ergo est, qd̄ accipiuntur hic libri prophetarum, i. libri prophetales, siue contineant prophetiam, siue non: dum tñ a prophetis scripti sint, qui prophetales appellantur, & in istis libris prophetalibus includuntur oēs libri prophetarum, quos nos vulgariter solum prophetas appellamus. Alio modo intelligi potest, vt assumantur libri prophetarum pro libris continentibus prophetias, quę sunt futurorum p̄nunciationes. Et tunc est sensus, qd̄ dum beatus Hieronymus vixerit incumbet expositioni prophetarum, i. laborabit vertendo de Hebręo in Latinum libros prophetales, quod intelligendum est postq̄ completeret quę promissit, s. qd̄ scriberet librum Iosue, & librum Iudicij, & Ruth, atque Esther: his quippe ex obligatione promissionis primo incubere debebat. In his duobus modis accipit̄ expositio pphetarum, i. translatio in Latinum, qm̄ qd̄ sub Hebręo sermone claudēbat, nobis obscurū erat, cum vero in Latinum vertitur eloquium, manifestū vel expositum reddit. Alio modo pot̄ intelligi ista litera, qd̄ expositio accipiat̄ pro declaratione commentantium. Et tunc est sensus, qd̄ dum beatus Hieronymus vixeret, incumbere scripturę ad explanationem prophetarū, s. faciendo commentarios in libris prophetarum, & istos fecit ad preces Pammachij nepotis Paulę, filij

filij Paulinę, de quo in Prologo habetur immediate. **A** Et isti commentarij beati Hieronymi apud nos habentur super prophetas, & quamquam sensus superioris assignati videantur esse conuenientes: tamen vera intentio est ista vltima, s. qd̄ beatus Hieronymus intendit incumbere commentarijs prophetarum faciendo aliquod declaratiuum opus super prophetas. Quod patet, nam non refertur hoc ad librum istum & alios, quos precibus Paulę, & Eustochij transferebat. Sed ad id quod precibus sancti Pammachij faciebat, vt dicit litera inferior, s. p̄sertim cum admirabilis sanctusq; vir Pammachius hoc idem literis flagiter. Item patet, qd̄ istud opus prophetarum, s. expositionis, cui se incubiturū dicit, iam inceperat sed omiserat. Nunc vero ad illud se rediturum pollicebatur cum ait, & omisium diu opus quodam quasi postliminio repetere. Sed de libro Iosue, & alijs prophetalibus non stat hoc, qd̄ nondum inceperat, vt patet hic in principio prologi, cum ait tandem finito Pentateucho ad Iesum Naue manū mittimus: ergo nondum ceptum opus istud erat. Et sic Hieronymus vult complere opus, quod promiserat Paulę, & Eustochio, s. Iosue, & Iudicum, & Ruth, atque Esther libros ad quos se manum mittere dicebat: & postea tota vita sua prophetarum explanationi intendit incumbere. Sed non sic factum est: quoniam postea precibus aliorum quosdam alios scribebat libros, quousque totum vtriusque testamēti compleuit corpus. Commentarios tamen non omisit, quosdam autem fecit, qui inter nos habentur, an vero plures confecerit cognitum nobis non est. *Et omisium iam diu opus.* Non refertur ad librum Iosue, vel Iudicum, quos precibus Paulę, & Eustochij scribit, nam hos nūquam inchoauerat, cum nunc ad eos manum mittat, sed ad commentarios super prophetas, quibus se incubiturum dicit, dum spiritus regeret artus, quia hos iam diu inceperat, s. antequam cepisset transferre Pentateuchum: sed postea superueniens nouo labore transierat, s. Pentateuchi precibus Desiderij ep̄scopi omiserat illud, nunc quoque Iosue, & Iudicum, Ruth, atq; Esther libris insudabit: diu igitur est, qd̄ commentarios super prophetas ceperat. *Quodam postliminio repetere.* Idest ego decreui repetere, i. dicit iterū redire ad opus expositionis prophetarum, & hoc quodam postliminio, i. dicit quadam reuersione facta super ipsum, cum olim a nobis relictum sit. Et est quidam modus loquēdi s. in metaphoram: quoniam postliminium est reditus de captiuitate. Et sic in legibus humanis dicitur de reuersis postliminium. Isti autē s. iura recuperabant omnia, quę primo possederant, & vocantur postliminij, i. dicit de captiuitate reuerſi. Ita beatus Hieronymus cum pridem esset libere interpretationi, & explanationi librorum prophetarum insistens promissione facta ep̄scopo Desiderio cepit Pentateuchum in latinum vertere sermonem, & iam recedebat ab expositione prophetarum. Nunc vero finito illo cum finierit istos libros conuertere, quos Paulę, & Eustochio promiserat, rediit ad commentarios prophetarum, quasi de captiuitate rediens, velut si pridem iuris sui nō fuerit, cum Pentateuchum conuerteret, erit autem iuris sui cum hæc finierit libere vacans quibus placuerit.

Pro quo sciendum, qd̄ Hieronymus antequam ceptum de veteri testamēto in sermonem nostrum verteret, precibus Paulę, & Eustochij, commentarios super Naum, Ageum, Sophoniam, Michęam ediderat, aliorumque intendebat expositioni, sed superueniente translatione Pentateuchi intermisit. Nunc vero libertati redditus idem resicere tendit.

P̄sertim cum admirabilis. Dat causam huius, & est duplex. Prima erat intentio sua a principio quę ad hoc fuit, vt prophetarum intenderet expositioni.

Secunda erat, qd̄ Pammachius hoc literis suis sepe fieri petierat, & in hoc signatur maioritas causę, s. qd̄ magis mouetur ad hoc faciendum, quia Pammachius hoc fieri expetit, quā propter desiderium suum a principio. *P̄sertim cum admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc literis flagiter.* Idest Pammachius monachus vir sanctus hoc petit, quem admirabilem vocat, quia de conuersione sua admirandum, s. quod cum magni, & altissimi generis extiterit senatorum, se tantum abiecerit propter Christum, vt monachus in paupertate degens efficeretur. sanctus vocatur, quia eius munda erat conuersione: iste Pammachius fuit Paulinę fororis Eustochij & Blefillę. Has enim tres filias Paulę legitur habuisse, vt patet in epistola de dormitione sanctę Paulę, quam fecit beatus Hieronymus, in qua epistola commendat Pammachium monachum dicens. Nobis post dormitionem Paulinę Pammachij monachum ecclesia peperit, nunc multi monachi potentes, nobiles, sapientes, quibus cunctis Pammachius sapientior, potentior, nobilior: quis hæc crederet, vt cōsulum pronepos, & Fusiani geminis decus, inter purpuras senatorum, surua tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos sodalium, vt deridentes ipse derideret. Hūc enim Pammachium nimis dilexit Hieronymus, ideo ad eius preces Hieronymus commentarios fecit super Osee, Ionam, & Abdiam, Ioel, & Amos, vt patet in commento super Abacuch. *Et nos ad patriam festinantes.* Hic Hieronymus ad supraposita redit. Dixerat supra de detractoribus, quod eum corrodere, ex quo alicui læsio, & angustijs affecto cedendi a proposito occasio nasceretur. Dicit tamen nō esse de hoc curandum, quoniam sibi via ad patriam cęlestem est, ideo dicta, & clamores maledicorum fundatim præterierat. Dicit se festinare ad patriam, quoniam sic Apostolus admonet ad Hebręos 4. c. f. festinemus fratres in illam ingredi requiem. Festinare autem dicitur, qui in omnibus actionibus suis nititur, vt illuc tendat, sic in beato Hieronymo erat. *Mortiferos syrenarum cantus furda debeamus aue pertransire.* Idest quamquam syrenę sibilent nos ad naufragium deducētes, tamen non est curandum, sed festinanter transeundum ne nocent, vtitur autem hac metaphora de syrenibus.

De syrenibus, & cantu earum periculisque nauarum, & remedijs. Quest. XVIIII.

PRO quo sciendum, quod syren syrenis, vel syrena syrenę, secundum Isidorum Etymologiarum libro vndecimo, vbi agit de transformationis, & portentis: dicit fuisse tres syrenes, quę ex parte erant habētes vultus virginios, & ex parte piscium substantiam, & cantu suo dormire cogunt nautas inducentes in loca periculosa, vel facientes, vt dormientibus, & toto gubernaculo derelictis, nauis submergatur in fluctibus. Vel cum viderint nautas consopitos se nauis applicantes regimine carentē subuertant: vnde nauarū timent periculum syrenarū cantu. quoniam horum inexperti nesciebant remedium. immo quid malum sublequi posset, ignorabāt: incauti subuersi sunt, & isti vocati sunt argonautę. Audito autem periculo argonautarum, alij nautę contra syrenes remedia inquisierunt. & quoniam cantus dulcedine incautos nautas in discrimina perducebant, vt cantus cantu excluderetur, musicos dulciter canentes sibi nauarū inquisierunt, vt cum syrenes cantare inciperent, ipsi quoque musicis concentibus eorum impediētes, aut superātes melodiam dulce periculum disturbarent. Ideo Hercules cum nauigauit in Hispaniam, contra periculum argonautarum habuit in classe sua Mercurium magnum musicum, vt sunt vulgare

B ; historię,

Quis fuerit Pammachius, & de laudibus eius.

Quare de detractoribus nō est curandū.

Postliminium quid sit.

historia, & recitat Ioannes Aegidij Zamorē. in Chronica de laudibus Hispania.

Alij autem contra Syrenes alia inquirunt remedia, s. vt cum eas viderint, antequam quicquam de cantus dulcedine audierint, aures cera, aut quomodocunque firmiter obturent, vt sic nihil audientes, consopiri nequeant. sic enim Vlysses, & socij eius Syrenum discrimina euaserunt, de quibus vulgarē historia sunt. Et istud remedium tangit hic aequaliter Hieronym. dicens: mortiferos cantus syrenarum surda debeamus aures transire, auris autem surda, idest non audiens efficitur, cum obturatur ne audiat.

De istis syrenibus dicitur libr. 18. de proprietatibus rerum, quod ex parte piscis, & ex parte foemineum habet vultum. Vnde hominem quem apprehendere potuerit ad litus perducit, & secum commiseri cogit, quod si effecerit, eum liberum dimittit. si autem nequiverit, aut noluerit, illum necat. De his dicit, quod festinantes debemus surda pertinere aures, quasi dicat, si quis dulcedinem cantus syrenum attente audire voluerit, discrimen subibit. Si vero festinanter trāseat, non soporabitur, nec mortem incurret. & hoc si surda aures tranferimus. Non audientes quicquam. nam si quicquam audire voluerimus, etiam si velociter trāseamus, dulcedine cantus permoti sistemus, & soporem incurremus eternum. Has autem syrenes, amulos & detractores dicit, quos tanquam syrenas vitare debemus, nam si eis aures prebeamus, necesse est nos interire. qui & si non sint syrenibus similes in cantus dulcedine, cum potius atrocitas, & aspera oblatrent, in hoc tamen simulantur, quod nos aures eis prebentes, ad mortem vsque perducunt. Cum enim nobis quippiam boni agentibus, aut saltem sincera affectione ququam boni efficere conantibus, detractorem obstitit

maledicta, si aures prebeamus, tedio affecti desistemus, quod est in veram mortem incidere, quia nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno Dei, vt patet Lucę 9. cap. Et sunt ista duo extrema fortitudinis, s. quod aliquis syrenum blanditiei, & dulcedini cedat, vel quod maledictis asperis detractorem terreatur. firmis ergo viribus medium tenendum est vtrunque fugiendo extremum. & erit nobis quicquam boni agentibus facile detractoribus non cedere, si ad patriam festinemus, idest, si sit totum desiderium nostrum ad vitam aeternā, & vt Deo placeamus: tunc enim nihil nobis de detractore maledictis, quoniam de his quę foris sunt, nihil ad nos celestem nobis inquirentibus mansionem, si vero desiderium nostrum ad hęc quę videntur presentia, & caduca bona sit, detractorem verbis credemus, quoniam honorē diligimus qui ab his, aut tollitur, aut conculcatur. Et hoc quidem facilius est, quia festinanter in patriā tendimus, idest omnem operationem nostram illuc dirigimus: nam tunc circa alia minime implicabimur. festinanter autem transeuntis parum ab obuijs permouentur. facillimum aut detractores elidere est, si aures surda transeamus, idest si nō accommodauerimus aures detractorem maledictis. nam & si festinanter trāseamus, si tamen eis quomodolibet aures impenderimus, retrahemur. surdis ergo auribus transeundum est hęc aspera euitantes: quoniam & si amara detractorem verba sint penetrabiliora omni gladio accipiti, pertingentia vsque ad diuisionem animę & spiritus: tamen vaniloquia sunt, nihilque nobis efficere queunt, sed virtutis exercēdę materia sunt. omnibus ergo nobis consilium hoc est, cum beatus Hieronymus hoc sibi faciendum esse censuerit.

Aemuli quo affimilantur syrenibus.

Prologi B. Hieronymi in Iosue Finis.



ALPHONSI
TOSTATI
EPISCOPI
AVLENSIS.
IN LIBRUM IOSUE
Commentaria.

CAPITVLUM PRIMUM.



Factum est post mortem Moyfi serui Domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun ministrū Moyfi, & diceret ei. Moyfes seruus meus mortuus est. Surge, & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram quā ego dabo filijs Israel. Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradā, sicut locutus sum Moyfi. A deserto, & Libano vsq; ad fluuium magnum Euphratem omnis terra Ethēorum vsq; ad mare magnum cōtra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitę tuę. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: nō dimittam, nec derelinquam te.

dam alia post eius obitum euenisse enarrat, sed ab alio conscriptus est.

An liber Iosue vocetur prophetalis. Et diuisio totius ipsius continentia. Quęst. II.

Nec etiam vocatur liber iste de prophetalibus, quamquam Iosue Propheta fuerit, quia Deus cum eo loquebatur, vt patet Ecclesię 46. f. fortis in bello Iesus Naue successor Moyfi in prophetis, qui fuit magnus iuxta nomē suū. sed quia a quodam Propheta cōscriptus est, nam hoc modo libri iudicium non vocantur prophetales, quia non fuerunt iudices prophetae. Etiam liber Ruth de prophetalibus est, tamen Ruth nō fuit propheta. sed ideo isti dicuntur prophetales, quia a prophetis conscripti sunt. Et si quis arguerit de libro Iob qui scriptus fuit a Moyse, & tamen nō ponitur inter prophetales, supra in Prologo meo auctoris responsum est. Si queratur de libro Danielis qui est liber prophetalis, idest factus a Propheta & scriptus, atque futurorum continens pronunciationes, responsum est ibidem. De Psalmis autem David eadem erit argumētatio, quoniam a Propheta compositi sunt, sed non ponuntur in serie prophetali. Respondendum est, quod ordo librorum prophetarum nimis authenticus est. Psalmi autem David tantam auctoritatem sortiti non sunt, ideo in serie illa poni non meruerunt. De Iosue autem quis fuerit, aut qualiter se habuerit, liber iste in processu manifestat, sed sub quadam brachilogia in Prologo auctoris comprehensum est. Nunc autem his tactis liber iste Iosue diuiditur in quatuor partes. Primo determinatur de terrę promissionis introitu. Secundo de multiplici cōflictu infra cap. 6. Tertio de terrę diuisione, & hereditario obtentu infra c. 13. Quarto de Ducis ordinatione, & obitu cap. 22.

Deut. 11.

Infra. 3. Hebr. 3.

An a Iosue fuerit iste liber scriptus. Quęst. I.

Factum est. De libro isto Iosue a quo scriptus sit, in Prologo tetigimus, & Deuter. 34 cap. nec enim ideo Iosue vocatur liber, quia eū Iosue descripserat: de hoc enim nihil referebat: nam nec eum totum a Iosue scriptum esse possibile erat, cum in eo quaedam sint in ultimo ca. quę ab eo, vel eo viuente scripta fuisset impossibile est, quia ad eius funera pertinet, & quę Alph. Tost. super Iosue.

ALPHON

B 4 Circa

Circa primum agitur primo de dispositione bellatorum. Secundo de missione exploratorum seq. c. Tertio ad loca explorata eorum ingressio infra 3. c. Prima in duas, quia primo ponitur Iosue facta preceptio. Secundo subiungitur executio. ibi. Preceptum Iosue. Prima in tres, scilicet quod Iosue triplex mandatum imponitur. Primum de terra promissionis capienda. Secundum de ea diuidenda. Tertium de lege Domini seruanda. Secunda ibi. Confortare, et esto robustus. Tertia ibi. Confortare iugiter. Circa primum dicitur. Et factum est post mortem Moysi.

An Iosue deberet praesse tempore Moysi. Quaes. III.

Hic agitur de principatu, & operibus Iosue, & determinatur in quibus temporibus fuerit, post mortem Moysi. nam Iosue fuit successor Moysi, ut patet Eccl. 46. cap. & hunc Deus sibi dedit antequam moreretur, cum ipse hoc petijt a dño, ut patet Num. 27. c. l. prouideat dñs Deus spirituum ois carnis hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare, & educere illos, vel introducere, ne sit populus domini, sicut oues sine pastore. Et sequitur in hō Deo. tolle Iosue filiū Nun virum, in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit corā Eleazaro sacerdote, & omni multitudine &c. Non debuit ergo iste tpe Moysi praesse, quamquam moyses ei uiuenti pauco tpe ante mortem suam, postquam Deus praenūciauit, quod non introiret in terram promissionis, honorem quendam, & auctoritatem dabat in populo, faciens ut aliqñ loqueretur ad multitudinem tanquam imperās, & regens, atque concionans. & hoc innuitur Num. 27. ca. cum dicitur. & dabis ei pracepta cunctis uidentibus, & partem gloriae tuae, & audiat eum ois synagoga filiorum Israel. Sed ista quae uiuente Moysi faciebat Iosue: non erant tanquam apud eum exercitium, & iurisdictione imperādi resideret, sed ut instrueretur, & ut afflueret populus ei auctoritatem praebere. nūc uero defuncto Moysi, cepit Iosue habere auctoritatē, & exercitium mandandi, & Israelitae ei obedire ceperunt, ut patet Deut. 34. c. Iosue autem filius Nun impletus est spiritu sapientiae, quia Moyses imposuit super eum manus suas, & obedierunt ei filij Israel, feceruntque, sicut precepit dominus.

An apparitio Dei ad Iosue fuerit ante finem planctus Moysi, uel post. Et quando Iosue impletus est spiritu sapientiae. Quaes. IIII.

CIRCA hoc est dubium, an ista apparitio Dei facta Iosue de qua hic dicitur, & pracepta data, fuerint post planctum Moysi, qui durauit per 30. dies, ut patet Deute. 34. uel fuerint ante. Quibusdam uero, quod fuerint facta ante finem dierum planctus sine luctus, quā prius ista facta sunt, quam Iosue mitteret exploratores. & tñ exploratores scilicet quod dicitur expositores Hebraeorū, fuerunt missi ante dies finitus planctus, ergo & ista. Alij de nostris dicunt, quod tam apparitio Dei facta Iosue, quam missio exploratorum fuit post expletionem planctus. Nicolaus autem dicit rationabilius esse dictum Hebraeorum, de quo postea dicitur. Sed dictum nostrorum confirmari uero ex eo, quod hic Deut. 34. c. l. fleuerunt filij Israel in caespitibus Moab Moysi, & finiti sunt dies planctus lugentium Moysi. ergo uero, quod ante fuerint finiti quam quicquam Iosue ageret. Ad hoc rñderi poterit, quod planctus lugentium Moysi finitus est, scilicet quod non recesserunt Israelitae de mansione quae uocatur Beseithim, quousque finitus fuit iste planctus. non tñ intelligitur, quod finitus fuit planctus ante oia alia quae facta sunt per dñm ad Iosue, uel per Iosue ad populum. Sed adhuc conuenientius dicendum uero, quod Israelitae,

Opin. catholicorum inf. ca. seq. quae. 9.

Determinatio auctoris.

tae, & Iosue non miserint exploratores usque, ad completionem planctus, nec Deus apparuerit Iosue dicens hoc, quia diuersa negotia erant plangendi, & de rebus bellicis agendi, ideo diuersa tpe eis distribui debuerunt: non enim uideretur alioquin honorabiliter planctus super Moysen factus. Item Deut. 34. c. dicitur, quod Iosue fuit impletus spiritu sapientiae, quia Moyses posuerat super eum manus suas, & ista impletio sapientiae fuit per collocationem Dei ad ipsum in qua roboratus est, & edoctus in his quae agere debebat, sed impletio sapientiae fuit completo planctu super Moysen: ergo collocutio Dei ad eum non fuit usque, ad expletionem planctus. Parent haec, quia non obstat si quis dicat Iosue fuisse impletum sapientia ante mortem Moysi. scilicet quod Moyses imposuit manus suas super eum, ut patet Deuter. 34. c. Iosue autem impletus est spiritu sapientiae, quia Moyses posuit manus suas super eum: ergo in impositione manuum ei sapientia data est, sed ista fuit uiuente Moysi. Rñdendum est, quod Iosue habuit spiritum sapientiae post mortem Moysi, quod Deus locutus est ad eum, & confortatus atque edoctus est. Et cum dicitur, quod imposuit super eum Moyses manus suas, non est sensus, quod tunc quando manus impositae sunt, sapientia sit data, sed quod ista impositio fuit causa, non dicitur, quod Moyses imposuit manus suas, sed quia, & est sensus. Ideo post mortem Moysi Deus impleuit Iosue sapientia, uel esset dux Israel, quia Moyses posuerat manus suas super eum, designando illum sibi successorem ex mandato Dei. si autem alium ante mortem designasset, tunc non impleuisset Deus Iosue spiritu sapientiae ad praesidendum Israel, sed alterum. ista tñ impletio sapientiae post mortem Moysi, & completionem planctus proprie fuisse dicitur, ut patet Deuter. 34. c. cum dicitur. Fleueruntque filij Israel cum 30. diebus in caespitibus Moab, & compleri sunt dies planctus lugentium Moysi. Iosue uero filius Nun repletus fuit spiritu sapientiae. ergo uero, quod prius completi sunt 30. dies planctus super Moysen, quam Iosue impleuerit sapientia. Et quod supra rñdebat, quod ista completio non inducet hoc, sed solum, quod non recesserunt Israelitae de loco planctus, quousque finiti fuerunt 30. dies. Dicitur enim non posse stare, nam ad hoc sufficiebat, quod dicebatur in litera, scilicet fleueruntque eum filij Israel in caespitibus Moab 30. diebus. ergo non recesserunt de caespitibus quousque; expleti fuerunt 30. dies. nec oportebat addi, & compleri sunt dies lugentium Moysi, nisi aliquid alterum sit ad quod referatur. & necessario dicitur referri ad immediata. Ergo cum sequatur ibi, Iosue uero filius Nun repletus fuit spiritu sapientiae. dicendum erit, quod sit sensus, quod postquam compleri sunt dies lugentium Moysi, Iosue filius Nun fuit repletus spiritu sapientiae. & tunc non potuit hoc esse, nisi in apparitione Dei, & confortatione, de qua dicitur hic. Item Hebraeorum quidam dicunt, quod missio exploratorum, & apparitio Dei facta Iosue fuerunt ante completionem dierum planctus super Moysen. Sed hoc stare nequit, nam immediate, ut fuit facta ista apparitio Iosue, mandauit preconizari per oia castra, ut oēs ad recedendum inde se pararent. si tñ ista apparitio fuisset facta ante completionem dierum fletus super Moysen, sequeretur quod non fuisset finitus numerus dierum fletus, cum oēs se parauerint ad recedendum eo tpe quo inserit Iosue, ut patet infra in litera, sed 30. dies impleti sunt in caespitibus Moab lugendo Moysen, ergo non fuit facta ista apparitio, uel missio exploratorum, uel que quo complerent dies 30. fletus. Et factum est. Sciendum quod ista clausula non ponitur ad signandum aliquid contigisse, quod per eam importet. sed est tanquam principium rationis ex more latini idiomatis. nam non potest poni dici, quod importet mortuo Moysi locutio facta ad Iosue. nam ista in ista exprimitur,

Quod Iosue impletus est spiritu sapientiae.

mitur, & tunc ista clausula esset superflua, sed est modus incipiendi, sicut ista dictio igitur, quae ex uiribus suis importat illationem, ponit aliqui in principio rationum ad signandum inchoationem, & iste modus loquendi est frequentatus in sacra Scriptura, ut patet 2. Reg. 1. c. l. factum est autem, ut David reuenteretur. & Threnorū 1. & factum est postquam, & Ezech. 1. & factum est in 3. anno. Ut post mortem Moysi. Non immediate post mortem, sed post mortem, & dies luctus triginta, uel in fine horum dierum, scilicet die triginta, uel duobus ante, quia hoc dato satis supra inducitur. Post mortem Moysi serui Domini. Scriptura sacra dat testimonium, quod Moyses fuerit seruus Dei, quoniam actus eius ualde placebant ei, & habetur ex testimonio ipsius Dei, ut patet Nume. 12. cap. scilicet si quis fuerit inter uos propheta Domini in uisione apparebo ei, uel personam loquar ad illum. at non talis seruus meus Moyses. Idem patet Mala. 4. cap. mementote legis Moysi serui mei.

An opinio quorundam, quod Moyses fuerit aternaliter damnatus sit erronea. Quaes. V.

IN hoc confutatur quorundam error dicentium, quod Moyses damnatus fuerit post mortem aternaliter, quia ad aquam contradictionis peccauit, ut patet Nume. 20. & 27. c. Sed stare nequit, quia hic post mortem uocat eum Deus seruum suum. si tamen damnaretur non uocaretur seruus Dei. Et si obijcias, quod non uocat eum Deus seruum suum, sed scriptura uocat eum seruum Dei. Rñdendum est tantumdem hoc esse, ac si Deus eum seruum suum uocet. uerba quippe sacrae Scripturae impermutabilis ueritatis sunt. ideo necesse est uerum esse, quod hic dicitur, scilicet quod Moyses uere seruus Dei dici mereret post mortem, sed qui damnatus est aternaliter, seruus Dei dici non debet. ergo Moyses non fuit damnatus. sed adhuc post mortem habemus testimonium, quo eum Deus seruus suus dicit. nam Malach. 4. dicitur mementote legis Moysi serui mei. Ecce enim ex persona Dei propheta loquitur. ergo Deus eum seruum uocat.

Utrum ualeat ista consequentia iste peccauit, & non legitur eius penitentia, ergo damnatus est. Quaes. VI.

AMPLIUS autem hi qui Moysen damnatum dicunt, nihil uerisimilitudinis habent: nam quia de eo reperitur, quod peccatum unum fecerit, eum damnatum asserunt: sed ista est iniquissima consequentia: nam hoc modo arguetur, beatus Petrus peccauit. ergo condemnatus est: & Maria Magdalena peccatrix fuit, & magna quidem: ergo morti aeternae mancipata est. sed ista consequentia absurda est. de utroque enim horum notum est, quod aeternae perennitatis gaudia assecutus est. Sed dices forte de utroque horum legitur, quod peccauerit, & quod poenitentiam egerit. Ideo quod peccatum praecesserit absolutio secuta est, sed de Moysi non legitur. Ad hoc dupliciter rñderi potest. uno modo non ualere consequentiam, scilicet de hoc, uel illo legitur, quod peccauit, & non, quod poenituit. ergo damnatus est: nam hoc pacto cum de nullo horum qui nunc decedunt legatur, quod saluati, & de quolibet eorum constat, quod peccet. ergo nemo horum saluatur, nihil tamen absurdus. Alio modo rñderi potest, quod de Moysi satis apparet, quod poenituit, & quod saluatus sit. Primo, quia ipse precatus fuit sepe Dominum, ut remitteret peccatum eius, ut patet Deut. 3. c. & Deus uolens remittere penam temporalem ascendit eum in Phasge, & oculos tuos circumferat ad occidentem, & aquilonem, & austrum, & orientem, & aspice: nec enim transibis Iordanem istum. Ex

quo apparet, quod Deus remisit ei penam aeternam debitam pro culpa, quia doluit. si enim non doluisset non petisset pro remissione peccati. & dato, quod non orasset pro remissione peccati, sufficiebat quod poeniteret. Est autem impossibile, quod si quis pro peccatorum suorum remissione orauerit, Deus illum non exaudiat, quia quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non erit memor, ut patet Ezech. 18. c. Potissime, quia peccatum Moysi fuit ualde paruum, ut declaratum est Deut. 34. & Num. 20. & fortassis dici possit de uenialibus aut de paruus mortalibus. nihil enim ex malitia fecit, sed ex quadam omissione. nam cum debuisset excitare Israelitas ad laudandum Deum pro beneficio aquarum de petra excussarum, motus zelo Dei cepit increpare Israelitas de infidelitate in Deum dicens, audite rebelles, & incredulum de petra hac aquam uobis poterimus eijcere? Modicum ergo peccatum fuit. & hoc quidem quodam iusto zelo concitatus egerit, licet non discrete. de quo magis Numeri 20. capitu. paruam ergo maculam incurrens facilliter eam excutere poterat.

An ualeat ista consequentia. Deus post peccatum locutus est Moysi, ita familiariter, sicut prius, ergo poenituit de peccato. Et quod nec ad purgatorium descendit Moyses. Quaes. VII.

ALIIQUIS forte uellet probare poenitentiam, & acceptationem Moysi a Deo post peccatum, eo quod postea multotiens ei Deus locutus est multa declarans. sed non fecisset si non poeniteret. Rñdendum est non tenere istam rationem. nam donum propheticum, ita malis, sicut bonis indifferenter datur, quod patet in Balaam qui erat uir malus, & conabatur maledicere Iudaeis ponens aras, & facies multas caeremonias, & tñ Deus ei apparebat, & loquebatur, multa dicens, ut patet Nume. 22. 23. & 24. c. Et si aliquis dicat, quod non consistat, an tunc Balaam esset in peccato mortali. Rñdendum satis constare: nam Deus nolebat, quod malediceret, ipse autem conabatur maledicere, ut patet praeter. Potissime, quia cum iret uia sua, Angelus stetit in uia inter duas macerias uinearum, & uoluit percutere eum, nisi asina dedisset locum, & hoc, quia erat praua intentio eius. sic patet Nume. 22. c. l. ego ueni, ut aduersarer tibi, quia perueria est uia tua: mihi quod, & nisi asina declinasset de uia dans locum resistenti, te occidisset, & illa uiueret. Idem patet de principe sacerdotum Caypha, qui cum esset princeps anno illo prophetauit. & tñ erat uir nequam desiderans mortem nostri Redemptoris, ut patet Io. 11. non ergo ex hac parte quicquam argui potest, et si sepius Deus locutus fuerit Moysi post peccatum quam ante. Sed ex alijs hoc inducitur. Primo: quia consensus Dei partem eius precibus, ipse equidem rogauit, ut transiret ad uidendum terram promissionis. Deus autem non concessit hoc simpliciter, sed fecit eum ascendere in cacumen Phasge, & ostendit omnem terram promissionis, ut patet Deut. 34. & hoc fuit factum per quandam supernaturalem elevationem, ut ibidem probatum est. ergo Deus tunc diligebat eum. Idem patet hoc, quia Moyses benigne suscepit penam a Deo impositam pro peccato, nihil resistens, ut patet Num. 20. & 27. & Deut. 3. c. sed qui patienter pro peccatis penam sustinet, eorundem remissionem proculdubio adipiscitur. hoc autem manifestatur: nam ad mandatum Dei moriturus in montem Abarim spontaneus ascendit, ut patet Deut. 34. cap. Item patet, quia Deus tanquam eius acceptans obedientiam fecit ei sepulchrum, & nemini inueniendum dedit usque in praesentem diem, ut patet Deut. 34. c. ergo non decessit in peccato. & consequenter iuxta ho-

Impossibile est, quod dolere de peccato & quod damnet aternaliter.

Peccator qui pro peccato patitur penam sustinet, remissionem consequitur.

ra horum infantiam non fuit eternaliter morti adiudicatus. Item ad hoc sufficit totius sacrae Scripturae fides, quae cum semper tenuit, & tenet post mortem tanquam virum sanctum.

Determinatio auctoritatis

Dicendum ergo, quod non fuit eternaliter damnatus, sed etiam ad purgatorium non descendit, quia peccatum suum valde paruum fuit, ut ex parte supra declaratum fuit, & magis Numeri 20. cap. Pena autem fuit satis gravis, si non ingrederetur in terram quam tantum desiderabat, & demonstrat hoc Deute. 3. & plangit propter hoc Deuteronomo. 4. cap. Etiam penales aliae quae tolerabat, erant in satisfactionem pro hoc peccato. Grauius enim Moyses laborabat usque ad mortem, ita ut aliquando rogaret, ut Deus eum occideret, ut patet Nume. 11. cap. cum dicitur, sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad dominum, cur afflixisti seruum tuum, & quare non inuenio gratiam coram te? cur inpositi pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & deserere in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, ut dem tantam multitudinem: sicut contra me dicitis, da nobis carnes, ut comedamus: non possum sustinere solus hunc populum, quia grauis mihi est, sin autem tibi videtur, obsecro, ut iurisfacias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiam malis. Tantus ergo quotidianus labor sufficiebat ad euacuandas multas penalitates debitas pro peccatis. Dicendum ergo rationabiliter: quod Moyses non descendit in purgatorium ignem, sed in sinum Abrahae qui locus nullius penalitatis est. Loquebatur Dominus ad Iosue filium Nun.

Ad quid profuit locutio Dei quam habuit hic ad Iosue. Quaest. VIII.

Ista locutio Dei ad Iosue multum fuit utilis, & quasi necessaria ex praesuppositione finis. Deus enim instituerat hunc ducem belli, ut introduceret Israelitas in terram promissionis, & iuberet quid agendum esset, & pugnaret contra multitudinem hostium, pro hoc autem opus erat, ut esset vir confortatus animo. Alioquin vitam magnitudine rerum, quas aggressurus erat, deficeret: sicut exploratores Israelitarum qui ierunt in terram Chanaan letati sunt de fertilitate terrae, sed consternati sunt videntes multitudinem, & magnitudinem gentis, & strukturas murorum, & postea conturbauerunt Israelitas dicentes, venimus in terram, ad quam misistinos quae reuera lacte, & melle fluit, ut ex his fructibus cognosci potest, sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque munitas. & postea in fine eiusdem c. dicit, populus quem aspeximus proceras stature est, ibi vidimus monstra quaedam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locustae videbamur. ut patet Nume. 13. c. populus autem Israelitarum audiens haec fleuit tota nocte, & murmuraui dicens: vti nam effemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine: vti nam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam: nonne melius erat reuerti in Aegyptum? Cum ergo nunc essent in maiori discrimine, quam qui murmurauerunt in deserto Pharam, indigebant confortatione a Deo. Nec sufficiebat, quod Moyses moriens confortasset Iosue, dicens ei, confortare & esto vir robustus tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iuravit deus, & forte diuides, & deus qui ductor est nostri, ipse erit tecum, & non dimittet te nec derelinquet, nam licet ista Moyses dixisset ex parte Dei, ut patet Deut. 31. & Deus ante dixisset, & Iosue iste transibit ante te. tu poterat intellige-

re Iosue, quod Deus esset mutatus pro peccata plebis ad alteram suam, sicut de Moysse cui Deus mandauerat, ut introduceret Israelitas in terram promissionis, ut patet Deut. 10. c. & in postea propter peccata Israelitarum concitatus est deus contra Moysen, & diffiniuit ne intraret in terram promissionis, ut patet Deut. 3. ca. & Num. 20. & 27. & cum se non ita dignum crederet, ut Moysen, arbitratus est Deum facilius in eum concitari posse quam Moysen. Oportuit ergo, ut nunc post mortem Moysi loqueretur Deus Iosue, ut crederet Deum esse adiutorem suum. Item hoc necessarium videbatur, quia nunc magnum discrimen imminabat, nisi Deus eis auxiliator esset, quia ingrediebatur in terram gentium multarum, & robustam transito Iordane, ut ergo non pauore conciderent, apparuit eis. Item quia iam expleto planctu post mortem Moysi consistebant in caespitibus Moab super Iordanem, ubi eis transitus erat ad terram hostilem, decuit ergo Deum eis loqui, ut quid facturi essent praecognoscerent. Ut loqueretur dominus.

Quis hic vocatur dominus, & an gloriaria in hoc sit vera. Quaest. IX.

Dicitur gloria ordinaria interlinearis, quod qui vocatur hic dominus est Deus pater. Sed dicendum, quod illud non pertinet ad sensum literalem, nam non est verum, quod Deus pater, aut filius, vel Spiritus sanctus locutus fuerit, quia qui loquitur hic, non est Deus, sed Angelus loco Dei, ut statim dicitur, ideo non est faciendum distinctio inter personas quae illarum loquatur. Sed dato, quod diuine personae scilicet esse diuina loquerentur: non poterat loqui vna diuina persona, quin loqueretur alia, quia istae sunt actiones non notiones, ideo communes oportet esse tribus personis, ideo non poterat loqui Deus pater, quin Filius, & Spiritus sanctus loquerentur. Neque obstat, quod vox patris audita est super Christum, Matth. 3. & Luc. 3. ca. quia ista vox nullius personae diuinae erat, sed cuiusdam angelus nomine solius Dei patris, & non alterius personae, ut declarat Mattheus 3. c. Sed dicendum, quod illa gloria loquitur mystice, & non ad literam, & nomine Domini dicitur intelligi filium, quia cum dicitur, ut loqueretur Dominus ad Iosue, dicitur, ut loqueretur ad Iosue filium Dei, & tamen interloquentem, & cum ad quae sit locutio est distinctio personarum, necesse est, quod si sit locutio ad filium Dei, ipse loquens solus sit pater. Et tamen scilicet veritate nihil horum erat, quia neque quod loquebatur erat Deus pater, neque ille ad quem locutio fiebat erat filius, sed erat Iosue ad quem fiebat ista locutio ex parte Dei. Sed fuit occasio gloria, ut sic diceretur: quod Iosue vocatur Iosue in Hebraeo, & habet vere idem nomen, quod Saluator noster, & cum eisdem litteris, & pronuntiatione, ideo in alijs translationibus Bibliae de Graeco in Latinum, quae apud antiquos innumerabiles erant, ut dicunt Hieronymus & Augustinus, ponunt Iosue vbi cumque, nam translatio dicit Iosue, vnde scilicet alias translationes dicitur in Iosue, ut loqueretur Dominus ad Iosue, & sic gloria occasione nominis in mystico sensu, dixit ad Iosue filium Dei. Multa huiusmodi continentur gloria, de quibus non curamus, quia sunt in sensu mystico, nos autem solum literalem persequi intendimus, & tamen quaedam illorum interdum parum sapientibus dubium faciunt, an in sensu literali, vel in mystico dicantur, sed ea prudens lector aduertat. Considerandum autem circa hoc, quod iste quod loquebatur non erat Deus, sed Angelus eius. Deus quippe nulli loquitur nec vquam locutus est, nam voces formare non potest, quia actio Dei est, quod aeterna est simul tota est, ideo non potest formare vocem quae cum successione, & motu est. Ita non potest eam creare, quia vox creabilis non est, quia essentia sua est in successione partium syllabarum, sicut motus consistit in successione partium, & est impossibile motum abstrahi

Determinatio

ambrosius de sermone ioseph

Deus non potest formare voces.

abstrahi a successione. manifestum est ergo nullo modo Deum posse formare vocem, & consequenter, quod nulli locutus sit. De hoc latius disputatum est Exo. 23. & 25. & Leui. 1. c. Sed dicendum est, quod iste qui loquebatur, erat Angelus Dei qui in sacra Scriptura Deus sepe appellatur, ut declarauimus Exo. 3. & 19. Potissimum, quia loco Dei verba proferebat, ideo Dei nomine potest appellari. Si quis vero de Christo arguat qui verus Deus erat, & tamen loquebatur. Respondendum est, ut declaratum fuit Exo. 23. & in dictis c.

An locutio Dei ad Iosue fuerit in voce, vel per somnium. Quaest. X.

Quaeritur autem quispiam de ista locutione Dei ad Iosue, an fuerit in reali apparitione, vel per somnium, aut quomodo. Aliquis respondere posset, quod ista locutio Domini ad Iosue fuerit in vigilia, quia Angelus qui erat super arcam inter duo Cherubim loquebatur. sic enim iterum factum est ad eum, quando iacuit coram arca conspersus puluere caput, & locutus est ei dominus, quod Israel furatus fuerat de Anathemate, ut patet infra. 7. c. Sed dicendum est, quod iste modus applicari non potest, quia nemini loquitur. Deus de propitiatorio, nisi cum intrat ad inquirendum oraculum ab intentione. De Iosue autem non videtur hic, quia significatur, quod Deus venerit ad loquendum ei, & non quod ipse inquireret a domino oraculum. nam aliter diceretur, quod Iosue locutus est ad dominum, & Deus respondit ei. Aliquis dicere posset istam locutionem aliter fuisse factam, scilicet quod Iosue dixit sacerdoti magno Eleazar, quod inquireret pro eo a domino oraculum quid agendum esset, & Deus respondit Eleazar, & Eleazarus Iosue, sic enim iusserat Deus fieri, scilicet ut Eleazarus consuleret dominum pro Iosue, ut patet Nume. 27. cum dicitur tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus sapientiae, & postea sequitur, pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos consulat dominum. Ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse, & omnes filii Israel cum eo. Sed non stat ista modus, sicut nec praecedens, quoniam ad hoc oportebat, ut Iosue consuleret Dominum, & tamen non videtur hic, quod Iosue per se, vel alius pro eo consuleret Dominum, sed quod Dominus ad loquendum veniret.

Item quia si Eleazarus sacerdos consulisset Dominum pro Iosue, poneretur aliqua quaestio ad quam Deus responderet. Sed nihil tale ponitur, sed quaedam confortatio, & admonitio de custodienda lege, ergo non respondit Deus hic ad aliquid, sed ipse locutus est non inquisitus. Hoc autem poterat esse duobus modis. vno modo, quod appareret ei in somnijs, & loqueretur, & iste modus apud alios fuerat: sicut patet de rege Abimelech cui apparuit dominus per noctem ne tangeret uxorem Abrahae, ut patet Gene. 20. sic etiam, & in prophetis est: nam quibusdam per somnium nocturnum reuelatio fit, ut patet Nume. 12. ca. scilicet si quis inter vos fuerit propheta domini in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Danieli quoque aliquae fiebant visiones per somnium, ut patet Danie. 7. Scilicet anno primo Balthasar regis Babylonis Daniel somnium vidit. visio autem capitis eius in cubiculo suo, & sic multotiens in eodem libro. Alio modo esse poterat ista locutio per vigiliam, sicut consueuerat loqui dominus ad Moysen, ut patet ex processu pentateuchi, ipsi quoque Iosue in visione vigiliarum aliquando locutio facta est, ut patet infra 5. c. cum dicitur, cumque esset Iosue in agro vrbs Iericho, leuauit oculos suos, viditque virum stantem contra se, & euaginatum tenentem gladium, perrexit quod ad eum, & ait, noster es, an aduersariorum? cui respondit, nequaquam, sed sum princeps exercitus

Domini, & nunc venio. Vtque igitur horum duorum modorum dici potest de Iosue, quod locutus fuerit ei dominus, sed verifimilior est, quod isto secundo modo, cum postea similiter ei locutum legamus, & nunquam per visionem nocturnam. Minister Moysi. Vocatur Iosue minister Moysi, id est qui quondam ministrabat Moysi. erat enim puer eius. sic patet Exo. 33. c. cumque ille reuertetur in castra, minister eius Iosue filius Nun non recedebat de tabernaculo. & ob hoc sequebatur Iosue Moysen quocumque iret. vnde & in montem ascendit cum ipso, & mansit ibi in aliqua parte inferiori montis, quoniam iuit pro tabulis legis, ut patet Exo. 34. ca. & postea descendit cum Moysse descendente, ut patet Exo. 32. diligebatque eum Moyses valde, quia erat vir industrius, & in cunctis prospere agens. Moyses seruus meus mortuus est. Ecce vocat Deus Moysen seruum suum post mortem. Ex quo conuincitur, quod tunc eum acceptum habebat, ergo non erat eternaliter damnatus, sicut insipientissimi quidam arbitratur, & istud ponitur tanquam causa eius quod sequitur, scilicet quia Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem, & istud ponitur tanquam causa eius quod sequitur, scilicet quia Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem, & id est nō erat necesse, quod tu introduceres populum, sed quia mortuus est, surge tu ad regendum pro eo.

Quare sacra Scriptura dicit Moysen mortuum, & eum esse seruum Dei. & an opi. hislo. schola. sit vera. Quaest. XI.

Dubium est quare dicit hic Moyses seruum meum mortuum est. Dicendum quod ut aliqui volūt, fuit ad tollendum duos errores. Primus est, quia aliqui putauerunt, quod Moyses non fuerat mortuus, sed dixerunt eum raprum in caelum, vel in paradisum Dei, sicut fuit Enoch, Gen. 5. c. vel Elias 4. Reg. 2. capi. & ad hoc fuit motum, quia non viderunt Israelite morientem Moysen: neque etiam sciuerunt locum sepulchri, sicut dicit Deute. 34. c. sepeliuit eum Deus in valle terre Moab in Phegor, & non cognouit homo sepulchrum eius usque ad presentem diem, & sic cum nemo viderit eum mortuum, neque cognouerit sepulchrum eius, potuit putari raptus a Deo. Sed dicitur, quod non dubitatum fuit hoc a Iudeis, quia non potuit rationabiliter dubitari, quia de morte Moysi multa testimonia extabant. Primo, quia quod aqua & dicitio nis Moyses non laudauit Deum, iussit Deus, quod moreretur ante introitum in terram Chanaan Num. 20. c. scilicet dixit Dominus ad Moysen, & Aaron, quia non creditis dijs, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, & non introducetis hos populos in terram, quam ego dabo eis. & tamen Aaron mortuus est paulo post hoc Num. 21. ca. ergo de Moysse idem dicendum est. Secundo, quia scriptura asserit Moysen ante hoc mortuum deum in terra Moab. Aliquis dicit, quod de hoc non constabat, quia ista litera non fuit scripta per Moysen, quia ipse non scripsit de morte sua, sed postea fuit addita per Esdram, & sic tunc istorum Hebraeorum non erat, quoniam scripta fuit litera huius libri. & ita ex hoc non constaret de morte Moysi. Dicendum, quod non est certum, an Esdras istud scripserit, vel Moyses viuens, quia certum est, quod poterat scribere Moyses de morte propria, quia erat propheta, & reuelaret Deus ei ista, sicut rem preteritam, & sic posset scribere. Tertio patet, quia dato, quod ex hoc non constaret, sunt alia clara testimonia, ut Num. 27. c. cum Deus vellent constituisse principem ipsum Iosue, vocauit populum, & exposuit causam quare ille constitui deberet, scilicet dixit Dominus ad Moysen, ascende in montem istum Abarim, & contemple eam, & vide terram, quam daturus sum filiis Israel, cumque videris eam, ibis tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus

De morte Moysi non potest dubitari re per ix rationes.

tuus Aaron. & tñ certum est, q̄ Aarō mortuus fuerat Nume. 21. c. ergo, & Moyſes mortuus est. Et non potest dici, q̄ populus ignorauerit istud dictum esse ad Moyſem, quia aliās non haberet Moyſes causam cōstituendi Iosue in principem loco sui: nisi exprimeret populo, q̄ ipse moriturus erat, & Deus iusserat illud, & ita sciret illud populus. Maxime quia hoc exprimitur ibi Nume. 27. c. q̄ imposuit Moyſes manus sup Iosue, & replicauit cuncta quę dixerat Dominus, & ita de morte sua dixit. Quarto: quia iterum dixit hoc Deus Moyſi Nume. 31. ca. vlc̄scere prius filios Israēl de Madianitis, & sic colligeris ad populū tuum, idest vindica illos antequam moriaris, quia colligi ad populū suum est mori. talis est modus loquendi scripturę. nam cum diceret de Abraham, q̄ mortuus est, dixit q̄ congregatus est ad populū suum Gene. 25. c. Et de Isaac dicitur, q̄ appositus est ad populū suum. Gene. 35. ca. De Iacob eodem modo d̄ Gene. 49. c. idē iste modus locutionis est ad signandum mortem. & sic dixit Deus ad Moyſem, q̄ iret ad populū suum idest moreretur. Quinto patet, quia Deut. 31. cap. dixit Moyſes ad totū populū, q̄ Deus dixerat illi, q̄ nō transiret Iordanem, & tunc confortauit Iosue ad principandum. ideo sciret ex hoc populus, q̄ Moyſes moriturus erat cum non esset transiturus Iordanem, quia tunc transiret cum eis cum esset dux eorum.

Colligi ad populū suū est mori.

Alia quatuor rationes quibus Moyſi mors probatur. Quęst. XII.

AD HUC sunt manifestiora testimonia ad hęc. Et patet sexto, quia Deut. 31. c. d̄, q̄ ait De⁹ ad Moyſem, ecce prope sūt dies mortis tuę voca Iosue, & sta in tabernaculo testimonij, & dixit Dominus ad Moyſem: ecce tu dormies cū patribus tuis, & populus iste confurgens fornicabitur, ergo notificabatur hic mors Moyſi. Septimo adhuc patet, quia eod. c. confessus fuit hoc Moyſes coram Israēlitis, qñ contestabatur eis mala quę ventura erant, sc̄cio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam, adhuc viuente me, & ingrediente, & egrediente vobiscum semper contentiose egistis contra Dominum: quanto magis cum mortuus fuero? & ita cōfitebatur mortem coram toto populo. Octauo patet, adhuc certius, quia Deut. 4. ca. congregato toto populo dixit Moyſes. ecce moriar in hac humo, & non transibo Iordanē, vos autem transibitis, & possidebitis terram egregiam. ideo iam nemo de morte Moyſi dubitare posset. & ideo qñcūq; post hoc Iudæi sciret Moyſen absentem, crederent eum mortuum. Deus igitur completis his dixit ei, ascende in montem istum Abarim, & morere in monte, & iunges patribus tuis, sicut mortuus est Aaron in monte Hor. Deute. 32. & ideo post hoc ascendit Moyſes in montem iubente Deo, & ibi mortuus est, atque sepultus in valle terrę Moab. Deut. 34. c. Nono adhuc magis istud confirmatur, quia Israēlitę fleuerunt Moyſem, vt mortuum triginta diebus Deut. 34. capitu, quomodo ergo dubitarent ipsi, an mortuus esset ille, pro quo velut pro mortuo triginta diebus flebant s̄m consuetudinem celebrum exequiarum? nam tot diebus fleuerūt pro Aaron quem sciretur vere esse mortuum Nume. 21. c.

Opinia reprobatum quam assertit historia scholastica de morte Moyſi. Et quod hic liber a Iosue non fuit scriptus. Quęst. XIII.

DICENDUM ergo, q̄ non poterat esse dubium apud Hebræos an Moyſes mortuus fuisset. Dicit in historia scholastica, nota: quia cum dixit domi-

F nus, mortuus est Moyſes, fugillauit errorem quorundam dicentium Moyſem raptum esse cum Helia, & Enoch, quia nullum vestigium mortis eius relictum est. Sed dicendum istam opinionem esse erroneam: vt patet ex dictis. Et motium non est conueniens, si quis vellet certificare Israēlitas de morte Moyſi per scripta huius libri, quia non fuit liber iste scriptus per Iosue statim post mortem Moyſi, immo neq; scriptus fuit vnquam per Iosue: cum in eo contineantur multa quę fuerunt post mortem Iosue, sed fuit scriptus p̄ Samuelem prophetam: vnde non poterat scriptura ista tollere dubium si nasceretur de morte Moyſi, cū illud deberet tolli in illis qui fuerūt post mortē Moyſi statim, quia in illis poterat esse hoc dubiū, & tñ scriptura ista fuit multo post scripta. Sed dicendum, q̄ si tale dubium insurrexisset in Israēlitis qui fuerūt tempore Moyſi, poterat melius istud dubium aliter tolli, s̄ non per scripturam libri huius, sed per locutionem Dei factam ad Iosue quę fuit post mortem Moyſi, sicut d̄ hic, & factum est, vt post mortem Moyſi referretur dominus ad Iosue. & fuit pauco tempore ista locutio post mortem Moyſi, vt declaratum fuit supra q. 4. & dixit tunc Deus ad Iosue. Moyſes seruus meus mortuus est, tunc Iosue certificaretur de morte Moyſi, & ipse certificaret Israēlitas de Moyſi morte per id, quod ei dixerat Deus, & tñ nulla dubitatio erat apud Israēlitas de morte Moyſi, ideo neque certificatione circa hoc opus erat.

H Responsio ad motium historia scholastica de morte Moyſi. Quęst. XIII.

MOTIVVM etiam, quod allegant non est conueniens, si q̄ putarent eum raptum, & non mortuum, quia non inueniebant illum, neque signum aliquod sepulchri eius. Primo: quia istud haberet aliquem colorem si nihil precessisset notificans mortem Moyſi, & tamen multa precesserant, quia ipse sepe dixerat Israēlitis, q̄ moriturus erat, & q̄ statim moreretur, vt patet ex dictis supra q. 11. & 12. ideo etiam si nulla alia vestigia mortis eius inuenirent, sufficienter eis constare deberet Moyſem esse mortuum. Secundo: quia q̄ Israēlitę nō vidissent mori Moyſem, aut mortuum, nō faciebat eis dubitare de morte eius: quia ipsi non viderunt Aaron mori, neq; mortuum: quia Eleazarus, & Moyſes soli affuerūt cū moreretur in monte Hor Nume. 21. c. & tñ cognouerunt Israēlitę certissime mortuum esse Aarō, & planxerunt eū eod. c. Nec valet si dicas, q̄ Moyſes, & Eleazarus descendentes de mōte certificauerunt eos, quia antequam isti aliquid dicerent Israēlitę videntes Eleazarum indutum vestibibus patris cognouerunt mortuum, & planxerunt, vt colligitur Num. 21. c. sicut ergo illud signum erat eis sufficiens, cum nulla alia pronuntiatio facta fuisset de morte Aaron, a fortiori cū de morte Moyſi totiens per Deum, & per ipsum dictum fuisset populo, certū signum eis esset ad cognoscendum Moyſem esse mortuum, qñ eum viderēt absentem, & non putarent raptum. Tertio quia non inueniri sepulchrum Moyſi non erat sufficiens motiuū ad credendum eum raptum esse, quia Deus fecit hoc ex causa, vt Israēlitę non haberent causam idolatrandi cognito sepulchro eius. Ideo sepulto Moyſe Sathanas qui sciebat sepulchrum eius, volebat illud reuelare Iudæis, vt peccandi occasionem haberent, sed Michael Archangelus impediuit eum, increpans & dicēs, imperet Deus in te Sathan, vt patet in Epistola Iudę, & ideo Deus voluit, q̄ nullus esset p̄sens morti eius neque sepulchro. Et verum est, q̄ si nihil precessisset in quo mors Moyſi pronuntiaretur; poterat talis qualiter

Quare Deus voluit, q̄ sepulchrum Moyſi nō appareret.

qualiter dubitare Hebręi, an raptus esset vel mortuus, tñ multa precesserant quę hoc ostendebant, cum ipse sepe hoc dixisset, vt patet q. 11. & 12. ergo et si nō inueniretur sepulchrum eius, non deberet credi raptus sed mortuus. Quarto quia si deberet rapti Moyſes, deberet prius denunciari, vt cognosceretur. nam ita factum fuit de Helia qñ raptus est: nā cognouerunt hoc filij prophetarū, & annunciauerunt illud Heliseo discipulo eius, & postea illud vidit Heliseus cum rapere tur, & clamabat ad illum 4. Reg. 2. c. Sed de Moyſe nihil pronuntiatum erat quantum ad raptum, ergo non poterat hoc verisimiliter credere, vel suspicari, quod Moyſes raptus fuisset, sed potius, q̄ mortuus esset, quia ad hoc precesserant multa signa, vt dictum est.

Determinatio dubij, verborum antecedentium, scilicet, quod Moyſes mortuus est. Quęst. XV.

DICENDUM ergo, q̄ ista verba, si Moyſes mortuus est: non dicta fuerunt ad certificationem de morte Moyſi quasi Israēlitę putarent eum raptum, sed dicta sunt ad ostendendam cām sequentiū. Nam Deus volebat, q̄ Israēlitę transiret Iordanem, & transiret erant cum dūce suo, quia ibat ad bellum, & ita dixit Deus Iosue, surge: & transi Iordanem istum tu, & omnis populus tecum. & tñ ante hoc semper fuerat Moyſes dux, & ipse precedebat populū. Si autē ille viueret, et ipse precederet, & non Iosue, vt ergo ostendatur, q̄ Iosue deberet precedere, dictum est Moyſes mortuus est, idest, quia ille mortuus est oportet, q̄ tu precedas. Quā autē dicit historia scholastica dictum esse hoc ad certificationem de Moyſe an raptus esset, vel mortuus cum putaretur raptus. Dicendū, q̄ sequitur opinionem quorundam habentiū paucam auctoritatem. Motiuū quoque suum leuissimum est, quia satis manebant probationes sufficientes mortis Moyſi, licet sepulchrū eius a nullo sciretur, & nemo eum vidisset morientem, vt ostendimus.

Quare sacra Scriptura appellat Moyſem seruum Dei, & anseruit damnatus. Quinimo quod Deus in multis eum magnificauit. Quęst. XVI.

QUOD autem dicebatur de alio dubio, scilicet, quare d̄r Moyſes seruus, & q̄ dicatur ad tollendum opinionē illorum, qui dixerunt Moyſem fuisse damnatum, quia irritauit Deum ad aquas p̄traditionis non satis stat. Primo: quia tunc satis staret semel post hoc dici, q̄ Moyſes erat seruus Dei, quia tunc tollebatur dubium, & tñ non fit sic, sed sepius in isto libro, & in alijs qñ fit locutio de Moyſe vocatur seruus Dei, & maxime fit hoc, qñ introducit Deus loquens de ipso Moyſe. nam vocat eū seruum suum, ideo non fit ad tollendum istud dubium, sed ad aliquid alterum. Secundo quia etiam si peccauerit Moyſes ad aquas contradictionis, nō māsit semper in peccato illo, sed expiatum fuit peccatum illud quantum ad culpam, vel maculam, licet manserit quantum ad quandam reatum penę: nam Deus pro hoc fecit, q̄ non introiret in terram Chanaan ultra Iordanē Num. 27. & Deut. 4. c. & hoc sufficiebat ad hoc, quod Moyſes esset seruus Dei, quia esse obligatus ad penam non tollit charitatem, neq; facit aliquem non esse seruum Dei, sed manere in culpa, vel macula peccati. Quā vero Moyſes post peccatū illud fuerit acceptus Deo, sicut prius, satis patet: quia ita loquebatur ei familiariter sicut prius, vt patet Num. a. c. 21. vsq; ad finem, & p̄ totum Deut. et quia post hoc Deus dedit Israēlitis p̄ manum Moyſi magnificas victorias, cōtra regem Schon, &

Obligatio ad penam non arguit non esse in charitate, sed manere in culpa.

A regem Og Chananaos Num. 21. & Deut. 2. & 3. c. et Madianitas Num. 31. & postea dedit ei Deut. legis, & dedit ei verba cantici q̄ Israēlitas, vt patet Deut. 31. & 32. Etiam Deus honorauit eum valde post hoc in morte sua, nam d̄r Deut. 34. ca. q̄ Deus sepeliuit eum in valle terrę Moab. & illū honorē non legitur fecisse alijs, ideo ante mortē, & in ipsa morte apparuit Moyſes, vt seruus Dei, & vt ei valde acceptus, & non sicut aliquis qui deberet puniri eternaliter, & sic non diceretur istud ad tollendū illam dubitationē. Tertio patet adhuc manifestius, quia si post mortem solū Moyſi dixisset Deus de Moyſe, q̄ erat famulus eius, posset putari, q̄ dicebat ad tollendum istud dubium: & tñ dū Moyſes viueret dicebat hoc Deus de illo, vt patet Num. 12. c. sicut non talis Moyſes seruus meus, ergo cum, ita diceretur in vita, non fuit dictum post mortem ad tollendum istam dubitationem. Dicendū igitur, q̄ non fuit dictum hoc ad tollendum aliquod dubium de salute, vel damnatione Moyſi, sed solū fuit dictum ad laudem eius, quia scriptura vult laudare eum, eo q̄ ipse fuit valde excellens. Deus enim magnificauerat eū in multis: tam i familiaritate locutionis diuine, quam in operatione miraculorum, & prodigiorum, quā in magnitudine meritorū. & de omnibus his laudat eum scriptura, quia Deus non voluit, q̄ laudes eius recerentur cum in illis magnificaretur Deus. De primo patet Deut. 34. c. f. & non surrexit vltra propheta in Israēl, sicut Moyſes, quem nosse dñs facie ad faciem in omnibus signis atq; portentis, quę per eum misit, vt faceret in terra Aegypti. De alijs patet Num. 32. c. sicut non talis seruus meus, idest non est talis, sicut alij, sed multo excellentior illis. & sequitur qui in omni domo mea fidelis est, idest nullus est fidelis mihi, sicut ipse inter omnes seruos meos, & sequitur, ore ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata Deum videt. & sic erat excellentior omnibus in ista familiaritate colloquij. Etiam erat excellens in meritis, & virtute, quia d̄r eo. c. Moyſes erat vir iustissimus super omnes hoīes, qui morabantur in terra. ideo ad ostendendum istam excellentiā Moyſi tam in vita quam post mortem, vocat scriptura Moyſem famulū Dei, siue Deus loquatur ex seipso, sicut nunc, siue scriptura loquatur ex se. sunt ergo ista ad laudem Moyſi, & nō ad aliquā excusationem eius. de his diximus supra q. 6. & 7. surge, & transi Iordanem. Ex hoc patet, q̄ Deus locutus fuit ista Iosue post mortem, & planctum pro Moyſe. nam Deus iussit Iosue, vt surgeret inde, sicut moueret castra de mansione in qua erat vsq; ad transitum Iordanis, & Iosue immediate obediuit, vt subiungitur, ergo vsq; q̄ factum fuit post finitum planctum pro morte Moyſi, cum dicat Ira Deut. 34. q̄ completi sunt dies 30. pro planctu in morte Moyſi. potissime, quia Deus non iuberet, vt recederent Israēlitę de loco illo vsq; ad finē planctus, quia volebat, vt Moyſes defunctus ab Israēlitis in hoc honoraretur. Nicolaus autē dicit, q̄ ante cōpletum terminum planctus per aliquē tps Israēlitę recesserunt de illa mansione, exploratores quoq; prius missi sunt quā compleretur, & hoc magis probare nititur infra sequenti c. sed ibi de hoc dicitur quod ita requirit. surge, & transi Iordanem. Non est sensus, q̄ Iosue tunc iaceret, & Deus iuberet ei, vt surgeret ad transeundum, sed est modus sacre scripturę: q̄ cum qs non agebat, & postea agere incipit, surgere dicitur, quia ab ocio in actionem surgit. et d̄r egredi, idest exire in actum, quamquam non sit ibi vlla quęuis egressio, vt patet Exo. 2. c. per ibi declarata. Et quamquam Deus iuberet, vt Iosue transiret Iordanem, non tamen iubebat, vt immediate transiret, qñ prius ad transeundum parari debebant. & sic Iosue fecit, vt patet infra, iubēs vt diceretur per mediū castrorum preparate vobis cibaria,

Determinatio auctoris.

eibaria, quā post diem tertium transibitis Iordanem. Ideo sensus huius dicti est, surge & transi Iordanem, id est incipe te preparare ad transcendendum Iordanem. *Iordanem istum.* Dixit hoc per demonstrationem quā Iordanis erat apud mansionem illam in qua tunc erat Israelitē. quod patet, quia quā Israelitē recesserunt de mansione illa in qua tunc erant, per noctem recesserunt, & peruenērunt vsq; in Iordanis fluētia. vt patet Iosue 3. c. Item patet hoc Num. 3. vbi ponitur catalogus mansionum, quia ibi in fine dicitur qd castrametati sunt in campesribus Moab super Iordanē contra Iericho, & hoc erat in quadam mansione que vocatur Bethsimon. inde vero recesserunt in Bethsimon ad planiora loca Moab. ergo vsq; qd erat ista mansio multum coniuncta Iordani: ea autem que coniuncta sunt, digito monstrari possunt. *Tu, & omnis populus tecum.* Ad Iosue loquitur principaliter: quia ipse erat dux populi, & dux est eminenter totus populus. Et dicitur omnis populus qui tecū est, id est sub custodia tua, quia Deus tradiderat Iosue ad dirigendum Israelitarum populum per manum Moyfi confirmantis, & corroboratis ei, vt patet Deute. 3. & 31. & Num. 27. Ideo omnes cum eo esse dicebantur. *In terram quam ego dabo filiis Israel.* Quia terram septem gentium que erant vltra Iordanem Deus traditurus erat Iudeis, & dicitur ipse traditurus, quia licet ipsi Iudai pugnauerint contra gentes illas, & deleuerint eas, non ipsi hoc fecerunt, sed Deus qui illis robur conferebat. ipsi quippe tanta agere non suffecissent, vt patet Deute. 8. c. sine diceret in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meę hęc mihi omnia prestiterunt, sed recorderis domini Dei tui: qd ipse vires tibi prestauerit, vt impleret pactum suū, & ipse misit terrorem in gentes illas, vt fugerent a facie Israelitarum. vt patet Exo. 23. Et non solum dedit terrorem, sed etiam misit crabrones, qui occiderēt eos, qui euaderent de manu Israelitarum, cum dicitur timorem meū mittam in precursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cum & eorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittēs prius Crabrones qui fugabunt Heugum antequā introeas. & Deute. c. 7. dicitur in super & Crabrones mittet dominus Deus in eos donec delear omnes, atque disperdat qui te fugerunt, & latere poterint.

An solum terra que erat vltra Iordanem, dicatur terra promissionis. Et an Moyfes intravit in eam.
Quęst. XVII.

EX hoc arguunt quidam, qd terra que erat vltra Iordanem quam nunc Israelitē ingressuri erant, dicebatur solum terra promissionis. nam de hac dicit Deus, qd ipse hanc daturus esset Israelitis, sed ipse daturus erat terrā promissam, hęc ergo duntaxat erat terra promissionis. Itē patet hoc, quia Deus dedit in penam Moyfi, qd videret a longe terram promissionis, sed non intraret in eam, ipse tñ intravit in totam terram vsque ad planiora Iordanis terrę Moab, sicut in mansione que vocatur Bethsimon: ibi enim mortuus est iubente domino, & sepeliuit eū Deus in valle terrę Moab, quod patet: quia Israelitę manserunt 30. dies plangentes mortem Moyfi, vt patet Deute. 34. Et cum recesserunt finito planctu dicitur qd recesserunt de Bethsimon, vt patet sequen. c. & infra 3. ergo ista que erat vltra Iordanem, erat terra promissionis. Item patet, quia Aaron, & Moyfes in eodem peccauerunt delicto ad aquas contradictionis in Cades deserti Sin, & eadem pena eis data est. sed Aaron data est pena, qd non intraret in terram promissionis. ergo neq; Moyfi concessum est introire. patet Num. 20. c. f. pergat inquit Aaron ad populos suos: non

F enim introibit terram quam dedi filiis Israel, eo qd incredulus fuit ori meo. Ad hoc responderi posset, qd Moyfes introiuit in terram promissionis. nam terra promissionis dicitur quecunq; a Deo Israelitis in hereditate promissa est, sed constat, qd Moyfes introiuit in aliquam partem terrę huius. ergo introiuit in terrā promissionis, & hoc constat quomodo cunq; accipere velimus terram promissionis. Nam si dicamus terram promissionis totū quod promisit Deus Abrahe: manifestum est, qd Moyfes introiuit in terram promissionis, ei quippe gentes decē promisit, & tñ inter eos erant gentes quas occupauerant Israelitę ante mortem Moyfi, vt patet Gen. 15. cap. ibi quippe dicitur de Raphaim, id est gigantibus, & tñ terra regis Og contra quem pugnaverat Moyfes, & cuius regnum occupauerunt Israelitę, erat terra gigantum, qui Hebraice vocatur Raphaim. sic patet Deute. 3. c. solum quippe Og restiterat de stirpe gigantum. & in Hebræo dicitur de stirpe Raphaim, ergo terram Raphaim acceperant.

Item terra regis Og, erat terra gigantum, quia Og erat rex Basan, vt patet Deute. 3. c. ibi dicitur, cuncta Basan vocabatur terra gigantum. & in Hebræo dicitur terra Raphaim, hanc autem cepit Moyfes, vt patet eod. c. & Num. 21. ergo introiuit in terram promissionis. Si autem accipiat aliter terra promissionis prout est terra septem populorum, vt patet Deute. 7. & sepe in alijs libris Moyfi: Adhuc introiuit Moyfes in terram promissionis, quia inter hos septem populos computatur Amorrhęus, & tñ in terrā Amorrhęorum introiuit Moyfes, quia introiuit in regnum regis Sehon, & regis Og, & hos duos reges Moyfes deleuit, atque eorum terram cepit, isti tamen duo reges erant Amorrhęi, vt patet sequē. c. f. audiuiimus, qd sicauerit dominus aquas maris ad vestri introitum, quā egressi estis de Aegypto, & quid feceritis duobus regibus Amorrhęorum, qui erant trans Iordanem Sehon, & Og, quos interfecistis. Et Deute. 3. c. dicitur tulimusque illo tempore terram de manu duorum regū Amorrhęorum, & dicitur de Og rege Basan, & de Sehon rege Eschon. Apparet igitur, qd introiuit Moyfes in terram promissionis, quia introiuit in duo regna regum Amorrhęorum. sed non introiuit in totā terram promissionis, quia non transiit Iordanem. Ideo quā de ipso dicitur, qd non intravit in terram promissionis, debet intelligi, qd non introiuit in terram vltra Iordanem. & ideo non est proprius modus loquendi, quod non introiuit Moyfes in terram promissionis, sed quod non introiuit in partem terrę promissionis que erat vltra Iordanem.

Respondit ad argumenta, volentium quod terra que erat vltra Iordanem, esset sola promissa Iudeis. Quęst. XVII.

AD argumenta respondendum est. Ad primum, quā dicitur, qd illa erat terra promissionis quam Deus Israelitis traditurus erat, sed de ea que erat vltra Iordanem dicitur, qd Deus traditurus erat eam Iudeis. ergo ipsa sola erat terra promissionis. Respondendum est non valere sequentiam, nam quamquam de terra que erat vltra Iordanem dicatur, qd Deus erat Iudeis traditurus eā, non tamen de ea duntaxat dicitur, sed etiam de terra regum duorum Amorrhęorum, scilicet Og, & Sehon dicitur. Patet hoc generaliter, & specialiter. Generaliter patet Gene. 15. vbi Deus pollicetur Abrahe se daturū gentes multas inter quas computantur Amorrhęi, & isti duo reges quos deleuit Moyfes erant Amorrhęi. ergo terram eorum Deus dare pollicitus fuerat. Idem patet in multis locis præcedentis Pentateuchi Moyfi, vbi Deus frequenter se gentem Amorrhęorum cū

alijs

alijs daturum pollicetur. patet etiam hoc in speciali de quolibet horum regum duorum Amorrhęorum. de rege Og habetur Num. 21. cū pugnaturus esset Moyfes contra regem Og: ait ei Deus. ne timeas eum, quia in manu tua tradidi eum, & omnem populum ac terram eius, faciesque illi, sicut fecisti Sehon regi Amorrhęorum habitatori Eschon. Idem totaliter patet Deuterono. 3. c. cum dicitur. dixitque dominus ad me, ecce cepi tibi tradere Sehon, & terram eius, incipe possidere eam. ergo ita vocabatur proprie terra horum duorum regū terra promissionis, sicut terra que erat vltra Iordanem. Ad secundum argumentum quando dicebatur, Deus dedit Moyfi in penam, vt non introiret in terram promissionis. sed ipse introiuit vsque ad Bethsimon que est apud Iordanem. ergo non est terra promissionis, nisi ea que est vltra Iordanem. Respondetur maiorem esse falsam, qd Deus dedit in penam Moyfi non ingredi terram promissionis. nam quamquam hoc a quibusdam vulgariter referatur, falsum tamen est, quia abutuntur hoc nomine terra promissionis, immo vt proprius loquamur ignorat quid dicat terra promissionis. sed si volumus proprie enunciare de Moyse dicitur, qd dedit ei Deus in penam ne ingrederetur in terram promissionis que erat vltra Iordanem. sed non in terram promissionis simpliciter.

Ad tertium cum dicitur, qd Moyfes, & Aaron eodem crimine peccauerunt. ergo vtrique eandem sustinuerunt penam. sed Aaron non introiuit. ergo neque Moyfes. Respondetur, qd neque eadem pena fuit Moyfi, & Aaron: nec eadem culpa. nec tantum Deus aggravat culpam Moyfi, sicut Aaron: quia vocat Aaron incredulum ori eius, vt patet Num. 20. c. de Moyse tamen nunquam dictum est, qd esset incredulus ori Dei vbi cunq; agitur de pena imposta ei pro hoc peccato. Num. 27. & Deute. 3. & 32. Fuit etiam inæqualis pena, quia Aarō mortuus est antequam accederet ad aliquā partē terrę promissionis, sante terram Amorrhęorum, & non vidit bellum factum contra duos reges Amorrhęorum Sehon, & Og, nec introiuit in terram eorum qui iam pertinebant ad reges terrę promissionis, vt patet Num. 20. vbi Aaron mortuus est, & sequenti ca. 21. agitur de pugna contra duos reges Amorrhęos. Moyfes autem intrauit in terram regum horum, & adeptus est illam occisis regibus, vt patet Num. 21. & Deute. 2. & 23. Item non tantum fuit punitus Moyfes, vt Aaron: quia præter hoc, qd Moyfes intrauit in terrę promissionis quandam particulam, Deus ostendit ei reliquam quam non intrabat eleuās supernaturaliter oculos eius. de quo Deute. 34. c. Aaron autem neque introiuit in particulam quamcūque terrę promissionis, nec quicquam ei Deus a longe ostendit, sed simpliciter ei Deus mandauit, quod moreretur in monte Hor, vt patet Num. 20. cap. Quamquam ergo Aaron non introiuit in terram promissionis, tamen Moyfes introiuit, licet non totam incedens penetrauerit, sed solum vsque ad Iordanem.

Prima obiectio contra prædicta, scilicet, quod Moyfes non introiuit terram promissionis. Et quod tribus Leui non fuit prohibita intrare terram promissionis. Quęst. XIX.

ALIIQUIS adhuc arguet, qd Moyfes non introiuit in aliquam partem terrę promissionis, ita vt dici possit, qd introiuit in terrā promissionis, quia de omnibus qui erant numerati a 20. annis, & supra, eo tempore quo venerunt exploratores, & murmuravit populus in deserto Pharan, nullus introiuitus erat in terram promissionis præter Iosue, & Caleb, vt patet Nu. c. 14. sed Moy-

Ales erat plurimum quā 80. annorum: quia annorum erat 80. quā egressus est de Aegypto, vt patet Exo. 7. Ergo non introiuit in terram promissionis. Respondendum est, qd illa sententia non intelligitur de Leuitis, sed solum de alijs Israelitis, quia dicitur, qd de omnibus numeratis a 20. annis, & supra nemo præter Iosue, & Caleb introiuit in terram promissionis, tñ Leuitę non erant de computatis, vt patet Num. 1. vbi computantur viri bellatores a 20. annis, & supra in omnibus tribubus, & subiūctum est de tribu Leui. tribum Leui non numerare. nec ponas summam eorum cum filijs Israel. etiam patet hoc, quia intelligebatur illa sententia de viris bellatoribus, vt patet Num. c. 26. & Deute. 2. sed Leuitę non computabantur inter bellatores, vt patet Num. 1. ergo non intelligitur de eis. sed Moyfes erat Leuita, ergo non fuit sententia ista data ei cum, nec contra aliquem de Leuitis, & sic potuit intrare in terram promissionis. Aliter autem argui potest contra Moysem ex eo quod hī Nu. 27. c. f. Dixit dominus ad Moysem ascende montem istum Abarim, & contemplare terram quam daturus sum filijs Israel. cumque videris eam, ibis ad populum tuum, sicut iuit Aaron frater tuus, quia offendisti me in deserto Sin. Ecce qualiter Deus dixit, qd nō introitus esset Moyfes in terram quam daturus erat Deus Israelitis, & ista est terra promissionis. Item patet ex eo, quod hī Deute. 3. c. cum dicitur, nec enim transibis Iordanem istum, præcipe Iosue, & corrobora eum atque conforta, quia ipse præcedet populum istum, & diuidet eis terram quā visurus es. Idem arguitur ex eo quod hī Deute. 32. c. f. de contra videbis eam, & non ingredieris in eam, quā ego dabo filijs Israel. & semper loquitur de terra promissionis, ergo illam Moyfes visurus erat solum, & non introitus. Respondendum, qd Moyfes introiuit in terram promissionis, licet non in totam, vt supra declaratum est, & quā supra dicebatur Num. 27. contemplare terram quam daturus sum filijs Israel, & ibis ad populum tuum, id est morieris, non intelligitur de terra tota promissionis sed quadam parte eius, i. quam possessurę erant nouem tribus, & dimidia. nam terra duarum tribuum, & dimidię est ante Iordanem, & ipse ambulauerat eam, quia pugnans Israelitis subiecerat. & cum dicitur quam daturus sum filijs Israel, nō est sensus, qd nō vidisset Moyfes aliquam portionem terrę eius quam Deus dedisset, quā iam viderat, sed eius quam daturus erat nullam partem Moyfes introiuit. nam postquam ista verba dicta sunt, Moyfes recitauit legem, & ascendit in montem Abarim, & mortuus est. Ad aliud quod habetur Deute. 3. euidenter est responsio. solum enim dixit Deus, qd Moyfes non transiret Iordanem, & hoc verum erat, quia mortuus est in monte Abarim pertinente ad terram Moab, & sepeliuit Deus illum in terra Moab, vt patet Deute. 34. c. & tñ ambulauerat quandam partem terrę promissionis, i. terram duarum tribuum, & dimidię. & cum dicitur, qd Iosue dimisurus esset terram, quam Moyfes videret: verum est, s. de terra vltra Iordanem quam Moyfes non introiuit, ipse tñ diuisit aliquam terram promissionis, i. duabus tribubus, & dimidię. Ad id, quod hī Deute. 32. c. f. videbis eam, & non ingredieris in illam, quam ego dabo filijs Israel. Respondendum, qd terram quam tunc daturus erat Deus filijs Israel solum vidit Moyfes, & non introiuit in eam. vidit tñ terram quam iam dederat, & introierat in eam. Et non est dicendum, qd non introiuit Moyfes in terram promissionis simpliciter, sed qd non introiuit in partem terrę quam daturus erat Deus eo tempore quo ista verba dicta sunt. Nam si propter illam partem quam daturus erat Deus Israelitis. tunc, quā ista dicta sunt, & non introiuit in eam Moyfes, diceretur non ingressus in terram

ram promissionis, etiam diceretur Iosue non ingressus in terram promissionis, quia non introiit in omnes partes eius, quod patet, quia mortuo Iosue manserunt multe partes terre promissionis adhuc in manu hostili, ut patet Iudic. 3. sicut sunt gentes quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis omnem Israel, & omnes qui non noverant bella Chananeorum, ut postea discerent filij eorum certare, & haberent consuetudinem preliandi, quinque satrapas Philistinorum, omnemque Chananeum, & Sidonium: atque Heuam qui habitabant in monte Libano a monte Hermon usque ad introitum Emath. Et postea sequitur, itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananej, & Ethei, & Amorrhaj, & Pherezaj, & Heuam, & Iebusaj. duxeruntque uxores, &c. Ad has autem terras non introiit Iosue, & tamen post eum Israelitae acceperunt magnam partem harum terrarum. sicut patet Iudic. 1. & 18. & postea reges iudeorum acceperunt multas terras, ut patet de Saule ex processu primi libri Regum, & magis de Dauid. Ultimo autem tempore Salomonis subiectae sunt omnes gentes terre promissionis quae usque ad tempus illud non fuerant subiectae, ut patet Paralip. 2. in ca. 8. & tamen Iosue dicitur intrasse terram promissionis, ut patet Nume. 14. ubi soli Caleb, & Iosue dicuntur ingressuri in terram promissionis, & Nume. 27. & Deut. 3. & 31. atque 32. dicitur, quod Iosue intra ret in terram atque divideret. non igitur dicitur Moy ses non intrasse in terram promissionis, quia quamdam eius partem reliquit in quam non introiit.

Quinta obieccio contra conclusionem principalem. Et quae sit proprie terra promissionis definitur. Quaes. XX.

Sed adhuc arguetur, quod nullo modo Moy ses introierit in terram promissionis, quia non introiit in terram quam Deus iuravit, ut daret Abraham, & Isaac, & Iacob. ergo non introiit in terram promissionem, patet, quia nulla alia vocatur terra promissionis: nisi pro qua Deus iuravit Abraham, Isaac, & Iacob. Quod autem in hanc non intraverit, patet quia Deute. 24. c. dicitur. dixitque dominus ad eum: haec est terra pro qua iuravi Abraham, Isaac, & Iacob dicens, semini tuo dabo eam: videbis eam oculis tuis, & non transibis ad illam: ergo non introiit in terram promissionis. Respondendum est Moy sen introiisse in terram promissionis. & cum dicitur, quod illa est terra pro qua iuravit Deus Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Dicendum est verum esse. non tamen pro hac sola iuravit, nam cum Deus iuravit pro terra septem gentium danda Israelitis, pro qualibet parte illius terre iuravit. cum ergo Moy ses introierit in aliquam partem terre huius, scilicet in terram duorum regum Amorrhaeorum, introiit in terram pro qua Deus iuraverat Israelitis. De terra quoque quae ultra Jordanem est, dicendum est, quod pro illa iuravit dominus, & non introiit in eam Moy ses. non tamen sequitur, quod Moy ses non intravit in terram pro qua iuravit dominus, quia arguitur a suppositione determinata ad consuetam. Hoc enim modo sequeretur, quod Iosue, & Caleb non introierunt in terram pro qua iuravit dominus Israelitis, quia cum Deus iuraverat pro terra septem gentium tribuenda Iudeis, iurabat pro qualibet parte harum terrarum, sed multe partes manserunt in quas Iosue, & Caleb non introierunt, quia ille acquisitae sunt post mortem eorum rpe regum Israel. ergo quantum ad illas partes erit verum, quod Iosue, & Caleb non ingressi fuerint in terram pro qua iuravit Deus patribus eorum: sed hoc falsum est. De Caleb patet Num. 14. c. f. at tamen omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, & tunc tauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt vo-

ci meae: non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. nec quisquam est illis qui detrahit michi in te bitur eam. seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circuiuit. De Iosue patet Num. 27. & Deut. 3. & 31. ergo non debet dici de Moy se, quod non introiit in terram promissionis, quamquam non introierit in partem terre illius quae erat ultra Jordanem. Quod autem introierit in aliquam partem terre pro qua Deus iuraverat Abraham Isaac, & Iacob patet, quia Deus promisit terram Amorrhaeorum, ut patet Gene. 15. & frequentissime per totum pentateuchum, & tamen terra istorum duorum regum, in quam Moy ses introiit, erat terra Amorrhaeorum, ut patet Deute. 3. & infra 2. cap. ergo introiit in terram promissionis. Amplius autem ista terra in qua manebant duae tribus, & dimidia, erat terra promissionis, & Moy ses introiit in eam, ergo introiit in terram promissionis. Secundum patet, quia Moy ses distribuit terram istam duabus tribubus & dimidia, ut patet Nume. 32. & ipse pugnavit contra reges tenentes eam, ut patet Numeri 21. & Deutero. 2. & 3.

Primum patet, quia tunc diceretur, quod non introierunt omnes tribus Israel in terram promissionis, & quod aliquae tribus fuerunt, quae nunquam habitauerunt in terra promissionis. nemo tamen hoc constituit qui quicquam attendat, igitur. sed hoc sequeretur dato, quod terra duarum tribuum, & dimidia non erat promissionis.

H Item si ista non fuisset terra promissionis, sequeretur quod Deus daret Israelitis aliquarum gentium terram quam non promississet. sed hoc quoque falsum est. id haec erat pars terre promissionis, cum eam Deus Israelitis dederit. Item patet hoc ex eo quod habetur Gene. 45. ubi quidem dixit Iacob ad Ioseph, quod Deus promississet ei terram Chanaan, & constituit, quod duo filij Ioseph, scilicet Ephraim, & Manasses acciperent sortem integram, sicut Ruben, & Simeon. & tamen si terra illa in qua habitauerunt duae tribus, & dimidia, non est de terra promissionis, non accepit Manasses sortem in terra promissionis, sicut Simeon, & aliae tribus, quia Manasses suscepit medietatem sortis suae ante transitum Jordanis, ut patet Numeri 32. & Deuteronomo. 3. c. Et fortius adhuc arguitur de Ruben. nam hunc constituit Iacob tanquam principalem in sorte sua. ipse tamen non accepit sortem ultra Jordanem, sed ante transitum, ut patet in praalleg. cap. ergo non accepit sortem in terra promissionis nisi terra duarum tribuum & dimidia in quam introiit Moy ses, dicitur terra promissionis. Item patet hoc ex pena inflicta Iudeis propter murmuracionem, nam dixit dominus, quod nullus eorum videret terram quam daturus erat, & iuraverat se daturum patribus eorum, sed quod omnes morerentur antequam illuc accederent, ut patet Nume. 14. & tamen omnes isti mortui sunt, antequam ingrederentur in terram duorum regum Amorrhaeorum, ut patet Deuteronomo. 2. ubi dicitur. surgentes transivimus torrentem Zareth. tempus autem quo ambulavimus a Cadesbarne usque ad torrentem Zareth 38. annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio bellatorum hominum de castris, sicut iuraverat dominus, & tamen post torrentem Zareth immedie est terra Ammon, & Moab simul, & inter eas est terminus duarum terrarum regum Amorrhaeorum: quod patet Deuteronomo. 2. ubi Deus iubet, quod Israelitae non transeant per terminos terrae Ammon, & Moab, sed per terram regis Sehon, & sic post torrentem Zareth immedie ingressi sunt Israelitae in terram duorum regum Amorrhaeorum. Hoc magis patet Num. 21. c. ubi post torrentem Zareth ponitur vnicus mansio

Quid proprie sit terra promissionis.

Mansio ante terram Amorrhaeorum, quae est terminus Amorrhaeorum, cum dicitur. & inde mouentes venerunt in torrentem Zareth, quem relinquentes castrametati sunt in finibus Amorrhaeorum. sed ante istum torrentem Zareth fecit Deus mori omnes, qui murmuraverant, & damnati erant ne intrarent in terram promissionis. Vt ergo quod terra duorum regum Amorrhaeorum, quae sequitur, sit de terra promissionis: alioquin non fecisset Scriptura mentionem ipsalem, quod Deus fecerit omnes illos mori ante torrentem Zareth, & mortuis eis iussit Moy si, ut transiret torrentem. Item patet hoc ex diuisione. nam terra tota diuisa fuit in 12. sortes per 12. tribus. sed manifestum est, quod non fuerunt factae omnes sortes in terra quae ultra Jordanem est, sed solum novae, & dimidia: ut patet ex discursu libri Iosue ex cap. 15. usque 30. Et ante transitum Jordanis factae fuerunt duae sortes, & dimidia: ergo ista terra etiam pertinebat ad terram promissionis. Quod autem terra promissionis diuidenda esset per omnes 12. tribus patet Numeri 26. cum enim enumeratae fuissent familiae omnium tribuum, & persona: subiunctum est: istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas, ergo inter omnes 12. tribus terra diuisa est. sed diuisa est terra duorum regum Amorrhaeorum inter duas tribus & dimidiam. ergo illa erat terra promissionis.

Arguit contra praedicta, quod terra duorum regum Amorrhaeorum non sit terra promissionis. Et an Iordanes esset terminus terra promissionis. Quaes. XXI.

Sed Contra hoc aliquis arguet, quod terra duorum regum Amorrhaeorum nullo modo computetur in terra promissionis, quod patet ex terminis assignatis Num. 34. c. quia terra Amorrhaeorum est ex parte Orientali ad reliquam terram, quae postea Israelitae acceperunt, ut patet Num. 32. c. ubi Rubenitae, & Gaditae atque dimidia tribus Manasse dixerunt Moy si volentes possidere terram duorum regum Amorrhaeorum, non reuertentur in domos nostras usque dum possideant filij Israel hereditatem suam: nec quicquam quae trans Jordanem, quia iam hanc possessionem nostram in Orientali plaga eius, & ista terra est ante Iordanem, quod patet, quia antequam Iudei transirent Iordanem exierunt de terra duorum regum Amorrhaeorum, ut patet hic, & 7. 3. cap. & tamen terminus terre promissionis a parte Orientali est fluvius Iordanis, ut patet Num. 34. c. ergo extra terminos terre promissionis. ultra orientalem plagam eius est terra duorum regum Amorrhaeorum, & sic Moy ses qui non transiit Iordanem, non transiit in terram promissionis. Ad hoc respondendum est, quod Moy ses transiit in terram promissionis, ut supra declaratum est. Et cum dicitur, quod illi termini, qui ponuntur Num. 34. c. sunt termini terra promissionis, est falsum simpliciter assumendo, sed est sensus, quod erant solum termini terrae illius, quae assumenda erat & tradenda Israelitis, sed non terminus totalis terrae promissionis. Et patet ex litera textus: cum dicitur. cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit: his finibus terminabitur. Ecce solum locutus est de terra quam accepturi erant, & non de terra quam iam habebant: ergo non ponebatur terminus totius terrae: sed solum eius quae restabat assumenda, sed in partem quae accepta fuerat Moy ses intraverat, quia ipse eam accepit pugnans. ergo intrauit in terram promissionis: & hoc necessario tenendum est. *Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri vobis tradam.* Id est, omnis locus ad quem intraveritis, & quem calcaveritis. Alph. Toth. super Iosue.

Aritis, vester erit, quod intelligitur inter terminos terrae illius quam Deus promiserat Israelitis. Sic patet Deutero. 11. cum dicitur omnis locus quem calcaverit pes vester, vester erit a deserto & Libano, & flumine magno Euphrate usque ad mare Occidentale eius terminus vestri. De terra autem non promissa eis non intelligebatur: nam quamquam transirent per eam: tamen nihil habebant, sicut de terra Idumaeorum, ut patet Deuter. 2. ca. transibitis per terminos fratres vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. videre diligenter ne moueamini eos: nec enim dabo vobis de terra eorum quantum unius pedis potest calcare vestigium. Idem praecceptum ponitur de terminis Moabitarum & Ammonitarum, ut patet eo. c. Haec sententia patet ex litera huius textus, quae ponit terminos gentium, quas Iudaei accepturi erant.

An Deus hic promiserit Iudeis dominium totius orbis. Et an Salom. cu habuerit illius dominium: item an habebit Messias. Quaes. XXI.

Dicunt autem Iudaei quidam quod promittitur hic totus orbis eorum subdendus imperio: & sic intelligunt quod habetur Gen. 49. in benedictione Ioseph: cum dicitur. donec veniret desiderium collium eternorum. In Hebraeo dicitur collium seculi, quod benedictio facta Iacob extendebatur usque ad colles seculi, usque ad fines orbis possidendi per semen eius: & hoc dicunt fuisse impletum tempore Salomonis, cui tota terra deferebat munera, & desiderabat vultum illius videre: ut patet 3. Reg. 4. cap. s. vniuersa desiderabat videre vultum Salomonis, & singuli deferebant ei munera tributa sicut expositionem suam: & istud dominium adhuc perfectius expectant dilatandum in Christo. scilicet Messia quem dicunt super cunctas gentes regnatum: Sed ista non possunt stare: quoniam conuincuntur ex textu. nam de quocumque intelligant falsum est, cum litera ponat immediate terminos usque ad quos intelligi debeat, quod tota terra quam calcarent sua esset. vterius autem est si transirent, ad eos non pertinebat. Sed hoc quod dicitur de dominio totius orbis, pure confictum ab eis est. Cum autem dicitur de Salomone, quod daretur toti terra, quis falsum esse dubitabit, & ipse hostes habuit in senectute sua, ut patet 3. Reg. 11. Et cum dicunt quod tota terra desiderabat videre vultum Salomonis, non erat hoc propter dominium eius: sed propter sapientiam. quia admirabatur omnes in sapientia, & verbis eius, & dispositione rei domesticae eius. sicut omnibus his visis dixit regina Sabba. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & qui audiunt sapientiam tuam, ut patet 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. ca. Quod autem dicunt de muneribus non est tanquam debitum datum Salomoni, sed dona gratis data ad prouocandum eum, ut beneuole responderet. Sic patet de regina Sabba, quae cum venisset inquisitione a Salomone, attulit aromata multa & plurima alia dona: ut patet 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. c. Et ipsa a Salomone multa quoque dona recepit: & in constat reginam Sabba non esse subditam Salomoni: sed de terra longinqua venisse. non ergo erat ei subdita tota terra usque ad finem seculi. Quod etiam de Messia dicunt. scilicet ipse perfectus regnurus sit, & obtenturus omnia regna terrae. Verum est quod regnurus sit, regnum tamen eius non est de hoc mundo, ut ipse testatus est Ioan. 18. Ideo cum in hoc mundo non regnauerit: paupertatem induit. Sic enim Zacharias. cap. 9. prodit quod rex filia Sion, scilicet Messias quem ibi Saluatorem vocat in paupertate veniret: de quo alibi dicendi latior erit locus.

Opin. Hebraeorum.

De hoc Iosue Gen. 49. dicit.

*Omnia locum quem calcaverit vestigium pedis vestri: ve-
stet erit.* Designatur hic facilitas consequendi promissam terram. s. q. quacunque terram calcata[m] consequerentur Israelitae. *Sicut locutus sum Moysi.* Id est, o[mn]em terram illam dabo, de qua dixi Moysi, q. darem, nam saepe per Moysen Deus dixit, q. traderet Iudaeis terram septem gentium. Vel dicitur, sicut locutus sum Moysi, id est, locutus sum hoc Moysi, vt patet Deute. 11. cap. s. omnis locus quem calcaverit pes vester, vestet erit a deserto, & Libano &c. *A deserto & Libano.* Hic ponuntur termini terrae promissionis, & n[on] quidem totius, sed solum eius, quae adhuc ultra Iordanem capienda erat: quamquam in hoc non multum differat. Nam termini totius terrae promissionis, & terrae, quae capienda manebat Iosue, solum differabant in terminis Orientalibus. nam in ceteris eadem erat. Orientalis quippe terminus terrae illius, quae capienda manebat, erat Iordanis, vt patet Nume. 34. cap. Et terra Amorrhaeorum erat Orientalis respectu Iordanis. s. respectu terrae capiendae erat magis Orientalis q. Iordanis. Si autem accipiatur terminus totius terrae promissionis a parte Orientali, non erat Iordanis Orientalis terminus: sed id quod erat finis Amorrhaeorum regnorum ex parte Orientali, scilicet, torrentis Zareth, vel ea, quae sunt coniuncta torrenti Zareth, & Arnon, vt patet Numeri 21. cap. In alijs autem terminis communicabat terra, quae erat trans Iordanem cum terra Amorrhaeorum regum, quae erat ante transitum Iordanis.

Qui sunt termini terrae promissionis secundum diversas assignationes, & computationes sacrae Scripturae. Et quod alii qui termini multis appellantur nominibus.
Quaest. XXXIII.

CIRCA Hoc notandum, q. Deus posuit terminos terrae promissionis quando promissit eam tradere Abrahae, & semini eius, vt patet Gen. 15. s. semini tuo dabo terram hanc a flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem, & ibi ponuntur soli duo termini terrae illius. s. Austerlis, & Septentrionalis. Flumen quippe Aegypti est terminus terrae illius a parte Meridiana per solitudines Arabicas. Flumen autem Euphrates est terminus a parte Aquilonari. Nam venit per Babylonem, & terram Caldæorum, quae est Septentrionalis, vel Aquilonaris terrae Iudaeae, vt patet Hieremi. 1. ab Aquilone pandetur omne malum, quia ecce ego conuocabo cognationes regnorum Aquilonis, vt patet hoc dici de Caldæis destruentis Hierusalem: etiam est Euphrates aliquo modo a parte Orientis. Iterum autem Deus posuit terminos terrae huius. Exo. 23. & Nume. 34. Et iterum Deuteronom. 1. 1. Sed differunt istae assignationes terminorum s. m. tempora, quibus fiebat. nam assignatio facta Exo. 23. erat quando Iudaei erant in monte Sinai, & nondum venerant in terram promissionis, nec quicquam de ea attigerant. Ideo posuit Deus omnes terminos simpliciter terrae promissionis, non considerans de parte, quae erat ante Iordanem, vel de parte, quae erat ultra Iordanem, & posuit terminos ex omni parte mundi dicens. ponam terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palaestinarum, & a deserto vsque ad flumen. Cum dixit, a mari rubro, notauit terminum Orientalem: cum vero dixit mare Palaestinarum, designauit terminum Occidentalem: & posuit hos duos terminos oppositos. Quod autem mare rubrum sit a parte Orientali patet. Nam Iudaei venerunt in terram promissionis de Aegypto, & intrauerunt per partem eius Orientalem, s. per Iordanem: qui est in capite Orientali terrae

huius, vt patet Nume. 34. & t[ame]n ante hoc steterunt circa mare rubrum. ergo mare rubrum adhuc magis Orientale est terrae promissionis, quam Iordanis. Quia ergo designatur hic mare rubrum pro termino terrae promissionis, necesse est, vt assignetur tanquam terminus Orientalis. Aliter potest parere ex oppositione terminorum. nam hic ponitur terminus, vt sunt oppositi. Sed constat mare Palaestinarum quod hic ponitur tanquam terminus oppositus mari rubro esse Occidentalem terminum, vt patet Num. 34. & Deuter. 1. 1. ergo mare rubrum est terminus Orientalis. Item patet hoc, quia qu[on]iam Moyses erat recitans legem ante mortem suam in terra duorum regum Amorrhaeorum, dicit, q. erat in solitudine campestris mare rubrum quod venit de superiori parte Indiae, vt declarauimus Deuter. 1. cap. & intrat per Orientale caput Aegypti: erat hic tanquam Oriens ad terram Amorrhaeorum, in qua tunc erat Moyses. Item terra duorum regum Amorrhaeorum erat Orientalis respectu Iordanis, & terrae, q. est ultra Iordanem: ergo mare rubrum quod est Orientale ad terram duorum regum Amorrhaeorum, erit magis Orientale ad terram staterem post Iordanem versus Occidentem. Quod autem mare rubrum ad terram duorum regum Amorrhaeorum sit Orientale, patet, quia cum venisset Israelitae in illam, accesserunt ad mare rubrum, non quidem cum de Aegypto exeuntes transierunt in mare rubrum, sed cum accessuri erant ad terram Amorrhaeorum. sic patet Deut. 2. c. s. profecti inde. i. de Cadesbarne, de qua dictum fuerat in fine 1. cap. venimus ad solitudinem, q. ducit in mare rubrum: & post hoc venerunt in terram Amorrhaeorum regum circueuntes terram Seir. Item magis patet eo. c. quia dicitur. Cumq. transissemus fratres nostros filios Elau per viam capestrum de Elath, & Asiongaber venimus ad desertum iter quod ducit Moab. Ecce igitur de Elath, & Asiongaber venerunt in desertum Moab, sed Asiongaber est in littore maris rubri: ergo de maris rubri littore venerunt in terram Moab. hoc patet 3. Reg. 9. ca. s. classem quoq. fecit rex Salomon in Asiongaber, q. iuxta haylam in littore maris rubri in terra Idumaeae, & t[ame]n terminus Orientalis terrae Moab, & Ammon sunt simul, & inter utrosq. est angusta frons Orientalis terrae regum Amorrhaeorum, quia regnum Amorrhaeorum quantum ad aliqd est pars regni Moab. Hec patet Deute. 2. ca. vbi cum dictum sit, q. venerint de Asiongaber Israelitae in iter deserti Moab, iussum est ne intrarent per terram Moab, nec Ammon, sed per terram Amorrhaei regis Sehon, q. est inter media his: ergo mare rubrum q. est Orientale ad terram Moab & Ammon, erit Orientale, & propinquum terrae Amorrhaeorum regum. Hec est aequaliter colligunt Nume. 2. 1. c. Apparet ergo poni hic terminos terrae promissionis h[ab]ere ab Oriente mare rubrum, & includere in se terram Amorrhaeorum regum. Alius terminus ponit mare Palaestinarum, & est terminus terrae promissionis a parte Occidentali, q. dicitur patet ex oppositione. Nam probatum est mare rubrum esse terminum a parte Orientali: ergo mare Palaestinarum est terminus Occidentalis, q. dicitur vocabatur in sacra Scriptura mare magnum. Et patet q. sit iste terminus Occidentalis, q. dicitur Num. 34. c. ponuntur termini terrae promissionis, & dicitur porro plagae Occidentalis a mare magno termini incipiet, & in ipso sine claudet. Idem patet Deut. 1. c. s. a deserto Libano, & flumine magno Euphrate vsq. ad mare Occidentale erunt termini vestri. Et idem subiicit hic in litera. s. omnis terra Ethaeorum vsq. ad mare magnum ad Solis occasum erit terminus vester. Alius terminus ponit Meridianus terrae huius. a deserto. Vocatur autem desertum ipsa solitudo Arabica, quae tangit terram Iudaeorum in latere Meridiano: vt patet Nume. 34. cum ponuntur termini terrae promissionis dicitur: pars Meridiana

Secunda assignatio terminorum terrae promissionis.

Tertia assignatio terminorum.

Meridiana incipiet a solitudine Sin, quae est iuxta Edom. Iste etiam terminus ponitur Deuteronom. 1. 1. s. a deserto & Libano, & posuit ibi desertum pro parte Meridiana, & Libano pro parte Aquilonari, & mare pro Occidentali. Idem modus ponitur hic: Vltimus terminus terrae huius promissionis ponitur a parte Aquilonari, & est vsque ad flumen. vocat autem flumen ipsum Euphratem, qui ponitur sine nomine proprio propter excellentiam suam, sicut dicitur Philo sophiam. i. Aristotelem, vel Apostolum i. Paulum: & hoc propter magnitudinem suam. sic enim vocat eum Scriptura flumen magnum Euphratem. Etiam ponitur sine nomine, quia valde notus erat Iudaeis: cum per eorum terram transiret clauderet terram promissionis termini: & intra hos claudunt fortes omnium tribuum. 1. 2. & ipsa terra duorum regum Amorrhaeorum. Alibi autem ponuntur termini terrae promissionis. & non ponuntur sine eadem determinationem. s. Nume. 34. & hoc quia non fuerunt in eodem tempore designati, quo illi, qui ponuntur Exo. 23. sed postea cum adepti fuissent Israelitae terram duorum regum Amorrhaeorum, & eam possiderent: ideo ibi solum ponuntur termini terrae capiendae, quod patet, quia cum dicitur: cum ingressi fueritis terram Chanaan, & in possessionem vobis forte eecideritis, his finibus terminabitur: de capienda ergo solum loquebatur. Idem patet magis, quia postea in eodem cap. dicitur. haec est terra quam forte possidebitis, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidia tribui: tribus enim Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque pars Manasse. id est, & semis tribus acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam, & sic cum pro solis nouem tribubus, & dimidia ibi assignentur termini terrae promissionis, necesse est variari a supra positus terminis, & est variatio in solis terminis Orientalibus: nam tota terra promissionis habet terminum Orientalem ipsam terram coniunctam mari rubro, vel mare rubrum, vt patet Exo. 23. terra autem nouem tribuum & dimidia habet terminum Orientalem Iordanem, & mare Cenereth, vt patet Num. 34. Alibi autem ponuntur termini terrae promissionis, scilicet, Deut. 1. 1. & isti fuerunt assignati cum Moyses moriturus esset, & coincidunt cum illis, qui habentur Num. 34. c. sed non ponuntur ita explicite. & solum ponuntur ibi termini tres. s. Aquilonaris, qui est Libanus, & Meridianus, qui est desertum, & Occidentalis, s. mare magnum. Hic autem eodem modo termini designantur. *A deserto.* Hic ponitur terminus a parte Meridiana: & est maior pars terrae promissionis a parte Meridiana habens coniunctum desertum, vt patet Nume. 34. s. pars Meridiana incipiet a solitudine Sin, quae est contra Edom: & in eodem Meridiano latere ponuntur ascensus Scorpionis, & Cadesbarne, quae tota terra est deserta, quia ibi est magna solitudo Arabiae. *Et Libano.* Iste est terminus a parte Aquilonari, quia Libanus est ad Aquilonem terrae promissionis apud Sidonem, & Tyrum, quae sunt Aquilonares terrae Iudaeorum, & est Libanus in confinio lateris Occidentalis, & Aquilonaris. Idem ponitur Nume. cap. 1. 1. Isti duo termini. Aquilonaris, & Meridianus aliter assignantur Gen. 15. & Exo. 23. nam Gen. 15. dicitur a flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Euphratem, & probatum est, quod isti sunt termini Meridianus, & Aquilonaris. Sed dicendum est, quod ad Alph. Toft. super Iosue.

idem redeant, quia a parte Meridiana est desertum, & est etiam fluvius Aegypti. & patet hoc Nume. 34. vbi ponuntur termini explicite. Dicitur quod plaga Meridiana incipiet a deserto, vel solitudine Sin, & postea concluditur: ibique per gyrum terminus ab Elemona vsq. ad torrentem Aegypti, & ibi vocatur torrentis Aegypti id quod Gen. 15. vocatur fluvius Aegypti. nec solum ista duo, desertum, & solitudo ponuntur in latere Meridiano terrae promissionis. sed etiam multa alia nominantur, quia est latus illud longum, & continet multa loca, vel solitudines, quarum quilibet potest appellari terminus Meridianus. de his Num. 34. vbi ponuntur loca multa in latere Meridiano. Item in termino Septentrionali ponitur differentia. Gen. 15. & Exo. 23. vbi ponitur solum Euphrates: hic autem ponitur Libanus. Pro quo dicendum est, quod sicut in latere Meridiano terra promissionis multa loca sunt, ita & in latere Aquilonari, & hoc habetur Num. 34. vbi nominantur. Et tamen adhuc non vocantur inter haec Libanus, & Euphrates: quamquam de Libano potest dici, quod ibi nominetur: quia dicitur, quod mons altissimus terminus sit Septentrionalis terrae promissionis, & iste est Libanus: cum inter omnes montes terrae promissionis altior sit. De Euphrate autem penitus nulla mentio fit. est tamen Euphrates terminus in latere Septentrionali magis coniunctus Orientali lateri quam Libano, est autem Libanus in confinio maris magni Occidentalis, & hoc signatur Num. 34. s. porro ad Septentrionalem plagam a mari magno termini incipient, peruenientes vsque ad montem altissimum. & vocatur mons altissimus Libanus: deinde ponuntur alia loca in latere Aquilonari. *Vsque ad flumen magnum Euphratem.* Non ponuntur isti duo termini oppositi, scilicet, Libanus, & Euphrates, sed magis sunt in eodem latere. s. Aquilonari, vt declaratum est. tamen dicitur vsque ad flumen magnum, quia Libanus tangit terram promissionis in confinio lateris Occidentalis, & Aquilonaris. Quod patet, quia mare magnum erat terminus Occidentalis terrae Iudaeorum, vt patet hic, & Exo. 33. & Nume. 34. & tamen radices montis sunt circa mare. quod patet, quia quando fabricata sunt ligna ad constructionem templi Salomonis, Sidonij deponebant ligna de Libano ad mare, & componebant ea in ratibus, atque portabant in Hierusalem, vt patet 3. Reg. ca. 5. & 2. Paralipo. c. 2. Euphrates autem erat terminus quidam in latere Aquilonari, sed magis ad Orientale latus accedebat, & quia vtrunque satis insignis, & famosum erat, nominata sunt haec duo. Vocatur hic flumen magnum Euphrates, quia inter omnia flumina terrae promissionis nullum erat ita magnum, quamquam Iordanis erat insignis fluvius. etiam quia iste fluvius est vnus de quatuor, qui egrediuntur de Paradiso terrestri: vt patet Gen. 2. c. *Omnis terra Ethaeorum vsque ad mare magnum.* Hic accipitur terra Ethaeorum pro terra omnium septem populorum, nam sicut aliqui omnes hi populi vocantur Chanaan, ita vocantur Ethaei, & interdum Amorrhaei, & aliquando accipiuntur pro specialibus populis, hic autem non potest accipi pro populo aliquo speciali, quia tunc esset sensus, q. Deus eis promitteret terram solius populi Ethaei, quod falsum patet ex assignatione positorum terminorum, non enim occupabat populus Ethaeorum totam hanc terram. Sed omnes populi vocantur Ethaei, sicut interdum vocantur Amorrhaei, vt patet Deuter. 1. cap. s. venite ad montem Amorrhaeorum, vbi secundum quosdam vocantur Amorrhaei omnes gentes terrae promissionis. & melius Gen. 15. c. nodum enim complete sunt iniquitates Amorrhaeorum vsque ad praesens tempus.

Quid proprie terra Ethaeorum.

Ethai hic pro quibus populis accipiuntur. Quasi. XXIII.

SE p forte aliquis dicet, quod Ethai sunt hic gens specialis distincta ab alijs sex populis Chananæorū, tamē dicitur hic omnis terra Ethæorum vsque ad mare magnum, quia isti sunt postremi in tota terra Chananæorum iuncta mari magno. Rfidendum est stare non posse, quia Ethai non sunt vltimi in terra promissionis versus mare magnum. Alij enim populi sunt magis coniuncti. Chananæi, nam Ethai habitabant in Montanis, & Chananæi in littore maris, vt patet Num. 13. cap. 1. Amalech habitabat in meridie: Ethæus, & Iebusæus, & Amorhæus in montanis. Chananæus iuxta mare, & iuxta fluuenta Iordanis. Necessē est igitur accipi hic Ethai pro omnibus populis Chananæorum, quos gñali nomine Ethæos vocant. *Vsque ad mare magnum.* Iste est terminus Occidentalis terræ promissionis. nam non possederunt Israëliti nisi vsque ad mare, & istud vocatur mare Occidentale, vt patet Deuterono. 11. quia erat ad partem Occidentalem totius terræ promissionis. vocatur etiam mare Palesthinorum, vt patet Exo. 23. vbi ponitur tanquam terminus Occidentalis. & hoc est, quia apud mare erāt ciuitatēs Philisthinorū, quos Iudæi Pelistin, & Græci Palestinos vocant, quia vbi nos penitus prolationem, & vim huius literæ. f. in principio: Hebr. p. ponunt: idem est in medio. Vocatur et mare magnum ad dñam aliorum marium paruorum, quæ erant in terra promissionis. f. mare solitudinis, siue mare salissimum, de quo j. 3. c. & istud vocatur nunc mare mortuum, vel mare Sodomorū. Erat etiam aliud mare quod vocatur mare Genesareth, vel mare Cenereth, vt patet Num. 34. & est mare Cenereth in parte Orientali terræ promissionis, & mare salissimum, vt patet eo. cap. & istud vocatur aliquando mare Tyberiadis, vel lacus Tyberiadis, vt patet Io. 6. & 21. Ista, n. erāt maria parua, quæ verius sunt lacus magne, vt ex libro de descriptione terræ sanctæ patet. Mare magnum vocatur hic ipsum mare Mediterraneum quod exit a mari Oceano, & transiens per medium terræ habitabilis, diuidens Africam, & Europam tendit per Athlanticas fauces: ascendens per magnos terræ tractus vsque ad Asiam, & ibi circumflectitur in modum crucis imperfectæ, & descendit in mare Oceanum, vt quidam dicunt: claudēs Asiam a parte Occidentali. & sic terra Iudæorum est in fine Asiæ versus Occidentem: & tamen non claudit istud mare Asiam a parte Occidentis, quia non extenditur per Meridiem, & Septentrionem vsq; ad Oceanum, & licet istud mare non sit magnum respectu maris Oceani quod est mater aquarum, vocatur tñ mare respectu aliorum marium paruorum prenominatorum, quæ sunt in terra Iudææ. *Contra solis occasum.* Id est, mare magnum est terminus a parte Occidentis terræ promissionis. *Erit terminus vester.* Id est, tota ista terra inclusa his terminis erit vestra. non tamen cessit ista terra tota in possessionem Iudæorum vilo tempore, nam tempore Iosue, & omnium iudicum semper restiterunt hostes, cum quibus Israëliti dimicabant. In tempore regum etiam hoc fuit, nam Saul contra Philisthinos pugnabat tota vita sua, vt patet ex processu 1. Regum 31. cap. David quoque contra alienigenas pugnabat. De bello eius contra Philisthinos patet 2. Reg. 5. cap. Tempore Salomonis cum fuit maxima gloria & pax Israëlitarum, non fuit tota terra in possessionem Iudæorum, vt patet 2. Paralip. 8. sed solum omnes populi qui relicti fuerant de illis septem, effecti sunt tributarij, sed multo tpe adhuc post manebāt gentes quædam de illis in terra sua. Immo etiam tempore Saluatoris de his aliq; supererat, vt patet Matt.

Iudæi nunquam possederunt totam terram promissionis etiam nec tempore Christi.

cap. 15. cum dicitur. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa. Chananæi ergo supererant: immo & expulsis Iudæis de terra illa per Romanos, manserunt multæ de his gentibus in terris suis antiquis. sed Deus dedit Iudæis istam terram, scilicet, vt partem earum possiderent habitantes. aliam vero tenerent dominantes et si eam non incolerent. *Nullus poterit vobis resistere.* Expellens vos de terra, vel defendens se a vobis. & subditur quandiu hoc duraturum foret, scilicet. *Cum his diebus vita tua.* Id est omni tempore quo viueret Iosue. nam post mortem Iosue sapissime affliti sunt. gentes quippe illos in feruitutem subdiderunt, & angustiauerunt. Deus tñ liberabat eos mittens Saluatores, vt ibidem patet discurrendo. Idem autem tempore regum accidit, tpe aut Iosue nihil horum accidit. nam semper Iosue victor extitit subijciēs sibi oēs populos quos pugnauit. Sed hoc eueniebat, quia tñc Israëliti timebant Dñm, & obseruabant vias eius non declinantes ad idola. Post mortē eius aliquantis tpe declinauerunt ad idola, & cōmixti sunt gentibus terræ, & tunc tradidit Deus illos in manus hostium, vt patet Iudi. 2. c. qm̄ et post mortem Iosue tpe aliquorū ieniorum, qui post eum fuerunt, non recesserunt a via Dñi: Deus illos cōseruauit ab hostibus vsque quo peccauerunt, vt patet Iudi. 2. cap.

Quo tempore Iosue nunquam hostes potuerunt resistere Israëlitis. Quasi. XXV.

SE obijciat aliquis, quod tempore Iosue hostes restiterunt ei immo fugauerunt Israëlitis, vt patet j. 7. c. qm̄ ascenderunt Israëliti ad oppidum Hay, & occisi sunt. 36. fugientesque verterunt terga, & Iosue clamauit ad Dñm prostratus coram arca fœderis, vt patet eo. c. Rñdendū est, qd istud, quia valde paruum fuit, cōputat ac si nihil fuisset. nā Iosue non fuit in pugna illa nec totus Israël. sed quidā de Israël. tria millia pugnatorū, vt patet Iosue 7. c. Hi versi sunt in fugam, atq; 36. solum de eis coruerunt. Iuste ergo pro nihilo cōputat: quia paruum quid fuit. sed adhuc ista resistentia, & fuga Israëlitarum nō fuit sine meritis, qm̄ preuaricatus populus legem tulit spolia quædam de anathemate Iericho: vt patet eo. c. *Sicut fuit cum Moyse ita ero, & tecum.* Id est, ita te adiuuabo, sicut adiuui Moysen. oia. n. quæ populus facit, princeps facere dñ. & omnia quæ Deus dabat Israëlitis, dicebatur dari principi eorum. erat aut princeps Moyses ab exitu de Aegypto vsq; ad Iordanem. & quia Deus populo Israëlitarum multa bona fecerat, Moysi oia illa fecisse dicebatur. Adiuuerat enim Moysen Deus dirigens in cunctis contra hostes, & administrans populo necessaria, ita & tempore Iosue Deus adiuuaret Israëlitis, & sic factum est.

Deus adiuuit amplius Israëlitas duce Iosue quam Moysē. Et quod maiora miracula fecit Duce Iosue quam Duce Moysē. Quasi. XXVI.

QVONIAM Adhuc amplius Deus adiuuit Israëlitas Duce Iosue q̄ Duce Moysē. nam tempore Moysi miracula pro Israël facta sunt, ita & tēpore Iosue. fuit enim insigne miraculum qd tēpore Moysi Deus aperuerit mare rubrum, vt transirent Israëliti per siccum, vt patet Exo. 14. cap. Ita æque magnum factum est, cum Iordanis diuisus est, & pars aquarum surrexit in modum montis, & pars fugit vsque in mare solitudinis, vt patet infra 3. cap. Fuit etiam datum manna tpe Moysi, ita & tempore Iosue durauit vsque quo ingressus est populus trans Iordanem, & comedit de panibus terræ

terre illius, vt patet infra 5. cap. Amplius autem facta sunt miracula tempore Iosue maiora quam vnquā fuerint tempore Moysi. nam Sol stetit spatio vniūs diei non declinans donec Iosue de hostibus suis se videretur, vt patet j. 10. cap. Omnia quippe alia q̄ tpe Moysi facta sunt, & si miracula fuerint, qm̄ Deo iubēte facta sunt: tñ per Angelos fieri potuerunt, vt diuisio maris rubri, & sic de ceteris. sed mansio Solis per diei spatium iudicio hominū maius est, atque manifestius miraculum. Nam in hac elementalī natura demonibus operatiuum attribuitur potestatem, in corporibus autem cœlestibus nihil efficiunt: qm̄ a bonis Angelis illa mouentur: & magi, qui multa, quæ mirabilia in naturalibus videntur, efficiunt, in cœlestibus nihil vnquam agunt, aut agere queunt. Amplius autem & tpe Iosue lapides magni de cœlo ceciderunt super hostes, quibus plures hostium ceciderunt, q̄ Iudæi gladio occiderunt, vt patet j. 10. c. Tpa ergo Moysi miracula non superant tpa Iosue. Præter hoc, tpe Moysi Deus in bello Israëlitis adiuuit, vt cum pugnauit Israël q̄ Amalech, & deuicit eum, vt patet Exo. 17. & cum pugnauit contra Chananæum, & deleuit vrbes eius, vt patet Num. 21. & cum pugnauit contra Sehon regem Eschon, & contra Og regem Basan, vt patet Num. 21. & Deuterono. 2. & 3. cap. Et cum pugnauit contra Madianitas, vt patet Num. 31. Iosue autem plurima bella fecit, & in omnibus aduictus est. Tempore Moysi quinque reges Madianitarum Iudæi occiderunt, vt patet Num. 31. cap. & duos reges Amorhæorum, vt patet Num. 21. capit. sed tempore Iosue occisi sunt reges 31. vt patet j. 12. cap. vbi omnes numerantur, & cuius terræ quilibet rex fuerit. Item tpe Iosue multa terra Iudæis subiecta est. f. possessio nouem tribuum & dimidiæ. Tempore autem Moysi solum possessio quarum tribuum & dimidiæ, vt patet Num. 32. & Deuterono. 31. Item tempore Moysi Iudæi aliquando superati sunt. nam percussit posteriora eorum semel Amalech occidens eos, qui lassifederant in via, vt patet Deuterono. 26. cap. Iterum autem Iudæi a Chananæis superati sunt anno 2. ab exitu de Aegypto cum Amalechitæ, & Chananæi descendentes de montibus percusserunt eos vsque ad Horma, vt patet Num. 14. Iterum autem Chananæi præualuerunt contra Iudæos, & ceperunt de eis prædam, vt patet Num. 21. Tempore autem Iosue nunquam Israëliti superati sunt: nisi cum semel missi exploratores pauci contra urbem Hay terga verterunt, & corruerunt vulnerati 36. vt patet j. 7. c. quod nihil penē erat. Adiuuit ergo Iosue, sicut Moysen, quin potius magis adiuuit Israëlitis tpe Iosue quam Moysi. *Non dimittam te nec derelinquam te.* Ponuntur ista duo verba idem significantia ad magis certificandum, quia duplicatio semper est causa certitudinis, sicut patet de somnis Pharaonis, vt patet Gen. 41. cum respondit Ioseph ad somnia duo, quæ idem significabant. cumq; primum exposuisset subiungit dicens. quod aut videri fecundō, ad eandem rem pertinet, somnium s̄m firmitatis iudicium est, eo qd fiat sermo Dñi & velocius impleatur. Alio modo intelligi potest quoniam ista duo verba ad diuersa pertinent. dimittere quippe simpliciter dimittere est. f. solū significat dimittere: & est dimissio tpalis. derelinquere autem est magis qd dimittere, ita qd primum signat dimissionem tpalē, f. qd Deus ad tempus dimitteret Iosue pati ab hostibus aliqua damna, vel incidere in aliqua mala, quæquam hoc non semper duraret. derelinquere est totaliter dimittere. f. ad nunquam redeundum, vt si dimitteret Deus Israëlitis simpliciter in manus hostium nunquam eos redimens, sicut nunc eis accidit a tempore quo a Romanis captiuati sunt. Primus modus accidit

Maiora mala passi sunt Iudæi q̄ sub Moysē q̄ sub Iosue.

A eis qm̄ tempore iudicum Deus tradebat illos pp peccata in manus hostiles: & deinde mittebat illis Saluatorem, qui eos liberaret. vterque autem modus cessaturus, aut nunquam futurus erat tempore Iosue. nam neque Deus reliquit Iudæos totaliter eos deserens, nunquam ad eos rediens, nec vnquam deseruit ira vt permitteret in manu hostium, ita vt postea non liberaret. Et si arguatur de eo quod accidit super ciuitatē Hay, iam supra responsum est hoc cap.

Q̄one p̄cedenti.

Confortare: & esto robustus. Tu enim forte diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus tuis, vt traderem eam illis.

Infra eo. Deuter. 31.

Hic ponitur admonitio & mandatum de terra forte diuidenda. & ad præceptum p̄mittitur diuina cōfortatio: cum dicitur. *Confortare.* Pertinet confortatio ad casum. f. vt homo sit confidens non timens in aduersis, & hoc dicebatur, quia in promptu erat, vt Iosue intraret in terram hostilem inter tantas populorum numerosas multitudines, quæ omnes vno animo colligebantur ad delendum eum, & populū suū. erat ergo sibi causa timoris: ideo Deus subiungit confortationem siue consolationem dicens: confortare non timeas istas multitudines, quia facile est concludi multitudinem in manu paucorum, vt patet primo Machabæorum capit. 3. & hoc quia non est Deo difficile saluare in multitudine, vel in paucis, vt patet 1. Reg. cap. 14. Alio modo potest introduci ista litera, scilicet, quod Iosue, qui fuerat minister Moysi, & tempore eum fuerat comitatus, vt patet hic, & Exo. 33. vidit quomodo Moyses propter Israëlitas inductus est ad peccandum ad aquas contradictionis. & Deus punauit eum ingressu terræ promissionis, vt patet Deuterono. 3. cap. Quamquam ei primo iussisset, quod introduceret Israëlitas in terram promissionis, vt patet Deuterono. 10. cap. quia ergo ille sanctissimus vir erat, vt Deus de eo testimonium perhibet Numeri 12. scilicet, quod erat mitis super omnes, qui habitabant in terra, & quod famulus suus specialis esset, cui aliter loqueretur quam ceteris prophetis. & tamen iste priuatus est terra promissionis, quæ erat ultra Iordanem. rationabiliter ergo timere poterat Iosue, quod cum ipse fragilior esset, facillime peccare poterat, ita vt Deus ipsum & populū in hostilem traderet potestatem. ad hoc autem Deus confortat eum, quod nō timeat hoc. nam certissime ipse diuidet terram promissionis trans Iordanem. *Et esto robustus.* Robur dicit vires nō quidē animi confidentiā, q̄ ad aīofitatem passionalē, aut ad moralē virtutem p̄tinet, sed corporis qualitatē ad fortiter opandū. & istud robur ex cōplexione euenit, qm̄ p̄ assuetudinem nutriti, & cōseruati. sic ait Arist. 2. Eth. ex multū cibum assumere, & frequētes labores sustinere, efficiū qd fortis. Manifestū tñ est qd de fortitudine, q̄ est virtus, vel confidentia animi, hic agit. Hęc tñ fortitudo, aut magis p̄prie dicēdo robur ad libertatē nostrā nō p̄tinet. Iō nō iuberet hic Deus hoc Iosue, sed robustus accipit large. i. fortis, vel bene sperās in periculis, aut qbuscunq; aduersitatib; & tale est quod Iosue timere poterat. *Tu. n. forte diuides populo huic terram.* Ista est prophetia s̄m certā p̄destinationē, in qua Deus p̄mittit Iosue qd ipse diuidet Iudæis terrā promissionis, in quo plura significat q̄ videat p̄mittere. nā q̄ terrā diuisurus erat, necesse erat, vt prius terram de manu hostiū vendicaret deletis eis, & ipse incolumis maneret, atq; populus suus cui terram diuideret. oia ergo bona Deus p̄mittebat Iosue promittendo, qd terram diuideret. hęc promissio facta extiterat: Deute. 3. & 31. atq; 32. sed non fuit facta Iosue in pet-

sona sua, sed Deus faciebat promissionem Moyfi de Iosue, nunc autem ad magis dandam certitudinem spei Deus promisit ipsi Iosue, & necessaria erat ista promissio, vt supra declaratum fuit. *Sortes diuides.* Hoc potest poni in modum praecepti, aut in modum prae-nunciacionis. Accipiendo primo modo dat Deus Iosue praeceptum, vt terram quam adeptus fuerit, forte diuidat inter Israelitas, & patet etiam hoc ad Moyfen dictum fuisse Nume. 36. cap. & hoc parum est. quia cum iam datum esset hoc praeceptum Moyfi, sciebat Iosue se obligatum ad obseruationem praecepti huius si superuideret, non erat ergo hic opus repeti tale praeceptum. Alio modo potest intelligi in modum prae-nunciacionis, scilicet, quod Deus diceret prae-nunciatio tibi, quod non peribis tu nec populus tuus in manu hostili, sed tu venies ad tale tempus, in quo diuidas terram huic populo sorte. & istud est aliquid valde magnum, scilicet, significare Iosue aliquam magnam laetitiam, scilicet, vt ipse in tanta multitudine hostili superuideret, & vt omnibus calcatis, & vendicata terra eam populo Hebraico sorte diuideret possidendam. & iste est sensus proprie literae huius, ita vt non sit praeceptum, vt quidam volunt, sed magis prophetica prae-nunciatio. *Populo huic.* Signat hic Deus Iosue aliud bonum, scilicet, quod populus ille superuideret, nam poterat esse, qd Iosue hostes deuinceret, sed populus eius periret, sicut aliquando in historijs factum legitur, vt ipsi victores, aut totaliter, aut maxima ex parte bello deficiunt.

Victores, aut totaliter, aut ex maxima parte bello deficiunt.

Hic ponitur praeceptum, & admonitio de lege seruanda. Iosue obseruaret legem, & qui sub eo erant, & hoc iubetur ad implendas promissiones factas. intelligitur quippe diuina promissio dditionaliter. si illi quibus fit promissio maneat in statu illo, in quo facta fuit promissio: alioquin eis abijicientibus Deum non implet Deus, quae promisit, vt patet 1. Reg. 2. & Hiere. 18. nunc autem quoniam Deus Iosue ista iubeat, non erant inclinati Iudaei ad Deos alienos, sed obseruabant legem Dei veri. Si igitur manerent in eodem statu, maneret diuina promissio facta ad eos: alioquin minime, & quia per legem in hoc statu mansuri erant, iussit Deus, vt legem obseruarent. Sic autem factum est, quia toto tpe vitae Iosue, & seniorum, qui longo tpe post eum vixerunt, non declinauerunt Israelite a praeceptis Dei, vt patet Iudi. 2. c. & ob hoc mansit promissio Dei semper in illis hoc tpe. *Confortare.* In animi confidentiam. *Et esto robustus valde.* Idest, habeas magnum constantiae vigorem non confternatus mente, robustus ad corpus pertinebat, sed non iubet hoc Deo cum non sit vllatenus in potestate Iosue effici robustum corpore, vel non, sed bene de robore quod ad constantiam pertinet. *Vt custodias omnem legem.* Idest, ad hoc confortare, vt custodias legem, est. n. necessaria fortitudo animi ad complendum iussa legis, nam lex veteris testamenti erat quoddam iugum, & valde graue, vt patet Actuum 15. vbi dixit beatus Petrus hoc esse iugum quod nec ipsi nec patres sui ferre potuissent.

F Confortare igitur, & esto robustus valde, vt custodias, & facias omnem legem, quam praecepit tibi Moyfes seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram: vt intelligas cuncta, quae agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quae scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ecce praecipio tibi: confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quaecunque perrexeris.

3. Reg. 2

Supra eo.

Hic ponitur praeceptum, & admonitio de lege seruanda. Iosue obseruaret legem, & qui sub eo erant, & hoc iubetur ad implendas promissiones factas. intelligitur quippe diuina promissio dditionaliter. si illi quibus fit promissio maneat in statu illo, in quo facta fuit promissio: alioquin eis abijicientibus Deum non implet Deus, quae promisit, vt patet 1. Reg. 2. & Hiere. 18. nunc autem quoniam Deus Iosue ista iubeat, non erant inclinati Iudaei ad Deos alienos, sed obseruabant legem Dei veri. Si igitur manerent in eodem statu, maneret diuina promissio facta ad eos: alioquin minime, & quia per legem in hoc statu mansuri erant, iussit Deus, vt legem obseruarent. Sic autem factum est, quia toto tpe vitae Iosue, & seniorum, qui longo tpe post eum vixerunt, non declinauerunt Israelite a praeceptis Dei, vt patet Iudi. 2. c. & ob hoc mansit promissio Dei semper in illis hoc tpe. *Confortare.* In animi confidentiam. *Et esto robustus valde.* Idest, habeas magnum constantiae vigorem non confternatus mente, robustus ad corpus pertinebat, sed non iubet hoc Deo cum non sit vllatenus in potestate Iosue effici robustum corpore, vel non, sed bene de robore quod ad constantiam pertinet. *Vt custodias omnem legem.* Idest, ad hoc confortare, vt custodias legem, est. n. necessaria fortitudo animi ad complendum iussa legis, nam lex veteris testamenti erat quoddam iugum, & valde graue, vt patet Actuum 15. vbi dixit beatus Petrus hoc esse iugum quod nec ipsi nec patres sui ferre potuissent.

Promissio facta Iudaeis fuit dditionalis.

Quare Iosue indigebat confortari, & ad quid. Et duo in prelato requiri, vt bene praesit. *Quaest. XXVII.*

AD subdendum ergo se huic grauitati, & ferendum eam, confortatione indigebat. potissime, quia concupiscentia non vrget quoniam non est lex prohibens, cum vero lex vetans intrinsece, incipit concupiscentia repugnare. Sic ait Apostolus ad Rom. c. 7. Peccatum non cognouit nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces. occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, sine lege enim peccatum mortuum erat: ego autem sine lege vivebam aliquando, sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem. nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit me, necesse erat igitur, vt Iosue, qui ista obseruaturus erat quae tantam ingerebant grauitatem, confortaretur. Et dicitur, vt custodias omnem legem, omnia praecepta

praecepta legis, s. vt faciens quaedam, non omittas alia: quoniam oportebat haec facere, & illa non omittere, vt patet Matth. 23. c. Vnde si aliquid mandatum Iudaei infringentur ceteris obseruatis, pro illius violatione perirent, quia delinquens in vno factus est omnium reus, vt patet extra de regu. iur. in regula defleat peccator. Et dicitur custodire Iosue legem, non quod ipse solum in persona sua custodiat, sed etiam quod ceteros ad custodiendum inducat, & cogat. Hoc n. praetorium est, quod coercendi vim habent. Et ad hoc requiritur maior animi vigor, si quis in seipso solum legem obseruare debeat. Aliqui namque sunt, qui bene viuunt, sed non bene praesunt, quoniam aut remissi circa subditos sunt, vel rubore, aut animi inconstantia, & impotentia resoluntur. Hi autem sine culpa graui non sunt, quoniam praetorium status non solum in se vite puritatem exigit, sed etiam in alijs rectitudinem dirigentis disciplinae. sic patet Eze. in c. 3. s. filii hominis speculatore dedi te domui Israel, & ex ore meo audies verba & annuncabis eis, si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei: nec locutus fueris, vt auertatur a via sua impia, & viuat. ipse impius in iniquitate sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram. ita n. praetari pro alienis, sicut pro suis tenentur: atque pro peccatis alienis interdum moriuntur, sicut patet de sacerdote Heli, qui in se iustus & sanctus erat, quia tamen filiorum suorum peccatum graue non corripuit, perijt ipse, & tota domus eius, vt patet 1. Reg. cap. 4. de hoc et extra de symonia, in c. licet Heli. Adhuc autem ad tenendum istam disciplinae rectitudinem inflexam, maiori virtute & robore praetari indigent, & animi vigore, quam vt ipsi in se solum bene viuunt, confortari et go valde Iosue debebat, vt talem populi numerosam multitudinem sibi subiectam ad obseruantiam legis plenariam induceret, atque compelleret. Dicitur hic. *Vt custodias & facias omnem legem.* Custodire ad animum pertinet, s. vt mente propositum teneas semper seruandi legem, & cogites quomodo obserues, vt infra patet. facere ad executionem pertinet, s. vt legem Dei apud se semper cogites, & in ea explenda se exerceat, quia neutrum sine altero sufficit. *Quam praecipit tibi Moyfes seruus meus.* Aliquis dicit hoc intelligi de aliquibus praecipis specialibus, quae dedit Moyfes Iosue de dirigendo Israelitas, vel de diuidendo eis terram. nam dicitur hoc datum ipsi Iosue de alia tamen lege, quae est Moyfi, dicendum est, quod non solum fuit data a Moyse Iosue, sed etiam ceteris Israelitis.

An haec lex fuerit aliqua specialis data Iosue a Moyse. *Quaest. XXVIII.*

SCIENTIVM est, quod intelligitur de tota lege Moisaica, quae data fuit Israeli, quod patet, quia dicitur, vt custodias & facias omnem legem. Si tamen diceretur de quibusdam specialibus praecipis, non diceretur, vt custodias omnem legem. Item patet debere intelligi de lege, quae dedit Moyfes toti Israel, quae dicitur non recedat volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo. sed non vocare volumem legis si essent aliqua praepcepta data Iosue a Moyse, quae illa non facerent volumen, potissime, quia dixit volumen legis huius. Dicendum igitur est, quod hoc volumen intelligitur de lege tota quam dedit Moyfes ex parte Dei Israeli obseruandam, & principaliter pro Deuteronomio, in quo continentur praepcepta totius legis recollecta in vnum. *Quam praecipit tibi Moyfes.* Non est sensus, quod Moyfes haec legem soli Iosue mandauerit, quoniam toti Israeli mandauit, & intelligatur de lege, quae habetur in Exodo, & Leuitico, atque Numero, siue de lege, quae habetur in Deuteronomio, nam lex, quae habetur in primis tribus libris ad totum Israellem data est, vt patet ex tenore cuiuslibet Alph. Tost. super Iosue.

A legis earum, nam fit in eis mentio de filiis Israel, & de aduenis. De lege, quae habetur in Deuteronomio, patet quod fuerit data omnibus Israelitis, nam omnes personaliter fuerunt congregati ad audiendam eam, siue Israelite, siue aduenae, praeter eos, qui cedebant ligna, & comportabant aquas, vt patet Deute. 29. c. sed dicitur, quod data fuit ista lex Iosue, quia quemlibet de Israelitis specialiter obligabat, & omnes generaliter. *Moyfes seruus meus.* Non dedit eam Moyfes quasi ipse eam dictauerit, quoniam nihil ipse dictabat cum non haberet potestatem condendi legem, sed Deus condebat, & Moyfes ferebat leges ad populum, quas ei Deus dedit. nam Deus per se non loquebatur Israelitis, sed mandabat Moyfi vt perferret ad eos leges, quas ab eo audiebat, vt patet ex processu 4. librorum Pentateuchi. nunquam enim Deus per se Israelitis leges tulit nisi decalogum praepceptorum in monte Synai, vt patet Exo. 20. & Deuteronomio. 4. & 5. cap. Iudaei autem ibi rogauerunt, vt non loqueretur eis Deus, sed Moyfes, ne morentur, vt patet in eisdem cap. Et ob hoc Deus dedit prophetam intermedium Moysem, & tangitur hoc Deuteronomio. 18. Causa autem quare Deus per se, siue per Angelum nihil nisi decalogum protulerit: declarata est Exo. 20. capit. Ecce Deus vocat hic Moysem seruum suum, ex quo videtur quod ipse erat in vita aeterna in spectata. nam si damnatus foret, non vocaret eum seruum suum, quia veraciter seruus non esset. Deus tamen non perhibet testimonium falsitati. *Nec declines ab ea ad dexteram neque ad sinistram.* Idest, nullo modo declines a lege Dei, sed quidquid iubet facito. & est iste modus loquendi vulgaris, nam rectum est inter dextrum & sinistrum, cum autem tenditur in dextrum, vel in sinistrum, relinquitur medium rectitudinis. & quia non potest variari in aliquid alterum nisi in hoc, dicitur nec in dexteram, nec sinistram. Aliter potest accipi, quia per dexteram prospera vel bona designantur, per sinistram vero mala. & est sensus non declines vllomodo a lege siue faciendo aliquid quod videatur tibi melius quam lex quod vocatur dextrum, i. bonum, nec faciendo aliquid quod manifeste malum videatur, tamen illud facias ex passione, vel malitia, & hoc vocatur sinistrum legi, nam neque licet addi aliquid super legem quod alicui videretur bonum factum, neque detrahere ex his, quae lex iubet, quae viderentur manifeste mala, sic patet Deuteronomio. 4. c. non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo, sic quoque patet Deuteronomio. 12. c. quod praecipio tibi hoc tamen facito Domino, nec addas quicquam nec minuas. Potest etiam hoc accipi modo quo comparantur vitia ad virtutem, nam virtutes iuxta Aristotem 2. Ethic. media quaedam sunt, vitia autem sunt extrema, & medium quod est aequale & rectum bonum est, supra autem & infra sunt tanquam dextrum & sinistrum, & ista declinant a medio virtutis, & mala sunt. *Vt intelligas cuncta quae agis.* Idest, vt intelligas quomodo cuncta, quae agis sunt bene facta, vel vt intelligas an ea, quae agis bona, vel mala sint, actus enim nostri habent bonitatem, vel malitiam secundum operationem suam ad regulam rectitudinis mensurantem in bono & malo, est enim lex regula directiua actuum humanorum, secundum ergo quod actus nostri conformantur regulae, quae est lex diuina: intelligimus eos esse bonos: secundum autem quod deuiant ab illa regula, scimus eos deuiare a bono: ideo per legem intelligemus. Adempta autem lege diuina data, vel humana, vel conformitate ad legem naturalem, quae est principijs rationis practicae secundum quae gentes, quae legem non habent naturaliter ea, quae legis sunt faciunt, vt patet ad Rom. c. 2. non erit aliquid secundum quod appareat, actus humanos esse bonos, vel malos, habet enim sic lex ad actus nostros, sicut principia in speculatiuis ad conclusiones, & cunctas veritates, cum n. aliqua propositio consonat principijs

cipijs rationis speculatiue nobis innatis, iudicamus illam esse veram, si vero dissonet, iudicamus eam esse falsam. & ideo sicut cognitio speculatiua vocatur sapientia, ita cognitio diuinarum legum sapientia appellatur, vt patet Deute. 4. ca. hanc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi precepta hanc dicant: ecce populus sapiens, & intelligens.

Non recedat volumen legis huius de ore tuo. Idest, nunquam cesses recitare, & ruminare precepta legis huius, vt mente illa teneas ad faciendum ea. Et dicit non recedat de ore. i. de corde. nam non erat opus, qd Iosue vel quisqua de Israelitis ista recitaret, sed qd recogitaret penes se & legeret. quod patet ex sequentibus. sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. & hoc ponitur hic tanquam aduersarium, & tamen meditari diebus ac noctibus non est aduersarium huius, quod est cadere volumen de ore, sed cadere de corde. Intelligit autem hoc volumen de volumine quod est Pentateuchus, in quo sunt omnia precepta legis, & in hoc meditari debet Iosue. Vel magis accipitur volumine pro Deuteronomio: in hoc. n. erat tota lex repetita & explanata, quantum attinebat ad omnes de populo.

Deuteronomius quare erat magis necessarius Iosue quam sotali.

Ideo Moyse compilauit, & recitauit coram tota multitudine, quando moriturus erat, vt patet Deuter. 1. c. & c. 29. Et maxime quoniam hoc in Iosue, quia ipse erat princeps totius huius gentis: & ad principes pertinebat scire Deuteronomium, vt scirent dirigere subditos in iustitia, vt patet Deuter. 17. c. vbi dicitur de regibus, quod haberent Deuteronomium apud se. si postquam autem sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuitici generis, & habebit secum, legatque illud omnibus diebus vite sue, vt discat timere Dominum Deum suum, & custodiat verba, ac ceremonias eius. Et non solum reges, & principes herede debebant Deuteronomium, sed et iubebat, vt populis legeret Deuter. de septennio in septennium in anno remissionis, qd congregabantur omnes in locum Sanctuarij in festo tabernaculorum, vt patet Deuter. 31. c. l. preceptiq; eis dicens. post septem annos remissionis in solennitate tabernaculorum, conuenientibus cunctis filiis Israel, vt appareant in conspectu Domini in loco quem elegerit, leges verba legis huius coram omni Israel audientibus eis tam viris, qm mulieribus. Videbatur namq; qd Deuteronomius solus necessarius esset ad eorum statum popularium: ad statum autem sacerdotum preter hoc erat necessarius Leuiticus, quia ibi oes eorum ceremonie continentur. Sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Ista dicuntur ad signandum magnam attentionem, quam habere debebant Israelitae circa legem. non tamen tanta erat necessaria, nec possibilis. svt rota die ac nocte considerarent circa legem Dei, quia tunc non vacaret eis tempus ad ullam actionem. sed similiter ista accipienda sunt. s. qd frequenter Iudaei imaginari debebant circa legem, siue per diem, siue per noctem, & similis modus habet Deute. c. 6. l. eruntq; verba hanc quae ego praecipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; confurgens, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos: scribes ea in limina, & ostijs domus tuae. Sufficiebat enim tantum in his considerare, vt homo non ignoraret legem, & memoria quasi assidua horum non permitteret cogitantem errare contra legem Dei.

Vt custodias ea, & facias omnia quae scripta sunt in eo. Cogitatio assidua legis ad nihil aliud prodest, nisi vt secundum eam faciamus, quoniam lex non est propter intelligere, sed propter agere, cum sit mensura, & regula humanarum actionum.

Ad quid prodest cogitatio assidua legis & sanctorum Scripturarum. Et de vario modo sciendi circa agibilia. Quasi. XXIIX.

Et dicitur ista consideratio esse dupliciter ad custodiendum, & faciendum omnia, quae in lege scripta sunt. Primo modo tollendo ignorantiam. nam si quis ignoraret quid lege iubeatur, aut quid caueatur, nesciret quid agendum, aut fugiendum sit, nec faceret. cum vero meditationem assidua in lege habuerit, non poterit ignorare quid lege iubeatur, vel caueatur. Alio modo proficiebat meditatio quasi continua ad faciendum ea, quae in lege continentur. nam quod aliquis plene nosset quid in lege veteretur, aut iuberetur, si illud non consideraret actualiter, sed solum cognosceret secundum habitum, bene posset facere primum, quia habitus non repugnat actui: sed actus actum impedit, & ei repugnat. Et quod aliquis cognoscat bonum secundum habitum, potest iudicare malum actualiter: si tamen bonum cogitauerit, & iudicauerit, ne quibit malum iudicare. Sic. n. distinguit Arist. 7. Ethic. tractans de syllogismo incontinentis. scilicet, sciens decipitur. & ponit aliquas distinctiones. s. qd aliqui habent scientiam impeditam, sicut dormientes & vino lenti. Alij habent eam non impeditam, vt sobrij vigilantes. Item quoddam est scire secundum propositionem vniuersalem: aliud est scire secundum propositionem particularem. qui scit bonum in vniuersali satis potest errare. qui autem cognoscit, & iudicat bonum in particulari, non potest errare. Item quoddam scire est secundum habitum, & aliud secundum actum. scientes bonum secundum habitum contingit errare iudicando. scientes autem secundum actum, errare impossibile est. Sic igitur est in proposito, nam est si quis sciat legem Dei secundum habitum, vtilis valde est frequens cogitatio in illa. nam dato qd sciat eam, si tamen actualiter non consideret, falli contingit facillime. si vero meditatio frequens sit, non continget sic facillime errare. & ob hoc valde laudatur in sacra Scriptura assidua meditatio in lege Dei. sic patet Psalm. 1. vbi vir beatus designatur, & dicitur. si in lege eius meditabitur die ac nocte. Ex hoc autem nimis falli eos patet, qui cum viri sapientes circa sacras Scripturas sunt, sermones verborum Dei praedicantibus audire contemnunt, dicentes se hanc praecognouisse, quae a praedicantibus audituri sunt. nam non est sola utilitas praedicantis, vt nescientes erudiantur, sed & adhuc potissimum est, vt scientes secundum habitum tepidum, & auditu verbo Dei ad feruorem quandam redeant: & meditatio ex nouo auditu eos firmiores ad resistendum vitij efficiat, qd forte secundum habitum cognoscentes tentationi succubiturari erant. Vt custodias, & facias, quae in eo scripta sunt. Custodire & facere possunt ad idem pertinere, vt ex modo vulgaris locutionis fit: ita vt nihil importet alterum super alterum. Alio modo dici potest, qd custodire pertinet ad precepta negatiua, & facere ad affirmatiua. Negatiua quippe vetant, & in his cauendum est ne prohibicionem agamus, & hoc est custodire nos ab agendo. facere ad affirmatiua pertinet, quia actionem quandam dicunt, & vtraq; Deus teneri volebat. Alio modo distinguunt, quia custodire pertinet ad mentem. svt precepta teneantur in mente. s. qd ea facere proponamus, & facere pertinet ad opus. s. qd ea in opere compleamus. Tunc diriges viam tuam. Idest, cum tenueris in mente volumen legis. s. Deuteronomij meditando die ac nocte diriges viam tuam. erunt oes operationes tuae bene se habentes. vocatur via hominis ipsa eius operatio, & dicitur ista via directa quando operationes secundum legem Dei componuntur. operationes enim recte via dici debent. nam sicut ambulans antequam ambulet nihil de seipso manifestat, postea vero

Vtilitas praedicationis etiam in vris doctis.

In quo differit timere, & tremere.

via cum manifestat, ita operatio operantem prodit. nam nihil de nobis constat nisi per operationem, quia quod non ageres, in potentia sumus, hoc actus annunciat. vt ait Aristot. eth. lib. 9. Ista via directa esse dicitur, quia secundum leges regulatur. Dicitur enim via alicuius recta, si recte tendat illuc quo ambulans peruenire intendit, si vero non perducatur illuc, non est via sed deuium quoddam. Ita operationes cum se habeant respectu illius, sicut rectae vel non rectae, cum illuc perueniunt dicuntur directae, vel non directae. finis autem operationis nostrae est felicitas, quae est in Deo. illa igitur est conueniens, vel recta operatio quae in Deum recte tendimus. tales autem sunt omnes, quae per legem eius regulantur. Et intelliges eam. Idest cum feceris ista obseruans mandata legis cognosces viam tuam, scilicet, qualis sit an recta, vel distorta. vel intelliges qualiter ad rectitudinem viam tuam perducere possis, etiam si recta non sit. Ecce praecipio tibi confortare. Repetuntur hic admonitiones, scilicet, qd Iosue confortaretur, & est sensus confortare, id est habe fiduciam non succumbendam hostibus, vel non deficiendi ab omnibus, quae tibi dicta sunt. & hoc, quia ego praecipio tibi, quasi dicat, quia ego praecipio tibi, quod conforteris dans fiduciam de promissis confortari debes certissime sperando, quae dicta sunt. Et esto robustus. Ad animi fiduciam pertinet non ad corporis robur, quia non erat hoc in potestate Iosue, ita vt Deus admoneret, vt acciperet robur.

Et ponuntur ista duo, quia confortare signat acceptionem, & robustum esse signat permanentiam. & est sensus, quod Iosue, qui fortassis tunc timebat, robur acciperet, quod erat confortari, & maneret postea in eo istud robur quod erat esse robustum. Noli metui, & noli timere. Scilicet, non timeas, quod succumbes hostibus. vel non timeas, quod ego te deseram, propter aliquod peccatum, sicut Moyse impeditus est ne transiret Iordanem, sed certissime omnia fient, quae tibi praedicta sunt, scilicet, quod tu diuides terram sorte, & ponuntur ista duo ad signandum maiorem certitudinem, & magis mouendum, sicut supra dicebatur, non dimittam te, nec derelinquam te. Alio modo accipi potest, quod ista duo significant diuersa. s. quod timere significet timorem quocumque, & metuere significet maiorem timorem, scilicet, qd nullum timorem haberet magnum, vel paruum. sicut differentia est inter timere, & tremere. quia timere simplicem conat pauorem. tremere autem est valido timore conatus, ita vt tota corporis statura moueatur.

Et patet, quod ponatur inter ista verba differentia, quia Deuterono. 31. vbi ponitur ista commonitio facta a Deo Iosue mediante Moyse dicitur, noli timere: nec pauere. est enim pauere magis quam timere. quia timere dicit minimum gradum. pauere autem pertinet ad aliquantam corporis mutationem. Et ad populum ponitur eadem commonitio, & dicitur ibidem viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec pauere ante conspectum eorum. Quia tecum est Dominus Deus tuus. Idest Deus adiuuat te, & tunc nullus aduersum te poterit praualere, quoniam si Deus pro nobis, quis contra nos? vt patet ad Ro. 9. cap. In omnibus ad quaecumque perrexeris. Idest Deus te adiuuabit in omnibus, quae facere tentaueris, ita quod in nullo eorum succumbas, sed prosperentur opera tua.

Præcepitque Iosue principibus populi dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite. Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

sibitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet, mandati diuini executio, & erat hic executio quantum ad duas partes. Primo quantum ad totum populum. Secundo quantum ad duas tribus, & dimidia solum ibi. Rubenitis quoque. Circa primum ponitur preceptum quantum ad totum populum, vt disponat se ad recedendum de mansione illa: Et ex hoc patet quod supra dicebatur, scilicet, quod locutio, quae facta fuit ad Iosue a Domino, facta fuit mortuo Moyse, & facto planctu perfecto. nam cum Deus locutus fuit Iosue subiungitur hic, quod ipse madauerit omnibus Israelitis, quod se pararent ad recedendum de loco illo, & recesserunt. & tamen recessus eorum fuit completo planctu pro Moyse. nam finiti sunt dies planquentium Moyse in Betherim, vt patet Deuter. 34. cap. & tamen si quando datum est mandatum, & ista fiebant, non essent compleri, recessissent Israelitae de loco planctus pro Moyse ante finitum planctum. dicendum est ergo, qd locutio ad Iosue facta fuit post finitum planctum pro Moyse, & omnia, quae sequuntur. Praecipitque Iosue. Immediat, vt Deus dixit Iosue, qd transiret Iordanem, ipse dedit mandatum, quod omnes se pararent ad transeundum. Principibus populi dicens.

Qui vocentur principes populi modi quattuor assignantur. Quasi. XXX.

Posunt hic vocari principes populi iudices constituti a Moyse per manum Ietro loceri sui, scilicet, decani, quinquagenarij, centuriones, & tribuni, vt patet Exo. 18. cap. totus quippe populus in his diuisus erat, & isti principabantur, quia dirimebant litigia, & ad horum imperia ceteri expectabant. Alio modo dici potest, quod vocentur hic principes illi, qui vocabantur ad consilium cum aliqua facienda forent: nam inter Iudaeos erant viri proceres, & prudentes, & nominatim vocabantur ad consilium cum quid agendum foret. sic patet Num. 16. cap. cum dicitur, alij quoque filij Israel ducti quinquaginta viri proceres synagogae, qui tempore consilij per nomina vocabantur, & quia inter istos de liberabatur de rebus magnis, poterat isti vocari principes populi, sicut rectores ciuitatum principes vocari queunt. Alio modo vocantur principes populi, & conuenientius principes tribuum. quia in qualibet tribu erat vnus princeps, qui veniebat directe a capite illius tribus per lineam primogenitorum, & isti erant honoratissimi in tota plebe. nam in dedicatione tabernaculi obtulerunt in 12. diebus quilibet in die sua munera specialia, & non agitur de reliqua plebe, sed de istis tanquam de illustribus personis. & ad imperium istorum mouebatur reliqui de tribubus suis, & cognationibus suis. Alio modo adhuc strictius possunt vocari principes populi ipsi, qui erant principes vexillorum: nam erant castra Israelitarum in deserto disposita per quadrum. s. in 4. partes, & inter eas erat Sanctuarium. & erant sub 4. vexillis. s. sub vexillo tribus Iuda erat ipsa tribus Iuda, & duae aliae tribus. Et sub vexillo Ruben ipsamet tribus, & aliae duae. Et sub vexillo Ephraim ipsamet tribus, & aliae duae. Et sub vexillo Dan, ipsamet tribus, & aliae duae, vt patet Num. 2. cap. quia ergo erant hic 4. principes vexillorum, essent

Cōclusio. & hos faceret vocari Iosue. Et sic videtur, quod principes populi vocentur hic aliquo horum duorum modorum postremorum. vocauit autem eos Iosue, eo quod debebant omnes Israelitæ se parare ad transeundum, vt isti notificarent in tribubus suis facientes preconizari. *Transite per medium castrorum.* Iste transitus erat clamando voce preconis, vt audirent cuncti q̄ recessuri erant de loco illo ad transeundum Iordanem. & non est sensus, quod Iosue mandaret ista principibus, scilicet, vt ipsi transirent per media castra, & ista clamarent, quia vilissimum officium preconis est, sed quod ipsi mandarent quilibet in sua tribu alicui, vt transiret per totam tribum clamans, quod pararet se ad recedendum vsq; in dies tres, & sic breuiter sciri posset per omnia castra. *Transite per medium castrorum.* Medium signat hic interpositionem, scilicet, quod oia, quæ erant intra terminos castrorum, vocarent medium castrorum. nam si per medium castrorum, accipiendum medium secundum æque distantiam clamandum foret, rari audirent. sed per partes omnes castrorum transitus fieri debebat, vt omnes audirent.

Et imperate populos, & dicet. Idest faciatis, vt præcones imperent populo, & dicant, quæ sequuntur, scilicet preparate vobis cibaria. hoc autem præcones imperabāt, non quidem ex se ipsis imperatiue loquētes, sed dicentes hæc mandat Iosue dux noster, vt omnes parent cibaria, quia post tres dies transire debem⁹ Iordanem. *Preparate vobis cibaria.* Mandauit parari cibaria, quia in expeditione bellica non est facile parari cibos: ideo ante parandi sunt.

Qui cibi erant quos præcepit Iosue parare Israelitis, cum transiuri essent Iordanem. Quæst. XXXI.

QUÆRIT aliquis, quæ cibaria essent ista: an esset manna. Et dicendum est, non posse esse manna, quoniam manna dato, quod colligeretur, non posset conseruari per aliquot dies, sed scaturiebat vermibus, nisi cum colligebatur sexto die pro sabbato, cum non liceret colligi in sabbato, quia tunc duobus diebus manebat, sed hic pro pluribus diebus iubentur parari cibaria. de hoc Exodi 16.

Item quamquam manna posset per multos dies conseruari, ita quod non scaturiret vermibus; tamen superfluum erat illud pro multis diebus colligi, quia quolibet die cadebat in campo extra castra: ideo quotidie colligere possent sine labore non facientes parationem vilam.

An ob id parare debebant cibos, quod Manna iam defecerat. Quæst. XXXII.

SED adhuc aliquis obijciat, quod manna iam non erat, sed alij cibi, quia accesserant Israelitæ ad terminos terræ Chanaan. & de istis parare possent, & iubebantur. Respondendum est esse falsum, quoniam nondum cessauerat manna, nec cessauit immediate post transitum Iordanis. sed in die 15. mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto cū transissent Iordanem, & facerent phasē in Galgalis in campestribus Iericho. die 15. comederunt panes azymos, & tunc cessauit manna cum comedit populus de panibus, & polentam anni illius in terra Chanaan. vt patet infra 5. cap. cum dicitur, & fecerunt phasē decima quarta die mensis ad vespertim in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero azymorum panes, & polentam eiusdem anni, defecit.

Quæ cessauit manna.

F que manna postquam comederunt de frugibus presentis anni in terra Chanaan. Ergo ante transitum Iordanis quando Iosue ista dici iubebat, nondum cessauerat manna.

An Israelitæ pararent cibos de manna in crastinum. Quæst. XXXIII.

SED adhuc dicit aliquis, q̄ Israelitæ parabant cibos de manna, quia quidam comedebant manna simpliciter sumptum. & in his paratione nulla necessaria erat nec fiebat. alij autem coquebant in ollis denantes in formam tortularum, vt patet Nume. 11. ca. cum dicitur, circuibatque popul⁹, & colligens illud fragebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla faciens ex eo tortulas, saporis quasi panis oleati. Et de hoc diceretur, quod quamquam manna simpliciter sumptum in cibos parationem nullam suscipiebat: ramen istud quod coquebatur in olla indigebat paratione, & pro hoc instrueretur populus, vt pararet sibi cibos.

Rōndendum est non posse stare: nam poterant Iudei colligere quotidie p̄ quolibet capite gomor vni⁹, & illa mensura sufficiebat pro quolibet die, ita quod qualibet die comedere posset, & nullus est, qui ultra hoc cibos expeteret. & si quis conaretur plus accipere, magis nō hēbat, vt patet Exo. 16. ergo quāquam Iudei parare vellent cibos de manna pro alijs diebus, non possent accipere illud. Amplius autem quoniam, & si accipere possent de manna quantum vellent, tñ non posset illud manere ad aliquot dies. sed in eo die quo sumebatur comedi debebat, alioquin vermibus scaturiret, vt patet Exo. 16. non poterat ergo vllatenus hoc intelligi de manna, sed de quibusdam alijs cibis.

An, vt Iudæi in deserto præter panem, & manna interdum alios cibos habebant, ita & hic possent habere. Quæst. XXXIII.

CONSIDERANDUM autem est, quod q̄ Iudæi in deserto panem hēre non possent, poterant tñ habere quosdam alios cibos, de carnibus. n. patet, qm̄ pecora multa de Aegypto eduxerunt, vt patet Exo. 12. Et nunc ante exitum de deserto quidā eorū valde multa pecora habebāt. vt patet de tribu Rubē, & Gad, & dimidia tribu Manasse. & propter hoc petierunt terram duorum regum Amorrhæorū. (Og, & Sehon, sibi dari añ transitū Iordanis, vt patet Nu. 32. Alios quoque cibos interdū hēbant, vt patet cū transierunt Israelitæ per terram Moabitā, qui habitabāt in Ar, & p̄ terrā Idumeorū, vt patet Deut. 2. i. cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquā emprā haurietis, & bibetis. & postea sequit̄ in eo. c. quō vendiderint eis cibos. sed non p̄t intelligi de māna, quia illi non hēbant māna in præte, sua, vt possent vēdere Iudæis, sed de alijs cibis. Similes cibos poterāt hic hēre Hebræi, siue de carnibus, siue aliarū rerū, & de his d̄ hic, q̄ pararet̄ ad recedendum.

An Iudæi nunc hic ab aliquibus gentibus recipere cibos. Quæst. XXXV.

FORTÈ adhuc aliquis dicit, quod Iudæi ab aliquibus gentibus nunc recipiebant cibos emptos, & de his dicitur, quod pararent. Respondendum est nō posse stare, quia nūc Iudei non habebant aliquam gentem eis confederatam, quæ eis cibos daret, omnes quippe eis obuię erāt, & timebant eos de solis enim Moabitis, & Idumæis legitur, quod eis cibos darent, & non aliæ gentes.

Sed

Sed adhuc quisquam dicit, quod Moabitæ darent nunc sibi cibos venditos, quia erant propinqui terræ Idumæorum: immo duæ mansiones dicebantur esse in terra Idumæorum, scilicet, vna in campestribus Moab, & alia in planioribus locis terræ Moab circa Iordanem, vt patet Nume. 32. cap. in catalogo mansionum.

Solutio.

Respondendum est, quod nunc non recipiebant Israelitæ cibos a Moabitis, quia solum receperant ab eis cibos quando transferant per ciuitatē nomine Ar. vt patet Deuteronomo. cap. 2. cum dicitur, q̄ Idumæi, & Moabitæ, qui morantur in Ar, dederunt viam Israelitis, & cibos venditos. sed Ar est ciuitas quædam in principio terræ Moab, vt patet Nume. 21. & Deuteronomo. 2. cap. dicitur, tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedes in vicinia filiorum Ammon. postea vero ingressi sunt Israelitæ terram duorum regum Amorrhæorum, & nunc vltimo circa Iordanem accesserūt ad terram Moab. tamen Moabitæ non darent eis cibos quin potius excluderent eos, quia adduxerant cōtra eos Balaā ariolum filium Beor ad maledicendum illos, vt patet Nume. 22. & Deuteronomo. 23. non ergo poterant habere nunc cibos ab aliqua gente. sed ipsi poterant parare de carnibus, siue de alijs cōdimentis varijs, quæ homines facere solent.

Nec posset etiam dici, quod in loco illo iam essent fruges, & Iudæi comedere possent. Respondendum est, quod cum Iudæi transferunt, & debeant terram duorum regum Amorrhæorum, poterāt inde habere aliquos cibos de his, quæ habebant ad vitam ipsi Amorrhæi: non tamen possent habere panes, vel polentam de nouis frugibus anni illius, quia nondum fruges aliquæ ad maturitatem peruenierunt. nā quando Iudæi Iordanem transierunt, erat decima dies mensis primi anni 41. vt patet infra 4. cap. & tunc est mensis martius, in quo in terra Chanaan incipit habere fruges primas aequaliter venientes ad maturitatem. & vocatur iste mensis nouarū frugum, vt patet Exo. 13. & Deuteronomo. 16. tunc enim Israelitæ exierunt de Aegypto, & dicebantur exire mense nouarū frugum. ergo tempore præcedente, scilicet, in mense 11. & 12. quando erant in vltima mansionem deserti in campestribus, & planioribus locis terræ Moab circa Iordanem, nondum erant fruges maturæ ad cibum, sed forte nullæ erant. Cum autem transierunt Iordanem stantes in Galgalis vsque ad diem 14. mensis primi ad vespertim, inceperunt comedere sequenti die 15. panes, & polentam de nouis frugibus, vt patet infra 5. cap. & sic videtur, quod ante hoc habere non poterāt nouas fruges in terra regum Amorrhæorum.

Sed dicendum est, quod in terra regum Amorrhæorum Iudæi inuenerunt cibaria. manifestum est enim, quod ille gentes sine cibis nō erant, & quia velociter deletæ sunt, manebant cibi earum nondum consumpti, & possent illos accipere Iudæi tam in panibus quam in carnibus, & ceteris rebus: potissime, quia manerent veteres fruges, & farina, de quibus poterant ali.

Respondet adhuc quisquam ad hoc, quod quāquam ista manerent: tamen non licebat Iudæis accipere hæc de gentilibus, quia immunda computarentur.

Sed hoc stare nequit, quia Israelitæ susceperunt cibos a Moabitis, qui morantur in Ar, & ab Idumæis, vt patet Deuteronomo. secundo capitu. & tamen isti erant gentiles. ergo poterant recipere ab Amorrhæis.

An Hebræis non liceret accipere cibos ab Amorrhæis. Quæst. XXXVI.

AD hoc forte quisquam respondebit, quod licebat Iudæis accipere cibos de manu Idumæorum, & Moabitaram, & non de manu Amorrhæorum, quia Amorrhæi erant de gentilibus illis cū qbus nullū scdus habituri erant, sed de Iudæis. Idumæi erant fratres eorum: Moabitæ autem etiam descēdebant ex eodem genere propter Abraham, & iusserat Deus, vt his populis nō nocerent, vt patet Deuteronomo. 2. cap.

Respondendum, quod nō tenet positio istorum. nam sicut licebat Israelitis accipere ab Idumæis cibos, ita licebat de manu omnium aliorum gentiliū, quia omnes erant idolatra, nec valet assignata ratio diuersitatis, quia Iudæi acceperunt cibos libenter ab Amorrhæis si ipsi darent, immo petierunt ab eis, vt patet Deuteronomo. 2. & Nume. 21. cum dicitur transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, nō declinabimus ad dexteram, nec ad sinistram, alimenta precio vendē nobis, vt vescamur, aquam pecunia tribue. Ergo licebat Israelitis accipere alimenta ab Amorrhæis, sicut à ceteris gentibus. Ideo cum eis interfecit manerent in domibus suis multa cibaria, haberent inde gentes Iudæorū sustentationē pro multis diebus, potissime in farina, & frumento, quæ haberēt Amorrhæi recondita pro anno sequenti.

Item, quia dato, quod non liceret Iudæis accipere de cibis gentiliū, verum esset hoc de cibis cōfectis, quæ vocantur pulmenta, poterant tamen de alijs cibis, quæ a natura sunt, vel sine humana confectioe, sicut de fructibus, & de animalibus viuētib⁹, & de farina, & frumento. Hanc differentiam Iudæi, qui p̄natum legum sectatores sibi videntur, ad cibos nostros obseruant. ideo omnia alia acciperent Iudæi de manu Amorrhæorum.

Dicendum ergo videtur, quod Iudæi de rebus inuentis in domibus Amorrhæorum asportauerint vniuersa, quæ poterant ad cibos. & de his sibi cibi parandi nunc erant, vt si deberent fruges terere, vel farinam in panes formare, egebant enim paratione: ideo dati sunt tres dies ad parandum.

An Hebræi comederint in terra Amorrhæorum de cibarijs eorum. Quæst. XXXVII.

SED adhuc aliquis arguet, quod non comederint Iudæi talia in terra Amorrhæorum. Nam si talia comedissent, deficeret eis manna, sed non defecit. ergo non comederunt. quod autem non defecerit, patet quia non defecit vsque post transitum Iordanis die 15. mensis primi, vt patet infra cap. 5. Quod autem defecisset, si comederent de frugibus terræ Amorrhæorum patet, quia quādo ingressi sunt in terram vltra Iordanem, & ceperunt comedere de frugibus terræ, illico manna cepit deficere, vt patet infra cap. 5. cum dicitur, defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ presentis anni in terra Chanaan. ergo eodem modo si comedissent in terra Amorrhæorum de frugibus, defecisset manna.

Respondendum est, quod comederunt Iudæi in terra duorum regum Amorrhæorum de frugibus terræ veteribus, & ceteris alimentis: atque de eis se parare potuerunt antequam transirent Iordanem, quia Iudæi desiderauerunt habere de cibis Amorrhæorū, vt alerentur, & potuerunt habere nemine impediēte. ergo acceperunt, & comederunt. Primum patet Deutero. 2. vbi petierunt Iudæi a rege Sehon Amorrhæo

rheo viam, & alimenta precio vendi. Quod autem habere potuerit, pater quia subiecerunt sibi Iudaei duorum regum Amorrhcorum terram. ergo poterant accipere quacunque in ea erant.

An post bellum Amorrhcorum manserunt ibi aliqui cibi, quibus uterentur Hebraei. Quast. XXXVIIII.

SEd aliquis dicit nullos superuisse cibos nec veteres fruges quas Iudaei possent accipere in alimentum, quoniam bello premente consumpta erant, sicut alias fieri solet in vastitate hostili, ita ut interdum comedant homines cibos infames, & compellantur comedere fructum vteri sui, sicut patet Leui. 26. & Deuteronom. 28. & 4. Regum 6. in his ergo bellis poterant esse deleta vniuersa cibaria Amorrhcorum regum. ita ut nihil Iudaeis relinquere comendendum. Respondendum, stare non posse, quoniam Amorrhcorum reges non fuerunt a Iudaeis diutino bello consumpti, aut longa obsessioe fatigati, sed vnicuique bello extinctus. Sed non comeditur de cibis illis: ergo nunc inuenientes eos, & a nullo impediti comederunt.

Et quando arguabatur, quod si Israelita comedit de cibis in terra Amorrhcorum defecisset manna, non tenet consequentia. nam eodem modo argueretur, quod quia Iudaei comederunt de cibis Moabitum, & Idumaeorum cessauit manna. sed falsum est. Quod enim istorum cibos Iudaei comedisent, patet Deuteronom. 2. vbi mandat Deus, quod transcant per terram Idumaeorum, & accipiant cibos pecunia emptos, & idem postea dicitur de Moabitibus. Et postea sequitur quomodo ab vtriusque alimenta acceperunt in eodem cap. & tamen non defecit manna vsquequo intrauerunt in terram vltra Iordanem, ut patet infra 5. capitu.

Cum vero arguitur, quod manna defecit, cum comederunt Iudaei de fructibus terrae Chanaan: ergo similiter defecere debuisset, cum comederet de frugibus terrae Amorrhcorum. Respondendum non esse simile de terra Amorrhcorum, & de terra vltra Iordanem, & hoc propter duo. Primo, quia Israelitae, qui transibant Iordanem, manebant in terra illa, sed non erant mansuri in terra Amorrhcorum. Ideo in terra vltra Iordanem manna cessare debuit eis, quia iam erant in terra populata in qua mansuri erant.

Cum vero erant in terra Amorrhcorum, quia non erant ibi mansuri, si ibi defecisset manna non haberent quid postea comederent dum transibant, & aliter qualiter sedebant in terra, in qua mansuri erant.

Secunda causa, & potissima fuit, quia quando Iudaei erant in terra Amorrhcorum, nondum venerant nouae fruges, ita ut de eis comedere possent, sed aliquid de veteribus supererat. ideo non debebat cessare manna, quousque haberent solidum, & certum nutrimentum. Hoc autem eis fuit in terra Chanaan, vltra Iordanem; nam ibi habuerunt nouas fruges de quibus comederunt, antequam cessaret manna, & ista est causa potissima, nam non immediate cessauit manna, ut Iudaei transierunt Iordanem, sed postquam inceperunt comedere de frugibus nouis illius anni, ut patet infra cap. 5. nam quinque diebus post-

Quare manna cessauit post transitum Iordanis & non ante.

quam Israelitae transierunt Iordanem, cessauit manna. Quod patet, quia decima die mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto transierunt Iordanem, ut patet infra 4. cap. sed die 15. sequenti, quae erat prima dies mensis Azymorum, cum comedisent Iudaei Azyma de frugibus nouis anni illius cessauit manna, ut patet infra 5. capitu. hoc autem non habuerunt Iudaei in terra Amorrhcorum, ut supra probatum est. ergo non debuit ibi cessare manna.

Quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Idest parate cibaria nunc pro aliquibus diebus sequentibus: non enim habebitis semper sparium, & hoc, quia post tres dies transibitis Iordanem, scilicet, quia sic determinata est, ut post tres dies moueamus castra ad transendum Iordanem, erant quippe castra prope Iordanem, scilicet, in planioribus locis apud Iordanem, ut patet Nume. 33. capitu.

Et intrabitis ad possidendam terram. Non dicitur, quod intrabunt ad possidendam, quasi nihil aliud facturi essent nisi possidere. nam primo expulsuri aut verius deleturi erant hostes. Sed dicitur, quod intrabunt ad possidendam dupliciter. Vno modo, quod finis ingressus terrae erat iste, scilicet, quod possideret, quam ad possessionem praecederet deletio hostium. nam quamquam Israelitae debellarent hostes, tamen ista debellatio non erat propter seipsam, sed propter possidendam terram, & res a suo fine denominari debet. Alio modo intelligitur, quod intrabant Israelitae ad possidendam terram, quasi dicat, quamquam ante hoc hostes debellare deberent: tamen illud Deo agente, ira leue erat, quod non videbatur esse alicuius laboris, & sic videbatur Iudaeis nihil superesse nisi possidere terram, quae erat vltra Iordanem. si autem difficilis esset hostium debellatio, diceretur quod intrarent ad debellandum hostes, tanquam illud esset opus suum, quod facturi essent. Et dicitur ad possidendam terram non, quia Israelitae iam nihil possiderent de terra quam Deus eis promiserat, cum possiderent terram duorum regum Amorrhcorum, quae data fuit duabus tribubus, & dimidia, ut patet Nume. 32. & Deuteronom. 3. & infra in litera. sed dicitur ad possidendam terram, idest partem terram, quia pars iam capta erat, & pars capienda restabat.

Quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Idest, quam pro parte Deus iam vobis dedit, & pro parte adhuc daturus est, ut possideatis. nam dederat terram duarum tribuum, & dimidia, restabat autem danda, & possidenda terra pro nouem tribubus, & dimidia: hanc autem quamquam Iudaei de manibus hostium accepturi erant, tamen dicebatur eam daturus eo, quod non accipiebant eam Iudaei viribus suis, sed Deus conferebat vires recordatus pacti quod ad patres eorum habuerat, ut patet Deuteronom. 8. nam mittebat terrorem in gentes aduersantes, & in fugam compellebat, atque coram eis corruere cogebat, ut patet Exo. 23. & Deuteronom. 7. de his magis declaratum est. Leuiti. 26. capitu.

Rubeniis quoque, & Gaditis. Hic ponitur praecceptum Iosue, & admonitio quantum ad duas tribus, & dimidiam. nam istae duae tribus, & dimidia, acceperant possessionem ante transitum Iordanis, in terra duorum regum Amorrhcorum, ut patet Nume. 32. & vsque ad Iordanem in mansione in qua nunc erant Israelitae, pertinebat possessio eorum. cum ergo nunc transendum esset ad obtinendam terram, quae erat vltra Iordanem, quae nullo modo ad eos pertinere debebat, nollet transire istae duae tribus, & dimidia fortassis, ideo Iosue admonet ut transcant ante fratres suos, sicut conuentum fuerat inter eos.

Post diem tertium transibitis Iordanem. Idest dispositis

natis cibaria vestra, quia oportet, ut post tres dies transitis Iordanem.

An Iosue cum dixit post diem 3. transibitis Iordanem, mentitus fuerit seu errauerit. ut Augustinus, & alij dixerunt, vel sic factum fuerit ut Iosue dixit. Quast. XXXIX.

IN hoc aliqui de nostris expositoribus dicunt Iosue mentitum fuisse falsa praenunciando. nam non transierunt Israelitae Iordanem tribus diebus postquam istud praecceptum factum est, sed ad minus septem, quod probant ex ordine literae. nam exploratores missi sunt de ista mansione, in qua tunc erat Iudaei, quae vocat Sethim, vel alio nomine Belsethim, ut patet Numeri 33. cap. & isti ad minus manserunt quatuor diebus antequam reuerterentur in castra ad Iosue, quia hospitati sunt apud Raab ierichonitanam meretricem, & cum quaereret eos rex Iericho, consilio Raab ascenderunt in montana, & manserunt ibi diebus tribus, ut patet seq. cap. & postea venerunt ad Iosue. hoc autem ad minus 4. vel 5. dies exigebat. venientibus autem exploratoribus, mouit Iosue castra ad Iordanem, & mansit ibi diebus tribus, ut patet infra 3. cap. Ideo ad minus erant isti dies septem vel 8. postquam datum fuit istud praecceptum, & non transierunt post dies tres. Falso ergo praenunciabatur, scilicet, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. Et dicunt, quod Deus permisit Iosue errare, quia consilio humano ductus non quaesit consilium Domini, potissime cum Deus iussisset, ut quomodo-cunque Iosue aliquid acturus esset, consuleret sacerdos magnus pro eo Dominum. ut patet Numeri 27. cap. scilicet, tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote. pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat Dominum. Et set autem ei iste error instructio ad futura, ne amplius in his, quae agenda forent suo sensu niteretur.

An dicendum sit, ut ponit Historia Scholastica, quod humano consilio errauerit Iosue, quod Augustinus tenuit. Quast. XL.

ISTAM positionem tenet historia scholastica dicens, quod enim dixit de tertio die, humano consilio dixit Iosue, non enim transierunt Iordanem vsque ad septimum diem. exploratores enim quos tunc misit, per triduum morati sunt, post reditum quorum per triduum expectauit populus diminutionem aquarum, tunc & preparauit sibi cibaria iuxta mandatum Iosue. permisit ergo Dominus (ut ait Augustinus) errare Iosue, ne deinceps simile aliquid sine diuino consilio ageretur, praefertim cum Dominus dixisset Moyse in electione eius: Iosue succedet tibi. pro eo si quid agere voluerit Eleazar sacerdos consulat Dominum, quod autem errauerit, patet: ignora bat enim, vtrum in diem tertium nubes attolleretur, sine cuius motu non mouerentur castra. haec dicit historia. De Augustino dicendum, quod idem tenet, scilicet, quod fluxerint ab ista praenunciatione vsque ad transitum Iordanis salte septem dies. & quoniam Iosue istud dixit non fuit motus spiritus Dei, sed humano consilio. putauit enim, quod vsque ad tempus illud redirent exploratores, & transire possent Israelitae, sed accidit, quod tardaret exploratores, & non potuerit fieri, quod cogitauit Iosue. Vnde ait Augustinus. Quare istud praecceptum, postquam Dominus exhortatus est eum, & praemissit se cum illo futurum, cum post multo plures dies transierit Iordanem. cum enim mandasset misit exploratores in Iericho, qui diuerterunt ad Raab, & ab illa occultati, & a rege

quaesiti, & non inuenti ipsa dimittente illos per fenestram, & monente, ut triduo in motanis manerent. quatuor ergo dies in his videntur esse praesumpti, cumque nunciassent, quae circa se gesta erant praenunciata Iosue cum oculo populo de loco ubi erant diluculo, & veniens ad Iordanem diuertit. Hucusque Augustinus. & tamen ipse vult, quod ista verba Iosue fuerint vera, non per prima vice, sed per secunda. Vnde innuit, quod Iosue semel praenunciari fecit hoc per castra, antequam mitteret exploratores in Iericho, & quae ab ipso die vsque ad transitum Iordanis fuerunt plures, quae tres dies, non fuerint vera verba Iosue. sed vult, quod reuersus exploratoribus in castra praenunciari fecit Iosue, quae pararet cibaria, quae post dies tertium transierit Iordanem. Et hoc apparet, quae statim subiungit Augustinus. & veniens ad Iordanem diuertit, tunc populus admonetur rursus, ut post triduum praepararet se transire Iordanem. Fuit ergo humana dispositio, quod prius fecit nunciari. sperauit, n. sicut homo, hoc fieri posse si exploratores cito reuertissent, quibus tardantibus intelligitur, & si Scriptura taceat, cetera diuina dispo. ne implera, ut iam incipet apud populum glorificari Iosue: nam & illi quibus Deus loquitur dispo. ne aliquid agere voluit humana, in qua Deus rector sibi esse praesertim, sed eorum consilia sepe ab illo mutant, cuius prouidentia regunt. vbi Moyses saepe hunc, putauit oes casus populi sibi esse audientes, sed dispositio eius suggerente Ietro, diuinitus mutatur.

Confutatio urbana opinionis Augustini ex verbis sacrae scripturae. Et quod recapitulatio, & anticipatio narrationis saepe fit in sacra Scriptura, & non semper seruetur rectus ordo, immo illud quod fit prius, narratur posterius, & e contra, & per hoc tolluntur multa dubia. Quast. XLII.

DICENDUM ad intentionem Augustini, quod satis praecederemus Iosue errasse, & in hoc humanitus fuisse locutum, ut sequeretur auctoritate eius, nisi aliqua nos moueretur. Primo, quia Iosue erat Propheta Domini, & ab eo dirigebatur. Secundo, quia Deus locutus fuerat sibi nunc de transitu Iordanis, & dixit sibi, quod transiret Iordanem, ut patet in litera, & ita vsque, quod dixerit ei oia circa hoc praenunciata. quae transiret, & quoniam non ergo, erat verisimile, quod Deo sibi loquente de his erraret ipse in illis. Tertio, quia Deus dixit ei nunc non dimittam te, neque derelinquam. & tamen si ipse erraret in his, quae facturus erat, & praefertim in principio ducatus sui, videretur eum Deus deserere. ergo non est satis praecedendum. Quarto, & principaliter, quia non est aliquid inconueniens praecedendum sine necessitate, & tamen nulla necessitas mouet ad praecedendum praenunciationem Iosue esse falsam. ergo non est praecedendum. Cum autem arguitur, quod transierint plures dies quam tres ab ista praenunciatione ad transitum Iordanis. Dicendum, quod non sequitur, istud non esset, si esset semper rectus ordo scripturae, & nunquam esset anticipatio, neque recapitulatio: & tamen saepe fit anticipatio, & recapitulatio in hoc libro, & in alijs libris sacrae scripturae. nam multa ponuntur hic facta, ut infra 10. & 11. & 14. & 15. c. de captione vrbis, & deletione Gigath, quae constat facta esse post mortem Iosue. Ita hic mutatus est ordo. nam prius misit Iosue exploratores, qui praenunciauerunt istud. & fuit ordo, quod Deus locutus fuit ad Iosue de transitu Iordanis, & quod mitteret illuc exploratores, licet Scriptura illud taceat. & misit illuc exploratores, expectauitque in loco in quo erat cum toto populo, quousque redierunt exploratores, quia nesciebat quoadiu moraturi essent, & quod afferret. cum vero redierit refereret tradita esse terram in manus ipsorum, & quod elaguerint corda Chanaanorum, praenunciari fecit Iosue, quod pararet se oes, quae post triduum transirent

transirent Iordanem, & ita factum est: vñ vera fuerunt verba Iosue. Cā autem anticipationis fuit. vt seruaretur ordo artificialis scripturæ qui interdum seruati non potest nisi recedatur ab ordine naturali rerum gestarum. nam ante oīa hæc fuit, q̄ Deus loqueretur Iosue, q̄ transiret Iordanem, quod ponitur hic in principio literæ. & post hoc fuit totum quod ponitur sequenti cap. de missione, & reditu exploratorum, & statim fuit prænunciatio Iosue de transiundo Iordanem, si aut interponeretur quod pertinet ad exploratores, quia illud est magna narratio, oportebat rursus repeti de locutione Dei ad Iosue de transiundo Iordanem, quia aliās videret multum discontinuata narratio de eadem re. ideo vt non rumpere cōtinuitas narrationis, statim vt dictum est, quod Deus dixerit ad Iosue, q̄ transiret Iordanem, adiungitur, q̄ fecerit ipse prænunciari, q̄ pararent se oēs ad transiendum Iordanem post tertium diem, & cetera, quæ ad istum transitum pertinent ponuntur. & postea ponitur de exploratoribus sequenti c. & ita facta fuit hic quedā anticipatio.

Non potest dici, quod ista verba bis dicta fuerint, vt Augustinus putauit, sed quod semel. Et regula de diuina correctio ne ad eos, qui cum amici Dei sunt, aliquid tamen humana dispositione agunt. Quæst. XLII.

ET hoc vult aliquo mō Aug. nāsi dixit, q̄ Iosue istud dixit, & tñ non mouit castra. & postea misit exploratores, quibus reuersis ipse cum toto populo mouerunt castra vsque ad Iordanem, & ibi prænunciavit iterum, q̄ pararent se ad transiendum post tertium diem, & ita s̄m eum necesse est dici ista verba dicta fuisse post regressū exploratorum. Ex quo satis argui potest q̄ intentionē Augustini. Primo de pluralitate, quia ponit bis dicta fuisse ista verba vel factam prænunciationem; cum tñ Scriptura semel tantum ponat, & ista pluralitas non habet necessitatem aliquam, quia satis est poni semel factum. Secundo, quia ponendo semel, sunt verba Iosue vera, s̄q̄ fuerint ista dicta post regressum exploratorum facta anticipatione, ponendo autem bis dicta esse, oportebit semel falsa esse. q̄ prima vice dicta sunt: & tñ hoc est magnum inconueniens, s̄q̄ addendo aliquid ad scripturam reddamus illā falsam, cum potius additio, vel subauditio fiat ad reddendū verum, quod aliās videbatur esse falsum. Tertio, quia cum Aug. addat hic aliquid ad scripturam faciendo pluralitatem, id est, q̄ bis dictū fuerit, semel ante missionem exploratorum, & semel post, oportet q̄ ista pluralitas fieret ad saluandum aliquid quod aliter saluari non poterat, quia aliās esset vitium poni pluralitatem sine necessitate: & tñ ponendo hoc bis nō saluat Aug. verba Iosue neque facit aliquam vtilitatē, sed potius corrumpit verba, quia facit semel esse falsā in quantum fuerunt dicta ante missionem exploratorum, & nihil plus saluat verba, quam si dicat semel dicta fuisse. ante missionem exploratorum, ergo videtur, q̄ ad nihil profuit asserere sic, q̄ bis dicta fuerint ista verba. Si autem diceret semel tñ dicta, s̄ post regressum exploratorum, essent verba vera: ideo quæntius est dies, q̄ fuerint semel dicta, & hoc post regressum exploratorum, & sic sit anticipatio. Cum autem Aug. conabatur r̄ndere ad id, quod arguebat, s̄q̄ Iosue nūc fuerat confirmatus a Deo, quō ergo erraret in verbis dicit, q̄ illi cum quibus Deus loquitur interdum aliquid humana dispositione agere volunt, in quā Deum rectorem sibi esse p̄dicunt, sed eorum p̄silia sæpe ab illo mutantur cuius providentia reguntur, & ita vult concludere applicando ad Iosue, q̄ ille loquebatur cum Deo, & nunc putauit istud Deo place-

Solutio ad motium Augustini.

re, sed a Deo mutatum est hoc, vt nō sic eueniret qualiter Iosue cogitauerat. Dicendum, q̄ in multis accidit istud, qui habent diuini colloquij facultatē, & tñ in Iosue licet potuisset accidere, non est p̄cedendum, q̄ acciderit p̄ illa, quæ diximus p̄ceden. q̄. Etia, quia qñ talia accidunt, si sunt aliqua de quibus fiat mētio in scripturis, sequitur statim correctio illorum diuinitus facta, siue a Deo per seipsum, siue per alij. De primo patet, vt in Propheta Nathan, cui Deus loquebatur. nāsi Dauid vocauit eum dicens. vides q̄ ego habitem in dōmo cedrina, & arca Dñi posita sit in medio pellū, in quo innuit, q̄ volebat edificare dōmum Dñi, & dixit Nathan. Oē quod est in cordē tuo, vade, & fac, quia Dñs tecum est. & tñ statim in ipsa nocte apparuit Deus propheta Nathan mandans, q̄ diceret Dauid, ne edificaret templum Domino 2. Regum 7. & primo Paralipo. 17. capitu. & sic, quia hoc non futurum erat, licet Nathan Propheta hoc putaret: Deus statim illud correxit per seipsum apparendo propheta Nathan.

De secundo patet in Moyse cui erat familiare colloquium ad Deum, cum nemo eum ita nosset facie ad faciem: Nume. 12. & Deuteronom. 34. & ille putauit Deo placere, quod ipse audiret: causas totius populi, sed non placebat Deo: ideo Deus illum statim correxit per Iertho sacerdotem Madiā faciēdo, quod constitueret diuersos iudices. Exodi 18. capitu. & tamen istud verbum Iosue non legitur hic emendatum a Deo per se, vel per hominem: ideo non est concedendū, q̄ hic errauerit Iosue ista faciēdo prænunciari, & quod postea aliter res eueniret.

Quæ detur Solutio ad motiua illa historia Schol. Quæst. XLIII.

DE eo autē quod dicebat historia Scholastica, minus curandum est, cum sit minoris auctoritatis quam Aug. est tamen propter honorem veritatis interdum non assentimus. Cum enim dicit certum esse, quod Iosue hoc dixerit humano consilio. Non patet, immo potius tenendum, quod diuino consilio dixerit, vt sicut Deus dixit ei, quod transiret Iordanem ipse, & totus populus, ita credendum est, quod diceret ei quando transiret, & cetera quantum ad hoc opportuna, & sic non ageret consilio humano maxime, quia historia Scholastica hoc dixit, innuens, quod Iosue in hoc errauerit, quod non fieret si consilio diuino egerit. & tamē iam supra ostendimus, quod Iosue in hoc non errauerit.

Cum autem dicit, quod non transierunt Israelitæ Iordanem post diem tertium, sed post septimū postquam dicta fuerunt verba ista. Dicendum, quod falsum est. Primo, quia hoc staret aliquo modo, si ista litera stare in ordine recto, & tamen est hic anticipatio, vt dictum fuit supra.

Secundo, quia si diceremus, quod fuit ordo rectus adhuc non sequitur id quod hic dicitur de septē diebus, quia tunc non magis constaret an transiret Iordanem post septem dies quam post triguata, vel centum, quod patet, quia ad concludendum istos septem dies oportet præsupponi aliqua. Primum est, quod in ipsa die qua ista annunciari fecit Iosue, misit exploratores, & in ipsa die introierint illi in Iericho, atque exierint inde per murum. & quod tribus diebus sequentibus latuerint in montibus, & in die tertio istorum redierint in castra Hebræorum. & post hoc expectauerint Israelitæ tribus diebus ad aquas Iordanis, & tunc transierint, & ita transierit die septimo, vel post septimum.

Sed

Sed ista non constant, quia non potest apparere, an Iosue in ipso die quo prænunciari fecit ista, misit exploratores. & dato, quod misit, non constat an ipso die intrauerint in urbem Iericho, & si intrarent non constat an in ipso die exierint, & ita de ceteris: ideo nō poterat asseri, quod die septimo post istam prænunciationem transierint Israelitæ Iordanem. Sed dicendum est, quod ex ista argumentatione hoc solū colligi videtur, scilicet, quod si staret ordo rectus literæ, quod non potuissent Israelitæ ante septimum diem a prænunciatione ista transire Iordanem, poterant autem tardius transire quantumcunque vellemus.

Solutio ad tertium motium Historia Scholastica. Quæst. XLIII.

CVM autem dixit historia Scholastica, quod post aduentum exploratorum, mansit populus per tres dies, & tunc transiit Iordanem, aliquis diceret, quod non videtur quare potuissent istos tres dies, quia potius deberent Israelitæ stare, vt eis exploratores bona nunciauerunt, transire Iordanem.

Dicendum, quod hoc accipit, quia vult tenere totā istam literam secundum ordinem rectum, & quia hic dicitur, quod Iosue fecit annunciari hoc per castra, quod post tres dies transiret Iordanem, putat quod fuit hoc ante missionem exploratorum. Sed post reditum exploratorum de quo dicitur seq. cap. dicitur statim in principio 3. cap. Igitur Iosue de nocte confurgens mouit castra egredientesque de Sethim uenerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies, intelligit ergo istos tres dies fuisse alios, & ita cum quatuor p̄cedentibus constituant septem dies. Est dicendum, necesse esse poni tres dies post reditum exploratorum ante transitum Iordanis, sed isti tres dies non sunt alij ab illis tribus de quibus hic. Sed fuit ordo, sicut dictum est, scilicet, quod postquam Deus locutus fuit ipsi Iosue misit ille exploratores expectans in castris quousque illi redirent, & interim nihil annunciari fecit Iosue, reuersis autem illis fecit præconizari Iosue, quia post tres dies transiret Iordanem, & in ipsa nocte mouit castra perueniens vsque ad Iordanem, & stetit ibi vsque ad finem tertij diei, & tunc transiit. Vel vt alij volunt post reditum exploratorum mouit statim castra per noctem, & peruenit in Iordanem, & ibi fecit præconizari, quod post tres dies transiret. & sic quocunq; modo accipiatur solum fuerunt tres dies ab ista præconizatione vsque ad transitum Iordanis. Sed Scriptura decipit aliquos, quia posuit bis istos tres dies, scilicet, semel hic, & iterum infra 3. cap. & sic putant esse distinctos, sed hoc factum est propter anticipationem factam, nam posuerat hoc Scriptura semel hic ante locum proprium, scilicet, ante missionem exploratorum. & postea redeuntibus exploratoribus, posuit iterum, & hoc fuit infra 3. cap. Et vtrouque recte factum est, hoc enim, vt non rumpatur cōtinuitas narrationis, & maxime, vt adiungantur ea, quæ pertinebant ad Rubenitas, & Gaditas, & dimidiā tribum Manasse, quæ in nullo loco melius quam hic ponuntur. & tamen non poterat conuenienter poni de transitu istorum, nisi etiam poneretur de transitu totius populi, ideo posuit Scriptura hic, quod Iosue fecerit annunciari per castra, quod post tertium diem transiit erant Iordanem, & ista fuit causa potissima. Sed reuersis exploratoribus ponitur iterum in loco proprio, quod fecerit Iosue annunciari, quod transiit erant Iordanem, & hoc fuit, vt haberent locum ea, q̄

dicuntur infra 3. cap. de modo transitus Iordanis. & licet idem sit quod annunciatur hic, & infra 3. cap. & vnus, & idem actus: tamen quia Scriptura bis ponit, non ponit per eadem verba, sed hic dicitur præcepit Iosue principibus populi transire per medium castrorum, & imperate populo ac dicite, preparate cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem. sed infra 3. cap. dicitur quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium, & clamare ceperunt, quando videritis arcam Domini &c. verum est autē, quod tam id quod dicitur hic de apparatu, ciborum, quam quod dicitur de transitu arcæ fuit præconizatum simul, licet Scriptura illud diuidat. Vel potest dici aliter, & magis conuenienter ad literam, quod duæ fuerunt prænunciationes, & tamen solæ fuerunt tres dies, & esset ordo, quod post reditum exploratorum ante mota castra fuerit annunciatum, preparate cibaria, quia post tertium diem transibitis Iordanem, & tunc mota fuerint castra vsque ad Iordanem, ibique expectatum sit vsque ad diem tertium. & ista præconizatio habetur hic, licet per anticipationem, cum autem esset dies tertius, & statim transiit essent Israelitæ Iordanem, præcones transierunt per medium castrorum dicentes, quando videritis arcam Dñi &c. & istud magis conueniens est ad literam, & rationem, sed quomodo cūque sit nulla præconizatio ponenda est ante reditum exploratorum.

Expofitio Auctoris veridica.

Constat aliud dictum Historia Scholastica, q̄ quod fuerit motium eius erroris ostendit. Quæst. XLV.

SEPTIMUS dixit litera Scholasticæ historia, quod expectauerunt Israelitæ tribus diebus diminutionē aquarum Iordanis. Sed dicendum, quod istud non est verum neque conuenienter dictum. Primo, quia scriptura non signat hoc, quod autem istud asseratur sine causa, inconueniens est.

Secundo, & principaliter, quia istud esset verum, aut verisimile, si Israelitæ transissent modo humano post cessationem aquarum, & tamen non fuit sic, sed potius transierunt miraculosè diuisis Iordanis, & stantibus pro muro, vt patet infra 3. cap. ergo non expectabant diminutionem aquarum, immo potius quanto esset maior aquarum magnitudo, tanto magis cognosceretur diuinum miraculum. Aliquis forte dicet, quod Israelitæ ad istum finem expectabant, & tamen, quia non cessauit abundantia aquarum, fuit necessarium, quod transiret miraculosè. Sed dicendum, quod non stat, quia hoc posset concedi: si Israelitæ sponte sua, aut humano consilio expectassent istis diebus, quia posset hoc accidere præter mentem eorum, quod non diminuerentur aquæ: & tñ non fuit hoc, sed potius māsuerunt ex diuino mādato, quia Deus iusserat, quod post tres dies transiret. Hoc enim dixit Iosue, & ipse a Deo illud acceperat. si autem Deus ad hunc finem dixisset, necesse erat, quod post tertij diem aquæ decrescerent, ita quod posset Israelitæ transire sine miraculo, quia Deus non potest falli in eo, quod cogitat. & tamen non factum est sic. ergo non expectauerunt his tribus diebus apud Iordanem ad hunc finem, sed ad alium. Dicendum tamen, quod historia Scholastica mota est ad dicendum hoc, quia dicitur infra 3. cap. in litera. Iordanis autem tempore mellis ripas aluei sui implenerat, & sic erat magna abundantia aquarum, & ita putat ad hoc illud esse dictum, vt ostendatur, quod expectabant Iudæi quousque cessaret illa aquarum abundantia. Sed dicendum, quod non scriptum fuit ad alium finem, sed solum ad ostendendum quomodo fuerit miraculum in transitu Iordanis, nam aliquis diceret, quod non erat

Expofitio Auctoris veridica.

Quod sine rit motiū quod errare fecit Histo. Schol.

erat

erat necessarium miraculū, neque crederetur fuisse, quia Iordanis habebat vada p̄ quē transiri posset. patet seq. ca. & consueuerant homines per illa transire, vt patet Iudi. 3. & 8. & 12. cap. & ita transierunt Israelitæ per illa vada, & non esset necessarium miraculum. Ad ostendendum autem, quod nō erat locus aliquis transeundi illo tempore, nisi miraculosē: dicit, quod Iordanis impleuerat ripas aluei sui tempore messis, scilicet, illo tempore quo transierunt Israelitæ, quia tunc erat messis, & in transitu comederunt ipsi de frugibus nonis terræ Chanaan. & sic cessauit manna infra 5. cap. & tunc, quia impleuerat Iordanis ripas sui aluei, non poterant transire Israelitæ, nisi per miraculum, & sic fuit conueniens illud poni.

Quare tribus diebus expectauerunt Israelitæ antequam transierent Iordanem, & quare Iordanes creuit tempore messis. Quæst. XLVI.

CAUSA autem quare expectauerunt Israelitæ tribus diebus iubente Deo per Iosue, videtur fuisse ad parandum cibos, quia ista fuit expressa, scilicet, parate cibaria, quia post tertium diem transibitis Iordanem, vt patet in litera. Volebat enim Deus, quod pararent cibaria pro aliquot diebus post transitum Iordanis, & quia melius poterat fieri ista paratio ante transitum Iordanis cum esset in terra sua, scilicet, quam ceperunt de manibus duorum regum Amorrhæorum, quam post Iordanem, cum essent inter hostes, iussit Deus illam fieri, & ad hoc concessit tres dies, quibus manserunt apud Iordanem parando hæc, & ista est satis sufficiens causa. Alia causa videtur, & magis ad intentionem Dei quare expectare fecerit istis tribus diebus, & pluribus alijs transitum Iordanis, scilicet, vt haberet locum transitus miraculosus. nam poterant Israelitæ transire alijs temporibus per vada Iordanis, sicut postea sepe faciebant tam ipsi quam alię gentes. Iud. 3. & 8. ca. & non voluit Deus, quod illo tempore transierent, quia tunc non esset miraculum, sed expectauit tempus in quo necessarium esset miraculum, nam in omnibus temporibus habebat Iordanis aliqua vada, nisi tempore messis, quando implebat ripas aluei sui, & hoc modico tempore durabat: nam solum illo tempore fiebat, vt patet Eccl. 24. c. & causa momentanea erat: id est pauci temporis, scilicet, resolutio niuiū de mōte libano, quia in monte libano semper sunt niues. Iere. 18. cap. & in tempore messis resoluuntur, & implent Iordanem in quem influunt, quia Iordanis oritur ad radices libani, & quia resolutio aquarum ex niuibus, fit subito, durat illa impletio Iordanis paucis diebus. Vnde hoc notauit litera infra 3. ca. scilicet, Iordanis ripas aluei sui tempore messis impleuerat. quasi dicat, si non fuisset istud tempus in quo Iordanis solet implere ripas sui aluei, non fuisset necesse fieri miraculum ad transeundum. fecit ergo Deus expectari vsque ad tempus illud, vt locum haberet miraculum, quod in alio tempore non haberet locum.

Et adhuc specialiter de istis tribus diebus dicendū, quod Deus fecit expectari propter hoc, quia si non expectaret, adhuc non inceperat abundantia aquarū, vel alluio, & posset Israelitæ transire sine miraculo. Et patet, quia exploratores Iudeorum, tam eundo in Iericho quam redeundo transierunt Iordanem, quia non poterant aliter ire, & tamen nullum miraculum fuit in transitu ipsorum, sed potius transierunt per vada, vt colligitur sequen. capitu. ita ergo posset Israelitæ facere, si statim vellent transire, vt redierūt exploratores. expectauerunt ergo per dies tres, & interim venit abundantia aquarum, & iam non poterant transire Israelitæ sine miraculo.

Quare Deus voluit, vt Iudæi transierent Iordanem cum miraculo, cum posset transire sine miraculo, vt tra. fuerunt exploratores. Quæst. XLVII.

SE² dicetur ad quid volebat Deus inducere istam necessitatem, vt oporteret Israelitas transire Iordanem cum miraculo? Dicendum, quod fuit primo ad ostendendam gloriam suam. nam sicut diuisio maris rubri fuit ad magnam gloriam Dei, quia p̄ hoc cognouerūt gentes ipsum esse Deū, sicut dixit Raab Ierichontina, quod ipse erat Deus in celo, & in terra. & hoc, quia diuiserat aquas maris. sequen. cita & statio aquarum Iordanis, quia non erat minus miraculum, manifestaret gloriam Dei, & si Chananeī cognouerunt Deum Israel esse Deum potentem, quia diuisit mare rubrum quod ab eis multum distabat: multo conuenientius hoc agnoscerent per diuisionem, & stationem aquarum Iordanis, quia hoc fiebat in terra ipsorum, & manifestaretur magis miraculum.

Secundo fuit procurata necessitas istius miraculi ad exaltationem Iosue coram Israelitis. vt cognoscerent Israelitæ Iosue esse valde familiarem Deo, & quod faciebat Deus magnalia, quæ dicebat Iosue. & hoc patet, quia erat valde conueniens tam propter Iosue quam propter populum. De Iosue patet, quia erat dux populi, & conueniens erat, quod populus haberet eum in magna veneratione, quia alias non libenter, & prompte obedirent ei: propter populum autē erat conueniens, quia si populus sciret ducem suum esse familiarem Deo, & quod Deus faciebat magnalia per manum eius, sumerent animositate, & crederent sibi felicia cuncta ventura esse sub ducatu eius, sicut fuit, si autem non scirent, timerent in omnibus dubitantes an bene euenturum esset eis ex mandatis ducis sui: ideo erat conueniens, quod Iosue princeps Iudæorum, cognosceretur a Iudæis, vt valde acceptus Deo, & per quem Deus faceret magnalia. Ad hoc autem erat conueniens modus, vt Deus faceret miraculum aliquod, quod videtur factum per manum Iosue, vel ipso dicente, & sic haberetur ipse, vt honorabilis valde coram populo. Sic patet in Moyse. nā in principio ducatus sui quando Deus voluit eum ostendere reuerendum toti populo, vt honoraret eū totus populus voluit loqui ei vidente toto populo, & facere mirabilia, quæ prænuunciaret ipse, sic dicitur Exodi 19. capitu. & ait ei Dominus. Iam nunc veni ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. ita nunc cum Israelitæ viderent aperiri Iordanem prænuunciante illud Iosue, crederent eum acceptum Deo, & haberent eum de cetero valde venerabilē. sic dicitur infra 3. ca. Dixit Dominus ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant, quod sicut cum Moyse fui, ita & tecum sum. & tamen hoc erat valde necessarium, scilicet, quod haberet Iosue talem auctoritatem, & venerationē apud populum: ergo debuit dari necessitas huius miraculi ex quo istud consequeretur.

Tertia causa eiusdem transitus Iordanis cum miraculo facti. Quæst. XLVIII.

TERTIO fuit ad confortationem populi, quia Iudæi erant timidi, & increduli egentes multis signis ad hoc, quod crederent, & sic dicitur ad Corinth. primo capitu. Iudæi signa petunt, Græci autem sapientiam querunt. Tempore autem Moyse dederat eis Deus multa signa, per quæ crederent dictis, & promissis eius: & tamen nunc erāt in maiori

maiori periculo, quam viuente Moyse, quia erant in terra hostili: & pugnaturi erant contra hostes ad eruendum terram de manu eorum: ideo egebant pluribus signis, quam tempore Moyse: ideo Deus debuit nunc in introitu in terram Chanaan ostendere aliquod magnum signū per quod confortaretur animus Iudæorum: vt auderent incipere bella contra multitudinem Chananeorum. Fuit autem conueniens valde miraculum istud de diuisione Iordanis: ideo opportunum fuit, quod Deus illud nunc faceret ad confortationem Iudæorum, quod autem fieret ad istam intentionem patet, quia infra dicitur tertio capitulo dixit Iosue ad filios Israel: accedite huc & audite verbum domini Dei vestri. in hoc inquam scietis, quod dominus Deus viuens in medio vestri sit, & disperdet in conspectu vestro gentes quas promisit eicere scilicet, quando uideritis tam magnum signum factum ad introitum vestrum in terram hostilem.

Quarto fuit hoc ad incutiendum magnum timorem Chananeis: vt sic non auderent insurgere contra Israelitas. nam Chananeī septem populi erant, multo plures, & robustiores, quam Israelitæ. Deuteronomio septimo, & octauo, & nono capitulo: si autem Deus non incuteret timorem eis, tam acriter pugnarent contra Israelitas, quod formidarent Israelitæ congregari cum eis. Debuit ergo incutere timorem Chananeis. Incusserat autem Deus aliquoties hunc timorem eis per ea, quæ fecerat in fauorem Israelitarum in diuisione maris rubri, & in aliis quæ facta sunt in deserto: sicut dixit Raab Ierichontina sequenti capitulo scilicet noui, quod tradiderit uobis dominus terra m̄: etenim irruit in nos terror vester: & elanguerunt omnes habitatores terræ. audiuius, quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum, quando egressi estis de Aegypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæis Sehon, & Og: quos interfecistis. & hæc audieres pertimimus, & elanguit cor nostrum: & non remansit nobis spūs ad introitum vestrum. Ad magis autem incutiendum huic timorē debuit Deus nunc aliqua facere de nouo, per quæ amplius timerent Chananeī, aut saltem confirmaretur timor iā dudum incussus, & ita fuit in ista diuisione, & apertione Iordanis. nam omnes populi Chananeorum hoc audientes timuerunt valde. sic patet infra quinto capitulo scilicet postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanē, quod siccaisset dominus fluentia Iordanis coram filiis Israel donec transierent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis animus, timentium introitum filiorum Israel. Fuit ergo valde conueniens quæri necessitatem ad faciendum miraculum istud.

An exploratores Iudæorum transierunt Iordanem cum miraculo eodem, quo postea Israelitæ omnes transierunt scilicet desiccato ipsius Iordanis alueo. Quæst. XLIX.

SE² tunc dicetur, quomodo potuit stare, quod nunc esset necessitas faciendi istud miraculum, quia exploratores Iudæorum nunc transierant Iordanem, & tamen non fuit miraculum aliquod in transitu cum bis transierint.

Aliquis forsitan dicet, quod etiam fuit apertio miraculosa Iordanis in transitu eorum, licet scriptura illud taceat, cum multa quoque alia taceat, quæ facta sunt.

Sed dicendum, quod hoc non est verisimile. Primo Alph. Toft. super Iosue.

quia quando misit eos Iosue in Iericho, ita misit ac si non esset necessarium miraculum, sed ipsi transierunt Iordanem sine labore aliquo: quia nihil eis dixit, nisi quod misit eos in Iericho.

Secundo patet, quia si in transitu exploratorum fuisset diuisio miraculosa aquarum Iordanis, scriptura non tacuisset illud. nam diuisionem factam in transitu Israelitarum expressit quasi pro magno miraculo, & cum longa narratione infra tertio, & quarto capitulo. ergo etiam illud non tacuisset: sed nihil dixit, ergo non fuit aliquid tale factum.

Tertio, quia si fuisset diuisus aut siccatas Iordanis ad transitum exploratorum: fuisset aliquid istud miraculum maius, quam in transitu Israelitarum, eo quod bis fieret pro exploratoribus scilicet eundo, & redeundo, pro Israelitis autē semel tantum: ideo non taceretur istud, cum id quod minus erat exprimeretur: & tamen tacitum fuit: ideo credendum est non fuisse.

Dicendum certum esse, quod in transitu Israelitarum fuit miraculum, sed non in transitu exploratorum, neque in regressu: sed transierunt exploratores per vada Iordanis: quia Iordanis habebat vada p̄ quæ solitum erat Israelitis transire, & alijs gentibus. Iud. tertio, & octauo capitulo, & per illa poterant transire exploratores. Item patet hoc: quia sequenti capitulo cum agitur de reuersu exploratorum de Iericho dicitur, quibus urbem ingressi reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte, & Iordane transmissio uenerunt ad Iosue: & ita fit ibi mentio de transitu Iordanis plane, quasi in illo transitu non accidisset aliquid speciale, sed solum, quod transierunt, sicut alia gentes transire solebant.

Cum autem obiicitur quomodo ergo non transierunt Iordanem sicut transierunt exploratores? Dici potest dupliciter, uno modo quod quando exploratores transierunt, nondum uenerat alluio ex niuibus resolutis: ideo per uada erat transitus, cum autem Israelitæ transire uoluerunt, uenerat iam alluio, & non poterant transire per uada, neque per alia loca.

Aliter potest dici, quod etiam Israelitæ poterant nunc transire Iordanem per uada, sed non iuerunt ad loca vadorum. Per alia autem loca non erat transitus, nisi miraculose, uada tamen non erant in quocunque loco, sed in rarissimis: & ita locus per quem nunc Israelitæ transiebant, non erat uadabilis. Istud satis colligitur, quia Iudicum tertio capitulo, Aiod mandauit Israelitis, quod obseruarent vada Iordanis ad occidentum Moabitas, & Gedeon iussit obseruari uada Iordanis ad transitum orientalium populorum, Iudicum octauo, & occisi fuerunt ibi plurimi. Ieptæ quoque galadites fecit obseruari uada Iordanis contra Ephraitas, & occisi fuerunt ibi quadraginta millia uirorum, Iudicum duodecimo capitulo. ex quo apparet, quod erant vada Iordanis in uno loco tantum, uel in ualde paucis, quia alias licet obseruarentur aliqua loca, esset transitus per alia, & sic parum proderat talis obseruatio, & non posset ibi fieri illa, quæ signantur facta, Iudicum tertio, & octauo, & duodecimo capitulo. ideo cum essent vada illa in raris locis uel in uno tantum, accideret quod non transierent Israelitæ per illa loca, & sic esset necessarium miraculum ad transeundum.

Quis istorum duorum supradictorum modorum sit verisimilior scilicet, quomodo transierint Israelita Iordanem. Quæst. L.

Sed tunc est dubium, quis de istis duobus modis sit verisimilior: Dicendum est, quod primus est credibilior.

Primo patet, quia si non esset nunc alluuius sed iordanis esset vadabilis per loca solita: verisimile erat, quod iudæi nunc per loca illa transirent, quia illa non longe distabant a castris Israelitarum cum exploratores euntes de castris in Iericho, & redeuntes transierint per vada, & ita ad illa vada poterant declinare Israelita, sed non declinauerunt ideo verisimile est, quod tunc non erat transitus per vada.

Secundo, quia si nunc esset iordanis vadabilis, & Israelita non transirent per vada, uideretur miraculum factum sine necessitate: & hoc Deus non consuevit facere: quia esset aliquid inordinatum, scilicet quod deitas subueniat, ubi sufficit humana facultas, & tamen factum fuit miraculum, ergo videtur, quod non poterat tunc transiri iordanis per vada aliqua.

Tertio patet, & efficacius, quia aliter non cognoscere Chananæi istud miraculum. Deus autem uolebat, quod Chananæi illud cognoscere, ad hoc, quod dissolueretur cor eorum, & timerent Israelitas sicut factum est, quando cognouerunt scissionem aquarum iordanis infra quinto capitulo: & tamen si iordanis tunc esset vadabilis, possent putare, quod Israelita transissent per vada, & ita nunquam crederent, fuisse miraculum in transitu.

Quarto, & adhuc manifestius, quia infra tertio capitulo cum ponitur causa huius miraculi dicitur, iordanis quippe ripas aluei sui tempore messis impleuerat, & sic impletio iordanis erat causa quare non poterant transire sine miraculo, & non quod non declinauerint ad vada, & istud est necessarium concedi.

Quinto, quia si aliter diceretur, esset illa littera superuacua, nam cum littera dicat, quod iordanis impleuerat ripas suas, tunc quaeretur an manerent sic aliqua vada iordanis, aut non, si nulla vada manerent, manifestum erat, quod non poterat esse transitus sine miraculo, si autem dicatur, quod manebant adhuc vada, per quæ esset transitus, esset littera superuacua, & de nullo seruiens scilicet, quod impleuisset iordanis ripas suas tempore messis: quia etiam in omnibus aliis temporibus iordanis non erat transibilis per omnia loca nisi solum per vada: & tamen scriptura expressit hoc, ergo videtur, quod tunc non erat transibilis iordanis, etiam per aliqua vada.

Dicendum ergo est, quod illud tempus Deus obseruauit in quo alluuius superueniens faceret iordanem non esse uadabilem, & tunc maneret miraculum sine calumnia etiam apud Chananæos, cum ipsi scirent, quod illo tempore quo ueniebat, & durabat alluuius ex resolutis niuibus, non erat iordanis vadabilis per aliquem locum, quia vada erant tunc valde profunda: & ita cum transirent iudæi, manifeste cognoscebant, quod siccaisset dominus aquas iordanis: nam etiam puppes non erant ad transitum neque pontes aliqui.

Insurgit iterum contra motum Histo. Scholast. in multis falsis eius dictis, de præconizatione trium dierum a Iosue denunciata, ad transiendum Iordanem. Quæst. LII.

Cum autem adiunxit Historia Schola, quod Iosue errauit, dicendo post tertium diem transibitis iordanem, negandum est cum iam ostensum fuerit, quod fuerint uera illa uerba, & quod post tres dies transierint. Cum uero addidit, quod Deus eum permisit errare, ne de cetero similia aggrediretur. Dicendum, quod est fundamentum super falso, nam cum Iosue non errauerit, non est uerum, quod Deus eum errare permisit: & si Deus non permisit eum errare, non est danda causa quare errare permisit, quia non entis non est causa, si autem uerum esset, quod Iosue hic errasset, diceremus, quod Deus eum permisisset errare, & perteretur causa quare fecisset, essetque satis conueniens illa, quæ allegatur. Cum autem adiungitur, quod errauit Iosue, quia non secutus fuit formam sibi traditam, nam Deus dixerat si quid agendum esset, consuleret Eleazar sacerdos Deum pro Iosue Num. 27. c.

Dicendum, quod quocumque Iosue super aliquo dubitabat, consulebat dominum per Eleazar sacerdotem, & tamen quando non dubitabat, utpote, quia Deus loquebatur ipsi Iosue per seipsum, non expediebat, quod Eleazar consuleret dominum, & tamen ita fuit hic, quia Deus locutus est Iosue, quod transiret iordanem supra in littera, ergo credendum est, quod etiam diceret ei de tempore transiendi, & de omnibus, quæ pertinebant ad transitum iordanis. Unde non oportebat, quod Iosue per se, vel per alium consuleret dominum ad faciendum illam præconizationem.

Iterum insurgit contra alium errorem Histo. Sebo. quod eum impugnat in omnibus, quæ dixit in hac materia, a planta pedis usque ad uerticem propter honorem ueritatis. Quæst. LIII.

Ad huc addidit Histo. Scho. uolens ostendere manifeste, quod errauerit Iosue dicens, quod ignorabat Iosue an in diem tertium attolleretur nubes, sine cuius motu non mouerentur castra. Sed in hoc est magnus error Histo. Scholasticæ. Primo, quia dicit, quod hoc ignorabat Iosue, & tamen non potest ei constare, an Iosue istud ignoraret, quia scire illud poterat Deo reuelate, siue per se, siue per sacerdotem. Secundo, quia non solum poterat scire, sed etiam erat uerisimile, quod illud sciret Iosue, si aliquid tale esset: quia Deus locutus fuerat Iosue de transitu iordanis, & ita erat uerisimile, quod tam tempus transiendi, quam cetera ad transitum pertinentia reuelaret: & ita si diceret ei tertio die transibitis iordanem, certum erat ipsi Iosue, quod illo die futurus esset transitus, & omnia alia sine quibus non esset transitus: & ita quod moueretur nubes, si ad motum eius castra mouenda forent.

Adhuc autem, & principaliter errat, quia præsupponit quod castra non mouerentur sine motu nubis.

Sed hoc falsum est: quia post mortem Moysi nunquam nubes direxit castra per desertum enim usque ad iordanem nubes direxerat castra: eo quod solum tunc proficiscebantur, ut irent in terram Chanaan: ut autem scirent, quando placeret Deo, quod mouerent castra, & per quem locum irent, & ubi castrametarentur, & quanto tempore ibi manerent, mouebat angelus nubem, & sine illius motu non mouebantur.

tur. Exodi capitulo quadagesimo, & Numeri Anono capitulo. Cum autem essent in terra Chanaan, iam non itinerandum esset ad aliam regionem: sed solum pugnandum contra hostes: & tamen ad hoc non oportebat sequi nubem, quia Israelita diuidendi erant in multas partes, quidam ituri ad bellum, alii mansuri in castris: sicut factum est. Ad bellum autem magis est motus uoluntarius sequendo hostes, quam expestando nubem: ideo iam non oportebat esse nubem dirigentem, immo non conueniret nubem ad directionem. Et ideo antequam transiret Israelita iordanem, cum in prima uice mouit Iosue castra, ceperunt habere arcam tanquam directricem, quæ præcedebat eos: sic dicitur infra tertio capitulo scilicet quando uideritis arcam Dei uestri, & sacerdotes portantem eam, vos quoque confurgite, & sequimini: & ita non habebant nubem dirigentem, cum poneretur arca ad dirigendum.

Item patet hoc magis, quia infra tertio capitulo dicitur, sitque inter uos, & arcam spatium cubitorum duum millium, ut possitis procul uidere, & nosse, per quam uiam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam: & ita apparet, quod arca sola dirigebat eos, quia innuitur, quod si non uiderent arcam, nescirent, per quam uiam ituri essent, & tamen si nubes præcederet eos sicut solitum erat, etiam si non præcederet arca, scirent uiam, & adhuc manifestius, quam si arca præcederet, quia a pluribus poterat uideri nubes, quam arca, eo quod illa erat eleuata in sublime, Arca uero portabatur ab hominibus ambulantibus per uiam super humeros suos. Ergo non præcedebat columna nubis, & sicut tunc non præcessit, ita neque postea unquam, quia iam non erat conueniens directio eius. Et ideo dicendum est, falsum esse id quod præsupponit historia scholastica scilicet, quod Iosue nesciebat, quando futurus erat transitus iordanis, quia nesciebat, quando eleuaretur nubes.

Quod esset inconueniens magnum, si diceretur, quod Iosue errasset in illa præconizatione transitus Iordanis. Quæst. LIII.

Ideo redeundo ad propositum, dicendum, quod uera fuerunt uerba Iosue, & non errauit. Et cum obicitur, quod non fuit transitus post tertium diem, & quod errauerit.

Respondendum uidetur, quod Iosue non errauerit in hoc præcepto præconizando, sed post dies tres post factum præconium iordanem transiit totus populus. & inducitur non esse uerisimile, quod errauerit, quia hoc erat in principio ducatus sui, nullum enim præceptum ante hoc tribuerat, quo concessio in primo præcepto errauisset, Deus tamen promiserat, quod non dimitteret eum, ut patet supra cum dicitur, ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus, noli metueri, & noli timere, quoniam tecum est dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris: & tamen si Iosue errasset in primo præcepto, uideretur Deus maxime eum dereliquisse, quia ad primordia magis, quam ad sequentia respicitur, & multum contemptibilis coram populo apparisset. Ergo non est rationabiliter dictum, quod errauerit in hoc præcepto.

Alph. Toft. super Iosue.

Obiectio, tacita, scilicet Histo. Schola. contra prædicta.

Quæst. LIII.

Ad hoc aliquis respondebit dicens, quod Iosue errauerit, & hoc non obstat, quia Deus nunquam relictus erat Iosue quando ipse obseruauerit legem Moysi: ut patet supra, sed ipse non obseruauit eam cum egerit ductus humano consilio, ergo Deus rationabiliter eum in hac parte relinquere potuit. Patet antecedens, quod intelligatur hoc, quando Iosue obseruaret legem Dei, nam dicitur supra, confortare, & esto robustus, ut custodias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus, non declines ad dexteram neque ad sinistram, ut intelligas cuncta, quæ agis, & postea sequitur, tunc diriges uiam tuam, & intelliges eam. Ex quo innuitur, quod Iosue non sequeretur legem Moysi non dirigeret uiam suam, sed nunc non secutus fuit uiam legis Moysi: ut isti referunt, ergo non prosperauit uiam suam, quod probant quia iusserat Deus, ut quando aliquid acturus esset Iosue, consuleret dominum pro eo Eleazar, ut habetur Numeri uigesimo septimo, & hic non consuluit, ergo non tenuit legem Moysi.

Ad hoc respondetur, quod isti non probant, quod intendunt, nam si Iosue non fuisset secutus legem Moysi in hoc præcepto præconizando: satis erat uerisimile, quod Deus eum dereliquisset in hoc, non tamen probant isti, quod non secutus fuerit hic Iosue legem Moysi, sed solum hoc dicunt scilicet, quod non egerit ex consilio Dei, non tenet ergo ratio sua, potissime, quia constat contrarium scilicet, quod fecerit Iosue hoc ex Dei consilio, & mandato, nam supra in principio capituli ponitur, quod apparuerit Deus Iosue, & post hoc Iosue fecit præconizari, quod transiret iordanem post tres dies, ergo uidetur rationabiliter dictum, quod Deus ei hoc præconizauerit potissime, quia dixit ei Deus, surge, & transi iordanem istum, tu, & omnis populus tecum, quamquam non fuerit ibi positum tempus, quando transiituri erant, uidetur quod Deus illud Iosue prædixit ex quo mandauit, quod transiret, sed non fuit expressum, quia sacra scriptura breuiloqua est, & non facit frequentes repetitiones nisi causa substat, potissime, quia hic subiungendum erat de termino, & sic sepe ibi poneretur.

Et cum obicitur, quod non consuluit hic Iosue dominum per Eleazar. Respondendum non fuisse conueniens, quia Deus uenit ad loquendum Iosue nondum quærenti, si autem Deus non loqueretur, fuisset conueniens, ut Iosue consuleret dñm.

An decuerit, quod Deus permisisset Iosue in prima præconizatione sua mentiri, & quod postea in alijs uerum diceret. Quæst. LV.

Ad huc autem dicendum est, quod quamquam Iosue errasset, hic aequaliter a lege domini non consulens dominum in agendis, tamen Deus non permisisset eum errare in primo præcepto suo, quia error Iosue non solum esset ad ignominiam eius, & afflictionem, sed etiam ad populi desolationem. Nam si uiderent, quod Iosue in primo actu ducatus sui errare inciperet, conseruarentur mente, & non audent transire iordanem: totum namque bonum eorum erat in hoc quod Deus prosperaret actus ducis sui, nam non solum ipsi Iosue promissit dominus, quod prosperaret actus eius, sed etiam Israelitis hoc idem dixit de dñm.

D 2 cc

Deus non consuevit facere miraculum sine necessitate.

ce suo, & in hoc admonuit eos confortari debere, vt patet Deuteronomio trigesimo primo scilicet locutus est Moyses ad uniuersum Israel, dominus Deus transibit ante te, & ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante sicut locutus est dominus. ne ergo populus magno concuteretur timore, atque in desperationem caderet, non permitteret Deus Iosue qd erraret in isto primo actu ducatus sui, nam ex hoc crederet populus, qd non erat in eo spiritus Dei cum erraret. Deus tamen perhibuerat testimoniū, qd in eo esset spiritus Dei: ut patet Numeri 27.

Item hoc repugnat intentioni Dei volentis eum exaltare, vt coram toto populo admirabilis, & reuerendus appareret, & eum hostes timerent: ut patet infra tertio capitulo cum dicitur. Hodie incipiam te exaltare coram omni Israel, ut sciant, quod sicut cum Moysē fui, ita sum tecum, si tamen in primo mō dato erraret, non esset exaltatus coram toto populo, sed magis ignominiosus, ergo non errauit: sed ut ipse dixit, ita factum est, ut post tres dies transirent Iordanem.

Quomodo intelligitur, quod Israelita post dies tres transierunt Iordanem, secundum duplicem textum expositionem aliquorum. Quæst. LVI.

QUOMODO autem præceptum istud Iosue stare possit: aduertendum est, quod quidam volunt istam litteram intelligere per modum apparationis, & non per modum prenunciationis. Ita qd nō sit sensus, ego annuncio vobis, quod post tres dies transibitis Iordanem: sed sit intentio, parate vobis cibaria ad hoc, quod transeamus Iordanem post tres dies, & tunc non asserit, quod post tres dies Iordanem transibunt: sed quod est intentio sua, ut transeant Iordanem post tres dies, & tunc non est verum neque falsum: quia veritas, & falsitas est solum in his, quæ indicatiue proferuntur, quæ vero ad optantem aut imperantem pertinent, nec vera nec falsa sunt.

Sed hoc non multum conuenit litteræ. nam ad hoc deberet dici: præparate vobis cibaria, ut post diem tertium transeamus Iordanem, vel ad transeundum: sed ponitur magis per modum indicantis, sicut transibitis Iordanem.

Item magis adhuc patet, quia ponitur ibi, quoniam post diem tertium transibitis: & illa dicitio est redditiua causæ, cum ergo transitus Iordanis ponatur hic tanquam causa, necesse est, ut ponatur per modum indicantis: quia coniunctio causalis non conuenit nisi indicatiuo: ideo necesse est vti ista propositio verum vel falsum significet.

Item adhuc uidetur, quod ad istum tertium diem veritas huius litteræ referenda sit, quia infra tertio capitulo dicitur quod post tres dies fecit Iosue: ut arca domini & totus populus transiret Iordanem, & sic sicut de tribus diebus enunciatur fuit, ita ibi completum est.

Alio modo potest secundum quosdam exponi littera ista scilicet, quod ista limitatio post tertium diem non referatur ad istud uerbum transibitis, sed ad uerbum parate scilicet, quod sit sensus parate vobis cibaria in his tribus diebus sequentibus, quia transitori estis Iordanem, & tunc siue transirent post tres dies siue post viginti, non erat falsitas, vlla in dicto Iosue.

Ad hoc dicendum est, quod stare nequit, quia hic sunt duæ clausule distinctæ: & ista determinatio post tertium diem ponitur in secunda: & nullo modo potest pertinere ad primam.

F Item quoniam si deberet esse iste sensus, non diceretur post tertium diem, sed ad tertium diem: scilicet, quod in illis tribus diebus sequentibus pararent cibaria: sed non potest stare, quia ista dicitio post, facit vt actus quem determinat cum suo casuali non sit immediate, & sic esset sensus, quod iudei non deberent parare cibaria immediate, sed post tres dies parare deberent incipere: quod nequaquam conuenit. Ideo debet ista determinatio temporalis referri ad illud uerbum transibitis: & tunc conuenit.

Item non stat iste sensus, quia ponitur hic quoniam nam si non poneretur hic quoniam: posset littera sic punctuari. *Præparate vobis cibaria post tertium diem.* & tunc sequatur *transibitis Iordanem* tanquam alia clausula, sed quia mediat ibi quoniam necesse est ut referatur ista limitatio temporalis ad uerbum sequens scilicet transibitis Iordanem post tertium diem, non potest igitur ulla harum expositionum consistere.

Vera expositio auctoris, super sensu prædicto, saluando uerba textus, vt iacent, & sonant. Quæst. LVII.

ALITER dicendum est scilicet, quod uere Iosue locutus fuerit asserendo, quod Israelitæ transirent Iordanem post tres dies: & sic factum fuerit quod a die, qua istud mandatum præconizatum est, usque ad transitum Iordanis tres dies effluerint, & hoc uidetur innui infra tertio capitulo cum dicitur, quod recedentes de Sethim posuerunt castra apud Iordanem, & ibi morati sunt diebus tribus, & postea transierunt. Argumentum autem factum militat ex ordine litteræ scilicet, quod prius factum fuit istud mandatum, quam mitterentur exploratores, & ipsi morati sunt per quattuor aut quinque dies saltem eundo, & redeundo, & stando, & post hoc fuerunt tres dies quibus manserunt Israelitæ apud fluentia Iordanis, & sic non fuit transitus post dies tres a præconizato præcepto.

Dicendum est non procedere argumentum, ut supra dictum est, quia hic est anticipatio, & consequenter permutatio ordinis, sicut frequentissime fit in sacra scriptura. Ita quod quamquam ponatur hic istud præceptum datum, & præconizatum, & postea sequatur de missione exploratorum, tamen missio exploratorum fuit ante præconizationem huius mandati, & tunc non stat argumentum.

Est autem ordo in hoc. primo, quod apparuerit Deus Iosue, & locutus fuerit, ut transiret Iordanem, ut patet in principio. Et forte ibi dixit ei quod mitteret exploratores, quamquam scriptura non enarrat quoniam multa subicit sacra scriptura de his quæ gesta sunt, maxime quando ex aliis intelligi possunt: & sic est hic, quia non erat verisimile, quod auderet Iosue mittere exploratores non dicente domino. Præsertim cum prius quando misit eos Moyses de Cadesbarne, in malum recesserint facientes populum murmurare, ut patet Numeri decimotertio, & decimoquarto, & Deuteronomio primo. Auditis autem uerbis Dei misit duos exploratores, ut patet sequenti capitulo, & isti manserunt quattuor vel quinque diebus aut pluribus eundo, & redeundo, & stando: & in hoc non differt an pluribus, uel paucis diebus morati fuerint: cum uero redierunt in castra nunciauerunt Iosue ea, quæ uiderant, & eadem die mandauit Iosue, ut præconizaretur per castra, qd pararent cibaria qd transirent Iordanem post dies tres, eademque die Iosue mouit castra de Sethim, & posuit ea super ripam Iordanis, & manserunt ibi tribus

bus diebus. Post diem autem tertium scilicet in quatuor transierunt Iordanem, ut patet infra tertio, & quarto capitulo, & sic uerum est, quod post diem tertium a præconizatione mandati huius transierunt Iordanem sicut Iosue prædixerat, & nihil sefellit, nec præter diuinum consilium egit. tota autem ambiguitatis ratio in anticipationem ortum habet.

Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, ait. Meinentote sermonis quem præcepit uobis Moyses famulus domini dicens. Dominus Deus uester dedit uobis requiem, & omnem terram. Vxores uestræ, & filij uestri, ac iumenta manebunt in terra, quam tradidit uobis Moyses trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres uestros omnes fortes manu, & pugna te pro eis: donec det dominus requiem fratribus uestris, sicut & uobis dedit: & possideat ipsi quoque terram, quam dominus Deus uester daturus est eis: & sic reuertemini in terram possessionis uestræ: & habitabitis in ea, quam uobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntque ad Iosue, atque dixerunt: Omnia quæ præcepisti nobis faciemus, & quocumque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus, & tibi: tantum sit Dominus tecum sicut fuit cum Moysē.

Qui contradixerit ori tuo, & non obediuerit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantum confortare, & uiriliter age.

Rubenitis. Hæc duæ tribus, & dimidia acceperant sortem ante Iordanis transitum, & pactum fecerant cum reliquo Israel, ut adiutarent eos quousque acciperent terram quam possessuri erant: alioquin perderent terram, quam recipiebant, ut patet Numeri 32. ideo ad has duas tribus, & dimidiam fuit specialiter hic locutus Iosue.

Quare tribus Manasse non mansit integra sicut ceteræ, sed una medietas accepit possessionem trans Iordanem, alia citra. Et an ea fuerit maior ceteris. Quæst. LVIII.

QUARET aliquis quare tribus Manasse diuisa est, ut medietas eius acciperet possessionem ante Iordanem, & reliqua medietas ultra Iordanem, cum magis uideretur, qd deberet tribus integra esse, sicut omnes aliæ tribus permanebant.

Ad hoc aliquis respondebit hoc factum esse, quia tribus Manasse erat maior, quam tribus alia: ideo nō debuit unam sortem accipere sed duas: & sic medietas eius accepit hæreditatem ante Iordanem, & medietas ultra Iordanem.

Sed dicendum est rationem istam stare non posse quia errat in duobus. Primo, quia falsum dicit. Secundo, quia inconuenienter concludit.

Alph. Toft. super Iosue.

Primo quippe falsum est populosiores fuisse tribum Manasse aliis tribubus. nam antequam aliqui nascerentur in his tribubus, prophetatum fuerat de tribu Manasse qd esset minor tribu Ephraim, sic patet Gen. 48. cui dicitur in benedictione Iacob. scio quiddam filii mi, scio. & iste quidem erit in populos, sed frater eius iunior maior illo erit, & crescet in gentes: & sic dixit ibi tribum Ephraim futuram esse maiorem tribu Manasse. Idem signauit Moyses in benedictione, qua benedixit filiis Israel cum morituros esset, ut patet Deu. 33. dicens: hæc sunt multitudines Ephraim: hæc millia Manasse. posuit enim multitudines, p Ephraim sine numero ad signandum maiorem: in Manasse numerum posuit, dicens millia.

Item patet qd non fuerat tribus Manasse maior, qd clare inducitur ex numerationib. factis in deserto per Moysen, in quibus computabantur omnia capita domorum. Et sunt duæ computationes. prima hinc Numeri 1. c. & in hac recensiti sunt oēs potentes ad bellum a 20. annis, & s. usq; ad 60. sed tunc non fuit maior tribus Manasse alius, quin potius e contra nulla fuit minor, ut patet ibidem. quia I tribu Manasse fuerunt 32. millia, & ducenti uiri. sed in qualibet aliapm tribu fuerunt plures. In tribu Ruben quadraginta sex millia quingenti. In tribu Simeon. quinquaginta nouem millia trecenti. In tribu Gad quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta. In tribu Iuda, septuaginta quattuor millia sexcenti. In tribu Issachar, quinquaginta quattuor millia, & quadringenti. In tribu Zabulon, quinquaginta quattuor millia quadringenti. In tribu Ephraim quadraginta millia quingenti. De tribu Benjamin triginta quinq; millia quadringenti. In tribu Dan sexaginta duo millia septingenti: in tribu Aser. quadraginta millia, & mille, & quingenti. In tribu Nephthalim quinquaginta tria millia, & quadringenti. Ecce igitur qd in hac tota computatione non fuit aliqua tribus paucioris numeri, quam tribus Manasse. Alia numeratio fuit facta anno. 40. ab exitu de Aegypto postquam mortui sunt oēs, qui murmurauerant, de hac hinc Numeri 26. & fuit cum ingressuri forent Israelitæ in terram trans Iordanem, in hac computatione non fuit tribus Manasse minor omnib. nec tñ fuit maior, sed quædam fuerunt maiores. s. quinq; trib. qd patet: quia in tribu Manasse inuenta sunt quinquaginta duo millia septingenti, ut patet e. c. sed trib. Iuda. habuit septuaginta millia quingentos. Trib. Issachar habuit sexaginta quattuor millia trecentos. Tribus Zabulon habuit sexaginta millia quingentos. Tribus Dan habuit sexaginta quattuor millia quadringentos. Tribus Aser habuit quinquaginta tria millia quadringentos: ut patet eo. c. Patet igitur, quod nequaquam debuit tribus Manasse magis diuidi, quam quæcumque de aliis tribubus, sed poterat accipere sortem unam.

Secundo errant isti, quia non bene concludunt. nā dato quod tribus Manasse ceteris maior foret, non rāmen ex hoc inferunt, quod deberet diuidi in duas sortes. hoc enim fortassis haberet colorem, si omnes distributiones sortium æquales essent: & ista tribus si maior esset, deberet diuidi, ut acciperet quantum ei conueniens foret. Sed falsum est: non enim erant sortes æquales, sed maiori tribui dabatur maior fors, & minori minor fors, ut patet Numeri 26. capitulo cū dicitur istis diuidetur terra iuxta numerum uocabulorum in possessiones suas: pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem.

Item patet hoc, quia tribus Iuda erat ualde magna: ideo data est ei grandis fors. tribus autem Simeon erat parua, ideo non accepit distinctam sortem, sed locata est in medio tribus Iuda: ut patet infra 19. cum dicitur: & egressa est fors secunda filiorum Simeon per

D 3 cognationes

cognationes suas: fuitque hereditas eorum in medio possessionis filiorum Iuda. Et postea subditur ibidem causa huius cum dicitur hæc est hereditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas, in funiculo. & possessio ne filiorum Iuda, quia maior erat: ideo possederunt filij Simeon in medio eius. Cum ergo semper tribus Iuda fuerit maior tribu Manasse, & illa non diuisa est: poterat non diuidi tribus Manasse.

Conueniens erat diuidi unam de tribubus in duas partes, & quare magis fuit conueniens in Manasse, quam in alijs.
Quæst. LIX.

ALITER ergo respondendum est ad prædicta, & hoc dupliciter. Vno modo, quod diuisa fuerit tribus Manasse, quia magis conueniebat ei diuidi, quam cuiquam alteri, eo quod consonabat tribus Ruben, & Gad magis, quam ceteræ tribus. nam tribus Ruben, & Gad ideo uoluerunt accipere possessionem ante Iordanem, quia terra illa magis pacualis erat: ipsi uero multa pecora habebant, sic patet Numeri 32. capitulo. De dimidia uero tribu Manasse sic erat, quod multa pecora, & iumenta habebant: ideo uoluerunt etiam in terra illa morari.

Alio modo responderi potest, & forte conuenientius scilicet, quod dimidia tribus Manasse acceperit possessionem ante Iordanem, non quia pecora habuerunt, sed quia Moyfès uidit terram illam esse latam nimis, & sufficere pluribus, quam duabus tribubus. Dedit ergo partem eius dimidiæ tribui scilicet Manasse: sed quare magis hoc fecerit in tribu Manasse, quam ceteris ratio non patet.

Fortassis aliquis dicet, quod ideo cepit eam dimidia tribus Manasse, quia princeps huius dimidiæ tribus scilicet Iair de filiis Machir accepit terram istam expulsio Amorrhæo habitatore eius, & nominauit ciuitates, & oppida terre illius de nomine suo scilicet Anoth Iair idest uillas Iair, ut patet Numeri 32. rationabilius ergo fuit ei dari uillas has, quam alteri tribui.

Sed dicendum est non stare responsionem hanc: quia non cepit Iair, uel dimidia tribus Manasse terram hanc de manu hostium prius, quam ei diuideretur in possessionem, sed prius cepit in possessionem, deinde pugnauit, & expulit Amorrhæum habitatorem terre: nam antequam caperet in possessionem, non erat sibi illa specialis cura pugnandi contra habitatores terre illius magis, quam alijs indæis, imo quamquam ipsi acquirere uellent per se terram illam de manu hostium, non permitterent ceteri Israelitæ, quia non pertinebat ad eos specialius ex aliquo iure: sed Moyfès dedit dimidiæ tribui Manasse terram illam, in qua adhuc manebat aliqui Amorrhæi, & Iair princeps huius dimidiæ tribus pugnans expugnauit Amorrhæum habitatorem terre: sic fecerunt omnes alij tribus ultra Iordanem, nam cum diuisa est terra, manebant adhuc in ea quidam de Chananaeis: & singulariter quilibet tribus pugnabat contra eos, qui erant in sorte sua, ut patet infra a capitulo decimo quinto usque ad caputulum 19. inclusiue.

Sed dicendum est, quod tribus dimidia Manasse acceperit terram hanc ante Iordanem, quia forte nulla alia tribus hoc uoluit: & elegit possessionem hanc dimidia tribus Manasse.

Vel forte melius dicendum est, quod multæ tribus hanc partem possessionis uolebant, sed Moyfès forte diremit inter omnes sicut Deus iusserat, & hoc uideatur habere apparentiam infra decimo septimo capitulo cum dicitur, terra autem Galaad cecidit in for-

tem filiorum Manasse, qui reliqui erant, & sic fuit ibi fors: de terra autem aliarum duarum tribuum scilicet Ruben, & Gad constat, quod forte non diuisa sit: sed iste duæ tribus petierunt terram illam alijs non petentibus, ideo concessa est, ut patet Numeri 32. & in hoc alia tribus cedebant iuri fortiendi, quod habebant tu per terram illam, alioquin si alia quoque tribus petiissent terram illam, forte diuidendum foret. De dimidia autem tribu Manasse eodem modo facilliter dici potest.

Quia si obiciatis cecidisse eis in sortem terram hanc Galaad: respondebitur, quod est sensus, quod acceperunt eam in sortem idest in hereditatem: non tamen quod posuerunt sortem, sicut facta sunt postea sortes in alijs tribubus residuis. Quod autem non habuerit dimidia trib. Manasse terram Amorrhæi ante Iordanem propter multitudinem pecorum, & iumentorum, sicut Ruben tribus, & Gad, uidetur induci Numeri 32. capitulo, quia ibi solum fit mentio, quod tribus Ruben, & Gad petierunt terram trans Iordanem in possessionem. & de eis solum dicitur, quod haberent pecora multa, & iumenta. De tribu autem dimidia Manasse omnino subicitur: nec cum eis factum uidetur sedus de transendo Iordanem, sed cum alijs duabus tribubus, sed in fine c. dicitur quomodo Moyfès dedit terram illam dimidiæ tribui Manasse.

An tribus Manasse diuisa fuerit in duas medietates secundum numerum uirorum, uel secundum numerum familiarum.
Quæst. LX.

QUÆRIT amplius aliquis, quomodo trib. Manasse diuisa sit in duas medietates, an per numerum uirorum, uel per familias, scilicet quod familiae quaedam tribus Manasse acceperint possessionem ante Iordanem, & alie post. Et dicendum est, quod non diuisa sit tribus Manasse in duas medietates æquales per capita uirorum, sed solum facta fuit diuisio per familias. nam in tribu Manasse fuerunt familiae scilicet familia Machiritarum, Galaditarum, Jezeritarum, Elechitarum, Afrieltitarum, Sechimitarum, Semidaitarum, Epheritarum, ut patet Numeri, 26. capitulo. Alique autem harum familiarum acceperunt terram Galaad ante Iordanem: alie autem acceperunt terram post Iordanem, & non fiat conuenienter dictum, quod diuideretur tribus ista in partes æquales per capita uirorum, quia tunc non solum diuideretur tribus, sed etiam familiae: & hoc non est conueniens, quia cuilibet familiae datur specialis possessio in sortem cuiuslibet tribus.

Memento sermone quem præcepit uobis Moyfès. Idest nunc est tempus, ut recordemini sermonis Moyfi quasi dicat in tempore elapso non erat conueniens memorari sermonis Moyfi, quia nihil conferebat. nunc uero, quia secundum illum tempus operandi uenit, recordari oportet. Fuit autem sermo iste, pactum factum inter Israelitas omnes, & Moyfèn ex parte una, cum duabus tribubus, & dimidia: quamquam de dimidiâ tribu mentio non fiat, & habetur Numero trigesimo secundo scilicet, quod quando tribus Ruben, & Gad petierunt terram ante Iordanem, increpauit eos, ualde Moyfès existimans, quod ipsi recusarent transire Iordanem. Ipsi uero dixerunt, quod uolebant transire Iordanem cum alijs tribubus non redire in possessionem suam, quousque alia tribus pacifice possiderent terram suam: huic pacto consensit Moyfès adiiciens, quod si filij Gad & Ruben transirent Iordanem facientes quod dixerant, darentur eis terra, quam petebant, si uero non completerent, auferretur possessio illa de manu eorum: nunc uero tempus erat explendi:

explendi: ideo admonuit Iosue, quod memorarentur pacti huius. *Moyfès famulus domini.* Hic perhibet Iosue testimonium, quod Moyfès sit famulus Dei, quia Deus primo perhibuerat loquens ad Iosue, ut patet supra in littera.

Dominus Deus uester dedit uobis requiem.

An uerba hæc sint Moyfi, uel Iosue.
Quæst. LXI.

Inter littera aliqui dubitant dicentes esse uerba Moyfi: quia dicitur hic, memento sermone quem præcepit Moyfès dicens. Dominus Deus uester &c. sed non potest stare: quin potius necessarium est dici, esse ista uerba Iosue ad Rubenitas, & Gaditas, quod patet: quia tota ista littera usque ad illam partem. *Responderuntque ad Iosue atque dixerunt:* Est continuata sub eodē contextu, ideo necesse est, ut uel tota ad Moyfèn pertineat, uel tota ad Iosue. Nullatenus enim diuidi potest, sed tota nequit pertinere ad Moyfèn, quod patet, quia cum ista uerba prolata fuissent, Rubenitas, & Gaditas, & dimidia tribus Manasse responderunt ad Iosue, ut patet infra, sed non responderunt ad Iosue, nisi eis loqueretur Iosue, ergo ista sunt uerba Iosue, & non Moyfi.

Item non possunt ista esse uerba Moyfi, quia hic fit mentio de Moyse in tertia persona cum dicitur, & sic reuertimini in terram possessionis uestræ, quam uobis dedit Moyfès famulus domini. hoc autem nullo modo Moyfès se loqueretur, ergo sunt uerba Iosue: & sic dicendum est quod omnia ista uerba ad eum pertinent. Et tunc quoque dicendum est, quod istud participium dicens, non refertur ad Moyfèn: ita ut dicamus, quam præcepit uobis famulus Dei dicens, sed referendum est ad Iosue: & punctabitur sic. Iosue ait, memento sermone quem præcepit Moyfès famulus Dei. & hoc dicens scilicet Iosue, dominus Deus uester &c. quia nam si istud participium dicens, ad Moyfèn referatur, necesse est, ut omnia uerba, quæ sequuntur pertineant ad Moyfèn: quod falsum est, nullum quippe eorum pertinet ad Moyfèn: ut probatum est.

Dominus Deus uester dedit uobis requiem. Scilicet Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse, & hoc quia dederat eis terram possessionis, quam pacifice tenebant, exclusis inde habitatoribus terre: Amorrhæis, nam, & post hoc construxerant isti urbes, & caulas pro pecoribus: & collocauerunt ibi uxores, & filios, & pecora atque iumenta, ut patet Numeri trigesimo secundo capitulo: alia autem tribus nondum habebant requiem, quia adhuc habituræ erant possessionem ultra Iordanem, sed nihil adhuc possidebant quiete, uel litigiose.

Et omnem terram. Idest omnem terram, quam possessuri estis quasi dicat totam terram, quam habituri eratis, habetis, nihilque uobis acquirendum manet, ideo completam habetis quietem. si uero aliquid eis acquirendum maneret, adhuc non haberent plenam quietem. Quod autem non essent amplius habituri de possessione in terra promissionis patet, quia ipsi confessi sunt se recepisse integraliter totam sortem suam, ut patet Numeri trigesimo secundo cum dicitur, non reuertemur in possessiones nostras, usque dum possideant filij Israel hereditatem suam. Nec quicquam querimus trans Iordanem: quoniam iam habemus possessiones nostras in orientali plaga eius.

Uxores uestræ, & filij uestri, ac iumenta manebunt in terra. Dat hic modum Iosue quomodo transire debeant duæ tribus, & dimidia Iordanem scilicet, quod dicitur.

Alph. Tost. super Iosue.

mittant uxores, & filios, & pecora in terra possessionis suæ: ipsi uero duntaxat præcedant ante filios Israel armati, de istis rationabile erat, quod dimitterent uxores, & omnia in terra, quam acceperant: nam isti non erant quicquam ultra Iordanem accepturi, nec ibi moraturi, frustra ergo erat iumentata, & pecora, & uxores illuc transducere, quia ista ad pugnam impeditiua sunt, & nihil profunt. Alij autem de nouem tribubus, & dimidia portauerunt secum uxores suas, & pecora, & quicquid habere potuerunt ultra Iordanem, quia ipsi accepturi erant possessionem suam ultra Iordanem, & ibi moraturi. congruum ergo fuit, quod transducerent illuc uxores suas, & pecora ad manendum.

Item quia non habebant nouem tribus, & dimidia quicquam citra Iordanem, ubi dimitterent uxores, & pecora, quia tota illa terra erat duarum tribuum, & dimidia.

Uxores uestræ, & filij.

Uxores, & senes grandæui duorum tribuum non transferunt Iordanem, & quare.
Quæst. LXII.

Non solum isti manserunt in terra illa, sed etiam uiri, qui erant grandæui, & ultra sexaginta annos, nam isti non procedebant ad bellum, nec computabantur inter alios hi tamen solum procedebant, qui poterant pugnare adiuuando alias tribus. Quod patet, quia dicitur, uos autem transire armati ante fratres uestris, sed transire armatos solum pertinebat ad bellatores, ergo alij, qui non erant ad bellum. i. ultra sexaginta annos non transferunt cum eis Iordanem.

Item, quia dicitur omnes fortes manu, & pugnatæ pro eis: sed manifestum est, quod uiri ultra sexaginta annos, quando iam non computantur inter bellatores, non sunt uiri fortes, ergo non erant isti transiuri cum alijs Iordanem, & sic manserunt omnes fortissime istarum duarum tribuum ante Iordanem, & cum eis omnes pueri, qui nondum compleuerant annum uigesimalium, & omnes senes, qui annum sexagesimum excedebant.

Et iumenta. Idest pecora, quæ sunt ad cibum, & alia animalia, quæ non sunt ad cibum, sed ad ferenda onera, sicut equi, & asini, & camelus, atque huiusmodi, quæ proprie a iuuando iumenta uocata sunt.

Cum sole femina uiderentur manere in terra duorum regum, Amorrhæorum transiuntibus iudeis Iordanem, quomodo posuerunt defensari, & an dici possit quod hoc fuerit modico tempore.
Quæst. LXIII.

QUÆRIT aliquis circa hoc, cum solæ feminae manerent in terra duarum tribuum, & dimidiæ ante Iordanem, quomodo interrim defensari poterat terra illa ab hostibus.

Aliquis forte respondebit modicum fuisse tempus, quo manserunt feminae solæ in terra illa: nam cito ad illas uiri sui redierunt, ideo potuit satis conseruari terra illa, quod eam hostes non inuaderent nec occuparent.

Sed hic est duplex error. Primus, quia falsum dicitur. Secundus, quia non conuenienter responderetur.

Primus patet, quia duæ tribus, & dimidia manserunt cum alijs nouem tribubus, & dimidia, donec acceperunt terram de manu hostium, & eam diuiserunt, atque sortiti sunt, & pacifice possederunt. hoc autem fuit magnum tempus, quod patet infra uigesimo secundo

D 4 c.cum

Determinatio auctoris duplex.

e. cum dicitur, eodem tempore uocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, dixitque ad eos: fecistis omnia, quae praecepit uobis Moyses famulus domini. Mihi quoque in omnibus obedistis, nec reliquistis fratres uestros longo tempore usque in praesentem diem, & sequitur, reuertimini in tabernacula uestra, & in terram possessionis uestrae. Non potest ergo dici modicum fuisse tempus absentiae uitorum mulieribus manentibus ante Iordanem; ita ut locus non esset hostibus occupandi terram.

Secundo isti errant, quia non conuenienter respondent. dato enim quod modicum fuisse tempus quo manserunt solae uxores uiuorum de his duabus tribubus, & dimidia: tamen in illo paruo tempore poterant hostes occupare terram illam, nam tota terra in circuitu erat hostilis, mox igitur ut hostes sentirent recessisse uiros relictis mulieribus, irruerunt super eas, & iumenta, occupantes totam terram, non ergo stat rationabiliter modus iste positus.

Secunda opinio aliorum. Et an transeuntibus Israelitis Iordanem manserit tota circumstantis terra sine hostibus ita, quod nullus possit inuadere res iudeorum relictas.
Quaest. LXIII.

ALITER uidetur aliter respondendum. si quod non manebant hostes illi qui possent irruere super mulieres, & pecora ad occupandam terram, quia totus Israel deleuerat duos reges habitatores terre illius. scilicet Seho, & Og cum populis suis ut patet Numeri. 21. & Deut. 2. & 3. c. remanserunt autem pauci de Amorrhais in terra, quae proueniebat dimidiae tribui Manasse, & illos expulit Iayr de filiis Manasse princeps in familia illa, & occupauit terram illorum, ut patet Numeri. trentesimo secundo capitulo. non ergo poterant hostes ulli insurgere ad occupandam terram hanc.

Respondendum est non posse hoc stare, nam dato quod hostes qui habitauerant in terra deleti forent, sed illi, qui morabantur in confinibus terrae illius, quam occupauerant iudaei, non erant deleti. nam iudaei non pugnauerunt contra ullam gentem, nisi contra eam cuius terram accipere uiderent, praeterquam contra Madianitas, quia hostiliter se habuerant contra eos. de hoc Numeri. 31. capitulo. manebant ergo omnes gentes non expugnatae, quae erant in confinibus terrae regum Amorrhaeorum, De Moabitibus patet Numeri 21. capitulo ubi dicitur quod Arnon terminus est Moab diuidens Moabitas, & Amorrhaeos. de omnibus his gentibus simul habetur Deuteronomio secundo ubi dicitur quod cum ingressuri essent Israelitae terram Amorrhaeorum regum: accesserunt ad confinia Idumaeorum, & Moabitarum, & Ammonitarum, & iussit ne contra eos mouerentur in bellum. ergo adhuc manebant hostes coniuncti terrae in qua manebant uxores iudeorum qui possent occupare terram illam, quod patet: nam etiam ista mansio in qua nunc erant scilicet Sethim, uel Bessethim, dicebatur esse in campibus Moab. ut patet Numeri trentesimo tertio capitulo. leuissime ergo poterant Moabitae incurrere super hostes, & iumenta relictas, & occupare terram.

Ad hoc aliquis respondebit, quod Moabitae forte erant amici iudeorum, & non mouerentur contra eorum terram, sicut nec ipsi Israelitae uoluerunt pugnare contra eos iubente domino contra eos non moueri: de hoc Deut. 2. c.

Sed hoc non stat quin potius Moabitae erant hostes & emuli iudeorum, & noluerunt eis occurrere cum pane, & aqua, ut patet Deuteronomio 23. & conduxerunt contra eos Balaam ariolum, ut malediceret eis

atque morerentur, ut patet Numeri vigesimo secundo & Deuteronomij vigesimo tertio capitulis, si ergo possent mouerentur contra eos ad occupandam terram eorum, potissime cum pars quaedam terrae occupata: nunc a iudeis de manibus regis Seho, fuisset quodam pertinet ad regnum Moab: & rex Sehon accepit in bello eam de manu regis Moab. ut patet Numeri vigesimo primo capitulo: cum dicitur. uerba Efebon fuit regis Sehon Amorrhaei, qui pugnauit contra Moab regem, & tulit omnem terram, quae ditionis illius fuerat usque Arnon. Cum ergo non potuissent recuperare terram suam de manu regis Sehon, forte uellent eam nunc recuperare de manu iudeorum, qui successerant in ea, & uidebantur eodem modo detentatores. data autem nunc opportunitate, melius erat sibi eam accipere quam aliam, potissime cum post multa tempora post trecentos annos, & plures rex Ammon, & Moab petierunt terram hanc ab Israelitis, cum esset iudex in Israel Iept Galadites, ut patet Iudi. 11. cap. & ipse respondit multiplice ratione. ad ultimum: & si caetera non obstarent, defendit se longissima praescriptione, scilicet, trecentorum annorum, & sic pugnatu est. Nunc ergo, quia nouiter accepta fuerat terra: maioris colorem habebant Moabitae, & Ammonitae irruendi super uxores iudeorum, & occupandi terram ab eis susceptam de manu Sehon regis, quae quodam fuerat Moabitarum, non ergo potest stare ista responsio.

Tertia opinio aliorum ad questionem, Et an in terra praedicta manserint aliqui uiri ad defendendam eam.
Quaest. LXV.

ALITER quidam respondere conantur dicere, quod in terra duarum tribuum, & dimidiae manserunt uiri aliqui bellatores, qui eam ab incurstantibus hostibus tuerentur, caeteri autem perrexerunt transeuntes Iordanem cum reliquis Israelitis.

Sed dicendum est hoc non posse stare. nam non proficiebat paucos de his duabus tribubus, & dimidia manere in terra suscepta, caeteris transeuntibus Iordanem, quia terra illa duorum regum Amorrhaeorum magna erat, & spatiosa satis, ita ut uix duae tribus, & dimidia ibi manentes possent eam ab hostibus defendere, quanto magis pauci de eis.

Item non potest hoc stare, scilicet, quod aliqui de uiris bellatoribus harum duarum tribuum & dimidiae manserint ad tuendum terram, nam hic iubet Iosue, quod omnes de his tribubus, qui ad arma uiri fortes sunt, transeant Iordanem dicens. uos transire armati ante fratres uestros omnes fortes manu. nullus ergo de fortibus ad pugnam mansit quin transiret Iordanem. Nec obstat si dicas, quod quamquam sic Iosue Iosue: tamen non sic factum est: nam Iosue restatur, quod in omnibus ei obedierint: ut patet infra vigesimo secundo capitulo. scilicet fecistis omnia, quae praecepit uobis Moyses famulus Domini: mihi quae in omnibus obedistis: & ipsimet immediate, ut ista eis mandauit, Iosue dixerunt se per omnia obdituros, ut patet immediate in litera, quod si in aliquo quantum ad hoc reculerent mandatum Iosue, cogentur dimittere terram duorum regum Amorrhaeorum, quam acceperant: talis quippe inter eos, & reliquum Israel conditio interuenerat, ut patet Numeri. trigesimo secundo cap.

Aliquis autem aliter respondebit, quod alii qui manebant in terra illa ante annum vigesimum nondum attingentes, & excedentes sexagesimum, eam ab hostibus defendarent: hi quippe non transierunt Iordanem.

Ad

Ad hoc respondetur, quod non habet ullam apparentiam: nam omnes qui ad bellum fortes erant, transierunt Iordanem, ut patet hic. Reliqui uero manentes ad defendendam terram prorsus erant inutiles: ideo quippe non transierunt Iordanem, quia ad bellum inepti erant.

Quinta opinio aliorum satis apparet. Et quod nullus uir bellator manserit ad defensionem illius terra.
Quaest. LXVI.

DICENDUM igitur uidetur quibusdam, quod in terra illa duarum tribuum, & dimidiae non mansit uir uir de bellatoribus, transeuntibus omnibus cum Iosue Iordanem: nec erant qui posset terram tueri ab incurstantibus hostibus si eam expugnare tentarent, sed reliquerunt eam soli diuinae protectioni, quamquam hostes uidebantur sonare, eo fidebant enim Iudei, quod Deus comprimeret omnes hostes eorum qui in circuitu habitabant, nec auderet qui spem eorum infingere ad occupandam terram eorum quamquam solitaria maneret. sic enim promiserat Deus Iudeis, quando essent in terra promissionis, iubens quod ascenderent ter quolibet anno in locum sanctuarium omnes masculi, promittens quod nullus hostium tunc inuaderet terram eorum, & sic fiebat, ut patet Exod. 34. c. cum dicitur: cum enim tu uideris a facie tua, & dilataueris terminos tuos, nullus insidiabitur terrae tuae ascendente te, & comparente in conspectu domini Dei tui in anno. Ita autem Iudei de duabus tribubus, & dimidia, confidebant sibi euenturum esse in hoc tempore, cum ex mandato Moysi transiret Iordanem ad adiuuandum fratres suos. Et credendum est, quod modus fuerit. scilicet Moyses dederit his certam fiduciam de Deo, quod comprimeret hostes incutiens eis timorem, ne auderent insurgere contra terram, quae tunc quasi solitaria erat, uel distrahebant eos ab his dando eis in corde, ut alia facerent. De primo patet exemplum in Iacob, & filiis eius, nam cum filii Iacob dolose occidissent Sichimitas manentes, uel iacentes inermes 3. die ex dolore circuncisionis, ut patet Gen. 34. c. congregati sunt omnes habitatores terrae illius pariter, ut decernerent Iacob, & domum eius, Deus tamen incussit timorem omnibus eis, & non ausi sunt persequi Iacob, & filios eius recedentes, ut patet Gen. 35. cap. De secundo patet exemplum, scilicet quod Deus distraheret corda hostium ne desiderarent ascendere ad occupandam terram iudeorum, uel dato, quod desiderarent, occupabat Deus circa alia, ita ut non vacaret eis ascendere ad terram iudeorum, sicut factum est in rege Senacherib qui ueniebat deleturus Hierosolymam, Deus tamen peruertit cor eius, quia fecit venire nuncios ad eum, quod rex Aethiopiae ueniebat in pugnam contra eum, & reuersus est, nec uenit in Hierusalem, ut patet 4. Regum 19. c. cum dicitur. haec dicit dominus noli metuere a facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerunt ueri regis Assyriorum me. Ecce ego mittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam, & deiciam eum gladio in terra sua, Et postea sequitur ibidem quomodo uenerunt nuncios ad Senacherib, quod Tharthas rex Aethiopiae exierat contra eum in pugnam, & reuersus est, nec uenit in Hierusalem. Aliquo modo ergo istorum Deus fecit toto hoc tempore quo mansit solitaria terra illarum duarum tribuum, & dimidiae solis mulieribus ibi manentibus, uiris euntibus in bellum. De hoc autem confidebant Iudaei Deum firmiter facturum. ideo transierunt intrepidus Iordanem relictis vxoribus, filiis, pecoribus, & iumentis. Hoc satis uerisimile erat ex similibus: constat tamen, quod non fuit factum sic, quia de duabus

tribubus, & dimidia soli 40. millia uirorum transierunt Iordanem, ut patet infra 4. constat tamen, quod plures erant, quam 80. millia uirorum in his duabus tribubus & dimidia: immo plus quam centum millia computando summam eorum Num. 23. in ultima computatione. & quamquam dicatur hic, quod omnis uir fortis transiret Iordanem, quia tamen Iosue uidit sufficere 40. millia, reliquit caeteros ad defensionem terrae illius, & isti erant multi.

Determinatio auctoris.

De his Iosue dicit infra 4. cap. 20.

Quomodo toto tempore quo Israelitae manserunt trans Iordanem pugnando, potuerunt habere cibos faminae relictas citra Iordanem.
Quaest. LXVII.

QVAERET adhuc aliquis de toto hoc tempore quo manserunt feminae in terra harum duarum tribuum, & dimidiae solitariae, unde cibum habebant. Cuiusquam responsio debet, quod comederunt de his quae manserant recondita in promptuariis hostium: nam cum illa terra duorum regum Amorrhaeorum capta esset, non fuerunt multa bella, sed quilibet illorum duorum Regum uinculo bello cum populo suo deletus est, ut patet Numeri. 21. c. Deuteronomio. 2. & 3. cap. manserunt ergo multa pertinentia ad cibos, quae non fuerant consumpta, & haec ipsi recondita tenebant pro expensis annalibus. de his autem alimentari poterant, donec redirent uiri de bello. Sed dicendum est, hoc stare non posse. nam ea quae tenebant recondita Amorrhaei in cibis pro alimento anni ipsius, exercitus iudeorum breui tempore deuorasset, quia erant hebraei in magna ualde multitudine. scilicet plures, quam septingenti mille uiri bellatores, praeter minores anno vigesimo, & maiores sexagesimo, & feminas, & Aegyptios ascendentes cum eis, qui erant infinitae multitudinis, ut patet Exod. 12. cap. ita ut omnes simul essent plusquam ter mille millia hominum: ita ut inexcogitabilis ciborum copia breuiter ab eis consumeretur, sic conquirebatur Moyses cum Israelitae petierunt ab eo carnes, ut patet Numeri. 11. c. cum dicitur. Nunquid ouium, & bouum multitudo cadetur, ut possit sufficere ad cibum, uel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satiet? isti ergo in breui tempore deuorare poterant omnia, quae paraauerant Amorrhaei pro anno illo, potissime quia manserunt in terra illa aliquanto tempore. scilicet uiri harum duarum tribuum, & dimidiae extruxerunt oppida vxoribus, & filiis suis, & caulas pecoribus, ut patet Numeri. 32. & postea Moyses recitauit totum Deuteronomium manens in terra illa, ut patet Deuteronomio. 3. c. & postea mortuus est in terra eadem, & manserunt ibidem Israelitae plangentes eum diebus 30. ut patet Deuteronomio. 34. & nunc consumato hoc tempore inde recedebant, & sic in hoc tempore poterant deuorare ea, quae mansissent recondita in cellariis & promptuariis Amorrhaeorum pro quotidiano victu. Item patet hoc maxime, quia hoc erat in fine anni circa tempus nouarum frugum, & hoc tempore deficere solent translati anni fruges, ut patet in omnibus terris. Quod autem hoc tempus esset, apparet, quia Israelitae transierunt Iordanem die decima mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, ut patet infra 4. cap. & post dies quinque comederunt de frugibus nouis anni illius polentam, & azymam: ut patet infra 5. c. Erat igitur finis anni quando reliquerunt uiri duarum tribuum & dimidiae uxores suas ante Iordanem transitum, & sic non possent habere alimenta de residuis reconditis ab Amorrhaeis. Item dato quod multa manerent de reconditis quae hebraeorum exercitus ibidem commoratus diu non deuorasset, tamen non sufficissent ad cibum uirorum

Numerus Iudeorum in ingressu terrae promissionis, & adhuc plures erant in egressu de Aegypto.

virorum, & mulierum manentium in terra illa, & filiorum, & filiarum, atque veterum: quia mansio virorum ultra Iordanem fuit per plures annos. Aliqui enim dicunt hos fuisse 14. sicut historia scholastica assererat, & alij historiographi, quidquid autem sit, dicitur fuisse longam tempus, ut patet infra. 22. c. & sic non sufficerent eis in toto hoc tempore; aliter ergo eis providendum erat.

Secunda responsio aliorum, ad idem quesitum. Quæst. LXXIII.

ALII forte respondebunt, quod toto tempore quo manserunt feminæ solitariae in terra illa cum viris in bellum, pluit manna de caelo ad saturitatem, sicut pluerat in deserto, & indealebantur. Sed hoc non convenienter dicitur, nam si hoc tempore pluisset manna, pluribus, quam 40. annis: immo pluribus quam, 50. pluisset manna, scriptura tamen Ios. 40. annis manna de caelo descendisse assererat: ut patet Deuteronom. 8. & 29. cap. ergo non potest dici, quod manna pluerit ad alimenta harum mulierum. Item Exo. 16. dicitur de manna, hoc cibo aliti sunt filii Israel 40. annis quousque tangerent fines terræ Chanaan, sed cum manserunt mulieres istæ in terra duorum regum Amorrhæorum, transierunt Iordanem viri Israelitæ tangentes terminos terræ Chanaan, ergo cessavit manna, non potest igitur dici, quod mulieres istæ interim fuerint sumentes manna. Item patet, quia infra 3. c. dicitur, quod cum Israelitæ comederunt panes, & polentam de frugibus novis anni illius, altero die post phasem. 15. die mensis primi anni illius, defecit manna, nec ultra hoc cibo aliti sunt, hoc autem fuit 5. diebus postquam Israelitæ transierunt Iordanem, nam die decimo mensis primi transierunt Israelitæ Iordanem, ut patet infra. 5. c. & die 15. mensis eiusdem comederunt panes, & polentam de frugibus novis anni eiusdem; & cessavit manna quinque diebus, ergo solum duravit manna post transitum Iordanis, mulieres ergo, virorum duarum tribuum, & dimidiæ, quæ manebant in terra duorum regum Amorrhæorum qui erant ante Iordanem, non poterant alimentum hoc vii tempore absentia virorum.

Determinatio auctoris super eodem quesito. Quæst. LXXIX.

ALII ERGO dicendum est, quod istæ mulieres & viri, & veteres atque pueri manentes cum eis: alebantur de agricultura: nam cum ipse manserunt in terra illa recedentibus viris: inceperunt comedere de frugibus novis anni illius, quod patet, quia Israelitæ transientes Iordanem, post dies quinque comederunt de frugibus novis terræ illius: ut ante hoc probatum est, ergo ipse in terra sua ante Iordanem fruges maturas haberent, quibus vesci possent, nam terra ante Iordanem, & ultra eiusdem complexionis est, cum solus Iordanis mediet in ter eas, has autem fruges seminaverant Amorrhæi, sequentibus autem annis de agricultura vivebant, & sicut viri exercere debebant agros, nam erant ibi viri sexagenarii, & ultra qui ad labores agricultivos adhuc potentes erant. Pueri quoque pertingentes annum vigesimum, vel paulo ante hoc poterant enim hi vacare agriculturæ, ut haberent faciliter sufficientiam ad vitam. Item & si viri nulli extarent, feminæ solitariae agriculturæ vacarent, nam in terra Amazonum vir nullus est inter eas, sed agriculturæ ipse insudant, atque panibus abundant. Inter nos quoque feminæ agriculturæ vacant, potissime, quia necessitas ad omnia

Manna tantum duravit an. 40.

impellit, nec esset in hoc vlla difficultas. Sic namque quibusdam philosophis visum est, ut feminæ equaliter sicut viri, circa agriculturam vacare deberent, & circa actus bellicos sumentes parabolam ab animalibus cæteris, & hoc tenuit Socrates in politia sua. Hoc idem Plato, ut refert Aristot. 2. politici. c. 2. quantum ergo ad hoc nulla difficultas erat quin feminæ sibi in cibis providere possent, sed adhuc viri multi manserant in terra illa qui possent terram colere, ut supra declaratum est. isti tamen fundant rationem super falso, quod solæ feminæ manserint.

Quomodo poterunt se bene habere viri ad vxores, cum toto tempore bellorum fere annorum 14. nunquam ad eas redierint. Quæst. LXX.

QUARET aliquis adhuc amplius, quomodo feminæ, & viri se habuerunt toto hoc tempore longo. Quod viri non viderunt vxores suas. Aliquis autem fortassis respondebit, quod viri istarum duarum tribuum & dimidiæ successiverunt & per partes dimittebantur, ut venirent ad visitandum vxores suas, & postea redirent ad aciem. Sed ad hoc non videtur modus quomodo dimitterent reliquos in acie; & ipsi venirent ad vxores. Item patet esse falsum, quia toto tempore quo bella duraverunt, quousque terra pacifice possessa est, & diuisa, non reliquerunt toto tempore Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse alios Israelitas: dimississent tamen si ceteruatum, & per successiones venirent ad visitandum vxores suas per tempora, de hoc infra. 22. cap. cum dicitur, fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus domini: mihi quoque ita omnibus obedistis: nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, ergo nunquam veniebant ad visitandas vxores toto hoc tempore quousque ad vltimum terra suscepta, & pacifice possessa, dimisit eos Iosue, ut pacifice rediret, ut patet infra 22. c. De vxoribus autem faciliter respondendum est, quod compellerentur continere toto hoc tempore, nec iniuria, quoniam multa alia maiori tempore continent euntibus viris in bellicam expeditionem, sicut fuit in bello Troiano, quod decem annis duravit & non reversi fuerunt Greci in terram suam, vsque ad completionem illius temporis, & multi detenti sunt magno tempore in reatu, sicut Vliſſes, & socij eius, & tamen continebant vxores eorum interim, & tamen hoc tempus, quod quidam relinquentes vxores suas puellas reperiebant eas veteres cum redirent, sic conqueritur Penelope de viro suo Vliſſe tarde redeunte, ut patet per Ouid. in lib. Heroïdum, qui alio nomine dicitur liber epistolarum, in epist. 1. quæ incipit.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vliſſes, dicens Quæ fueram dudum te recedente puella, Prothinus ut veneris facta videbor anus.

De viris tamen difficilius est responderi, quia ipsi difficilius continent, quam feminæ, potissime viri assiterunt ad bellum, nam bellum nimis incitat homines ad libidinem, potissime in equestribus, causa autem satis patet. Ideo Arist. increpat politiam Lacedæmoniorum, in 2. Politic. ut in c. de politia Lacedæmoniorum. erat enim inter hos lex non duci foeminas vllas ad bellum: ita ut viri nunquam commiscerentur foeminis dum vacarent bellis, dicit Aristot. hoc inconueniens esse, quia hinc sequitur coitus sodomiticus, lex autem dans occasionem ad talia, iniqua aut inconsiderata est. Dat causam huius, quia bellatores nimis ad libidinem precipites sunt, & dicit, quod propter hoc poeta Venerem Marti miscuerunt, quod viris belli libido maxime coaptatur, abstrahendo ergo his Iudæis foeminas difficilis sequebatur illatio, sed quomodo huic provideretur,

Viri bellatores maxime equestres sunt nimis libidinosi, & quare.

cuicumque facile apparet, sed non oportet ad omnia respondere. An vero inter Iudæos meretrices esse possent, declaratum est, quod sic Leuit. c. 21. quamquam videantur prohiberi Deuter. 23. Patet ergo qualiter se habere possent, tam viri, quam vxores eorum diuturnam absentiam patientes.

Vera auctoris opinio, & determinatio ad antecedens quesitum. Quæst. LXXI.

PRAEDICTA satis sustineri possunt, sed melius dicitur, quod non passi sunt tam longam absentiam, & continentiam. Primo propter periculum adulterii, tam ex parte virorum cum mulieribus aliarum tribuum, quæ ex parte mulierum cum viris, qui manserant in terra ante Iordanem. Secundo, quia erat detrimentum totius populi Israel, & potissime harum duarum tribuum, & dimidiæ, quæ in 13, vel 14. annis non vacarent proli, quia sic minueretur populus, & præstaretur impedimentum ad postea non generandum, cum tam viri, quam vxores multæ interim efficerentur veteres elapso tempore generandi. Tertio, quia erat cogere, tam viros, quam feminas ad duram vitam, sed ad tandum continentium, cum hoc non sit præceptum, sed consilium. 1. Corin. 7. c. & Apostolus suadet coniugium, quod non se fraudent debito, nisi ad modicum tempus, ut interim orationi vacent: ne eos tentet Sathanas propter incontinentiam suam. Quarto, quia modus ille qui dabatur ad satisfaciendum desiderio, existentibus in populo meretricibus non est satis conueniens. Primo, quia non poterant esse meretrices aliqua de filiabus Israel, Deut. 23. c. & tamen de aliis gentibus non erat satis promptum dicere, quomodo essent meretrices inter Israelitas, quia non erant nunc cum Israelitis, nisi quidam Aegyptij qui cum eis ascenderat de Aegypto, Exod. 12. c. & hi pro maiori parte perierunt in sepulchris concupiscentiæ, quia flebant concupiscentiæ carnes. Num. 11. c. Secundo, quia etiam si essent tunc meretrices inter Israelitas, Deus non induceret Israelitis talem, quasi necessitatē, ut meretricibus iungerentur, cum hoc sit peccatum mortale, potissime cum possent misceri vxoribus suis, sed hoc videretur fieri quantum ad homines imperfectos cogendo eos abstinere ab vxoribus per annos quatuordecim, aut plures, ergo non abstinebant, sed miscebantur interim suis vxoribus.

Quomodo Israelitæ miscebantur vxoribus suis, licet illa non transierint cum eis Iordanem, idque dupliciter. Quæst. LXXII.

DICENDUM ergo, quod isti viri de duabus tribuibus, & dimidia, hoc tempore miscebantur vxoribus suis, quod opus erat, licet illæ non transierint cum eis Iordanem, & hoc fieri poterat duobus modis. Primus erat, quod viri nunquam redirent ad terram suam, & tamen vxores eorum aliquando venirent ad eos, & manerent aliquandiu cum eis. Secundus modus erat, quod viri irent aliquando ad terram ante Iordanem in qua manebant vxores. Tenendo primum modum diceremus, quod non veniebant omnes vxores horum in castra simul, sed quod quorundam vxores venirent, & manerent aliquandiu ibi, & illis redeuntibus in terram suam, ibant alia ad visitandum viros suos, & ibi quoque paruo tempore manebant, & sic non grauerentur castra pugnatōrum ex multitudine simultanea mulierum, & etiam non videretur deserere terram, in qua illæ manere debebant. Ad istud non sequebatur aliquod inconueniens, Primo, quia non erat difficile mulieres istas ire ad vi-

fitandum viros suos in bello existentes, quia terra illa in qua fuerunt bella, non erat procul a terra ante Iordanem, in qua manebant istæ mulieres.

Secundo, & principaliter, quia non oporteret mulieres istas sequi Israelitas per omnia loca ad quæ ibant ad pugnam, sed solum venirent in castra, quæ erant in Galgalis, iste fuit modus Israelitarum, quod die qua transierunt Iordanem, fixerunt castra in Galgalis, infra quarto capitulo, non longe a Iordane. ibi autem mansit sanctuarium domini, & mulieres omnes, & pecora, & paruuli, atque tota possessio nouæ tribuum, & dimidiæ fere toto tempore quo durauerunt Israelitæ in subiiciendo terram ultra Iordanem. Et quando ibant ad pugnam contra aliquam urbem, facto bello redibant in castra illa, & postea inde ibant rursus ad pugnam, & quando ibant ad pugnam non ferebant secum omnia sua, quia hoc potius eos impediret, sed manebant illa in Galgalis, & reuertebantur rursus Israelitæ in castra Galgalæ, illuc ergo poterant venire mulieres duarum tribuum, & dimidiæ ad viros suos, quando essent in Galgalis, & erat parua distantia, quia terra duarum tribuum, & dimidiæ, & terra nouem tribuum, & dimidiæ non distinguebantur, nisi mediante Iordane, ut dicitur infra duodecimo capitulo, & tamen castra, quæ erant in Galgalis, non distabant a Iordane adhuc itinere diei vnius, quia ibi castra metatus est Israel die qua transiit Iordanem, infra quarto capitulo, ergo paruū iter erat mulieribus duarum tribuum, & dimidiæ, ut venirent ad visitandum viros suos in castra Galgalæ.

Tertio, quia non est aliquid contra scripturam, quod ita ponatur, nam dicendo, quod viri venirent ad eas existentes ante Iordanem, videtur esse saltem in superficie literæ contra id, quod habetur infra vigesimo secundo capitulo, scilicet neque reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem: De mulieribus non negatur, quod ad eos ierint, ideo non est inconueniens, quod ad eos irent.

Obiectio contra supradicta. Quæst. LXXIII.

SE obijcietur, si vxores istorum ituræ erant ad eos ultra Iordanem, ad quid relinquebant eas ante Iordanem ad orientem eius. Dicendum quod causa fuit, viri isti non accepturi erant possessionem aliquam ultra Iordanem, quia iam habebant partem suam ante Iordanem Nume. 32. c. ideo pecora, iumenta, filios, & possessa omnia relinquare debuerunt in terra illa ante Iordanem in vrbibus suis, & ibi rursus quoque relinquerent vxores, & oē quod eis impedimentum erat ad bellum, secus de aliis qui non accepterant adhuc sortes suas, quia non habebant vbi relinquerent res suas, ideo transierunt Iordanem ipsi, & omnia quæ ad eos pertinebant. Secundo, quia isti relinquebant terram suam, quam iam acceperant in possessionem, & ibi relinquebant pecora sua, & iumenta, quæ multa erant. Nume. 32. & tamen non poterant ista manere ibi, nisi quis gereret curam illorum: ideo debuerunt saltem vxores manere, quæ ordinant rem domesticam. Tertio poterat hoc esse ad promouendum exercitui, qui erat ultra Iordanem ad occidentem, quia cum essent impediti bellis, & non possent conuenienter vacare agriculturæ, neque iam haberent manna in cibis, egebant prouisione humana ad quæ conferebant istæ feminæ: ut infra dicitur, ideo debuerunt ipsæ manere ibi cum filiis suis, & alijs, & poterant aliquando ire in castra ultra Iordanem in Galgalam, & ibi conuenire cum viris suis.

Propter tria reliquæ res ante Iordanem.

Scit vxores poterant ire ad viros, ita, & contra, neque sequebatur aliquid inconueniens. Quæst. LXXIII.

SECVNDVS modus erat, quod viri irent aliquando ad vxores, quæ erant trans Iordanem ad orientalem partem eius. Et poterat hoc fieri faciliter quia Israelitæ toto illo tempore quo durauerunt subiugando terram, non semper pugnant, sed sepe quiescebant, etiam aliquando ibant pauci ad bellum, & ceteri manebant in castris: sicut quando iuerunt contra urbem Hay soli tria millia virorum infra. 7. c. His enim temporibus manebat totus exercitus in castris Galgal, ubi erat tabernaculum, & arca domini, & cum interim nihil facerent Israelitæ, sed quiescerent a labore bellorum, poterant viri de duabus tribubus, & dimidia ire ad vxores suas, quæ erant trans Iordanem, & hoc nulla difficultas erat, quia inter castra Galgal, & terram illorum non erat vna dieta integra, vt ostensum fuit. Etiam nihil videbatur conuenientius, quam hoc agere, quia ceteri viri Israelitæ non ducebant etiam secum vxores suas quando ibant ad bellum, sed euntes expediti relinquebant ram vxores quam rotam supellectilem in castris Galgal. cum autem cessarent aliquantulum a bello, reuertebantur ad castra ubi erant vxores eorum, & refocillabantur paulisper a labore belli: interim autem nihil negotij erat duabus tribubus, & dimidiæ: nihil ergo opportunius eis esset, quam redire ad vxores suas, & filios quæ erant ante Iordanem, vt ipsi quoque refocillarentur. Et hoc modo non grauarentur plus in abstinentia ab vxoribus viri de duabus tribubus, & dimidiæ, quam ceteri Israelitæ: quia quando hi redirent ad vxores, & illi similiter facerent. Secundus modus poterat esse quantum ad hoc quod viri de duabus tribubus, & dimidia redirent ad vxores suas per vias, id est non omnes simul, sed aliqui nunc, & alij post, & hoc possent facere etiam durantibus bellis, quia tunc quæ omnes simul redirent ad vxores suas, forte esset inconueniens, sed quod aliqui pauci per vias redirent, non nocebat.

Secundo dicendum, quod adhuc modus præcedens erat conuenientior, quia non fieret tunc aliquid specialius in duabus tribubus, & dimidia, quæ in reliquo Israel.

Cum autem obijciatur tunc de eo, quod habetur in fra. 22. cap. s. neque reliquistis fratres vestros logo tempore, vsque in presentem diem. Potest dici vno modo, quod non reliquerunt: quia relinquere erat ire in terram suam cum intentione non redeundi in castra. Et tamen quando cumq; isti ibant ad vxores suas, ibant cum intentione statim redeundi, & dimittebant arma sua, vel res bellicas ad eos pertinentes in castris: ideo nunquam relinquebant fratres suos.

Secundo potest dici: quod non relinquebant fratres suos, quia nunquam omnes ipsi redibant simul ad vxores, sed aliqui ipsorum per vias. ideo censetur omnes manere, & sic non relinquebant eos.

Tertio potest adhuc dici, quod hoc accipitur quantum ad bella, scilicet, quod illi nunquam reliquerant alios Israelitas in bellis, sed in omnibus bellis in quibus erant illi, erant ipsi quoque. & quando redibant illi ad castra ad refocillandum, ibant quoque isti ultra Iordanem ad vxores suas. Et quia viri de duabus tribubus, & dimidia solum comitabantur Israelitas ad adiutoria bellorum, cum nunquam dimitterent eos in aliquo bello, dicebantur absolute, nunquam eos dimittere, licet aliquando recederent ab eis, scilicet tempore quo non pugnant.

Alius modus eundem ad vxores.

An omnes viri bellatores duarum tribuum, & dimidia fuerint plures, quam 40. millia, & an omnes transierint Iordanem. Quæst. LXXV.

DVBIVM quoque est circa præcedentia: cum dicatur de viris duarum tribuum, & dimidiæ, quod transierunt Iordanem omnes armati de illis tribubus, & tamen erant valde pauci: nam solum transierunt quadraginta millia infra 4. c. Aliquis dicit, quod non transierunt omnes viri bellatores de his duabus tribubus, & dimidia, & sic licet multi essent, transierunt hi soli. Sed obijciatur quod hoc non fiet: quia videtur quod omnes transierint. nam ita præcepit Moyses Num. 32. c. vbi iste perierunt terram ante Iordanem, & dicitur, quibus ait Moyses si facitis, quod promittitis expediti pergetis coram domino ad pugnam, & omnis vir pugnator armatus Iordanem transeat, donec subuertat dominus inimicos suos. Aliquis dicit verum esse quod Moyses iussit quod omnes viri pugnatores de his tribubus transierint: & tamen postea non fecit illud Iosue, sed accepit aliquos, id est quadraginta millia. Sed adhuc obijciatur, quod non fiat. primo, quia Iosue seruabat mandata Moysi per omnia. ita enim Deus ei iusserat, vt patet supra in litera. etiam Moyses quando constituuit eum in principem coram multitudine, docuit eum quid obseruare deberet. Num. 27. & Deut. 31. c. & sic non erat verisimile, quod modo Iosue in aliquo contrafaceret. Secundo, & principaliter patet, quia hic in litera apparet, quod seruatum fuerit istud, quia dicitur vxores vestras, ac filij, & iumenta manebunt in terra, quam dedit vobis dominus trans Iordanem. vos autem transibitis, & ita innuitur, quod solæ vxores, & filij paruuli manebunt, & transierunt omnes viri. Tertio patet, quia dicitur: vos autem transite ante fratres vestros omnes fortes manu, sed omnes numerati a viginti annis supra vocantur fortes manu, immo viri fortissimi. Numer. 1. c. & isti erant multo plures, quam quadraginta millia, ergo non transierunt isti soli. Quarto patet, quia dicitur, quod responderunt isti ad Iosue: omnia quæ præcepisti nobis faciemus, vt patet in litera. Et tñ Iosue dixit eis: vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, ergo omnes transierunt, & sic non fuerunt soli quadraginta millia.

Determinatio auctoris, circa præcedens quæsitum. Quæst. LXXVI.

DEBVM quod multitudo istorum duorum pugnantium de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, erat valde maior, quam quadraginta millia, quia Num. 26. c. ponit numerus virorum singularum tribuum, & de Ruben sunt 43. millia septingenti & triginta. in tribu Gad fuerunt quadraginta millia quingenti. in tribu Manasse fuerunt quinquaginta duo millia, & septingenti: quorum medietas est vigintifex millia trecenti, & quinquaginta, & fit tota summa centum, & decem millia quingentorum, & octoginta. Sed hoc dato dicunt aliqui, quod omnes numerati de his tribubus transierunt cum Iosue. & tñ tempore transitus non supererant de tota ista multitudine, nisi quadraginta millia, & ita putant se satisfacere mandatis Moysi Num. 32. c. & eis, quæ nunc dixit Iosue, & responderunt iste tribus, vt patet hic in litera. Et ad hoc oportet, quod isti dicant, quod de ista multitudine perierunt post illam numerationem plusquam septuaginta millia virorum, & nunc manebant solum quadraginta millia. Sed dicendum, quod non fiat, quia si ista multitudo defuisset, aut esset bello, aut morbo, sed neutro modo. De primo patet, quia iuxta

ordinem scripturæ post istam numerationem non habuerunt Israelitæ aliquod bellum, nisi contra Madianitas, quia numeratio habetur Num. 26. & bellum contra Madianitas Num. 31. & post illud bellum nullum aliud habuerunt Israelitæ, vsque ad transitum Iordanis, vt patet ex sequenti scriptura libri Numerorum, vbi ponitur historia, vsque ad transitum Iordanis. & tñ in bello contra Madianitas nullus de Iudæis mortuus est, vt patet Num. 31. sed nos serui tui recensimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nra, & neque vnus quidem defuit. Similiter non potest dici, quod ista multitudo perierit morbo, primo, quia si tanta multitudo perisset de his tribubus morbo, esset morbus ille valde grauis, & talem non taceret scriptura, cum alia multo minora referat, quæ pertinent ad progressum huius populi per desertum. & tamen de hoc nihil expressum est. ergo non fuit. Secundo, quia si tam grauis morbus incidisset, esset propter aliquod graue peccatum, illud autem scriptura referret, sicut ibidem ante hoc. Num. 25. ponitur peccatum quod ruidam Israelitarum. scilicet de idolatria, & meretricio cum Madianitis, & simul ponitur pena. scilicet quod perierint viginti quatuor millia, a fortiori si pro alio peccato perisset ista septuaginta millia virorum, & ultra, referret scriptura, vbi peccatum, quænam penam, sed neutrum expressit. ergo credendum est non fuisse. Tertio, quia videtur, quod post istam numerationem non videtur, quod fuerit aliquod peccatum, neque pena inflictæ Israelitis, sed iam crimina eorum erant sufficienter puniata Num. 26. c. vbi ponitur ista numeratio, tanquam pro causa numerationis dicitur, postquam sanguis noxiorum effusus est dixit dñs ad Moysen, & Eleazarum, numerate oem summam filiorum Israel, ac si dicat antequam funderetur sanguis impiorum frustra erat numerare populū, quia statim de illa summa numeratorū multus defecerunt. ideo facta est numeratio, postquam sanguis impiorum effusus est, vt de illis qui computarentur, nullus iam deesset. Quarto patet, quia facta ista numeratione Num. 26. statim ibidem additur, locutus est dñs ad Moysen, istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas, pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: singulis, vt nunc recessit sunt tradetur possessio, in quo innuitur, quod omnibus istis qui nunc numerabantur, tradenda erat possessio terræ, & tñ ista terra erat ultra Iordanem. ergo omnes transiri erant, & nemo eorum moriturus erat ante Iordanem transitum, vnde non moreretur tota ista multitudo. Aliquis diceret, quod isti non mortui sunt inflicta aliqua plaga propter aliquod peccatum, sed mortui sunt naturaliter in longitudine temporis, sicut naturale est hominibus mori. Sed dicendum, quod non fiat. primo, quia vt patet ex prædictis innuebatur, quod nullus eorum qui numeratus nunc fuerat moreretur ante introitum in terram ultra Iordanem, & ita non moreretur tanta multitudo. Secundo, & principaliter, quia inter istam numerationem, & introitum Iosue ultra Iordanem, quasi nullum tempus fuit, & ita non poterat naturaliter mori aliqua multitudo illo tpe. patet hoc, quia ista numeratio Israelitarum fuit in loco vbi nunc erat Iosue, quando ista locutus fuit ad istas duas tribus & dimidiam. scilicet iuxta Iordanem, quod patet Num. 26. c. vbi Deus iubet fieri istam numerationem, & dicit locuti sunt Moyses, & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho ad eos, qui erant a viginti annis, & supra, sed quia nunc Iosue locutus est viris istis, erant circa Iordanem, & transierunt cum eo: ergo paucum tempus fuit inter numerationem, & transitum, & ita non potuit mori multitudo ista medio tempore, maxime, quia totum hoc fuit in fine anni quadagesimi, & principio anni quadagesimi.

mi primi, quæ mortuus est Moyses, & populus incepit esse sub principatu Iosue, & tunc ista facta sunt, & transierunt Iordanem. ideo hoc non fiat.

Secunda opinio aliorum, quod solum 40. millia erant viri fortes. Et quos vocet sacra scriptura viros fortes, & potentes ad bella. Quæst. LXXVII.

ALII respondent aliter. scilicet quod illa multitudo istarum duarum tribuum, & dimidiæ, quarum posita fuit summa Num. 26. c. manebat nunc, & nemo eorum perierat, aut valde pauci, & tñ non iuerunt cum Iosue, nisi 40. millia: & hoc quia isti soli erant viri fortes ad pugnam de tota illa multitudine: & hoc consonat scilicet in quantum dicitur: vos autem transite Iordanem, & pugnatæ ante fratres vestros omnes fortes manu: & ita non voluit, quod omnes transiret, sed solum qui erant fortes manu, & illi erant soli 40. millia. Dicendum quod non fiat primum, quia non concordat hoc verbis Iosue: nam ipse dixit, vxores vestras, & filij, atque iumenta manebunt. vos autem transite, & ita innuitur, quod soli filij paruuli transiri non erant, qui non ponuntur in numero virorum, sed computantur nomine filiorum. Secundo patet, quia Iosue mandauit nunc istis viris, quod mandauerat eis Moyses, sed Moyses mandauit omnibus viris numeratis in duabus tribubus & dimidia, quod transirent Iordanem, ergo omnibus iussit nunc transire Iosue. patet hoc, quia Num. 32. c. quæ Moyses arguebat viros de his duabus tribubus & dimidia, quia periebant hereditatem ante Iordanem, dixerunt caulas enim fabricauimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas, nos autem ipsi armati, & accincti pergemus ante fratres nostros filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua: paruuli autem nostri, & quidquid habere possumus, erunt in vrbus munitis, pp. habitatorum insidias. Tertio patet ex verbis Moysi ibi: nam dixit si facitis, quod promittitis, expediti pergete ad pugnam, & ois vir bellator armatus Iordanem transeat: & ita non elegit aliquos de ipsis, sed voluit quod omnes transirent Iordanem, præter paruulos. scilicet qui non perueniebant ad annum 20. Adhuc autem magis confirmatur ex verbis sequentibus ipsorum. scilicet dixerunt Gad, & Ruben ad Moysen, serui tui sumus, & quod iubet dominus noster faciemus: paruulos nostros, & mulieres, ac pecora relinquemus in vrbus Galaad: nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum: ergo ois præter paruulos transiri erant Iordanem. Cum autem obijciatur, quod soli viri fortes transiri erant. Dicendum, quod per viros fortes manu non intellexit Iosue aliquos in speciali de tota multitudine illarum duarum tribuum, & dimidiæ, sed oes viros qui numerati erant a 20. annis, & supra: quia de oibus illis intellexerat Moyses expressè, & tñ Iosue loquebatur iuxta intentionem Moysi: & omnes illos qui numerati erant, vocauit Iosue fortes manu.

Secundo patet, quia ista est consuetudo scripturæ, scilicet, quod viri potentes ad bellum vocentur viri fortes, vt patet Numer. 1. cap. vbi omnes numerati a vigesimo anno vocantur potentes ad bella procedere, & viri fortes, quia illa fortitudo non signat aliquam specialem potestatem, sed solum potentiam exercendi se in armis, quod possunt communiter qui sunt supra vigesimum annum. Et ita Iosue locutus est hic dicens: vos autem transite ante fratres vestros, omnes fortes manu, id est qui habetis fortitudinem in manibus ad pugandum.

Determinatio auctoris, & resolutio totius questionis, cum responsionibus ad argumenta. Quæst. LXXVIII.

DICENDUM veritatem esse, quod nunc supererat tota illa multitudo duarum tribuum, & dimidia, quæ fuit in numeratione Nu. 26. c. Et de tota illa dixerat Moyses, quod transiret Iordanem cum Iosue, & Israelitis. ipse quoque Iosue oibus illis dixit nunc quod transiret, & ita illi obediens tunc Iosue promittebant se facturos cum dixerant. oia quæcunque præcipisti faciemus, & quocumque miseris ibimus. sicut obediimus Moyfi, ita obediemus tibi. Sed post hoc Iosue, & ceteri Israelitæ confiderantes, quod non esset necessaria tota illa multitudo acceperunt quadraginta millia de illis, reliquos vero manere permiserunt in terra sua, tam ad defensionem terræ, quam ad agriculturam. Et ita non manet aliquid inconueniens. Et iuxta hoc potest rñderi ad argumenta posita supra. q. 56. Ad primum dicendum, quod Iosue seruauit omnia mandata Moyfi, & in hoc etiã seruauit. Nam iussit omnibus uiris duarum tribuum, & dimidia transire Iordanem: sed postea uisum est Israelitis, quod satis erat transire quadraginta millia, & ita uoluerunt. Poterant autem isti facere hoc, quia potest quilibet realiter renunciare iuri suo. Erat autem ista obligatio introducta in fauorem Israelitarum. scilicet quod ipsi pugnando acquisuerant terram duarum tribuum, & dimidia: ideo iustum erat, quod duæ tribus, & dimidia transiret Iordanem ad adiuuandum Israelitas, ut acquirerent terram pro seipsis. & ita innuitur ex uerbis Moyfi. Num. 32. poterant ergo Israelitæ renunciare hinc iuri pro se introducto in toto, uel in parte. & sic poterant facere, quod non transiret cum eis omnes uiri duarum tribuum, & dimidia, sed soli quadraginta millia. Ad secundum cum dicitur uxores uestras, & filij, atque iumenta manebunt. Dicendum, quod Iosue mandabat omnibus uiris illarum duarum tribuum, & dimidia transire Iordanem, & tamen postquam illi obediuerunt, placuit uniuerso Israeli, quod soli quadraginta millia transiret, & Iosue non faciebat in hoc contra mandata Moyfi. nã si ipse inuitis Israelitis absoluisset duas tribus & dimidiam ab hac obligatione transendi Iordanem, faceret contra mandatum Moyfi. & tamen de uoluntate populi, immo populo toto hoc concedente potuit ipse hoc facere. Ad tertium dicendum, quod per omnes fortes manu intelligebatur omnes numerati a uigesimo anno supra, & tamen non omnes illi fuerunt, quia licet nunc Iosue illud præceperit, postea obediens illis uisum est toti Israeli, quod satis erat ire quadraginta millia, & non transierunt plures. Ad quartum dicendum, quod uiri de duabus tribubus & dimidia, quando responderunt, intendebant transire omnes sicut promiserant Moyfi, & sicut iusserat Iosue. tamen postea uisum est Israeli, quod aliter fieret, & transierunt soli quadraginta millia.

Manebunt in terra quam tradidit uobis Moyses. Non erat conueniens, quod isti transiret Iordanem, quia nihil acturi erant ultra Iordanem, in hac autem terra mansuri erant semper: melius ergo ibi essent.

Quam tradidit uobis Moyses. Nam cum ista terra tradita fuit duabus tribubus & dimidia, adhuc uiuebat Moyses, & ipse dedit terram cum ea conditione, quæ habetur Num. 32. cap.

Trans Iordanem. I. transitum Iordanis, est. n. terra ista ad orientalem plagam Iordanis ante transitum, ut patet Nu. 32. c. & hic, & quoniam Moyses eam tradidit, nondum transierant Iordanem. nam Moyses non transiuit Iordanem, ut patet Deut. 3. c. cum dicitur non transibis Iordanem istum, & dicitur trans Iordanem, i. citra Iordanem,

Ista tamen respectiue dicuntur, & id quod a quibusdam uocatur citra Iordanem, uocatur ab alijs ultra Iordanem, secundum diuersas positiones locorum.

Vos autem transite armati ante fratres uestros. Iussit Iosue, ut transiret armati, quia ad bella ibant, & ob hoc soli illi transierunt Iordanem de his duabus tribubus, & dimidia, qui erant apti ad pugnandum. Alii autem manserunt cum mulieribus, & paruulis ante transitum Iordanis.

Quomodo Israelitæ potuerunt habere arma, ut transiret armati Iordanem. Quæst. LXXIX.

QUAERIT aliquis quomodo Israelitæ potuerunt habere arma, ut transiret armati. Respondendum est, quod de Aegypto eduxerunt arma, ut habetur Exo. 13. c. cum dicitur, & armati exierunt filij Israel de Aegypto. quomodo autem filij Israel potuerunt in Aegypto habere arma, cum in rebus politijs non permittantur serui habere arma, ut sepe tangit Aristoteles in libris politici. dato quod habuerint, quomodo potuerunt educere de Aegypto, habitum fuit supra. 13. c. Exo. Item potuerunt Israelitæ postea habere multa in deserto, quando faciebant bella, & delabant, uel superabant aliquam gentem, & de spolijs dabantur. Et primo factum est hoc in littore maris rubri, cum conuersi sunt fluctus super Aegyptios, & suffocauerunt eos, atque ad ripam corpora eorum appulsa sunt. ut patet Exo. 14. & dicunt doctores hoc factum esse, ut hebrei caperent arma, & spolia Aegyptiorum: sicut cum percussi sunt ab Angelo Assyrii una nocte centum octoginta quinque millia, ut patet 4. reg. 19. c. et manserunt eorum uestes illæ, & arma. inde autem potuerunt habere arma multa Israelitæ. Amplius autem habere potuerunt cum pugnauerunt contra Amalechitas in Raphidim. ut patet Exo. 17. quia ibi fugatus est Amalech, & multi ex eis corruerunt gladio, & horum arma atque spolia poterant capere Iudei. Item poterant capere arma multa cum pugnauerunt contra Chananeum habitantem ad meridiem, & subuerunt urbes eius, sic patet Num. 21. c. sed an ibi omnia anathematizata fuerint, sicut ciuitates, ita ut nihil assidue liceret, dictum est Num. 21. c.

Item acceperunt arma multa, cum pugnauerunt contra duos reges Amorrhæorum Sehon, & Og, & occiderunt eos cum populo suo, & assumpserunt omnia spolia eorum, ut patet Num. 21. & Deuteronomo. 2. & 3. c. Item acceperunt arma multa, cum pugnauerunt contra Madianitas ante transitum Iordanis uirgine Moyses, & occiderunt quinque reges eorum, & acceperunt omnia spolia terræ Madian, ut patet Num. 31. cap. Poterant ergo habere multa arma Iudei cum transiret Iordanem, ita ut Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse præcederent armati, potissime, quia horum arma leuis erat cum essent pedestres, & pugna pedestris expeditior est, quam equestris.

Ante fratres uestros. Ista præpositio Ante, quomodo capitur in proposito. Et quo ordine procederent, cum mouebantur castra. Quæst. LXXX.

ISTA præpositio, ante, potest teneri pro cum scilicet, quod istæ duæ tribus & dimidia procederent cum ceteris Israelitis, qui erant fratres eorum. uel potest teneri in propria uia, scilicet, ut Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse præcederent ceteros ad pugnam euntes in fronte belli, & hoc propter duo.

Primo, quia isti expeditiores erant, cum non portarent

arent secum iumenta, & pecora, nec uxores, aut quicquam de suppellectilibus, sed ipsi expediti ibant. Alii autem portabant uxores, & omnia sua secum, ideo non erant sic expediti: conuenientius ergo isti in itinere præcedebant. Alia ratio est, ut ceteri Israelitæ securiores essent de his, ne retrocederent reuertentes in terram suam, quam acceperant ante transitum Iordanis. Cum ergo præcederent reliquos Israelitas, non poterant retrocedere. Si tamen Gaditæ, Rubenitæ, & dimidia tribus Manasse præcederent reliquos Israelitas itinerando ultra Iordanem, iam periret totus ordo quem tenebant in deserto. Nam ibi cum castra mouenda forent, primum vexillum tribus Iuda mouebatur, & tota tribus, & consequenter tribus Isachar, quæ erat sub vexillo Iuda, & postea tribus Zabulon, quæ erat sub eodem vexillo. Deinde mouebatur vexillum secundum filiorum Ruben, & tota tribus, & consequenter tribus Simeon sub eodem vexillo, & postea tribus Gad sub eodem. Deinde mouebatur totum sanctorum portatum per ordinem suum a Leuitis Chathitis, Gerfonitis, & Meraritis. Deinde tertium vexillum mouebatur filiorum Ephraim cum tota tribu Ephraim & consequenter tribus Manasse sub eodem vexillo, & tribus Benjamin sub eodem. Vltimo mouebatur 4. vexillum filiorum Dan cum tota tribu, & cum eis tribus Aser, & tribus Nephthalin sub eodem vexillo. iste ordo procedendi in uia habetur Num. 10. c. ordo autem figendi tentoria, & castra sub quatuor vexillis per quadrum, habetur Num. 2. c. dato tamen hoc, quod Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse præcederent ceteros Israelitas in transendo Iordanem, & deinde procedendo ad bellum, turbaretur omnis ordo, qui prius erat a Deo institutus inter Israelitas: non est ergo credendum, quod præcederet hic ceteros, sed quod manerent in ordine pristino. Quod autem dicitur hic, quod præcederent isti ceteros, non accipitur ibi ante proprie, sed solum pro cum, scilicet, quod iret cum fratribus suis in transitu Iordanis. Et patet quod in transendo Iordanem non transierint isti ante reliquos, nam sacerdotes præcesserunt, deinde torus populus secutus est: ut patet in fra. 4. c. Sed hoc opinatur hic: falsum tamen est, quia non mansit idem ordo post transitum Iordanis in motu castrorum qui ante erat: nec erat conueniens, quia ante mouebantur, ut itinerantes, nunc uero bellum acturi, sed Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse præcedebat alias tribus, ut patet in fra. 4. c. cum dicitur filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebat filios Israel, sicut eis præceperat Moyses. Omnes fortes manu. i. omnes qui inter vos sunt potentes ad pugnandum transite. Vocatur. n. uiri bellatores potentes, uel fortes manu ex quo uidentur sequi, quod supra ab aliquibus dicebatur. scilicet quod in terra ante Iordanem quæ fuerat duorum regum Amorrhæorum, non mansit aliquis uir fortis potens pugnare ad tuendum terram ab hostibus, sed solæ femine, & paruuli, & uiri grandæui ultra 60. annos, sed de hoc ueritas supra questione. 78. posita est: nam multi manserunt.

Et pugnat pro eis. id est pugnat adiuuando eos. q. d. id quod nunc pugnantes agitis, non est pro uobis, sed pro ipsis, quod patet, quia Israelitæ transibant ad pugnandum ultra Iordanem, ut eriperent terram illam pro se de potestate hostium, sed Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse nihil de hac terra habituri erant, sicut ipsi composuerunt cum reliquo Israel, ut habet Numer. 32. cap. scilicet non reuertemur in terras nostras usque dum possideant filij Israel hæreditatem suam: nec quicquam querimus trans Iordanem, quoniam iam habemus possessiones nostras in orientali eius plaga: ergo id quod agentes pugnant, non erat pro

eis, sed pro fratribus ipsorum, ut hæreditatem acciperent. Donec det requiem dominus fratribus uestris. i. non solum pugnare debetis pro eis aliquo tempore, sed quousque habeant requiem, possidentes, sicut iam uos possideris, & ob hoc Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse non redierunt ad possessiones suas, quæ erant ante transitum Iordanis, quousque hostes subiecti essent Israelitis, & possiderent terram pacifice, atque diuisa fuisset per sortes, & tradita cuilibet tribui, & ad hoc manserunt longo tempore cum eis, non reuertentes in possessiones suas, ut patet infra uigesimo secundo caput.

An duæ tribus, & dimidia manserint cum reliquis trans Iordanem usquequo pacifice possederunt terram. Et quod triplex fuit status Iudeorum in terra Chanaan. Quæst. LXXXI.

SECO dicit aliquis, quod non manserunt Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse cum ceteris Israelitis, quousque habuissent pacifice terram ultra Iordanem. nam hoc modo nunquam redisset in possessionem suam, cum toto tempore Iosue bella manserint contra gentes illas ad expellendum eas de terra, & post mortem Iosue pugnabat et Israel contra Chananeos, ut patet Iudicum primo, quia consulerunt dominum quis esset dux eorum in pugna, & respondit, quod Iudas. Toto etiam tempore iudicum, bella fuerunt Israelitis contra Chananeos, ut patet ex processu libri Iudicum: ergo non manserunt isti quousque Israelitæ pacifice possiderent.

Respondendum est, quod status Iudeorum possidendo terram Chananeorum fuit triplex.

Primus fuit cum aliquid possidebant, & tamen bellis nondum cessabant, ut plura obtinerent: nec manebant habitates in locis que acquisuerant, nec illa diuiserant. Et hoc est cum pugnarent contra Chananeos, & acciperent aliqua loca, atque tenerent ea: istud tamen non erat pacifice possidere, quia nondum manebant Iudei in locis acquisitis, sed semper manebant in bellica expeditione pugnantem contra hostes, & iste status durauit quousque Israelitæ acceperunt magnam partem terræ Chananeorum, & diuiserunt eam in sortes Israelitis, atque cessauerunt continue pugnare contra gentes, & manere in expeditione bellica, sed inciperunt habitare in locis acceptis de manu hostium.

Secundus status Iudeorum fuit in terra promissionis, postquam ceperunt manere in terra Chanaan in locis acceptis de manu hostium, & cessauerunt a bellis. Et tamen aliqui surgebant in pugnam ad accipiendum aliqua loca ulteriora, quæ nondum capta fuerant tempore Iosue: nã Deus dixerat a principio, quod non traderet totam terram simul in manus hebræorum, sed paulatim atque per partes. & hoc quia terra erat spaciola, & non sufficerent Iudei ad replendum eam, unde multiplicarentur bestie contra eos, ut patet Deuteronomo. septimo, & Exod. uigesimo tertio cap. & sic tempore Iosue pugnatum fuit uno impetu bellico tandiu, usquequo esset tanta terra capta, quæ sufficeret ad habitationem Israelitarum existentium, & tunc Deus dedit in mentem Iosue, quod non pugnaret ultra contra superstites Chananeos, de quibus habetur Iudicum tertio cap. sed diuisit terram per sortes, & incipit populus habitare in locis, quæ ceperat, & cessauerunt a quotidianis bellis.

Deinde per aliquanti temporis successionem creuerunt in maiorem numerum Israelitæ, & indigebant pluribus locis: ideo singule tribus incipiebant pugnare contra Gentiles, qui manebant in fortibus suis, & paula-

parlatim expellebant eos de locis, & duravit iste status secundus usque ad tempus illud quo Iudei fuerunt in magna gloria, & maxima. In tempore regis Salomonis. nam tunc omnes gentes quae manserant de Chanaanorum septem populis subiectae fuerunt Israelitis, vel cedentes locis, vel effecte tributariae, ut patet 2. Paralipom. 8. cum dicitur. omnem populum qui derelictus fuerat de Etheis, & Amorrhais, & Pherezais, Heugis, & Iebusis, qui non erant de stirpe Israel de filiis eorum, & posteris, quos non interfecerant filij Israel: subiugavit Salomon in tributarios usque in diem hanc. Ante tempus autem hoc bellum erat Iudaeis contra gentes has, accipiendo aliqua loca earum ad manendum in eis. De tempore iudicium patet in toto libro Iudicum. nam in primo cap. dicitur. quomodo in bellum ierunt, & ceperunt quandam civitatem. Etiam hoc fuit tempore regum. nam tota vita Saulis fuit bellum potens contra Philistaeos, ut patet primo Reg. c. 14. Fuit etiam bellum tempore David. nam ipse cepit Ierusalem de manu Iebusaeorum, ut patet 2. Reg. cap. 5. Tempore autem Salomonis ista bella consummata sunt.

Status tertius populi Iudaici fuit in terra Chanaan, cum crevisset ad maximum numerum suum, & haberet omnia loca quae possent occupare, & iam non habebat aliquod bellum contra Chanaanos, subiectis sibi omnibus. iste status mansit post Salomonem usque ad reges finitos in transmigratione Babylonis. nam sic dicitur 2. Paralipom. 8. ca. q. subiectae fuerint omnes nationes illae, & manserint usque in praesentem diem, quod refertur ad tempus scripturae libri illius, quae, quomodocumque aut quocumque tempore facta assignetur, pertinet ad tempus post reges finitos, cum historia ipsa de fine regum, & de transitu in Babylonem agat. de statu autem Iudeorum in terra illa post reditum de Babylone, non comprehensum est in aliquo precedentium statuum. nam secundum quod Iudaei traslati fuerunt de sedibus suis per Babilonios, ita per eos & Assyrios multae gentes, quae in terra illa erant, mutatae sunt.

Nunc autem applicandum est ad propositum. scilicet Iudaei dicantur habuisse requiem, & dicendum est, quod in toto habitu statu qui fuit in bellis continuus, non commorantibus Iudeis in aliquibus locis specialiter, & duravit usque ad diuisionem terrae per sortes: non dicuntur Iudei quiescisse, nec pacifice possedisse, quamquam aliquid possiderent, cum semper essent continua bella. ideo toto hoc tempore manserunt Rubenitae & Gaditae, atque dimidia pars tribus Manasse, cum reliquis Israelitis ultra Iordanem.

In secundo autem & tertio statu, dicuntur Israelitae mansisse in pace, quamquam magis in tertio, quam in secundo statu: ideo in principio status secundi, poterant Rubenitae & Gaditae redire in terram suam. & sic factum est, quia cum accepta esset maxima pars terrae promissionis a Iudaeis, & deinde per sortes eam diuisissent, Iosue dimisit Rubenitas & Gaditas, ut venirent in terram suam, ut patet infra 22. capit. & hoc modo accipienda est possessio pacifica, & non stricte.

Sicut vobis dedit. Quia isti Rubenitae & Gaditae, atque dimidia tribus Manasse acceperant sedes, in quibus habitarent ante Iordanem exclusis Amorrhais habitatoribus terrae: Ita ut iam eis nihil laborandum esset pro acquisitione sedium.

Et possideant quoque ipsi terram quam dominus Deus datus est eis. Sic factum est: nam non venerunt Rubenitae, & Gaditae in terras suas, quousque accepta terra illa, & diuisa quae erat ultra Iordanem, quolibet tribus incepit possidere, quod ei sorte proueniebat, ut patet infra 22.

De tribus causis propter quas magna pars terre Chanaan mansit non capta moriente Iosue. Quasi. LXXXII.

Sed adhuc differentia aliqua erat inter Rubenitas & Gaditas & dimidiam tribum Manasse a reliquis populis nouem tribuum & dimidiae. nam istae duae tribus & dimidia totum possidebant, quod possessurae erant: nihil quippe postea acceperunt cum reliquis tribubus vel ab alijs gentibus. nouem autem tribus & dimidia non acceperunt tempore Iosue totum quod accepturae erant: multa quippe terra Chanaanorum mansit post mortem Iosue nondum occupata a Iudaeis, ut patet Iudicum cap. 2.

Quod ex tribus causis accidit. Prima, quia gens Iudaeorum tunc pauca erat, & terra Chanaanorum erat lata nimis. quod si tota eis data fuisset immediate habitanda, non possent eam implere: & sic crescerent bestiae contra eos, quod erat inconueniens. dedit ergo Deus terram illam Iudaeis paulatim & per partes, ut patet Exo. 23. cum dicitur. non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiae. paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis & possideas terram. Idem patet Deuter. 7. cap.

Secunda causa fuit propter peccata Iudaeorum. nam Deus iusserat Israelitis, ut nullam haberent communicationem cum Chanaanis in connubijs, aut quibuscunque alijs. ipsi autem cum eis fecere connubia, & alia participia: ideo Deus reliquit gentes ut essent eis in ruinam. sic patet Iudicum cap. 2. cum dicitur. Ascenditque Angelus Domini de Galgala in locum flentium & ait: eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris, & pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita duntaxat, ut non feriretis fedus cum habitatoribus terrae huius, & aras eorum subuerteretis, & nolistis audire vocem meam. cur hoc fecistis? quamobrem nolui delere eos a facie vestra, ut habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Causa tertia fuit ad hoc quod Iudaei non fierent inepti per longam pacem, quae homines viribus enervare solet, & effeminare, & ineptos ad virilia opera efficere. & quia si Deus tradidisset mox Iudeis omnes hostes in manus, non maneret aliquis cum quo possent habere consuetudinem praeliandi: ideo fuit valde vtile eis, quod aliqui manerent cum quibus Hebraei possent interdum habere bellicam concertationem. sic patet Iudicum 3. cap. cum dicitur. haec sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel: & omnes qui non nouerant bella Chanaanorum: ut postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & haberent consuetudinem praeliandi. Quomodo autem poni possunt hic tres causae, quarum duae sunt ad bonum Iudaeorum, & vna ad malum eorum, & propter demerita in eadem re, videtur esse ambiguum: sed Iudicum 2. cap. dissoluetur.

Et sic reuertemini in terram possessionis vestrae. Idest cum haec feceritis transeuntes cum fratribus tuis, scilicet nouem tribubus & dimidia, & pugnaveritis pro eis quousque possideant terram, sicut vos possidetis, poteritis reuerti in terram vestram. Aliter enim non dabitur vobis licentia reuertendi: & si nunc volueritis in ea permanere non permittemini. & hoc quia conuentum fuerat inter eos & reliquum Israel, iudice Moyse, quod si transire vellent Iordanem, & pugnare quousque fratres sui quietem haberent, daretur eis terra Amorrhaeorum regum, quam petebant a Moyse, alioquin auferretur eis, ut patet Nu. 32. cap.

Trans dicitur in uerbo significat. Ista tamen positio non semper manet eadem, quia aliquando id quod est ante transitum Iordanis ex parte orientali, vocatur trans Iordanem. sicut hic, & supra in litera. Aliquando vero id, quod ultra Iordanem est, scilicet ad partem occidentalem Iordanis vocatur trans Iordanem. sic patet Numeri 32. ca. cum dicitur. nec quicquam quaerimus trans Iordanem, quia iam habemus possessiones nostras in orientali eius plaga, & sic loquebantur ibi Rubenitae & Gaditae, quod non lebant aliquid trans Iordanem, sed manifestum est, quod non accipitur trans Iordanem pro eo, quod in parte orientali est, quia tunc dicerent se nolle possessionem quam habebant in terra duorum regum. Amorrhaeorum, quod falsum est, cum ipsi dicant se aliquid nolle trans Iordanem, quia iam habebant ad partem orientalem Iordanis. non ergo accipitur uniformiter trans Iordanem, sed aliquando dicitur trans Iordanem, id est citra Iordanem, & aliquando ultra.

Trans dicitur in uerbo significat.

Oriens & occidentis sumuntur respectu.

Ut habitetis in ea. Quasi dicat, tunc redibitis ad firmiorem manendum in ea. nam nunc quamquam possidetis eam pacifice, tamen in ea manere non potestis, quousque fratres vestri possideant terram suam ultra Iordanem.

Quam dedit vobis Moyse famulus Dei. Dicitur eam dedisse Moyse, quia quando isti Gaditae & Rubenitae, atque dimidia tribus Manasse petierunt terram hanc, vinebat Moyse, & ipse eis tradidit terram illam, adiecta conditione quae habetur Numeri 32. cap. Vocatur autem Moyse famulus Dei in laudem. sic enim eum Deus vocauit, ut patet supra in litera.

Trans Iordanem. Idest terra ista vestra est trans Iordanem, id est ante transitum Iordanis venientibus de parte orientali ad terram Chanaan.

Contra solis ortum. Idest ad partem orientalem, hoc dicitur respectu, nam accipiendo absolute quaecumque terra est ad solis ortum & occasum, quia in quocumque puncto notato, est oriens alicuius orientis, & occasus alterius. nec secundum naturam vocatur magis vna terra orientalis, quam alia. sed secundum dispositionem habitatorum. constituta ergo terra Indiae tanquam fronte orientis, eam terram quae magis propinqua Indiae sit, magis orientalem dicimus, quae vero magis recedit inde, uocatur magis occidentalis. Et sic est de terra duorum regum Amorrhaeorum, quam susceperunt in sortem Rubenitae & Gaditae, & dimidia tribus Manasse, quod ipsa magis appropinquat terrae Indiae quam Iordanis, ideo uocatur ad orientalem eius plagam. Caetera autem terra Chanaanorum est ad occidentalem partem Iordanis. Unde in descriptione terminorum terrae illius, Iordanis ponitur terminus orientalis, ut patet Numeri 33. cap. Ideo nunc quando Israelitae transibant Iordanem, ueniebant directe ab orientali plaga terrae promissionis in eius occidentem.

Respondentque ad Iosue. Scilicet Rubenitae, & Gaditae, & dimidia tribus Manasse, scilicet quod principes harum tribuum respondebant loco totius multitudinis, & quod isti agunt, tota multitudo agere dicitur, quia princeps eminenter continet populum. Vel potest dici, quod totus populus responderet simul vna voce. sic enim aliquando Israelitae respondebant Moyse, sicut patet in datione legis, cum quaereret Moyse ex parte Dei, an suscipere vellent legem eius, & subiungitur: responditque, vniuersus populus simul, cuncta quae locutus est dominus faciemus. Simile factum est iterum in confirmatione legis, quando Moyse iterum recitauit populo totam legem datam, an eam vellent tenere, & subiungitur: responditque cunctus populus vna voce, omnia verba domini, quae locutus est faciemus. De primo patet Exo. 16. de secundo.

Alpha. Tost. super Iosue.

Quando habetur Exo. 24. c. quid autem horum fuerit nihil differt. Atque dixerunt omnia quae praecipisti nobis faciemus. Iam ista promiserant istae duae tribus & dimidia. ideo tenere volebant. nam & si recularent, compellerentur secundum conditionem positam ab initio quae habetur Num. 32. nam necesse erat quocumque modo, ut Israelitae transirent terram ultra Iordanem, nam si vellent tenere conditionem positam, cum Moyse, transirent, ut patet Numeri 32. si autem uolent tenere eam eriperetur de manu eorum terra duorum regum Amorrhaeorum, & cogerentur inquirere possessionem, sicut aliae tribus faciebant. quocumque modo igitur oportebat transire Iordanem. melius ergo eis erat, ut libenter Iosue obedirent.

Et quocumque miseris ibimus. In hoc duae tribus & dimidia se sponte offerunt ad id, quod in contractu expressum non erat. ut irent quocumque Iosue mitteret eas, & hoc intelligitur, postquam transirent Iordanem, si mitteret eos Iosue solos ad explorandum aliquam gentem, vel pugnandum contra eam irent. nam aliquando non ibat totus exercitus, sed mittebatur aliqui, sicut ad explorandum ciuitatem Hay, missi sunt viri tres mille, ut patet infra 7. cap.

Sicut obediimus in cunctis Moyse, ita obediemus & tibi. Hic designant istae duae tribus & dimidia magnam obedientiam, quam haberent ad Iosue: nam aequaliter ei se obedituros dicunt, ut Moyse, nec irrationabile hoc est. nam quemadmodum Moyse iussu Dei erat praefectus populi, ita & Iosue, ut patet Deuter. 3. & 31. & 36. & Numeri 27. Signant etiam Rubenitae & Gaditae in hoc, quod semper fuerunt obediens Moyse, non enim legitur, quod aliquando ei inobedientes fuerint.

Obiectio contra praedicta, scilicet quod non semper obediunt Moyse, qui de tribu Ruben. Quasi. LXXXIII.

Si obijciatur de viris de tribu Ruben, qui conspiciuerunt contra Moysem & Aaron, ut acciperent sibi sacerdotium, ut patet Numeri 16. & 26. & Admoniti atque increpati a Moyse non destiterunt, ut patet ibidem.

Respondendum est, quod isti loquebantur pro se ipsis, quoniam quamquam aliqui de tribu istorum errauerunt contra Moysem, isti tamen non deliquerunt. immo patet, quod obediunt tunc, si aliqui horum erant viuentes. nam Moyse iussit omnibus, ut recederent a tabernaculo horum, ut patet Numeri 16. cum dicitur recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quae ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, & sequitur ibidem, quomodo omnes recesserunt ab eis, & ipsi absorpti sunt.

Tantum sit Dominus Deus tuus tecum. Ista litera habet duos sensus. Vno modo intelligitur, quod istae duae tribus & dimidia, promitterent se obedituros Iosue cum hac conditione, quod id quod mandaret, esset ex consilio vel mandato Dei. scilicet quod non esset inhonestum vel illicitum: nam ad illicita & inhonesta nemo obedire tenetur alicui iubentis. & sic est sensus obediemus tibi in omnibus, sicut obediimus Moyse, dum tu sit dominus tecum, sicut fuit cum Moyse. i. dum tu mandasti sit ex parte Dei, quod est esse Deum tecum. sicut fuit cum Moyse, quia ipse oia quae mandabat, ex parte Dei mandabat, nec vna mandabat aliquid illicitum, vel inhonestum. Alio modo est sensus: tuum sit dominus tecum. i. non multum te oportet laborare, ut nos inducas ad faciendum, quod iusseris, quia sponte faciemus, sed tantum modo labora in hoc, quod sit dominus tecum adiuuando te & prosperando actus tuos, sicut factum est cum Moyse, cuius omnes actus prosperati sunt. Sicut fuit cum Moyse. Duos sensus habet, sicut supra declaratum est. vnus est, quod Deus fuit

E semper

semper cum Moyse, scilicet quod omnia, quae mandabat Moyse, erant cum Deo non discordantia ab intentione divina, quoniam vel Deus illa primo mandabat, vel contra Deum nequaquam militabant.

Alio modo fuit Deus cum Moyse, & Moyse cum Deo, quia omnia in manu eius directa, atque prosperata sunt, & Deus propter eum multa beneficia populo contulit, atque miraculose operatus est in multis, & quantum ad horum utrumque, fuit Deus cum Iosue, nam ipse quicquid mandavit licitum fuit, & a Dei consilio & mandato procedens. Item Deus prosperavit actus eius, nam plura atque clariora miracula, & ampliora beneficia tempore eius collata sunt, quam tempore Moyse, ut declaratum fuit supra circa principium.

In isto c. q. 26.

Contradictio duplex est.

Qui contradixerit ori tuo. Contradicere ori est contradicere eis quae ore proferuntur; nam ad os contradictio aut contrarietas nulla est. Est autem contradictio duplex, scilicet in verbis, & in rebus, in verbis contradicit qui publice testatur se facere nolle, quod iubetur, aut dicit nequaquam faciendum esse, & ista est magna repugnantia. Rebus contradicit, qui quamquam ore nihil proferat, ea tamen quae iussa sunt exequi non curat, & ista minor videtur iniuria; utraque tamen satis gravis est, cum in eum est, qui iubendi auctoritatem habet, & utraque exprimitur hic.

Prima, quia dicitur, qui contradixerit ori tuo, dicens se facere nolle, aut ad faciendum obligatum non esse.

Secunda tangitur in litera sequenti cum dicitur, Et non obedierit cunctis in sermonibus quos praeceperis, q. d. dato, quod aliquis non repugnet tibi dicente dicens nolle se facere, quod iubes, si tamen iussa tua non expleverit etiam puniatur. Moritur. Ponitur ultimum supplicium, & non ponit aliqua deus in peccato, sed quicquid illud sit, in quo aliquis repugnauerit ori tuo, vel non executus fuerit quae ei iubes, moriatur.

Quare qui repugnat principi ore, vel facto mortem meretur. Quaestio. LXXXIII.

In quo dicit aliquis iniustum esse, quia non omnia peccata eadem poena puniuntur. Respondendum est, quod non est respiciendum id, in quo quis repugnauerit principi ore vel facto, sed quicquid illud fuerit: faciens mortem meretur. & hoc, quia non punitur haec faciens pro ea re quam facit, sed quia istam faciendo, principem contemnit. contemptus autem principis quicumque sit, morte plectendus est, quia de maximis vitijs est. nihil quippe magis obuiat statui rei publicae, quam non obedire principi, nam hoc modo iura nihil sunt, ideo contemptus principis aut iudicantis mortem meretur, sic patet Deuter. 17. si qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat, decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, & quia iste non obediens principi turbat statum publicum tota communitas de eo vindictam petit, & cum omnes lapidant, ut patet ibidem, cum dicitur ante hoc, de quibusdam alijs delictis, quae poena lapidationis puniuntur.

Tu tantum confortare & viriliter age. Est quasi repetitio superioris sententiae, scilicet tu non cures multum laborare, in ducendo nos ad obediendum tibi, quia omnes libenter obediemus, & si quis repugnauerit, occidemus eum, sed solum de hoc habet curam, quod conforteris, ut non timeas hostes, & agas viriliter contra eos dimicando, & aggrediendo fortia: quoniam nos te sequemur quocumque ieris, & quicquid iusseris, exequemur. & sic est sensus, habe curam de mandando nobis taliter, ut viriliter agamus: quoniam de obedientia satis poteris esse securus, quod subijciemur tibi.



Is itur Iosue filius Nun de Sethim duos viros exploratores in abscondito. Et dixit eis, Ite & considerate terram, urbemque Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, & quieverunt apud eam. Nunciatumque est regi Iericho, & dictum. Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorent terram. Misitque rex Iericho ad Raab meretricem dicens. Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt.

Iacob. 2. Heb. 11. 32. q. 1. 5. cum ergo.

Misit ergo. Praecedens e. expediti diuina ad Iosue locutionem. hic transitur ad exploratorum missionem. & diuiditur in particulas. 5. Primo agitur de exploratorum missione. Secundo de eorum facta absconsione. Tertio de contracta cum Raab pactio. Quarto de signi ad liberandum appositione. Quinto de eorum in castra reuersione. Secunda ibi. Tollensque mulier. Tertia ibi. Nec dum obdormierant. Quarta. Dimisit ergo eos. Quinta ibi. Illi vero ambulantes.

Quomodo capitur hic ista dictio ergo, quia inceptiue. Quaestio. I.

Circa primum. Misit ergo Iosue. Ista dictio ergo, non ponitur hic illatiue, sed propter supradicta miserit Iosue exploratores. Est enim error hic in duobus.

Primo quia in superioribus non ponit aliquid propter quod moueri debuisset Iosue ad mittendum exploratores, non ergo debet poni hic illatiue ista dictio. Item secundus error esset, quia tunc sequeretur, quod hic non esset aliqua anticipatio, sed rectus ordo, eo quod superiora erant causa illationis ad mittendum exploratores. hoc tamen falsum est, quia supra probatum est precedenti cap. q. 28. quod hic est anticipatio: nam prius fuit anticipatum quod posterius esse debebat, prius enim exploratores missi sunt, quam praconizaretur per castra id quod supra positum de transitu Jordanis post tres dies, non ponitur ergo illatiue, sed inceptiue, sicut plerumque ista dictio, igitur, ponitur ad inchoandum, sicut quoniam, vel similes coniunctiones, & ponit hic ergo, quasi propter. & misit Iosue filius Nun duos viros exploratores, sic enim habetur in Hebraeo.

Quare cum prius fuerit exploratorum missio quam praconizatio, prius posita est praconizatio. Quaestio. II.

Quare aliquis est prius fuerit missio exploratorum, praconizatio eius, quae supra dicta est: quare posterius ponit missio exploratorum. Respondet, quod ratio anticipatiois fuit hic ad continuandam sententiam, & ad enarrandum complete historiam. Est

In narratione historica est duplex ordo. scilicet naturalis, & artificialis. Et quaedam animaduersione in illis ordinibus.

Est enim ordo duplex in enarratione historica. scilicet ordo naturalis, & ordo artificialis. Ordo naturalis est quando ordine res totaliter enarrantur ordine quo gesta est. Ordo artificialis est quando res non totaliter enarrantur eo ordine, quo gesta est, sed aliquo modo sit permutatio ex aliqua causa. Tenere autem ordinem naturalem in omnibus narrationibus, nec pulchrum est, nec utile. nam hoc pacto necesse est varias historiarum truncationes fieri, & incompletas narrationes, nam cum multa interdum simul facta sint, & non possint simul narrari, necesse est, ut ex aliqua parte, rerum gestarum in enarrando diminutio & detruncatio fiat. Amplius autem, sicut in disciplinis quaedam sunt quae sine principiis non intelliguntur, cum in speculatiuis conclusionibus dependant ex principiis, sicut in moralibus omnes electiones dependunt ex fine, iuxta Aristot. 7. Ethic. & non possunt intelligi conclusiones, nisi si praecognitis principiis: Ita in narrationibus historicis quaedam sunt quae ad aliorum intellectum praerogantur. Ideo quamquam ordo rei gestae illa posteriora esse faciat, necessitas tamen cognitionis facit ea esse priora. ob hoc igitur inuentus est ordo artificialis, secundum quem in narrationibus sunt frequentes anticipationes, & recapitulationes, & hoc ordine singula complete & manifeste enarrantur. dequit ergo nunc ordinem artificialem in sacra Scriptura obseruari, & obseruatur, cum crebra in ea fiat anticipatio.

Nota

Et tamen notandum, quod nunquam ab ordine naturali in historia deuiandum sit, nisi ex aliqua causa. Cum ergo hic fiat anticipatio est sciendum quare factum sit. nam cum res ita conuenienter narrari possunt in ordine naturali, sicut alias, peccatum est ab ordine naturali deuiare. Dicendum ergo est, quod causa naturalis ordinis mutati hic, est duplex. Prima est continuas sententiae. nam in principio praecedentis cap. dictum fuerat, quod Deus apparuerat Iosue, & iusserat ei, ut transiret Iordanem. debebat ergo enarrari quomodo ipse ista populo iusserit. Et quia si interponeret de missione exploratorum, cum longa narratio sit, cum postea rediretur ad praconizationem praeccepti Iosue, videtur non pertinere ad superiora. Potissime cum interposita fuerit narratio de missione exploratorum, quae impertinens videretur. Conueniens ergo ordo fuit, ut postquam positum est, quomodo Deus dederit praecceptum de transendo Iordanem, poneretur praconizatio eius facta mandato Iosue, & hoc facit ad euidentiore notitiam eorum quae enarrantur. nam cum ea quae ad idem pertinent collecta ponuntur, facilliter intelliguntur. cum vero dispersa sunt, difficile intelligi est. Secunda ratio praedictorum est, ut non esset necesse detruncari historias. nam si post datum praecceptum de transendo Iordanem poneretur missio exploratorum, priusquam apponeretur eiusdem praeccepti praconizatio, ut ista viderentur aliquo modo pertinere ad idem, decurreretur historia media de missione exploratorum: alioquin cum multum quibusdam interpositis distaret, viderentur non pertinere ad idem. ut ergo non detruncaretur historia, conuenientius fuit permutari ordinem secundum anticipationem.

Iosue filius Nun. Cognitum erat nomen eius. sed ponitur ad differentiam aliorum, qui etiam Iosue vocabantur. De Sethim. Id est quando Iosue misit exploratores erant castra Israelitarum in Sethim. istemet erat locus, in quo dominus locutus fuit ei, ut patet precedenti cap. & erat ultima de mansionibus Israelitarum per desertum, quae fuit in planioribus locis Iordanis. Et vocatur in catalogo mansionum Belfethim, ut patet Num. 33. cap. cum dicitur: profectique de montibus Abarim transferunt ad campestria Moab Alph. Toft. super Iosue.

super Iordanem contra Iericho: ibique castrametati sunt, de Bethsimon usque ad Belfethim in planioribus locis Moabitari. Et patet esse eandem mansionem Sethim & Belfethim, quia constat Sethim esse mansionem circa Iordanem cum dicatur sequenti cap. quod Israelites egrediens de Sethim venerunt usque ad Iordanem, & tamen Num. 33. c. ponitur tanquam ultima mansio, & apud Iordanem contra Iericho. eadem ergo est. ista etiam mansio est, in qua erant Israelites cum mortuus est Moyse, quia post mortem Moyse in motu fuerunt Israelites per aliquam mansionem, quousque locutus fuit Deus ad Iosue, sed Deus locutus est ad Iosue in Sethim, sine Belfethim, ut hic apparet, ergo in Belfethim mortuus est Moyse.

Sethim & Belfethim idem sunt.

Item Moyse ambulauit per omnes mansiones cum Israelitis: nam & in Belfethim iussit ei Deus, ut loqueretur ad Israelitas, quod disperderet Chananeos, & deos eorum, atque aras, ut patet Num. 33. cap. & in Belfethim erat Iosue post mortem Moyse, quando ei Deus locutus est, ergo in Belfethim mortuus est Moyse. Duos viros exploratores. Id est duos viros ad inquirendum de statu terrae & de urbe Iericho.

In quam sione est mortuus Moyse.

Quare Iosue exploratores miserit, & an in hoc fuerit modice fidei. Et quando quis peccat utendo humana prudentia, & quando non: immo ea tenetur uti. Quaestio. III.

Quare Iosue exploratores miserit. nam videtur hoc esse modice fidei. debuisset enim Iosue confidere Deo, qui promiserat ei, quod eum in omnibus dirigeret, & non erat necesse, quod mitteret exploratores, sed quod ipse secure introiret confidens, quod Deus traderet hostes in manus eius.

Respondendum est, quod Iosue nihil peccauerit mittendo exploratores. nam Moyse misit exploratores de Cadesbarne ad explorandum terram Chanaan, ut patet Numeri 13. cap. & tamen non fuit a Deo increpatus.

Item mittere exploratores est actus prudentiae humanae. agere autem secundum humanam prudentiam, ubi Deus non diffiniuit certum modum agendi, nec vetuit actum humanae prudentiae, iustum est. immo non agere in tali casu secundum humanam prudentiam imprudentia est. si autem Deus diffinierit nobis in re certum modum agendi, vel veterit actum humanae prudentiae, est modice fidei recurrere ad humanam prudentiam. Sic erat in apostolis, quibus Christus dixerat Matth. 10. cap. cum enim tradent vos, nolite cogitare qualiter, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. non enim estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Vnde si aliquis de apostolis, cum duceretur ante reges & praesides, nollet respondere antequam praecogitaret, grauiter peccaret magnam Deo iniuriam faciens: quoniam diffidebat verbis eius, cum promississet, quod in illa hora daret eis quid loquerentur. Si tamen Christus non dixisset ista discipulis, quamquam ipsi firmiter credere deberent, quod ipse poneret in ore ipsorum quid loquerentur, quia eius causam agebant, & propter eum moriebantur, tamen sapienter agerent, si antequam inquirerentur, praecogitarent de ratione, quia ad prudentiam humanam hoc pertinet. In Iosue autem sic erat, quia Deus non veterat ei mittere exploratores, nec dederat certum modum: quin potius credendum est, quod iusserit, quamquam subriceatur, cum non omnia enarrantur in sacra Scriptura. recte

E 2 ergo

Eccle. cap. 4. melius est ergo duos esse simul, quam unum. habent enim emolumentum societatis suae. si enim vnus ceciderit ab alio fulcietur. Vt soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem. & si quispiam prauulerit contra vnum, duo resistunt ei. non ergo fuit decens vnum solum mitti, quia forte ille non auderet ire.

Item erat prudentia, quia si vnum contingeret comprehendere, poterat alius renunciare Israelitis: si autem vnicus mitteretur & comprehenderetur, nemo esset potens renunciare in castris. deicit ergo duos simul mitti.

An exploratores missi fuerint a Iosue post terminum luctus pro Moyse, vel ante, Quasi. VIII.

Non quoque querendum est de tpe missionis exploratorum a Iosue: quidam namque dicunt eos missos fuisse ante terminum luctus pro morte Moyse, alij vero post.

Rabbi Sal. dicit missos fuisse ante terminum luctus, quod probat ex duobus fundamentis, scilicet ex tempore quo Iudaei transierunt Iordanem, & ex tempore quo mortuus est Moyses. transierunt enim Israelitae Iordanem die decima mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto, vt patet infra 4. cap.

Idem Moyses secundum Iudaeos mortuus fuit die septima mensis 12. immediate praecedentis. scilicet in anno 40. ab exitu de Aegypto. Hoc autem non probat Ra. Salo. ex aliquo loco sacrae scripturae. sed dicit hoc Nicolaus esse verisimile, quod Iudaei in annalibus suis ista die registraverunt certissimi, quia fieret mentio de die mortis Moyse, cum fuisset inter Iudaeos tam excellens vir, ergo computando a die mortis Moyse vsque ad transitum Iordanis solum sunt dies triginta tres. Quae patet, quia assumuntur dies 23. de mense 12. in quo mortuus fuit Moyses, & decem de mense primo anni, in quo Israelitae transierunt Iordanem. Patet autem ista computatio ex modo faciendi menses secundum Iudaeos, quia Iudaei computant menses per lunationes, & duas lunationes faciunt dies quinquaginta nouem, & sunt duo menses. & sic combinando duos menses faciunt primum mensem dierum triginta. secundum vero viginti & nouem, & sic consequenter de alijs mensibus vsque ad finem anni. Et hoc modo mensis duodecimus continebit apud Iudaeos dies 29. a quibus demantur sex dies mensis huius duodecimi, qui praecesserunt mortem (fuit quippe ipsa mense eodem, die septimo) manebunt dies viginti tres, quibus addantur dies decem (quia decimo die mensis primi anni sequentis transierunt Israelitae Iordanem) erunt dies 33. a morte Moyse vsque ad transitum Iordanis sumendo vtriusque diem inclusiue. Luctus autem Moyse mortui durauit diebus 30. vt patet Deuterono. 34. Manent ergo soli tres dies a fine luctus Moyse vsque ad transitum Iordanis. A missione tamen exploratorum vsque ad transitum Iordanis inclusiue sunt ad minus septem dies. ergo missio ista exploratorum fuit ad minus quatuor diebus ante terminum luctus Moyse. Patet antecedens, quia exploratores venerunt ad Iosue in castra antequam moueretur castra de Sethim ad Iordanem, vt patet ex fine huius iuncto cap. sequenti. Et tamen exploratores ad minus ex die, qua missi sunt vsque ad reditum, morati sunt diebus quatuor vel quinque. Quod patet, quia tribus diebus manserunt absconditi in montibus, vt patet infra in littera. in eundo tamen & redeundo, & manendo in Iericho ad minus manerent vno die, vel duobus, & sic a die qua iuerunt, vsque quo redierunt, fuerunt dies quatuor vel quinque ad minus, post

F hoc autem mouit Iosue castra de Sethim, & venit vsque in ripam Iordanis, & manserunt ibi diebus tribus, vt patet seq. c. & sic a die missionis exploratorum vsque ad transitum Iordanis, fluxerunt dies septem, vel octo ad minus. Et cum ex praedictis constet planctum pro Moyse finitum fuisse tribus diebus duntaxat ante transitum Iordanis, sequitur quod quatuor vel quinque diebus ante finitum planctum pro morte Moyse exploratores fuerint missi.

Ex hoc etiam inferre poterunt, quod die quo finitum fuit planctus pro morte Moyse, recesserunt Israelitae de Sethim, siue Belfethim. quod patet, quia ex praedictis. 33. diebus ante transitum Iordanis mortuus est Moyses, vtriusque inclusiue sumendo. & tribus diebus post finitum planctum pro Moyse fuit transitio Iordanis. sed diebus tribus ante transitum Iordanis recesserunt Israelitae de Sethim, vt patet sequen. cap. scilicet quod Israelitae recesserunt de Sethim: venientes vsque ad ripam Iordanis per noctem, & manserunt diebus tribus, quo finitum planctum pro Moyse in die septimo mensis primi per noctem, mota sunt castra & applicata ad Iordanem.

Determinatio auctoris antecedentis quaestio. Et quo tempore Moyses obierit, Quasi. IX.

In contrarium autem alij dicunt non fuisse exploratores missos dum durarent dies planctus pro Moyse, sed post. & hoc tenendum est. Dependet autem quaestio ista ex ea quam praecedenti. cap. ventilauimus, scilicet an Deus apparuerit Iosue completis diebus luctus pro Moyse vel ante: nam si dicamus ante completionem luctus apparitionem facta, consequenter dicemus, quod ante finitum luctum fuerit facta missio exploratorum. quod patet, quia immediate, vt Deus iuberet aliquid, Iosue dispo- neret ad faciendum illud, sed ipse dixit ei. Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum. ergo confestim mitteret exploratores ad cognoscendum de statu vrbs Iericho. Si autem dicamus, quod fuerit facta apparitio post completa tempora luctus: consequenter dicendum erit missionem postea fuisse, cum prius fuerit apparitio. Dei facta Iosue quam missio exploratorum: ipse quippe non moueretur ad aliquid agendum, nisi consulto Deo. Supra tamen declaratum est, quod ista locutio fuerit facta post tempus luctus expletum. necesse est igitur posterius fuisse factam missionem exploratorum.

Ad argumentum autem Nicolai ex parte Ra. Sal. & aliorum Iudaeorum: Respondendum est satis concludi intentionem eorum datis fundamentis, sed negandum est vnum fundamentum, scilicet quod Moyses mortuus fuerit die septima mensis duodecimi anno 40. ab exitu de Aegypto. non enim hoc probare possunt ex aliquo loco autentico. immo contrarium magis probabiliter patet, scilicet quod Moyses mortuus fuerit ante transitum Iordanis pluribus quam sexaginta tribus diebus, quod patet, quia Moyses peccauerat ad quas contradictionis non sanctificans Deum coram Israelitis, ideo in poenam ei dedit, quod non transiret Iordanem ad videndam terram illam Israelitarum. Ideo cum peruentum est ad mansionem quam vocatur Sethim, & alio nomine Belfethim, dixit ei Deus, quod ascenderet in montem Abarim, & videret terram filiorum Israel, quia non erat transiturus in eam, vt patet Numeri 27. ca. tunc Moyses expletis quibusdam alijs quae facturus erat, incepit declarare Iudaeis legem antequam moreretur, conuocans totum Israel praeter cefores lignorum, & aquarum portitores, vt patet

Quo die & mense mortuus est Moyses,

vt patet Deuterono. 29. cap. & coram eis recitauit totum Deuteronomium, vt patet Deuter. primo cap. & 29. cap. Finito autem eo, dedit illum scriptum Israelitis, vt Leuitate tenerent eum in latere arcae federis, vt patet Deuter. 31. & tunc confortauit Israelitas & Iosue, & proposuit canticum contra Israelitas, & ad vltimum benedixit illis, vt patet Deuter. 32. & 33. & tunc ascendit in montem, & contemplatus est terram, atque mortuus est, vt habetur Deuter. 34. cap. ista autem facta sunt in tribus vel quatuor diebus, vel etiam breuius, vt quidam de Iudaeis dicunt, & hoc satis probabiliter, quia Moyses solum recitabat Deuteronomium coram Israelitis, quod breuiter fieri poterat. & sic post tres vel quatuor dies, quando incepit Moyses recitare Deuteronomium mortuus est. sed Moyses cepit hoc anno quadagesimo ab exitu de Aegypto mense vndecimo, die primo mensis illius, ergo moreretur in tertio vel quarto eiusdem mensis 11.

Nota mirabilem, atque irrefragabilem computationem contra Iudaeos ex inimicis generalibus sacrae scripturae. patet Deuterono. primo cap. Computando ergo a die 3. vel 4. mensis vndecimi, vsque ad diem decimum mensis primi anni sequentis, cum fuit transitus Iordanis; manebunt dies sexaginta sex vel quasi. quod patet, quia mensis vndecimus & duodecimus simul apud Iudaeos continent dies quinquaginta nouem, qui sunt duae lunationes integrae. his addantur dies decem mensis primi anni sequentis, quia in decimo fuit transitus Iordanis; erunt dies sexaginta nouem. Ab his demantur tres dies, si volumus, quod Moyses moreretur quarto die mensis vndecimi, scilicet quod duraret in recitando Deuteronomium quatuor diebus, & dies quartus erit inclusiue de luctu Moyse, cum eo die moreretur: manebunt dies sexaginta sex a morte Moyse vsque ad transitum Iordanis, assumendo vtriusque inclusiue. & sic erit spatium duplicatum, ad id quod dant Rab. Sal. & Nicolaus. Facta ergo hac computatione demantur dies luctus Moyse triginta manebunt triginta sex. & ab his demantur septem vel octo dies, qui ad minus esse poterant ex die missionis exploratorum vsque ad diem transitus Iordanis, manebunt viginti octo dies post planctum Moyse, & missionem exploratorum. & in his poterat Deus apparere Iosue, & loqui de transitu Iordanis, & poterat mitti exploratores, & maneret pluribus diebus in explorando terram vsque ad reditum: & ista positio videtur esse, quasi necessaria ex fundamento litterae Deuterono. primo, inducendo, vt inductum est.

Quod autem hoc tempore cepit recitare Deuteronomium patet Deuterono. primo cap. Computando ergo a die 3. vel 4. mensis vndecimi, vsque ad diem decimum mensis primi anni sequentis, cum fuit transitus Iordanis; manebunt dies sexaginta sex vel quasi. quod patet, quia mensis vndecimus & duodecimus simul apud Iudaeos continent dies quinquaginta nouem, qui sunt duae lunationes integrae. his addantur dies decem mensis primi anni sequentis, quia in decimo fuit transitus Iordanis; erunt dies sexaginta nouem. Ab his demantur tres dies, si volumus, quod Moyses moreretur quarto die mensis vndecimi, scilicet quod duraret in recitando Deuteronomium quatuor diebus, & dies quartus erit inclusiue de luctu Moyse, cum eo die moreretur: manebunt dies sexaginta sex a morte Moyse vsque ad transitum Iordanis, assumendo vtriusque inclusiue. & sic erit spatium duplicatum, ad id quod dant Rab. Sal. & Nicolaus. Facta ergo hac computatione demantur dies luctus Moyse triginta manebunt triginta sex. & ab his demantur septem vel octo dies, qui ad minus esse poterant ex die missionis exploratorum vsque ad diem transitus Iordanis, manebunt viginti octo dies post planctum Moyse, & missionem exploratorum. & in his poterat Deus apparere Iosue, & loqui de transitu Iordanis, & poterat mitti exploratores, & maneret pluribus diebus in explorando terram vsque ad reditum: & ista positio videtur esse, quasi necessaria ex fundamento litterae Deuterono. primo, inducendo, vt inductum est.

Quare mouentur Iudaei ad dicendum, quod Moyses mortuus fuerit die 7. mensis 12. Quasi. X.

Sed dicit aliquis, vnde ergo Iudaei mouentur, vt dicat Moyses fuisse mortuum die septima mensis duodecimi, anno 40. ab exitu de Aegypto? Responderetur motiuum esse suum, vt non detur aliquod tempus superuacuum in mansione, quae dicitur Belfethim, siue Sethim post mortem Moyse. & tamen si dicunt Moysen mortuum fuisse ante diem septimum mensis duodecimi, dabunt aliquod tempus, in quo nescient dare, quid fecerint Iudaei in mansione illa: dederunt ergo quod mortuus fuisset Moyses die septimo mensis duodecimi.

Inductionis huius modus est, si dicamus Moysen mortuum die septima mensis duodecimi, computando 30. dies planctus eius, peruenietur ad diem 7. mensis primi anni sequentis, & accipiatur tres dies, quibus steterunt Israelitae ad ripam Iordanis postquam recesserunt de Sethim: erit dies decimus mensis primi anni 41. ab exitu de Aegypto. & iste est dies transitus Iordanis, vt patet infra quarto cap. ergo modo Alph. Post. super Iosue.

A non dabitur aliquod tempus superfluum in mansione Sethim post mortem Moyse. nam vt supra indicabatur ex positione Nicolai & Ra. Sal. in ea die qua expletus est planctus pro Moyse, mouerunt castra Israelitae per noctem, scilicet in nocte sequenti, & venerunt ad littus Iordanis. Si autem Iudaei dicant mortem Moyse fuisse post diem septimum mensis duodecimi anni 40. ab exitu de Aegypto, repugnabit eis littera, vt pote si dicant eam fuisse die decima mensis 12. tunc accipiuntur dies 30. luctus Moyse, quibus steterunt in Sethim: non recedent quousque finiretur luctus pro Moyse, vt patet Deuterono. 34. & tunc peruenietur ad diem decimum mensis primi anni sequentis. tunc accipiuntur tres dies, quibus post recessum de Sethim, steterunt Israelitae super Iordanem antequam transierunt, vt patet sequenti cap. erunt dies tredecim mensis primi. & sic in die tredecimo mensis primi fuisset transitus Iordanis. tamen in decimo, vt patet infra quarto cap. tres dies, ergo deficiunt, hoc autem est, quia diximus mortuum fuisse Moysen die decimo anno 40. non potest igitur dici mortuus post diem septimum mensis duodecimi.

Si autem dicant eum mortuum ante diem septimum mensis duodecimi anni 40. non videtur eis posse dari, in quo totum tempus impensum sit in mansione Sethim post mortem Moyse, quod patet, vt verbi gratia dicatur. Moyses mortuus die primo mensis duodecimi anni 40. accipiatur dies 30. luctus Moyse, peruenietur ad diem primum inclusiue mensis sequentis, cum mensis duodecimus secundum computationem Iudaeorum sit viginti nouem dierum, vt supra declaratum est. Accipiuntur etiam ultra tres dies, quibus Iudaei manserunt super Iordanem antequam transierunt, postquam peruenerunt de Belfethim, vt patet sequenti cap. erunt dies quatuor mensis primi anni sequentis, & sic in hac die quarta mensis sequitur fuisse factam transitionem Iordanis. fuit tamen in die decimo, vt patet infra quarto cap. ergo dies sex, qui excedunt inter quartum & decimum, anticipati sunt. redeundum ergo erit ad hoc, vt fuerit mors Moyse in die septimo mensis duodecimi anni quadagesimi ab exitu de Aegypto.

Motiuum illud Iudaeorum nihil valet, nec probat. Quasi. XI.

Sed istud motiuum Iudaeorum non est habes aliquid rationis. nam si volunt dare aliquod tempus superuacuum Iudaeis in Sethim post mortem, dent quid fecerint per 40. annos, quibus vagantes fuerint in deserto retrocedendo, & nihil agendo, vt patet Numeri 14. qui tamen vagus est nihil agit.

Dent etiam quid fecerint Israelitae in Cadesbarne, in qua manserunt Israelitae multo tempore, vt patet Deuterono. primo cap. Dent etiam quid fecerint 38. annis quibus venerunt de Cadesbarne vsque ad torrentem Zareth, vt patet Deuterono. 2. cap. & tamen non erat iter dierum vndecim, quia de monte Sinai vsque ad mansionem quae est Belfethim in qua Moyses Deuteronomium recitauit, est iter dierum vndecim, vt patet Deuterono. 1. cap. & tamen inter montem Sinai & Cadesbarne sunt multae mansiones, & inter torrentem Zareth & Belfethim, vt patet Numeri 33. cap. vbi ponitur catalogus mansionum. & sic hoc quod Iudaei annis 38. ambulauerunt, non erat forte iter sex dierum. quid ergo in tanto tpe fecerunt? sed de his non poterit dari quod egerint. ergo nec est petendum quod egerint in Sethim post mortem Moyse. Potissimum quoniam adhuc dari poterit, quod egerint Israelitae hoc

E 4 tempo-

tempore quo steterunt in Sethim post mortē Moy- si, nam dicitur, quod apparuit Deus Iosue, postea mi- serunt exploratores, & expectauerunt eos quousque redirent in castra. Hoc autem tempus missorum ex- ploratorum non computant Iudæi tempore inter- medio, sed in tempore luctus pro Moyse, quæ non est rationabilis computatio, vt patet ex dictis præce- den. capitū.

Item dicitur, quod toto tempore intermedio in- ter finitum planctum Moyfi, & missionem explora- torum, atque transitum Iordanis, expectauerunt Is- raelitæ in pœnam, sicut expectauerunt toto tempo- re precedente, quousque complerentur 40. anni man- sionis deserti, quibus condemnauerat Deus Israelitas vt transirent Iordanem, vt patet Numeri 14. si tamē immediate post mortem Moyfi transirent, nondum esset completus annus 40. cum ipse mortuus fuerit mense vtdecimo anni. 40. die tertio vel quarto, vt su- pra inductum est. Non ergo statim, vt completum fuit tempus luctus, debuerunt Israelitæ transire Ior- danem, sed manere in Sethim vsque ad principium sequentis anni, qui erat. 41. in cuius die prima vel se- cunda videntur missi exploratores in Iericho, vt ex præpositis inductum est. Patet ergo ex superioribus, quod exploratores non fuerunt missi in Iericho ante finitum tempus luctus pro Moyse, sed postea.

In abscondito. Alia litera habet, *Abscondite.* Sed ad idem pertinet: hebrei habent hic vnam dictionem æquiuocam, scilicet *hæres*, quæ nimis apud eos aspi- ratur contra conditionem latini idiomatis. Et signat quatuor, scilicet *magistrum*, vel *testam terream*, vel *surdum*, vel *absconditum*, & in qualibet harum signi- ficationum exponunt Iudæi.

Primo modo, quod missi exploratores magistros, sci- licet dando eis instrumenta fabrilia pertinentia ad fa- bros lignarios, quæ gestarent manibus, ita vt Chana- næis Ierichontinis viderentur artifices, & non puta- rent eos exploratores. Sed iste sensus non conuenit, quia hoc modo isti exploratores deberent se ostēde- re Ierichontinis, & sic caperēt eos in sermone, si irēt tanquam artificiale aliquid inquisituri.

Secundo modo, *hæres*, signat testam, & dicunt Iudæi, quod Iosue dedit his duobus exploratoribus ollas fictiles quæ testæ sunt, pendentes ad collum, vt viderentur ire ad vendendum ollas in Iericho. Sed hoc ri- diculum est, nec oportet contra hoc argui.

Tertio modo dicitur, *hæres*, idest *surdus*, & dicitur, quod Iosue misit istos exploratores tanquam surdos, scilicet vt fingerent se surdos, & mutos. sic enim fin- xit se Dauid fatuum coram Achis rege Geth: & pin- gebat monstra in portis, & defluebant saluæ per bar- bam eius, vt incognitus esset. sic primo Re. 21. cap. Isti autem debebant se fingere surdos, vt neminem audi- rent, nec attendenti loquentem, ita vt non haberēt occasionem manendi cum aliquo, sed vt ab omnibus se expedirent fingebant se mutos, vt non cognosce- rentur per linguam hebream. Sed ista expositio nõ tenet. primo quia isti non se finxerunt surdos, & mu- tos, nam locuti sunt cum Raab Ierichontina, vt patet hic in litera.

Item si fingerent se surdos & mutos, darent maio- rem occasionem suspicandi de se aliquod malum, nam qui surdus & mutus est, non potest habere hu- manam communicationem cum incognitis, & tales nunquam militarij vadunt in exteras regiones, quia nesciunt quo vadunt, nec petere locum ad viam, & non poterunt habere alios modos explicandi diffi- ciliores, qui requiruntur ad incognitos, non enim suffi- ciunt nutus & signa, sicut inter cognitos, cum ergo Ierichontini viderent hos esse alienigenas & mutos

& surdos, manifeste arguerent, nec surdos, nec mutos esse, quia in terram alienam venerant, & quia hoc fini- gebant, conuincerent eos velle fallere. & sic arbitra- rentur esse exploratores. non ergo decebat illos ire, vt mutos & surdos.

Item cum dicitur, quod erant simulantes esse mu- tos, ne cognoscerentur per linguam hebraam, nihil arguitur, quia poterant isti Israelitæ loqui in lingua Aegyptia, in qua semper nutriti fuerant patres eorū, potissime quia credendum est aliquos fuisse missos, qui scirent idioma Ierichontinorum.

Quarto modo accipitur, *hæres*, idest *absconditum*, & dicitur quidam Iudæi, quod misit Iosue istos explora- tores abscondite, scilicet ita vt non viderent ceteri Israelitæ, & hoc vt non suspicarentur aliquod malum futurum sibi per exploratores, sicut euenerat quādo Moyse misit exploratores de Cadesbarne. Sed hoc non stat, quia non poterat celari missio exploratorū: nam cum redirent, nunciaturi erant quæ viderent, & sic cognosceret missos fuisse exploratores, & tunc irascerentur cur eis nescientibus Iosue exploratores miserit.

Dicendum est igitur, quod de consilio & voluntate plebis missi sunt exploratores, & quantum ad hoc non missi sunt abscondite, sed quia Iosue misit eos, ita secrete, quod Chananæi non intelligerēt eos mis- sos, vt non comprehenderent nec impedirent, erat quippe facile eos cognosci a Ierichontinis, quia circa hoc aduertebant, potissime si mitterentur palam, sicut cum misit eos Moyse, debuerunt ergo multum secrete mitti. *Qui dixit eis.* Idest mandauit. *Ite con- siderate terram urbemque Iericho.* Non iussit Iosue, vt irent exploratores ad cōsiderandum omnem terram propinquam vrbis Iericho, & transire Iordanem, nam Ierichontini & ceteri Chananæi cognoscebant Iudæos adesse, ideo suspicabatur Iosue, quod aliquas insidias ponerent circa transitum Iordanis, & ante vt- bem Iericho, hoc autem voluit scire per explora- tores inquisituros statum terræ ante Iericho, etiam ius- sit, vt contemplerentur statum vrbis Iericho, scilicet an ibi multa gens armatorum esset, vel ponerentur ibi aliqua specialia defensiva. De alijs vltimis locis terræ vltra Iordanem non differebat nunc inquiri, quoniam postquam deuentum esset ad Iericho, cog- nosceretur de statu aliorum locorum. *Qui pergen- tes.* Scilicet in vrbem Iericho.

Quomodo exploratores potuerunt transire Iordanem, cum Is- raelitæ non potuerunt postea transire sine miraculo.
Quæstio. XII.

QUÆRET aliquis quomodo exploratores transierunt Iordanem, vt irent in Iericho, nam ceteri Israelitæ non potuerunt transi- re, nisi Deus miraculose diuisisset aquas Iordanis, vt patet in sequen. capitū.

Aliquis ad hoc respondebit, quod ad trāsitum ex- ploratorum transierunt aquæ inferiores Iordanis, & superiores steterunt, sicut factum fuit post in transi- tu omnium Israelitarum. Sed hoc non conuenien- ter dicitur, nam istud erat valde magnum miracu- lum, in quo Deus ostendebat magnitudinem suam, & benevolentiam Iudæis, vt patet sequenti cap. cum Deus diceret se diuisurum aquam Iordanis, dictum est: in hoc scietis, quod dominus Deus viuens in medio vestrum est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Ethæum &c. Tantum ergo miracu- lum factum cum exploratoribus nõ subtrahisset scri- ptura, sicut non subtrahit cum factum est hoc tran- seuntibus omnibus Israelitis.

Determi- natio au- storis.

Determi- natio au- storis.

Iordanis habebat vada: & vbi.

Item

Item exploratores cum redierunt in castra, narra- uissent Israelitis hoc miraculum, sicut narrauerūt alia quæ eis acciderant, & in conspectu huius nullius erat momenti: potissime cum infra dicatur, quod explora- tores venientes narrauerunt Iosue omnia quæ eis acciderant. vt patet infra in litera: & tamen nihil tale narrauerunt: dicendum ergo nihil tale accidisse. Aliquis ergo dicit quod exploratores transierunt Iorda- nem per aliquem pontem: nam tantum fluius ha- beret pontem in aliquo loco. Sed contra hoc argue- tur: si aliquis pons erat in Iordane per quem Israelitæ transirent, & transierunt exploratores, ad quid faciendum est miraculum in diuisione aquarum Ior- danis? nam miracula non fiunt sine necessitate. Di- cendum est ergo non fuisse pontem in Iordane per quem transitus esset. quod patet: nam si pons esset quando Ierichontini secuti sunt exploratores Iudæo- rum vt eos comprehenderent, iussissent per viam pon- tis Iordanis. dicitur tamen infra in litera quod Ierichontini secuti sunt Iudæos exploratores per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. non erat ergo pons in Iordane ad transeundum. Dicendum est igitur quod exploratores transierunt Iordanem per vadum, nam quamquam Iordanis magnus fluius sit, habet tamē vada in quibusdam locis, specialiter in quodam loco versus Iericho. Quod patet quia in fra dicitur. hi autem qui missi fuerant secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vada Iordanis. Itē patet quod Iordanis ha- beret vada, vt patet Iudicum 3. cap. cum dicitur: de- scenderuntque post eum, & occupauerunt vada Ior- danis, quæ transmittunt in Moab. Sed tunc argues, si Iordanis vada habebat, & exploratores poterant transire, atque transierunt, quare non transierunt omnes Israelitæ per vada? & ad quid factum est miraculum diuisionis aquarum Iordanis? Responden- dum est quod Iordanis est fluius altus, & in paucis- simis locis vada habet: & hæc non manent omni tempore. aliquando quidem vadatur, interdum vero nequaquam: sicut contingit in alijs fluminibus magnis, habet autem Iordanis consuetudinem, vt in tempore messis intumescat: cuius causam infra se- quenti cap. tangemus. & quando transierunt explora- tores eundo & redeundo, nõdum intumuerat Ior- danis: ideo faciliter transierunt. cum vero Israelitæ transire debuerūt, quatuor diebus postquā transie- rūt exploratores, intumuerat Iordanis: quia alluio- nes repente fiunt, & non potuerunt transire Israelitæ, hoc totum patet sequē. cap. cum dicitur. Iordanis au- tem ripas aluæ sui tempore messis impleuerat, idest tunc fuit factus tumor ex conditione temporis, quia tunc annuatim solet intumescere Iordanis. ad hoc igitur quod Israelitæ transirent, necesse fuit vt diui- derentur aquæ Iordanis. *Ingressi sunt in domum mulieris meretricis nomine Raab.* Ista tenebat hospitium, & col- ligebat hospites in domo sua, & ob hoc intrauerunt in domum eius exploratores.

Quare exploratores potius ingressi sunt in domum Raab quam in aliud hospitium.
Quæst. XIII.

MAERIS autem ingressi sunt exploratores in domum Raab quam in aliud hospitium: quia Deus dirigebat eos vt in domo illa li- berarentur. nam si iussissent in domum aliã, hospes prodidisset eos esse exploratores, cum inquireret eos rex Iericho. nam vt isti fuerunt in domo Raab, misit eos ad querendum rex Iericho: quia au- nunciatum erat ei, quod exploratores venissent: & Raab abscondit eos. si tamen fuisset alia hospes, prodidisset eos. direxit ergo Deus illos ad domū Raab,

Item facti est hoc, quia Deus volebat saluare Raab & domum eius: & hoc modo posita conditione in- ter eam & exploratores saluata est: alioquin autem non potuisset saluari, sed perisset cum tota Iericho. Deus tamen eam saluare volebat, quia per eam deri- uata est posteritas regū Israel, & Messias quoque ex ea descendit: vt patet Matth. 1. cap. & Luca 3. Sed quamquam ista fuerit ratio, quare Deus dirēxit explora- tores, ipsi tamen nihil horum intelligebant, sed faciebāt propter aliam causam; scilicet quia hospitium Raab erat ad portam ciuitatis Iericho. & ipsi volebant ma- nere apud portam, vt non cogerentur manentes per vrbem Iericho discurrere: quia sic certius cognos- cerentur: etiam si opportunum foret, liberiorum haberent exitum manentes apud portam vbius: quam si manerēt in medio vrbis. Quod autē domus Raab esset in confinio portæ ciuitatis satis colligitur, quia dicitur infra. domus enim eius habebat muro. Etiã quia Raab dimisit exploratores per murum, vt patet infra. Et etiam hoc conueniens erat domui Raab, quia erat hospitium transeuntium, vt effat apud por- tam vrbis: vt sic facilius declinarent viatores in do- mum eius. *In domum mulieris meretricis.* Aliqui dicūt istam esse meretricem, i. vendtricem, quia vendebat diuersa in domo sua, & colligebar ad se viatores. & hoc satis notum est, cum ad eam declinauerint duo exploratores Iudæorum, alioquin nesciuissent in do- mum eius ire, nec haberent eundi causam.

Messias descendit ex Raab.

An Raab fuerit vere meretrix, vel fuerit hospitalaria, aut ven- ditrix: vt Nicolaus asserit.
Quæst. XIII.

SE D an Raab hæc sit meretrix, videtur quibus- dam dubium. Dicunt autē quidam eam fuisse vere meretricem: & exploratores intrasse in domum eius, non desiderio fornicandi; sed diuertendi & manendi apud ipsam in abscondito. sciebant enim esse peccatum cognoscere alienigenas mulieres. nam propter hoc Deus multas fecerat punitiones in Israelitis, cum miscuerint se Madianitarum virginibus apud montem Phegor, & conuerit Deum alienum: vt patet Num. 25. cap. Alij dicunt quod ista mulier fuerat quondam meretrix, & tamen nunc non erat meretrix. vocabatur tamē meretrix ex acti- bus præteritis. sic patet de Pharisæo apud quem dis- cubuit Iesus, vt comederet panē. nam dicitur quod recubuit in domo Simonis leprosi: vt patet Marci 14. Ille tamē nõ erat tunc leprosus, sed aliquando fue- rat. nam si tunc leprosus esset non haberet domum in vrbe, nec quisquam de sanis tunc comederet cum eo, nec ad eum accederet: sed maneret extra vrbem discooperto capite, & cooperto ore, atque diffitis ves- tibus: vt patet Leuit. 14. cap. sic ergo de Raab dice- retur quod meretrix fuisset, tamen nunc non erat. Nicolaus dicit vtunque horum esse irrationabiliter dictum, quia ista fuit postea copulata in matrimonij Salmon principi tribus Iudæ, vt patet Matth. 1. cap. non tamen est verisimile, quod accepisset in matri- monium mulierem tam infamem vt de nobiliori tribu Israelitarum. sed dicit quod vocatur meretrix, idest hospitalaria, quod probat ex auctoritate transla- tionis Caldaice, in qua vocatur Raab hospitalaria. Dicit autem Nicolaus fuisse hoc factū, propter æqui- uocationem nominis hebraici, quod hic ponitur, quod interdum sonat meretricem, & interdum hospitala- riam. Iudæis autem dicentibus eam esse meretricem, vel aliquando fuisse, non consentit. Ad hoc tamen dicendum est quod sacra scriptura vocat Raab me- retricem proprie, ideo necesse esse vel quod aliquan- do meretrix fuerit, quod magis concedendum est: vel

Determi- natio au- storis.

vel quod tunc meretrix esset, quod absurdus patet. Et quando Nicolaus dicit non fuisse eam meretricem, sed hospitalariam, nihil arguit, nam ex translatione Chaldaica nihil tale patet. Verum est enim quod ista mulier hospitalaria erat, secundum quod eam litera Chaldaica vocat: tamen non negatur ibi esse meretricem, nam eam fuisse hospitalariam, tam ex litera nostra quam ex Hebraea patet: cum ipsa receperit in domo sua exploratores hos, & ipsi declinauerint in domum eius: Ipsi quippe incogniti in terra illa non habuissent occasionem declinandi in domo eius, nisi esset hospitium ceteris viatoribus praebens. Meretricem tamen eam esse, aut fuisse non excusabimus: quia scriptura eam meretricem vocat. Et cum dicit Nicolaus quod istud nomen quod ponitur hic, in Hebraeo est equiuocum ad hospitalariam, & meretricem, stare nequit: quia hic ponitur in Hebraeo *Zona* quod semper & proprie significat meretricem, vel quamcumque fornicariam. Si vero ex aliqua occasione aut proprietate ad hospitalarias transferre volueris, non dissentio, sed hoc necesse est, vt semper transmutetur secundum conditionem fornicandi: ita vt simul fornicaria, & hospitalaria sit. Item patet hanc fuisse intentionem translationis nostrae, quia beatus Hieronymus qui vir peritus fuit in transferendo Hebraicam scripturam in Latinam, non posuit hospitalariam, sed meretricem, cuius clara & sine equiuocatione apud Latinos significatio est. Si tamen potuisset Hieronymus conuenienter transferre ad hospitalariam, non posuisset meretricem: quia honestius erat eam hospitalariam quam meretricem appellari. Primo quia in genealogia Saluatoris posita est, vt patet Matth. 1. & tamen honestius esset eam non fuisse meretricem, vt ex honestioribus foeminis Saluatoris linea texeretur, vt videtur. Item hoc fuisse propter Salmon qui duxit eam in uxorem, & erat princeps in tribu Iuda, tamen vocauit meretricem. ergo videtur quod intellexerit non posse eam aliter vocari ex sacra Scriptura. Cum autem dicitur secundum Nicolaum quod non fiat vilo modo eam fuisse meretricem, quia assumpta est in uxorem a principe tribus Iuda. Respondendum est honestius esse si dari posset, vt ipsa poneretur non meretrix. non tamen potest vilo modo subterfugi, quin meretrix appelletur. Et quando dicitur quod non est verisimile, quod Salmon princeps filiorum Iuda sumeret eam in uxorem, si meretrix esset, vel fuisset. Respondendum est Raab non esse tunc meretricem, quando ad eam diuerterunt exploratores, sed aliquando fuit: & tamen manebat ei nomen illud, sicut dictum est de Simone leproso, quod ille esset leprosus, & tamen non erat leprosus: sed quondam fuerat. & sic non erat tanta infamiae nota. Item considerandum est quod Raab non fuerit meretrix, scilicet publice prostituta, sed solum fuit fornicaria, quia aliquibus se commiscebat: sicut dictum est de Magdalena Lucae 7. quod erat mulier peccatrix, & hoc in fornicatione. nemo tamen de ea dicit, quod fuerat prostituta venaliter, vel omnium libidini satandae: sed aliquibus amatoribus se inhoneste tradiderit, non enim erat verisimile, vt mulier de tanto genere, & tam diues exponeret se publice venalem, & sic quae infamia esset aliqua, nimis tamen differt ab ea quam incurrit publice prostituta. non ergo erat valde absonum: quod Salmon hanc duceret in uxorem, quia non erat publice prostituta. Erat autem alia causa ad hoc inducens, quia Israelitae promiserunt facere misericordiam cum ea, vt ergo regratiarentur beneficio ab ea suscepto, princeps nobilioris tribus eam in uxorem suscepit. Intelligendum quoque est Raab de magno genere inter Ierichontinos exiisse: vnde

Solutio ad secundum.

Zona non est nomen equiuocum: vt putat Nicolaus.

Raab non fuit meretrix publice prostituta: sed fornicaria sicut Magdalena.

Feam gratanter Salmon susciperet. *Nomine Raab.* Ponitur nomen eius, quia ista postea inter Iudaeos magni honoris fuit, cum accepta fuerit in uxorem a Salmon principe tribus Iuda, & ex linea eius reges descenderint, & de ea in nouo testamento mentio fiat: *Qui uenerunt apud eam.* Idest manserunt in domo illius. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo quod quieuerunt apud eam, idest manserunt in domo illius non exeuntes in urbem, nec ambulantes per vicus, & hoc forte facere poterant: quia timebant cognosci in urbe, & comprehendi. Alio modo potest intelligi quod quieuerunt apud eam, idest acceperunt in domo sua locum ad manendum, & hoc secundum verius est: quia non poterant bene explorare isti duo viri urbem Iericho, nisi ambularet per eam. & sic cognitum est quod essent in urbe, & dictum est regi: *Nunciatumque est regi Iericho.* Erat in urbe illa rex qui iusserat diligenter inspicere, an aliqui alienigenae ingrederentur urbem: ideo mox vt cognitum est Iudaeos esse in ciuitate, nunciatum est regi quod uenissent exploratores. *Ecce viri ingressi sunt huc de filiis Israel.* Qui viderunt hos Israelitas, non comprehenderunt eos. non enim uoluerunt sine regis mandato hoc efficere, praecipue quia cum essent in domo Raab, existimabant eos non posse euadere capta urbis porta. Et dato quod Ierichontini non cognouissent certissime esse exploratores, vel de filiis Israel viros illos, tamen existimabant eos esse de Israelitis, quia illos solos sciebant tunc insidiari, & imminere terrae suae capiendae: *Per noctem.* Idest illi duo viri exploratores ingressi sunt in crepusculo noctis, ita vt non viderentur, nec cognoscerentur. & ex hoc Ierichontini magis intellexerunt illos esse exploratores: quia qui male agit, odit lucem: vt patet Lucae 6. cap. & mox vt ingressi sunt, iuerunt Ierichontini ad regem nunciantes uenisse exploratores. quod patet: quia viri Israel ingressi sunt urbem Iericho per noctem: vt patet hic: & tamen antequam ipsi obdormissent, uenerunt nuncij a rege ad Raab, vt proderet viros qui in domo sua erant, quoniam exploratores erant. & sic paucum noctis spatium intercidit inter ingressum eorum in Iericho, & aduentum nunciorum regis. Ideo necesse est dici quod immediate vt ingressi sunt viri Israelitae Iericho, nunciatum est regi. Patet etiam ex hoc quod Israelitae exploratores valde modico tempore mauerunt in urbe Iericho: forte non per quatuor vel quinque horas. **Q**uod patet: quia ipsi introierunt ad uesperum siue per noctem, vt hic dicitur, & antequam obdormiret, uenerunt nuncij regis, vt comprehenderent eos, & tunc Raab dimisit eos per murum: vt patet infra. Et sic non potuerunt aliquid cognoscere de statu urbis Iericho, nisi quod omnes habitatores terrae erant timidi, quod audierunt a Raab: vt patet infra. Et hoc solum etiam narrauerunt in castris, vt patet in litera.

Quid dicit Iosephus historiographus Iudaeus de exploratoribus istis: & in quo concordat litera sacra Scriptura: & in quo discordat. Quasi. XV.

QUAMVIS de exploratoribus vera sciamus esse ea quae infra declarantur, & quae tangit litera scripturae sacrae: quia tamen Iosephus inter Hebraeos est historiographus famosissimus, qui & sacram Scripturam non ignorauit, dicemus quid ille de exploratoribus asserat, vt videatur in quo nobis concordat, aut discordat. Dicit enim ille lib. 5. antiquitatum: cumque fuisset illic Iosue castrametatus, repente exploratores aduenierunt nihil horum quae agebantur apud Chanaanos ignorantes, latenter enim prius omnem urbem eorum licenter confide-

considerauerunt simul & muros: & quicumque fortis, & qui non ita cauti esse viderentur: sed & portas quae dum essent fragiles, opportunum praeberent inuasiur introitum. non autem curabant ciues quicumque uiderent eos ista considerare, putantes uisionis gratia peregrinos aptissima ciuitatis loca singula perscrutari, non uoluntate hostili tamen: cumque uespere factum fuisset, & discedentes in habitaculum quoddam muro uicinum uenissent, in quo & cenaturi erant: essetque eis iam discedendi cura, nunciatum est regi Chanaan, quia exploratores quidam ciuitatis Hebraeorum exercitus uenientes essent in Raab habitaculo cum multa latendi prouidentia constituti. ille uero repente praecipit eos comprehensos adduci, vt eos torquens agnosceret quid agere uolentes adessent. cumque inuasionem eorum Raab agnouisset, nam supra murum stipulam lini siccatam: exploratores quidem illic abscondit. his autem qui fuerant missi a rege, dicebat quod peregrini qui ignoti fuerant, ante paululum quam sol occubuisset apud eam ceuantes abscesserunt: quos si timorem ciuitati & periculum regi ferentes uenisse putarent, sine labore eos comprehenderent persequentes. illi uero muliere ita loquente nullum eius dolorem cognoscentes abscesserunt, neque perscrutati sunt habitaculum eius. cumque perrexissent per uias, per quas potissime ire credebant, & quae ducerent ad uada Iordanis, & nullum signum agnoscerent, a labore quieuerunt: tumultu autem sedato Raab educens viros, & periculum pro eorum salute faciens suum: nam si capi in eorum occultatione potuisset, nequaquam supplicia regis euaderet, sed cum omni domo pessime deperijisset, rogabat vt haberent sui memoriam. Et dum Chanaanorum terram obtinerent, huius salutis recompensationem sibi afferre poscebat: cetera quae Iosephus de exploratoribus dicit cum sacra Scriptura omnia concordant.

Applicatio dictorum Iosephi litera sacra Scripturae. Quasi. XVII.

NVNO ea quae Iosephus dicit applicabimus. In quantum dicit quod exploratores repente aduenierunt: conueniens est, quia scriptura dicit quod misit eos secreta vel in abscondito: sed quae secreta sunt cito sunt, quia per longinquitatem temporis cognosceretur, quid uellent isti exploratores. Cum autem dicitur nihil horum quae agebantur apud Chanaanos ignorantes: est sensus quod cognouerunt omnia pro quibus uenerant. & hoc poterat esse referente Raab statum urbis, & totius gentis Chanaanorum, scilicet quod non haberent Chanaan animos ad se defendendum, sed omnes defecerant corde. nam dicitur infra in litera. noui quod tradiderit uobis Dominus terram: etenim irruit in nos terror uester, & elanguerunt omnes habitatores terrae: & postea sequitur, haec audientes pertimimus, & elanguit cor nostrum: & non remansit nobis spiritus ad introitum uestrum, aliter autem non uideretur quomodo exploratores posset cognoscere totum statum Chanaanorum. Et cum dicit Iosephus, latenter enim prius omnem urbem eorum licenter considerauerunt. in quo innuit Iosephus quod antequam exploratores intrarent domum Raab ad hospitandum, ambulauerunt totam urbem, & considerauerunt muros. Quod aliquis negabit dicens non esse uerisimile, quod daretur eis locus ad hoc, cum Ierichontini sub tanto timore constituti essent, & sub multa custodia: cum dicitur infra 6. cap. & Iericho clausa erat, atque munita: nul-

lusque audebat egredi, aut ingredi timore filiorum Israel. Sed dici potest quod neque istud omnino obstat. Primo, quia licet ita esset, constat quod exploratores ingredi potuerunt urbem: & ingressi fuerunt sine ulla difficultate: non ergo erat tam diligenter custodia ciuitas, cum scriptura non referat aliquam difficultatem eis accidisse in introitu in urbem. Secundo quia illud quod dicitur infra 6. cap. intelligitur in tempore postquam Israelitae transierunt Iordanem, & erant in Galgalis iuxta Iericho, vt patet ex ordine literae: & tunc necessariam erat, vt multo magis timeret Israelitas Chanaan quam cum uenerunt exploratores Iericho. Primo quia quando uenerunt exploratores, nondum transierant Israelitae Iordanem, & nescierant Chanaan an transiret Israelitae: quia Iordanis impediabat eos tempore alluionis. tunc uero iam transierant. & ita magis eos timebant Chanaan. Secundo quia tunc erant propinquiores, scilicet iuxta Iericho: nam dicebantur esse in agro urbis Iericho infra 5. cap. ideo tunc Chanaan clausuram urbem: ita ut nullus audeat ingredi, aut egredi timore filiorum Israel, qui erant ita vicini: unde si tunc irent exploratores, non possent intrare in urbem, cum neque Ierichontini possent exire. & tamen quando uenerunt exploratores, non erat talis timor, neque erant portae conclusae, sed solum custodiebantur. Tertio quia quando uenerunt exploratores, nondum acciderat miraculum de siccatione aquarum Iordanis: tunc uero iam fuerat, & istud intulit magnum timorem Chanaan, ita ut dissoluerentur corda eorum sicut aqua: infra 5. cap. & ideo nunc clauderant portas, atque munitabant praetere timore, quod prius non sic faciebant in aduentu exploratorum.

Consutatur Iosephus a planta pedis usque ad verticem: quia in malis sentit contra sacram Scripturam. Quasi. XVII.

DICENDUM ergo quod non obstantibus contrarijs satis poterat concedi quod Iosephus asseruit, sed sacra Scriptura aliquantulum repugnat. nam innuit Iosephus quod exploratores uenerunt per diem, & introentes in urbem antequam declinarent in domum Raab per ambulauerunt urbem: & considerauerunt muros eius, & omnia infirma, atque fortia: & tamen infra in litera innuitur quod exploratores uenerunt in urbem ad noctem, idest occidente sole, & in ipsa nocte recesserunt. Constat ergo quod non potuerunt ambulare per urbem, neque scire aliquid de statu urbis, nisi quod Raab eis exponeret. Et patet hoc cum dicitur in litera, qui pergressi ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eam: nunciatumque est regi Iericho, & dictum. ecce viri ingressi sunt huc per noctem, vt explorarent terram. Et ita apparent hic duo. Primum quod quando uenerunt exploratores non ambulauerunt per urbem, sed manserunt in domo Raab. & antequam de domo exirent, cum dicitur quod ingressi sunt in domum Raab, & quieuerunt apud eam: manebant in domo eius quando uenerunt nuncij regis, Et licet sua intentio esset ambulare postea per urbem, & considerare omnia quae Iosephus dicit: tamen praecipit rex Iericho mittere nuncios in domum Raab: & sic non fuit locus exploratoribus exeundi de domo eius ad uidentum quae dicta sunt. Secundum est quod exploratores non intrauerunt in Iericho per diem, sed per noctem: & ita non poterant quicquam videre de urbe usque ad sequentem diem, & tamen in ipsa

Deetermi-
natio au-
ctoris co-
tra Iose-
phum.

In ipsa nocte recesserunt postquam venerunt nuncij regis: ergo non viderant aliquid de vrbe. Dicendum igitur quod omnia quae exploratores cognouerunt de statu vrbis Iericho, & omnium Chananaeorum scruerunt referente Raab, & non per visum. Cum autem dicit Iosephus latenter prius omnem vrberem considerauerunt: intelligit non quod considerauerunt non videntibus Ierichontinis, cum per diem afferat ea facta: sed quod Ierichontini videbant illos, sed nesciebant ad quid ista facerent: ideo latenter facere dicebantur, quia latebat intentio, licet non opus. Dicit etiam quod licenter considerauerunt, id est sine difficultate aliqua, quasi esset licentia ad hoc data, & nemo prohiberet. Et cum non concedamus hoc factum, sicut patet ex precedentibus: ideo neque licenter, neque cum difficultate considerabant ista: & tamen si exploratores ista considerarent, necesse erat ita fieri, sicut Iosephus dicit. nam si non licenter ista possent facere, non auderent facere.

Confutatio alterius dicti.

Confutatio alterius dicti falsi. Et eiusdem obiectio ex dicto Ambrosij, quod non tenet. Quasi. XVIII.

Dicit etiam Iosephus quod exploratores considerauerunt muros, & quicumque fortes & qui non cauti esse viderentur. Certum est quod exploratores si eis licuisset ista considerassent, quia ad haec mittebantur, & tamen non licuit: quia mox vt ingressi fuerant vrberem, misit rex Iericho ad capiendum eos: vt dictum est. Sed obijciatur quia praesupponit in hoc Iosephus muros Iericho fuisse ex aliqua parte infirmos. & tamen muri Iericho erant fortissimi. Sic ait Ambrosius super Lucae, scilicet meminimus itaque quod Iericho, sicut legitur in libro qui scribitur Iesus Naue, magna ciuitas fuit mirabilibus septa parietibus, quae non ferro peruia, non ariete posset esse penetrabilis. Dicit postea vno modo quod auctoritas Ambrosij non multum militat contra Iosephum, quia non videtur esse maioris auctoritatis Ambrosius in hoc quam Iosephus: cum Iosephus sit famosissimus inter historicos, qui & sacrae scripturae curiosus est: & istud tam ad historiam quam ad scripturam sacram pertinet. Alio modo potest dici quod Ambrosius & Iosephus non repugnant sibi in hoc: quia Iosephus non asserit infirmos fuisse muros Iericho: sed dicit quod exploratores ibant ad videndum qui muri essent fortes, & qui infirmi. nam nesciebant Israelitae quales essent muri Iericho quando miserunt exploratores. si enim sciuissent, non mitterent exploratores: & tamen si respicerent eos, intuerent omnes esse fortes, & nullos infirmos. sic fuit quando Moyses misit de Cadesbarne exploratores ad considerandum terram Chanaan. nam dixit eis considerare terram qualis sit, & populum qui habitator est eius, vtrum fortis an infirmus, pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes quales, muratque an absque muris. Numeri 13. cap. & ita de hoc tunc dubitabat Moyses, & Israelitae: tamen regressi exploratores dixerunt cultores habet fortissimos: vrbes grandes atque muratas: Et licet vtrumque teneri posset, magis dicendum videtur quod fuerit ciuitas fortiter munita admirabilibus muris, licet Ambrosius vt orator exaggerando in laudem aliquid ampliauerit. fortitudo autem murorum Iericho alicui colligitur, quia Deus voluit ostendere fortitudinem circa illos a fundamentis eos eruendo modo mirabili, quod in nullo alio loco fecit.

Confutatio alterius dicti Iosephi, scilicet, quod porta Iericho erat fragiles. Et alterius quoque, quod ciues nihil mali timebant. Quasi. XIX.

Dicit quoque Iosephus quod considerauerunt portas, quae dum essent fragiles, opportunum preberet inuafuris introitum. Sed hoc vnde Iosephus acceperit, non apparet, neque enim ex sacra scriptura, neque ex rei verisimilitudine. Immo potius in hoc videtur ei scriptura resistere, & in hoc expresse repugnat Ambrosius, qui dixit quod Iericho erat mirabilibus septa parietibus, quae neque ferro peruia, nec arieti esset penetrabilis. & tamen si portae essent fragiles, ita vt inuafuris opportunum preberet introitum, essent ferro perui & ariete penetrabiles: immo sine ferro & ariete faciliter superabiles. ergo non potest stare hic Ambrosius cum Iosepho. Item videtur hoc esse contra intentionem scripturae: quia dicitur infra 6. cap. Iericho erat clausa atque munita, in quo signatur fortis clausura, potissime, quia in Hebraeo dicitur Iericho erat clausa, atque conclusa: quod signat bis claudi, scilicet magna clausione.

Ad hoc posset aliquis dicere, quod istud fuit postquam Israelitae transeuntes Iordanem manebant in Galgalis apud Iericho. nam tunc pre timore fortiter clauerunt vrberem: & tamen non erat sic quando venerunt exploratores in Iericho. Sed dicendum neque istud esse satis verisimile. Primo quia ciuitas quae fortis erat vt Iericho: non haberet portas fragiles ad hoc quod cito capi posset. Secundo: quia etiam si prius haberet Iericho fragiles portas: non est verisimile quod quando Israelitae accesserunt ad Iordanem, permitterent Ierichontini sic eas, & non munitent, cum iam timerent valde ipsos Israelitas, sicut dixit Raab: vt patet infra in litera. & ideo istud non est satis verisimile de dictis Iosephi, potissime cum non habeat fundamentum ex aliquo loco.

Dixit etiam Iosephus quod non curauerunt ciues quicumque vidissent eos ista considerare putantes visionis gratia peregrinos aptissima ciuitatis loca singula percurari. Innuit quod poterant licenter, id est sine difficultate ista considerare: quia ciues nihil mali suspicabantur ex his.

Ista autem negata sunt, quia supra ostendimus. q. 16. & 17. quod exploratores non ambulauerunt per vrberem Iericho, sed statim vt venerunt introeuntes in domum Raab: non exierunt inde: sed quiescentes modicum, & preoccupati a nuncijs regis, coacti sunt recedere ipsa nocte per murum.

Et tamen Iosephus rationabiliter dicit ista, vt consequentia ad precedentia. nam ipse dixerat quod exploratores licenter considerauerunt muros vrbis Iericho, & alia vrbis loca. & quia aliquis diceret quomodo poterant hoc facere, quia Ierichontini videntes eos alienigenas, statim suspicarentur contra eos, potissime videndo quod isti considerarent muros, & loca per quae capi & inuadi deberet ciuitas? dicit quod hoc erat, quia ciues Ierichontini qui videbant eos ista considerare, nihil suspicabantur mali: quia si suspicarentur, & statim eos caperent, & torquerent ad erendam veritatem. Et quia aliquis diceret quomodo poterat esse quod non praesumeretur contra eos, cum ista respicerent? dicit quod hoc erat, quia Ierichontini putabant quod isti faciebant, sicut peregrini, quorum proprium est velle videre singula pulchra & magnifica, atque memoratu digna in locis, ad quae declinauerunt: & ita putabant quod isti facerent visionis gratia, & non animo hostili.

Clarissime

Clarissime probat Iosephum falsum dixisse. Quasi. XX. A

Sed sciendum quod ista non fuerunt sic, vt supra ostensum est, ideo neque excusatione indigent: & tamen si sic fuissent, non potuissent melius defendi, atque excusari, quam Iosephus illud faciat. quia non videtur aliquid aliud quod insuspicabiles redderet exploratores ista considerantes, nisi quod ciues putarent istos, vt peregrinos singula apta ciuitatis velle conspicerent. Et tamen istud non fuit, cum nullam partem ciuitatis deambulauerint, sed statim coacti fuerint fugere. Etiam non erat istud verisimile, quod Iosephus dicit. nam si Ierichontini essent in pace, sublati omni timore bellorum, poterat putari quod si aliqui peregrini deambulantes per vrberem conspicerent muros, & caetera loca: quod facerent hoc visionis gratia, & non animo hostili: cum tamen haberent Ierichontini hostes tam de propinquo, scilicet apud Iordanem: & timerent eos nimium, ita vt elanguisset cor ipsorum, & non maneret in eis spiritus: vt dicitur infra in litera: non erat verisimile, quod reciperent peregrinos sine suspitione. ideo non solum si muros, & alia loca vrbis consideraret, sed & si solum introirent in vrberem nihil contemplan- tes, haberent eos suspectos, & inquirerent ab eis singula. Et hoc confirmatur ex eo quod hic factum legitur: nam mox vt intrauerunt exploratores, nunciatum est regi Iericho quod exploratores venerant, & misit ad tenendum eos. & tamen non vagati fuerant per vrberem, neque etiam ad petendum hospitium, quia statim vt introierunt, declinauerunt in domum Raab: quae erat coniuncta portae vrbis, & muro. Et non solum fuit aliquis vel parua suspitio contra istos, sed dictum est quod erant exploratores, scilicet ecce viri de filijs Israel ingressi sunt huc per noctem, vt explorent terram. & cum dictum fuit regi, adhuc ipse auxit suspitionem istam dicens per nuncios, & omnem terram explorare venerunt: vt patet supra in litera.

Confutatio alterius dicti Iosephi, scilicet quod ambulauerant iam per vrberem. Quasi. XXI.

Dicit vterius Iosephus. cumque vesper factum fuisset, & discedentes in habitaculum quoddam muro vicinum, in quo & cenaturi erant: essetque his iam discedendi cura. Ista ponit Iosephus ad reddendum rationem dictorum suorum. verum est quod isti venerant in habitaculum muro vicinum. quia istud erat habitaculum Raab quod erat super murum. sed praesupponit Iosephus quod venerunt ad noctem in domum Raab. & hoc verum est, quia scriptura ita significat hic, scilicet quod per noctem intrauerint ad eam. Sed praesupponit Iosephus quod iam isti perambulauerant ciuitatem, & contemplati fuerant muros, & portas, & tunc redierunt in domum, quasi expletis eis pro quibus venerant. hoc tamen non est verum: vt iam ostensum est, quia non potuerunt ambulare per vrberem, sed mox vt ingressi vrberem declinauerunt in domum Raab, preoccupati fuerunt a nuncijs regis, vt caperentur.

Sed Iosephus putauit necessarium esse istud asseri: quasi sine hoc vanum esset opus exploratorum, nam postquam declinauerunt in domum Raab, constat quod non exierunt inde: sed preoccupati a nuncijs regis coacti sunt fugere. si autem prius non ambulassent per vrberem, videretur quod nihil fecissent de eo ad quod venerant. & tamen quando reuersi sunt ad castra Israel, nunciauerunt omnia quae apud Chana-

neos gerebatur: vt patet in litera. ergo videtur quod per diem ambulauerant per vrberem, & ad vesperum cura omnia expleuissent, declinauerunt in domum Raab.

Dicendum quod hoc valde rationabile dictum est, si concedemus aliquando exploratores ambulasse per vrberem. & tamen iam ostendimus quod non ambulauerant. Quia autem Iosephus putat necessarium esse dari, quod exploratores per vrberem ambulauerint ad contemplandum muros, ad hoc quod sciret referre Israelitis statum vrbis: non est necessarium, quia verum est quod exploratores hoc intendebant si permitterentur: sed non fuerunt permitti. verum tamen cognouerunt statum vrbis & gentis, & hoc non quasi aliquid ipsi contemplati essent, sed quia didicerunt illud a Raab.

Et patet hoc: quia exploratores reuersi ad Iosue nihil aliud retulerunt, nisi quod audierant a Raab. quod apparet: quia infra in litera dicitur, reuersi exploratores narrauerunt omnia quae acciderant eis, atque dixerunt. tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore, prostrati sunt omnes habitatores eius. sed haec omnia latius dixerat eis Raab, scilicet noui quod tradiderit vobis Dominus terram: etenim irrui in nos terror vester: & elanguerunt omnes habitatores terrae. ideo patet quod etiam si nihil contemplati fuissent exploratores, poterant plene informare Israelitas de statu vrbis & gentis: vnde neque legitur quod aliquid dixerint de conditione murorum, scilicet, quia non conspexerunt illos, neque Raab quicquam de illis retulit.

Confutatio alterius dicti Iosephi, quod ad cenandum redierunt. Et alterius, quod erant cum magna providentia latendi. Quasi. XXI.

Quod autem dicit Iosephus rediisse exploratores in domum Raab ad noctem, ponit propter duo. Primo propter scripturam, quia asserit illos fuisse in domo Raab. & tamen Iosephus non vult, quod ibi fuerint antequam deambularent vrberem. ideo oportet quod dicat illos rediisse ad vesperum. Secundo vt locus sit eis quae postea acciderant, quod vellent eos capere nuncijs regis, & quod per murum dimitterentur per funem: quae non potuerunt fieri, nisi in domo hospitij. Cum vero dicit quod ad cenandum redibat exploratores in domum Raab: non habet illud sacra scriptura, immo neque est verum: cum non redierint in domum perambulata vrbe. Sed hoc potest dicere propter duo. Primo quia hoc potest consonare aliquantulum verbis sacrae scripturae, licet non sensui eius. cum dicatur supra in litera. ingressi sunt in domum mulieris meretricis nomine Raab: & quieuerunt apud eam. ista autem quies posset accipi pro quiete in manducando. Secundo & praecipue quia non potest Iosephus reddere aliam causam verisimilem: quare exploratores reuerterentur in domum Raab. nam ipsi explorauerunt iam vrberem, & non supererat sibi quicquam agendum de eo ad quod venerant. & sic verisimile est quod non contraherent ampliore moram in vrbe: ideo cum necesse esset poni, quod redierint, ponit causam propter quam reuertit voluerunt, scilicet, quia ibi cenaturi erant. Addidit Iosephus. nunciatum est regi cenati quod exploratores quidam vrbis Hebraeorum exercitus venientes essent in Raab habitaculo, cum multa latendi providentia constituti. Quod autem dicit nunciatum esse regi cenanti: non habet illud scriptura, neque patet vnde acceperit Iosephus. sed forte accepit ex tempore, quia illud

illud tempus quo nunciatum est regi, erat tempus egnandi. Quod autem dixit nunciatum esse quod manerent exploratores in domo Raab, vel illuc introissent, cum scriptura sacra concordat, que dicit ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab. Cui vero dicit quod erant cum magna providentia latendi constituti, id est latebant cum multa diligentia, non multum conuenit. Primo, quia non conuenit verbis precedentibus Iosephi. ipse enim dixit quod isti exploratores discurrerent latenter per urbem, & ciues non suspicabantur quicquam contra eos. quomodo ergo in domo vellent diligenter latere, qui per urbem palam & sine suspicionem incedebant? Secundo quia si verum esset quod exploratores (vt Iosephus asserit) vagabantur per urbem licenter, & hoc viderant qui regi renunciauerunt, non poterant illi cogitare, quod vellent exploratores valde latere in domo Raab. Tertio, quia non concordat hoc ad sacram Scripturam. nam si dictum esset regi quod exploratores cum multa latendi providentia essent in domo Raab, iuberet eos diligenter ibi inquiri: & tamen non factum est, quia quando nuncijs regis venerunt in domum Raab quaerentes de exploratoribus, audito quod recessissent: non curauerunt inquirere aliquid in domo. ergo nulla eis suspitio erat absconditos esse viros in domo. quia sic diligenter omnia domus latibula scrutarentur, antequam inde recederent, quod scriptura asserit non factum esse. Dicendum ergo videtur: quod regi non fuit nunciatum exploratores latere cum magna providentia in domo Raab, sed quod illi viri Israelitae ingressi fuerant domum: & ob hoc misit illuc: sed non fecit perquiri domum. & tamen Iosephus potest hoc accipere ex eo quod mulier postea fecit, scilicet quia abscondit viros sub stipula lini. sed istud postea factum est: & nondum fuerat, quando regi nunciatum fuit de exploratoribus: immo si ita fuisset regi nunciatum, fecisset eos quaeri sub stipula lini.

Confutatio reliquorum verborum Iosephi: & aliquis conuenientia cum sacra Scriptura. Quæst. XXIII.

QUOD autem Iosephus addidit: ille vero repente precepit eos comprehensos adduci: verum est. nam ad hoc misit nuncios in domum Raab, vt exploratores caperent, & adducerent ad eum. cum vero adiunxit, vt eos torquens agnosceret quid agere volentes adessent. non habet istud scriptura, sed est credibile. nam ad hoc rex volebat tenere eos, vt ab eis disceret quid illi facere voluerant: & non permitteret redire annunciatorum quæ vidissent. & si illi non confiterentur sponte ad quid venissent, tormentis erueret veritatem.

Addidit Iosephus. cumque inuasionem eorum Raab agnouisset (nam supra murum lini stipulam siccabat.) exploratores quidem illic abscondit: hoc verum est: quia Raab non abscondit viros a principio cum introierunt domum eius, quia istud sine causa erat, sed quando vidit quod nuncijs regis veniebant ad tenendum eos. Et tamen non est putandum quod fuerit ordo, quod nuncijs regis venirent ad Raab quaerentes de exploratoribus: & responderit non esse ibi, & tunc abscondit illos. Et hoc quia istud non proderat. nam quando Raab respondit recessisse viros, abierunt nuncijs regis ad quaerendum eos per viam: vt patet infra in litera. & tunc ad nihil proderat occultari viros in domo, cum non quaererentur ibi, sed dicendum est quod ista absconditio fuit antequam nuncijs regis quaerent aliquid a Raab. & quia illa timuit, quod ingressi nuncijs regis domum eius quaerent

viros, abscondit eos. Et fuit ordo ad hoc: quia erat nox quando venerunt nuncijs regis ad quaerendum exploratores: & clausa erat porta domus Raab. cumque illi clamarent ad portam, cognito Raab quod nuncijs regis essent, abscondit cito viros sub stipula lini, & tunc exiit ad respondendum nuncijs aperiens portam: quasi nihil nosset, & respondit eis quod recessissent viri illi. Et hoc adhuc patet: quia quando Raab redijt ad viros, erant sub stipula lini. nam dicitur in litera. nondum obdormierant qui latebant: & ecce mulier ascendit ad eos, scilicet postquam respondit nuncijs regis ad portam domus non esse ibi viros illos, ascendit ad portam superiorem domus, scilicet ad solarium, vbi siccabat linum super murum: & illi latebant sub stipula lini, sed nondum obdormierant. Addidit Iosephus: his autem qui a rege fuerant missi, dicebat quod peregrini, qui ignoti fuerant, ante paululum quam sol occumberet apud eam cenantes, abscesserunt: hæc conuenientia sunt scripturæ. nam Raab finxit se non cognouisse illos, nisi quod peregrini erant: & permisisset recedere. sed quod dicitur ante paululum quam sol occumberet. dicitur litera: cumque porta clauderetur in tenebris pariter exierunt. & ita necesse est dicere quod asseruisset Raab exploratores exiisse per noctem in principio noctis, & non ante solis occubitu: sed possumus facere quod concordet cum scriptura, scilicet quod illa determinatio de occasu solis referatur ad cenam, & non ad exitum, scilicet quod cenauerunt apud eam paulo ante solis occasum, & postea recesserunt quando porta clauderetur in tenebris in principio noctis. Cetera quæ de exploratoribus Iosephus dicit, concordant cum sacra scriptura. ideo non expedit illa applicare. *Vt explorent terram.* Quamquam non scirent Ierichontini venisse viros illos ad explorandum, tamen arbitrati sunt, quod cognouerunt illos esse viros alienigenas, & hostes de propinquo imminerebant.

Misitque rex Iericho ad Raab meretricem. Forte viri Ierichontini qui viderunt Israelitas ingredientes, non ausi sunt capere eos, quia erant tuti cum manerent in domo Raab. & si traherentur inde violenter, fieret iniuria Raab. nemo igitur ausus est tenere illos, donec venit regis imperium. & hoc notatur aliquantulum ex verbis nuncijs regis Raab. nam etiam rex non volebat adducere viros illos de domo Raab sola voluntate, sed expressit causam huius, scilicet Exploratores. n. sunt, quasi dicat, non debent propter hoc gaudere immunitate locorum. *Educ viros qui venerunt ad te.* Quasi dicat educ tu eos, vt nemo ingerat violentiam domui tuæ educendo eos te inuita. Ista enim erat coactio aliqua propter hoc quod præsumebatur viros esse exploratores: non tamen erat violentia: sicut si inuita Raab, aliquis eos de domo illius eduxisset. *Qui venerunt ad te.* Id est ad hospitandū in domo tua. Vel vt aliqui exponunt: qui venerunt ad te, id est ad coeundum tecum, eo quod Raab meretrix esset. nam venire ad aliquam vel ingredi ad eam, est accedere ad carnaliter cognoscendum. Sic patet Gen. 16. cum dixit Sarra Abraham, ingredi ad ancillam meam, id est cognosce eam carnaliter. & Gen. 29. cum dixit Iacob ad Labam. Da mihi vxorem meam, quia tempus est, vt ingrediar ad illam, id est vt cognoscam eam carnaliter. Non tamen est sic intelligendum: quia vt dictum est, Raab non erat tunc meretrix. & dato quod esset meretrix, viri Iudæi non cognoscerent eam, quia erat de alienigenis. Item non innuitur ex litera: quia ingredi ad aliquam vel venire ad eam sit cognoscere carnaliter illam. nam quamquam aliquando sic assumat, tamen non est semper generale. nam dicitur de Pharaone Exo. 8. cap. ad te & ad seruos tuos ingredientur

Exploratores non introierunt domum Raab ad coeundum.

ranæ: tamen non significatur ibi carnalis cognitio. *Et ingressi sunt domum tuam.* Additum fuit hoc, ne posset Raab negare ingressos fuisse viros in domum suam. nam dicere posset Raab. venerunt ad me viri isti, tamen non ingressi sunt domum meam, quia non recepi eos. rex ergo excludit hanc excusationem dicens: quod ingressi fuissent domum eius. & sic Raab cognoscens hoc scitum a rege, non inficiata est introisse ad eam viros, sed asseruit recessisse. *Exploratores quippe sunt.*

Quare viri inquirentes exploratores in domo Raab dixerunt exploratores sunt: quia propter duas rationes. Quæst. XXIII.

HOC adiunctum est a Domino. Primum ne Raab moleste ferret: quod rex de domo sua educere vellet hospites, cum ad quietum ibi declinaissent, & in hoc fieret aliqua iniuria ipsi Raab. sicut patet de Loth quando viri sodomitæ circumdederunt domum eius iubentes, vt educeret viros qui ingressi fuerant domum eius, alioquin effringeret fores: vt patet Gen. 19. Respondit Loth dicens, nolite quæso fratris mei, nolite hoc malum facere: habeo duas filias quæ nondum cognouerunt viros, educam eas ad vos, & abutimini eis vt placet, dummodo viris istis nihil faciatis mali, qui ingressi sunt sub umbra culminis mei. Cum tamen exprimeretur Raab causa legitima quare deberent educi, non fieret ei iniuria, nec debebat moleste ferre.

Secundum erat, vt Raab dignaretur eos prode- re. nam dato, quod iustum esset viros illos educi de domo Raab propter aliquod maleficium, tamen Raab forte miseretur eorum, & non proderet illos: cum tamen sciret eos exploratores, nullatenus teget: quia viros illos superstitiosos relinquit redundat in malum publicum urbis Iericho. quia illi denuncia- rent hostibus statim urbis: & sic deleterent eam. Etiam erat malum reddendum in Raab & totam eius cognationem. quia exploratores illi facerent deleri urbem: qua pereunte, Raab & totam eius cognationem eadem ruina inuolui necesse erat. Ideo credebant quod hoc audito, ipsa eos proderet, si apud se haberet. & sic rationale erat fieri. & proculdubio sic fecisset Raab, nisi eam Deus mouisset specialiter ad occultandum Iudæos illos, & sperandum saluationem cæteris pereuntibus.

Quod autem Raab a Deo mota fuerit ad tegendum exploratores, & saluandum eos, patet ex verbis, quæ ipsa locuta est ad eos. nam mulier Chananaea non mota a Deo, non potuisset loqui ea quæ Raab protulit dicens. noui quod tradiderit vobis Dominus terram. etenim irruit in nos timor vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Ecce enim qualiter potentiam Dei Hebræorum ad tradendam terram confessa est. & quod corda mouere posset faciendo ea pauitare. Nec solum hoc confessa est, sed etiam eum Deum verum esse, & excellentiam habere in omnibus rebus cum dixit: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum. Mota fuit ergo Raab ad faciendum hæc a Deo quæ non fecisset quispiam alius motus prudentia & consilio humano. *Et omnem terram considerare venerunt.* Ierichontini in omnibus his loquebantur ex præsumptione: nihil quippe secundum certitudinem cognoscebant, tamen in primo verum dixerunt, scilicet quod isti duo viri Israelitæ exploratores essent. In hoc autem secundo errauerunt, quia non venerant isti duo considerare omnem terram, sed lo-

lum urbem Iericho, & terram in circuitu eius: vel apud eam: vt patet supra, cum dicitur. Ite considerate terram urbemque Iericho. dixerunt tamen nuncijs regis ad Raab, quod isti venerant ad explorandum omnem terram propter duo. Primo quia sic opinabantur. nam putabant quod non solum urbem Iericho Israelitæ accipere vellent, sed etiam totam terram illam. & hoc verum est. & ex hoc arguebant, exploratores missos ad explorandum omnem terram. Secundum erat vt mouerent magis Raab ad prodendum viros illos si teneret domi. nam acius sonat quod isti vellent totam terram explorare, quam solum urbem Iericho. magis ergo sic ei persuaderent.

Tollensque mulier viros abscondit: & ait. Fateor venerunt ad me, sed nesciebam unde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt. Persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ: operuitque eos stipula lini quæ ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis. Illisque egressis statim porta clausa est.

Hic ponitur secundum principale, scilicet de exploratorum facta occultatione.

Quare Raab occultauit exploratores: nam potius debuisset eos prode pro salute sua, & urbis Iericho. Quæst. XXV.

QUARE aliquis quare Raab abscondit exploratores, cum potius debuisset eos prode, non solum propter salutem publicam, sed etiam propter salutem suam & cognationis suæ. quia exploratores ad malum totius patrie veniebant. Respondendum est quod Raab si ducta fuisset prudentia & consilio humano, non texisset exploratores, sed magis eos duxisset ad mortem. fuit tamen hoc propter duo. Primo quia fuit a Deo mota ad faciendum hoc, vt supra probatum est. nam patet satis ex verbis eius, quod ipsa cognouerat Deum Hebræorum satis distincte: quod non eueniret vni simplici mulieri Chananaeæ, quæ de Deo vero nihil vnquam audierat.

Secundo fuit hoc factum, quia ipsa audierat miracula, quæ Deus fecerat in ducendo Israelitas per desertum, & diuidendo mare rubrum, & occidendo postea reges fortes Amorrhæorum: sicut ipsa enarrauit exploratoribus: vt infra patet. & ob hoc putauit: quod sicut illi præualuerant contra Amorrhæos, qui erant fortissimi, ita contra eos prævalerent, & adhuc facilius. potissime, quia intelligebant per miracula esse eis terram tradendam, quando aliter tradi non posset. intellexit ergo bonum sibi esse, vt liberaret eos, & committeret se fidei eorum, vt eam postea a morte liberarent. & tamen adhuc istud sine diuino speciali motu non fecisset. est igitur causa huius præcipua, & quasi totalis, quia Deus mouit Raab.

Quando

Quando Raab abscondit exploratores, s. an mox vt ingressi sunt domum eius, vel quando venerunt nuncij regis ad eam. Quæst. XXVI.

QVÆRETUR etiam circa hoc quando Raab abscondit exploratores an immediatè vt ingressi sunt ad eam, vel quando venerunt nuncij a rege. Non est dicendum quòd absconderit eos immediate, vt ad eam introierunt. nam nõ videbatur aliqua causa quare absconderet eos immediate. Et si dicas quòd absconditi sunt exploratores immediate vt venerunt: quia timebant quòd Ierichontini ad comprehendendum eos venirent, sicut factum est. non videtur rationabiliter dictum: quia tunc immediate vt ingressi sunt domum Raab, requisissent ab ea de statu terræ, & recessissent antequam venissent nuncij a rege. sed non factum est. non ergo dicendum est quòd exploratores immediatè vt ad Raab venerunt, absconditi fuerunt. Nec rursus dicendum est: quod absconderit Raab viros istos, postquam locuti sunt ei nuncij a rege missi. nam tunc non poterat eos abscondere. Sed modus fuit quòd Raab concluderat domum suam, postquam ad eam ingressi sunt exploratores: quia iam nox erat, cum ad eam ingressi sunt, vt pater supra: cum dicitur. ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorent terram. Cum autem venissent nuncij regis ad fores, ipsa habebat exploratores in parte inferiori domus, & fecit eos ascendere ad partem superiorem: vt patet infra: cum dicitur. ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, & abscondit eos sub stipula lini: & dum hoc faceret Raab nõ respondit clamantibus ad fores. deinde velociter descendens de solarium aperiens fores respondit quæ habentur infra nuncijs a rege missis. Contra hoc aliquis obijciat exploratores fuisse absconditos postquam Raab locuta est ad nuncios regis, quia infra dicitur. persequimini cito, & comprehendetis eos: ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ: operuitque lini stipula. Respondendum prius fuisse absconditos exploratores, quam loqueretur Raab ad nuncios regis: sicut supradictum est. Et quando arguitur ex litera quòd prius locuta fuerit Raab quam absconderit exploratores. Respondendum est non posse hunc esse literæ sensum, nam valde esset hoc frustra. quid enim proderat, vt operirentur exploratores stipula lini, postquam persecutores eorum recesserant a domo Raab, & exierant vrbem ad persequendum eos? non ergo fieret hoc vilo modo, sed antequam loqueretur Raab nuncijs regis. causa quippe occultationis huius erat, vt si forte nuncij regis non credentes Raab scrutarentur domum eius, non inuenirent eos. Et cum ex ordine literæ arguis: quia prius dicitur de colloctione ad nuncios regis quam de modo occultationis. dicendum ex litera eodem modo arguendo contrarium concludi. nam antequam loquatur hic Raab aliquid nuncijs regis: dicit tollensque mulier viros abscondit. Si vero dicas: quomodo ergo stabit litera ista? Respondendum est hic poni recapitulationem quandam. nam primo Raab abscondit viros exploratores, quam loqueretur ad nuncios regis: & hoc signat hic litera: cum ponit primo quòd mulier absconderit viros, quam quòd loqueretur ad regis nuncios. & tamè quia voluit facere distinctionem magnam inter aduentum nunciorum regis ad Raab, & locutionem ad ipsos: subicit hic modum occultationis exploratorum. & postea interpositis quibusdam enarrauit illum per recapitulationem. & iste modus obseruatur in frequentissimis narrationibus historicis sacre scripturæ, vt artifi-

Determinatio au-
storiis.

ciosius tradantur, & breuius quam si teneretur ordo naturalis semper in narrando. Tollensque mulier viros abscondit. Scilicet faciens eos ascendere in solarium domus, & ponens eos sub stipula lini: vt infra datur modus horum. In Hebreo dicitur hic. Tollensque mulier viros abscondit eum.

Quid fabulantur Iudæi de absconitione exploratorum qui vocatur vnus in Hebreo: & an ex hoc arguatur de incarnatione contra eos: vt putat Nicolaus. Quæst. XXVII.

Hoc autem exponunt Iudæi multipliciter. Primo quòd Raab festinabat abscondere viros illos, & in tam paruo loco abscondit eos quòd non videbatur posse sufficere ad capiendum nisi vnum virum.

Sed iste modus exponendi nihil est, nec habet aliquem colorem aut apparentiam.

Secundo modo exponunt dicentes: quòd solum vnus vir fuit absconditus. & hoc tenet Rabbi Salomon, dat enim modum huius, dicens quòd isti duo exploratores erant Caleb & Phinees: & Phinees erat angelus. ideo quando volebat videbatur ab hominibus. cum autem nolebat non videbatur: ideo nõ fuit necesse abscondi hunc, sed solum Caleb. & sic vnicus fuit absconditus.

Nicolaus autem dicit quòd quamquam hoc falsum sit. tamen ex hac positione Iudæorum potest contra ipsos concludi possibilitas diuinæ incarnationis. Nam cum Phinees esset angelus & homo: necesse erat vt esset ibi angelus incarnatus, & esset natura humana suppositata, in supposito angeli. si ergo angelus potest suppositare naturam humanam, facilius poterit eam suppositare diuinam. ergo est satis possibilis incarnatio.

Dicendum est: quòd nihil contra Iudæos ex hoc arguitur. quia Iudæi non vocant hic angelum Dei secundum substantiam, ita quòd verè sit angelus. sed dicunt hoc, quia erat sacerdos. Nam erat Phinees filius Eleazari sacerdotis magni filij Aaron: vt patet Num. 25. & primo Machabæorum 2. cap. & sacerdotes vocantur angeli in sacra scriptura, vt patet Malac. 2. cap. scilicet labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. & tamen nemo intelligit sacerdotes esse vere angelos.

Quod si dicas non posse fieri inuisibilem, nisi esset angelus secundum substantiam: non valet argumentum contra eos, quia ipsi satis imperite ista accipiunt: nec habent aliunde occasionem accipiendi esse angelos sacerdotes, nisi ex dicto Malachiæ. Ideo ex illa litera est contra eos arguendum: sed ex illa nihil concludetur.

Item adhuc non tenet argumentum Nicolai contra Iudæos. quia quamquam dicerent quòd Phinees erat vere angelus: non ex hoc concluderetur incarnatio possibilis apud eos. Nam non diceretur Phinees esse angelus in carne assumpta, sed vocaret eum angelum in corpore aereo assumpto ad apparentum inter mortales: sicut frequenter in sacra scriptura appaerunt angeli in specie virorum. vt patet Gen. 18. vbi tres angeli appaerunt Abraham vt viri: & postea viri illi angeli appellantur. idem patet Gen. 19. de duobus angelis horum euntibus ad Loth in ciuitatem Sodomam, qui etiam in specie virorum appaerunt, & viri appellantur.

Sed ista Hebræorum expositio nullo modo stare potest. quia nullo modo potest Eleazari filius Phinees angelus dici. non enim potest dici angelus in assumpto corpore aereo. quia tunc non esset verus homo,

homo, fuit tamen verus homo, vt patet ex sacra Scriptura, quæ vocat eum filium Eleazari, vt habetur Num. 25. & 1. Machab. 2. c. Item fuit sacerdos magnus, quia Deus promisit ei sacerdotium magnum, vt patet 25. c. & postea refertur ei collatum, 1. Machab. c. 2. Si autem dicas, quod sit homo verus, & Angelus. hoc nõ stat, quia nullus Iudæorum hoc concederet, nec imaginaretur. Item adhuc ista nihil agunt. nam dato quod Phinees fuisset Angelus Domini habens corpus humanum, non poterat se occultare ex hoc, quia erat Angelus, nisi per quedam artificia quæ i maleficijs sunt: ita vt interdum se inuisibiles faciant, vel poterat facere percutiendo cecitate, sicut fecerunt duo Angeli in domo Loth in vrbe Sodomorum, quia omnes de populo appropinquantes domui Loth cecitate percussæ sunt, vt patet Gen. 19. ca. & hoc modo potuisset Phinees cecitate percutere Ierichontinos si fuisset Angelus, & non potuissent accedere ad eos, nec oportebat occultari illos in stipula lini. Nihil ergo habet apparentiam, quod vnus istorum fuerit Angelus, & nõquam fuerit occultatus. Dicendum ergo, quòd hic ponitur in Hebreo tollens viros abscondit eum, ex improprietate idiomatis, quia interdum ponitur singulare pro plurali, & nimis barbarice. sicut patet Isaie 19. c. vbi litera nostra dicit. & tradam Aegyptum in manum dominorum crudelium. dicit litera Hebraica: ponam super Aegyptum dominos durum. cum deberet dicere dominos duos. Et cum verbum ponatur in plurali, ponitur suppositum in singulari. sicut patet Ecclesiast. 2. c. quis est homo qui posset ingredi post regem, qui fecerunt eum. ita igitur cum deberet hic poni abscondit eos, posuit abscondit eum, nec potest hoc saluari ex aliqua figura, vt in nominibus collectiuis, vel quasi collectiuis, i quibus cum singulari nomine ponitur verbum pluralis. Nec potest dici, quod ponatur hic singulare pro plurali, sicut dicitur Exodi 8. venit musca grauissima, idest multitudo muscarum. nam ibi ex modo loquendi vulgari ponitur singulare pro plurali. hic autem nihil tale est, sed sola Barbarici idiomatis incongrua congeries. Et ait. Scilicet ad nuncios missos a rege, postquam descendit de solarium vbi absconderat exploratores. Fateor venerunt ad me. Cõfessã fuit Raab venisse ad eam exploratores: quoniam sciebat, quod cognitum esset ad eam venisse. si ergo negaret, & post conuinceretur mendacij: argueretur rea & conscia facti. confessã est igitur ad eam venisse. Sed nesciebam vnde essent. Non respondit Raab: venerunt ad me, & recesserunt, quia tunc argueretur rea sceleris. diceret quippe, cum ad te venissent viri isti qui erant exploratores, & veniebant terram scrutari, vt delerent, & fauisti eis, recipiendo in domo tua, & non prodidisti hoc, ipsa videris particeps sceleris, quod huiusmodi sceleratos non prodidisti, sed fouisti. nam receptatores criminoforum puniuntur, sicut in receptatoribus hereticorum, vt patet extra de hereticis, & scismaticis, in ca. ad abolendam. Respondit ergo Raab se non fuisse horum consciam dicens, nesciebam vnde essent, nesciui an essent de Israelitis, vel de alia gẽte. q. d. si cognouissem eos Iralitas fore, tenuissem eos, & renouissem vobis, vt comprehendissetis. in hoc autem Raab mēta est. sciebat quidem eos esse de Israelitis, & esse exploratores, cū eos occultauit, alioquin non occultasset.

Determinatio au-
storiis.

Barbaries
Hebraici
idiomatis.

De his dicit
Iacius
Abulen in
repetitione
de beata
Trinitate
quæ multum
nota pro isto
loco contra
Iudæos.

An Raab mentiēdo, peccauerit vel meruerit, quia sic excusabat hebræos a morte. Et quomodo mereamur apud Deum. Quæst. XXVIII.

QVÆRETUR aliquis, circa mendacium istud Raab, an peccauerit, vel meruerit apud Deum. Cui aliquid fortassis dicer nimis meruisse Raab apud Deum, Alph. Post. super Iosue.

quia occultauit exploratores. nam adiuuare voluit exploratores exercitus Dei. alioquin caperentur a Ierichontinis, & occiderentur.

In contrarium videtur, quòd peccauerit, quia Raab mentita est, & mendacium peccatum est.

Primo videndum est, an Raab meruerit, & pro hoc distinguendum est de merito, & de hoc, quod meremur.

Et dicendum est, quod cum nos mereamur a Deo, quicunque meremur, quia ipse iudicat actus nostros esse dignos aliquo bono remuneratiuo, oportet, vt nos accepti simus Deo ad hoc, quod mereamur. est autem homo acceptus Deo per charitatem: tunc enim actus nostri Deo placiti sunt. nam qui diligit Deum vnus spiritus est, cum eo, vt patet 2. ad Corinth. 6. & qui non diligit in morte manet, vt patet 1. Ioan. 4. c. Vnde ad hoc, quod quis proprie mereatur, debet esse in charitate: sine hac enim nemo Deo placet. est autem proprie mereri, quando quis vitam æternam meretur, quam per actum bonum meremur. nam per actum bonum in charitate factum non possumus minus mereri, quam vitam æternam, quia bona temporalia quantumcumque sint, non sunt sufficiens premium pro aliquo actu bono, etiam fm doctrinam Philosophorum, vt late declaratum fuit super Leui. 26. ca. Potest autem quicquid mereri large sumendo meritum, in quantum actus suus est dignus, vt pro eo aliquid bonum detur, licet nõ vita æterna. Et isto modo dicendum est, quod mereri proprie, quod est mereri vitam æternam, non stat nisi in eis qui non sunt in peccato mortali, sed ex charitate agunt quæ informant actus nostros. mereri autem prosperitatem in diuturnitate vitæ, aut longa pace, & larga rerum fertilitate, est mereri temporalia bona. Ideo hoc contingit sine charitate, vt in eis qui in mortali peccato sunt. Et hoc modo dicimus elemosinam factã in mortali peccato, & cetera bona, prodesse ad temporalium multiplicationem, & ad quedam alia, sicut doctores sacri assignant. & notat Henricus in c. ois vtriusque sexus. de penitentijs, & remiss. Nunc autem applicando ista ad Raab: dicendum est, quod Raab non meruerit primo modo, scilicet vitam æternam in actu isto, quia in isto mendacio erat peccatum, in peccato autem nemo meretur vitam æternam. Et non solum nõ meremur per ipsum actum mortalis peccati, quia hoc erat contra naturã sed etiam non meremur, quando sumus in peccato mortali per quemcumque actum, siue bonum, siue malum faciamus, quia non habemus charitatem quæ est merendi radix, & forma. Si autem accipitur meritum large pro mereri bonum quodcumque temporale, dicendum est, quod meruerit Raab. Nam quæ in mentiēdo peccauerit, in quia istud mendacium fuit vtile valde Iudæis, & ipsa fecit intentione proficiēdi eis: ergo meruit, potissime quia mouebatur a Deo ad faciendum hæc, nam si Raab consilio, & prudentia humana egisset, prodidisset exploratores. sed a Deo mota fuit hæc, vt supra declaratum fuit. qui tamen a Deo mouetur specialiter ad aliquid, non male agit in illo.

Quid est proprie mereri.

Si Deus mouet hominem ad malum, vt ad occidendum alterum, an ex hoc excusetur homicida. Et quomodo dicatur Deus mouere ad aliquod malum. Quæst. XXIX.

Sed contra hoc aliquis arguet, quia Deus mouet aliquem hominem ad occidendum alterum, & tunc occidere hominem peccatum est. patet antecedens, quia quicquid aliquis occiditur a casu, Deus mouit occisorem, vt taliter percuteret, vel ageret, quod alius ex actu suo moreretur, & mouit occisum, vt caderet percussus ab alio. Sic patet Exo. 21. ca. f. Qui percussit hominem volens occidere, morte moriatur, qui autem nõ est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus

manus eius, constituam tibi locum quo fugere deat. ecce enim dicit, q̄ Deus tradidit occisum in manus occidentis, quod est mouere occidentem ad occidendū. Ad hoc r̄deri potest dupliciter. Vno modo, q̄ Deus non mouit istum ad occidendum, nec hoc dicit litera. sed solum, q̄ mouit occisum, vt caderet in manus occisoris, qm̄ dicitur ego tradidi eum in manus eius. Et quamquam iste occiderit alterum, tñ non motus est ad occidendum, quia uoluit occidere, quamquā occidit. nam dñ inuoluntarius per ignorantiam, & fm̄ uolentiam, iuxta Aristo. 3. Ethic. & inuoluntaria non merentur laudes, nec penas, vt patet in eod. 3. & sic Deus hunc non mouit, quia ipse nesciuit quid faciebat. Vel si confiteri uelimus hunc a Deo motum ad occidendum. Rñdendum est, q̄ moueri aliquem ad malū est dupliciter, scilicet determinate, vel indeterminate. Quod. n. aliquis moueatur ad malum indeterminate a Deo factis stat, quia malum indeterminate non est malum, & sic Deus ad malum mouet. Alio modo accipitur moueri determinate ad malum, quia cognitum est id in quod homo mouetur. Et tunc dicendum est, q̄ Deus non mouet quemquam in malum, quia Deus nō est tentator, nec inceptor ad malum, sed quilibet a cupiditate sua tentatur, vt patet Iaco. ca. 1. Alio modo r̄deri potest, q̄ Deus mouit occidentem a casu ad occidendum, & tamen nō mouit ad malum, siue mortale peccatum. nam occidere a proposito malum est: occidere autem a casu nullum. malum est, quia omne malū est uoluntarium. Quod autem per ignorantiam sit, inuoluntarium est: cum dupliciter dicatur inuoluntarium. & hoc est, quia non determinate mouet Deus aliquem ad occidendum, sed ad faciendum sagittam, vel telum. & sic sequitur inde mors quam Deus intēdit, & non est intenta ab isto qui iecit sagittam vel telum. cum ergo iste terminet se ad ea quæ sunt immediata, & non ad ea quæ sunt mediate sequentia: non dicitur Deus mouere ad occidendum, nec ad malum.

An Deus posset mouere hominem ad peccatum ueniale, & cum sit malum qualiter mouet. *Quæst. XXX.*

Sed adhuc quæret, quomodo Deus potest mouere aliquem ad peccatum ueniale. nam peccatum ueniale malum est, tamen Raab q̄ a Deo motam dicimus, necesse est ad minus uenialiter peccauisse. Rñdendum est, q̄ de peccato ueniali non est sic r̄ndendum, sicut de peccato mortali. nam cum peccato mortali non consistit aliquis ordo amoris in Deum, cum ueniali autē consistit charitas. Deus ergo ad mortale non mouebit. Quod autem ad ueniale aliquando moueat, non uideretur esse inconueniens. potissime si ex ueniali aliquod bonum proueniat. Pro quo sciendum, q̄ Deus aliquando mouet hominem ad peccatum ueniale, nō quidem ratione uenialis peccati, aut peccati quomodocunque. nam peccatum in quacunque ratione, habet naturam vel rationem mali. Deus autem non potest mouere ad rationem mali, cum non sit ens, contingit tamen q̄ ille actus qui est peccatum ueniale, contineat occasionaliter bonū aliquod, & Deus intendens bonum illud mouebit ad ueniale, quod non est directe contra Deum. Ideo dicitur est, q̄ Deus non potest mouere hominem ad quodcunque ueniale. Causa est, quia quædam sunt uenialia quæ ad nullum bonum proficere uidentur, sed solum sunt defectus nostri. Et ad tales actus uenialis peccati Deus non mouet. Aliqua autem uenialia peccata sunt, quæ ad bonum quoddam proficiunt. immo si nō sunt, sequitur maius malum. & in tali casu Deus mouet ad peccata illa, qm̄ si non inciderimus in peccata illa, incidemus necessario in maiora, vt si quis alte

Frum quærat ad mortem iniustā, & alius simplici mendacio eius vitam conseruare possit, conseruare debet, & si mentiri recuauerit, alius iniuste peribit, melius est peccare uenialiter mentiendo quam uera proferendo alteri causam mortis iniuste præstare, quod ad mortalia pertinet, & in multis simile est. sic ergo Deus mouebit hominem ad peccatum uenialiter propter magnum bonum, quod inde sequitur, & ne in maiora peccata incidat.

Quæ bona temporalia meruit Raab apud Deum. *Quæst. XXXI.*

De peccato Raab sic factum est, scilicet q̄ eam mentiri peccatum erat, & tamen quia magnum bonum inde sequebatur, scilicet liberatio exploratorum. Deus mouit eam ad hoc paruum peccatum, quod ueniale erat, & non repugnabat charitatis ordini. non est ergo hoc modo inconueniens, q̄ aliquis moueatur a Deo ad peccatum ueniale. Deus ergo mouit Raab ad abscondendum exploratores, & mentiendum pro eorum p̄seruatione, & in hoc merebatur. pp̄ quod sicut ipsa benefecerat Iudeis eorum exploratores p̄seruando, & dirigendo, ita meruit apud Deum, vt faceret eam magnam t̄p̄aliter apud Iudeos. Et fecit eam primo misericordiam reperire apud Iudeos, quia eam, & totam eius cognationem pp̄ illam a morte liberauerunt, sicut promiserunt hic exploratores, & postea factum est, vt h̄r̄ j. 6. ca. Etiam fecit eam mereri apud Iudeos, vt esset coniuncta magnis principibus. nam Salmon filius Naason princeps in tribu Iuda accepit eam in uxorem, vt patet Matth. 1. c. cum d̄r̄. Salmon autem genuit Booz de Raab. Hęc tñ bona tēporalia sine Deo non dispensantur. Nec ualet si dicas ista bona euenisse Raab ex alia causa, & non meruisse hoc apud Deum pp̄ liberationem exploratorū Iudæorum. Rñdendum est, q̄ Raab pp̄ hoc meruit hanc exaltationem a Deo inter Iudeos. nam obstetricibus duabus Aegyptiorū quarum altera dicebatur Sephora, & altera Phua idem accidit, mentitæ quippe sunt Pharaoni, vt liberarent paruulos Iudæorum a morte. & d̄r̄, q̄ pp̄ hoc Deus edificauit eis tabernacula, scilicet fecit eas diuites. sicut patet Exo. 1. c. Cum Raab similiter a morte etipuerit Iudæorū exploratores, promeruit vt Deus edificaret ei tabernaculum. & sic factum est, qm̄ edificauit ei Deus domum regiam, cum tradita fuerit in uxorem nobilissimo principi Iudæorum, & de p̄genie illius reges deriuati sunt, & ad uertitum ipse Messias, vt patet ex genealogia Saluatoris quæ reteritur Matth. 1. c. Sciendum autem est, q̄ in his, qm̄ d̄r̄, q̄ obstetrices mentiundo aliquid meruerunt, vel Raab Ierichōtina, non est sic accipiendum, nam mentiri ueniale peccatum saltem hic erat, in mentiundo uero, & male faciēdo, non poterant mereri, quia tunc malum fm̄ se proficeret ad meritum: sed d̄r̄, obstetrices meruerūt apud Deum, quod eis edificaret tabernacula, non quidem quia mentitæ sunt, sed quia paruulos Hebræorum liberauerunt. Et Raab mentita est, & apud Deum promeruit, vt inter Iudæos exaltaretur, non quidem quia mentita est, sed quia exploratores liberauit. & quamquam liberatio fuerit per mendacium nihil differt, quia actus distincti sunt. Ideo in vno uenialiter peccatur, & in alio est meritum, quātum ad bona temporalia. Per peccatum enim, siue mortale, siue ueniale sit, mereri impossibile est, nec per ipsum actum peccati, sed bene aliquis merebitur bona temporalia cum uenialiter peccat, quia cum illo malo ueniali consistit aliquis alius actus, qui est bonus saltem materialiter, per quem est meritum rerum temporalium.

Arguit

Arguit contra prædicta probando, quod Raab per istud mendacium, seu peccatum ueniale potuit mereri vitam æternam, & est forte argumentum ad probandum, quod per ueniale quis potuit mereri vitam æternam. Et quomodo id intelligi debeat. *Quæst. XXXI.*

Sed adhuc aliquis dicit, q̄ Raab potuit hic mereri vitam æternam liberando exploratores a morte, quod parer, quia mortale peccatum est, quod facit nos nō posse mereri. nam radix merendi est charitas, & cum peccato mortali non consistit charitas. Ideo non poterit vitam æternam mereri per quemcunque actum, qui in mortali peccato est. Peccatum autem ueniale non repugnat charitati, nec excludit eam. ideo cum peccato ueniali poterit stare meritum proprie dictum, quod est mereri vitam æternam, quia manebit ibi actus charitatis. sed in Raab sic factum est, quia mendacium istud in conseruandis exploratoribus fuit peccatum ueniale. ergo non potuit per hoc auferri charitas, & consequenter potuit ibi esse meritum proprie dictum de uita æterna, quia manebat radix merendi, scilicet charitas. Respondendum est, q̄ Raab non potuit mereri vitam æternam mentiundo, & per hoc mendacium exploratores liberando, quia in hoc peccabat, & in eo in quo est peccatum, non est meritum proprie dictum de uita æterna, sed de bonis t̄p̄alibus. Cum uero arguitur, q̄ peccatum ueniale nō tollit charitatem, quæ est radix merendi, ideo manente ipso adhuc stat meritum proprie dictum. Rñdendum est, q̄ cum peccato ueniali bene stat meritum proprie dictum de uita æterna, scilicet q̄ aliquis qui h̄t multa uenialia p̄t facere aliquem actū directū in Deū per charitatem, & per illum merebitur vitam æternam, & tñ per ipsum actum in quo est peccatum ueniale nemo merebitur vitam æternam, quæ ualde repugnat, vt in eo actu q̄ aliquis facit actum, si sit meritū de uita æterna. Vt si quis mentiat officiose, scilicet vt eripiat aliquem a morte, vel ne grauis iactura cuiquā infligat, & manēs in isto mendacio officioso eliciat aliquem actū bonū in Deum q̄ non sit peccatum ueniale, nec mortale, poterit vitam æternam mereri per istum actū. tñ si aliquis solum commiserit vnum ueniale, p̄ illud ueniale non p̄t villo mō promereri vitam æternam. Et si obijcias, q̄ p̄ peccatum ueniale p̄t aliq̄s promereri bona t̄p̄alia, ergo poterit p̄ illum actum, in quo est peccatum ueniale promereri vitam æternam: duntaxat nullum sit peccatum mortale. Rñdendum est non esse simile, q̄ si aliquis faciat actum q̄ est bonus ex genere, et si in peccato mortali sit, promerebitur t̄p̄alia bona, nemo tñ confitebitur, q̄ quisquam in peccato mortali existens possit promereri vitam æternam. non ergo est ex hoc arguendum. Et si dicas, q̄ cum ipso actu peccati uenialis est aliquis actus bonus, vt cum mendacio est liberatio a morte. Ideo q̄q̄ non possit aliquis mereri vitam æternam, quia mentit: merebitur tñ eam, quia liberat aliquē a morte. Rñdendum hoc q̄dē sufficere ad meritum rerum t̄p̄alium, q̄ non requirūt p̄fectam ordinationem actus in eo qui merebit: non tñ sufficit ad merendum vitam æternam. sed sicut uita æterna est uerū, & p̄fectū bonum, quod a solo Deo dari oportet, q̄ actus ille per quem meremur illā, sit totaliter ordinatus, qd̄ non contingit in actu illo cum quo intercedit peccatum ueniale, non p̄t igitur mereri vitam æternam, q̄ peccat uenialiter in eo actu in quo uenialiter peccat, q̄q̄ possit eandem mereri per alios actus, qui non sunt peccatum mortale nec ueniale, cum manserit in peccatis uenialibus. De Raab autem sic factum est, qm̄ ipsa nō potuit mereri vitam æternam per liberationem exploratorum, quia ipsa eum peccato ueniali patrata est. solum ergo promeruit bona t̄p̄alia, vt fuit declaratum.

Alph. Toft. super Iosue.

An peccauerit Raab excusando per mendacium a morte exploratores, et de multis regulis circa mendacium, quod triplex esse statuitur. *Quæst. XXXIII.*

Sed in inquirendum est de Raab, an in mendacio pro liberatione exploratorum Iudæorū peccauerit, & argueretur sicut in principio arguebatur. Rñdendum, q̄ peccatum Raab fuit hic in mendacio. Est autē mendacium triplex, scilicet pernitiosum, officiosum, & iocosum. De pernitioso mendacio, quod ad alicuius damnum vergit iudicandum est, q̄ semper sit peccatum mortale. De mendacio autem iocoso a doctoribus cōiter d̄r̄, q̄ ueniale sit, nisi ex iustificatione mentiendi, vel ex desiderio. nam tunc interdum illud mortale faciunt. De mendacio autem officioso, quod ad uilitatem alicuius est, & in nullius uergit præiudicium, dicitur q̄ ueniale sit, sed adhuc in hoc differt, quia culpa quæ est in officioso mendacio, potest aggruari vel diminui diuersimode. nam cū generale sit, q̄ in mendacio officioso alicui bonum proueniat, & nulli noceatur: nimis differt, an bonum, quod alicui prouenit sit in lucro captando, vel in malo euitando: nam multa permittuntur in iuribus diuinis, & humanis pro damno euitando, quæ non liceret in captando lucro. nam licet alicui defendendo bona, pro euitando damno, occidere alterū, sed non licet nobis quencunque occidere, vt lucrum captemus, quocunque. Est ergo regula, quod quodocunque mendacium officiosum est pro captando lucro, est maioris culpæ quā si sit pro euitando malo. Adhuc autem malum, quod euitatur differt, quia quædam sunt mala in perditione rerum, & alia in damnis personalibus. peiora autē sunt quæ infliguntur personæ quam quæ infliguntur rebus. Est ergo regula mendacium officiosum pro euitando dāno personali, est minoris culpæ q̄ mendacium pro euitando dāno rerū. Amplius autē nouementa personalia differunt, scilicet quædam grauiora, quædam uero minus graua sunt, vt percuti infamari, occidi, deflorari. & tunc est regula, q̄ mendacium officiosum pro maiori nouemento personali euitando, est semper minoris culpæ. & mendacium officiosum ad euitandum maximum nouemētum, est minimæ culpæ. Adhuc autem nimis in his differt, quia nouementorum personalium quæ alicui infliguntur, quædam infliguntur iuste, alia uero hominibus nihil meritis. & quia ea quæ nihil meritis infliguntur maiora mala sunt, est regula q̄ mendacium personale pro euitandis nouemētis personalibus iniuste inflictis, ceteris paribus semper est minoris culpæ. rationes harum regularum satis per se notæ sunt. Nunc uero applicando ad mendacium Raab, dicitur est, q̄ mendacium Raab fuit officiosum, quia in eo nulli nocebatur, & procurabatur bonum aliquorum.

Item non erat mendacium officiosum pro lucro captando, sed pro damno euitando, nam nullum bonum hic acquirebatur, vel inuestigabatur, sed solum exploratorum uita conseruabatur. Itē non erat officiosum mendacium pro euitando damno rerum, sed pro euitando damno personali, nam auferri vitam in personis est. Item non erat istud mendacium ad euitanda paruam damna personalia, sed maximum, scilicet mortem, nam mors ultimum terribilium est, iuxta Aristo. 2. Ethic. cum per illam totum bonū indiuidui tollatur. Raab quippe mendacium ad defendendam vitam exploratorum erat. Amplius quoniam Raab iuste istos exploratores defendit, quia erant exploratores exercitus Dei. & hoc ipsa cognoscebat, vt patet in littera. fuit ergo mendacium Raab officiosum, & ueniale, & leuissimæ culpæ, sicut fuit mendacium obstetricum Aegypti pro liberandis paruulis Iudæorum, quas leuissime peccasse asserunt doctores sacri.

Mendacium triplex.

Mendacium Raab fuit officiosum, quia nulli nocebatur, & multis proficiebat.

Quæ peccauit leuius mentiendo, an Raab Ierichontina, vel obstetrices Aegypti. Et regula ad cognoscendum, quod mendacium est vnum altero damabilius.

Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis cum mendaciū Raab fuerit officiosum pro saluanda vita exploratorum, & mendacium obstetricum idēdem officiosum pro saluanda vita paruulorū Hebræorum, quod eorum fuerit leuioris culpe.

Ad hoc quispiam forte respondebit vtrūque equale fuisse. nam vtrunque fuit officiosum, & pro vitādo damno, & vtrōbique erat damnum personale, & vtrōbique erat maximum, scilicet euitatio mortis: ergo per regulas suprapositas vtrōbique erit equalis culpe mendacium. Respondendum est, quod peccatum obstetricum fuit minoris culpe quam peccatum Raab. nam quāquam sint equalia quantum ad omnia supraposita, tamen adhuc manent aliqua in quibus sint inæqualia.

Et potest argui per vnam de regulis superioribus, scilicet cet mendacium officiosum, quod est ad euitandum maius malum vel damnum, siue nocumentum personale, dupliciter est maius, vel minus, scilicet intensiue, & extensiue. Intensiue est maius nocumentum personale, quando due persone in eodem actu vel diuersis leduntur in seipsis, & tamen vna magis quam alia. Damnum maius extensiue est personale, quando in vno actu leditur vna persona, vel pauca, & in alio leduntur multo plures, etiam si quilibet harum plurium non magis ledatur, quam quilibet personarum paucarū quæ in alio actu leditur, vel dato quod quilibet harum multarum non tantum ledatur. Tunc ergo sit regula, quod quādoocunque sunt duo nocumenta personalia, vel in rebus, & ambo sunt equalia intensiue, & vnum maius extensiue est, simpliciter est maius nocumentum. Si autem sunt duo nocumenta inæqualia intensiue, aut vnum est maius altero intensiue, & extensiue simul.

Aut vnum est maius in intensiue, & minus in extensiue. Et alterum est minus in intensiue, & maius in extensiue. Si autem primo modo se habeant nocumenta personalia vel realia: manifestum est, quod nocumentum illud, quod tam intensiue, quam extensiue maius est, erit simpliciter maius. Si autem vnum sit maius intensiue, & minus extensiue, & alterum è contrario, non poterit fieri comparatio immediate per vniuocum, scilicet per intensiue vel extensiue, sed cōparanda est magnitudo intensiue magnitudini extensiue, & erit ista comparatio in vniuoco magnitudinis eo modo quo poterit reperiri vniuocatio. nam satis cognosci poterit quid dicatur esse maius, scilicet in intensiue vnius, vel extensiue alterius. Et si intensiue vnius fuerit maior, quam extensiue alterius, id quod est intensiue est maius simpliciter. Si autem extensiue vnius fuerit maior, quam alterius intensiue, id quod est intensiue, est maius simpliciter. Et si hoc dari poterunt regulæ, scilicet quod mendacia officiosa sunt ad euitanda duo damna realia, vel personalia, quorum vnum est maius altero extensiue, & ambo sunt equalia intensiue, vel ambo sunt equalia extensiue, & alterum est maius intensiue, mendacium officiosum erit minoris culpe, quod est pro euitando maiori dāno intensiue, vel extensiue, & similiter de equali. Quantū ad alterū horum sit alia regula, quod sunt duo mendacia officiosa ad euitanda duo nocumenta personalia, vel realia, illud quod est pro euitando maiori nocumento intensiue, & extensiue, est minoris culpe. Sit tertia regula, quod quæ sunt duo mendacia officiosa, quorum alterum est ad euitandū maius malum intensiue, & aliud ad euitandū maius nocumentum extensiue, illud est minoris culpe, quod est pro maiori simplicitate, siue extensiue, siue intensiue, vt s. commēturabat.

Alia determinatio circa damnum, & nocumentum futurum, nisi mentite fuissent obstetrices Aegypti, & Raab.

Quæst. XXXV.

NON VERO magis applicando ad mendaciū officiosum obstetricum, & Raab. Dicendum est, quod dubium forte videbitur, quid esset maius nocumentum intensiue, scilicet occidi exploratores, vel occidi paruulos. & forte dicitur quod occidi paruulos erat maius peccatum intensiue, quia ad occisionem istorum non erat aliqua causa saltē colorata. Ad occisionem autem exploratorum videbantur habere Ierichontina aliquam causam, quia veniebant ad explorandam terram eorum. & hoc dato manifestum erit minoris culpe fuisse mendacium obstetricum quam Raab. Si tamen adhuc aliquis volens aliter sentire dicat intensiue equale malum esse in morte exploratorum, vel maius quam in morte paruulorum in Aegypto. tamen in nocumento scilicet extensione non poterant equari: nam dato quod Raab non mentita foret, solum perijissent duo exploratores in Iericho. si tamen obstetrices Aegypti non mentite fuissent perijisset tota posteritas Iudeorum, iusserat quippe Pharaon obstetricibus, vt totum genus femininum cum in partu effunderetur obseruaret. De masculis autem iusserat, vt in ipsa emissionē ab utero necarentur, vt patet Exo. i. c. excedit ergo in immensum malum, quod esset in occisione paruulorum ipsum, quod erat in occisione exploratorū, & tamen mendacium obstetricum minoris culpe erat valde quam mendacium Raab Ierichontinae. Amplius autem quia obstetrices per mendacium suū maius malum excusauerunt quam Raab excusauerit. nam Raab per mendacium solum excusauit mortē exploratorum, obstetrices autem excusauerunt mortem paruulorū Hebræorum, & peccati, quod ipse alioquin patitur forent. nam Pharaon iusserat eis, vt occiderent in partu oē genus masculinum, & si ipse non mentite fuissent dicentes, quod Hebræi non erant, sicut Aegyptiæ, quia ipse habebant scientiam obstetricandī, & prius quā ad eas veniret, pariebant, compulisset rex illas ad occidendum paruulos, vel eas occideret. ipse vero ne occideretur, fortassis ad necandum paruulos in natiuitate magis inclinarent, & sic peccarent grauiter. excusauerunt ergo per mendaciū scelus, quod aliās patitur forent essent mortē paruulorū, minoris ergo culpe fuit in eis mendacium quod in Raab, quia Raab solum fecisset perire exploratores si non mentita fuisset. cū ipsa non induceret ad aliquod vltius peccatū, quia non erat occidenda eos. Amplius autem ex quadā regula de superioribus patet, maius fuisse mendaciū Raab. nā daris dānis realibus, vel nocumentis pluribus equalibus illud mendaciū officiosum minoris culpe est, quod est ad excusandum penā iniustiorē, quia pena quāto iniustius illata fuerit, peior est, sed pena quod inferenda erat in occisione paruulorum Iudeorū esset iniustior, quod pena que esset in occisione exploratorum. nā Pharaon rex Aegypti nullā cām habebat veram vel coloratā saltē rationabilē ad occidendū paruulos Hebræorū, & ob hoc non fecit eos publice occidi; sed iussit obstetricibus, vt eos secrete in ipsa effusione ab utero necarent, vt patet Exo. i. ca. Ierichontina autem habebat cām rationabilem ad occidendum exploratores Iudeorum, quia veniebant ad inquiringendum quō terrā illam subuerterent: leges autem cuiuslibet politiae cum iuste puniant peccata, quod in alterutro sunt, iustius puniunt peccata facta contra statum publicū. non est enim mors iustius inflata, quod ea que patrie proditoribus irrogatur. exploratores autem huiusmodi se habent, quia veniebant ad subuertendum statū vrbis Ierichontinae. iustissime igitur Ierichontina eis mortem intulissent, nec aliquo modo poterat dici peccasse in Deū, quod occidissent exploratores.

Quæst. XXXVI.

Quæst. XXXVII.

Quæst. XXXVIII.

exploratores exercitus Dei, quia pro tuendo statu patriæ hoc faciebant. Deus tamen vult, vt nos statum patriæ, & leges eius obseruemus; est quippe naturaliter hoc mentibus nostris insitum, & tanquam vnum de præceptis naturalibus quæ secundum legistas præcepta iurisperitorum appellantur, quod tamen vere naturale est. De hoc. ff. de iustitia, & iure. in l. veluti, scilicet vltimi religio erga Deum, & quod parentibus, & patriæ pareamus. agentes ergo isti secundum ius naturale nihil peccabant. Raab ergo excusans per mendaciū suū mortem exploratorum grauius, quā m obstetrices Iudæorum paruulos per mendacium eripientes peccauit, quamquam vtrunque veniale fuit.

An peccauerit Raab contra ius naturale, & contra rectas leges excusando exploratores Iudeorum per mendacium a morte, & an fuerit fauoris proditorum, & rea criminis proditoris patriæ. Quæst. XXXVI.

QVAERET autem aliquis, an Raab peccauerit excusando exploratores a morte, que eis alias per Ierichontinos inferenda erat. Dicitur aliquis, quod peccauerit. nam qui agit contra ius naturale peccat: sed Raab egit contra ius naturale, ergo peccauit: maior patet, quia ius naturale est aliquid innatū in principijs practici rationis nostræ: vbi nos conscientiam vocamus, & in hoc est totum bonum nostrum, quod agamus secundum dictamē iuris huius. sicut ait Apostolus: hæc est gloria nostra testimonij conscientie nostræ. 2. Corin. i. id est in hoc est bonum nostrum, quod conscientia nostra reddat nobis testimonium, quod bene agimus. Idem signatur ad Rom. ca. 2. vbi Apostolus de iure naturali agit; & eum contra conscientiam istam agimus peccatum est. sic patet ad Rom. 14. capit. omne, quod non est ex fide peccatum est, id est quicquid est contra conscientiam, est peccatum mortale, vel edificat ad gehennam, vt patet extra, de restitutione spoliatorum, cap. l. iteras. Quod autem Raab egerit contra ius naturale, patet quia de iure naturali est desiderium obseruandi patriam, vt supra probatum est. & ad hoc exponere se debet homo multis periculis, vt eam defendat: nam virtuoso viro pro patriâ contingat mori, & dimittet honores, & omnia bona, vt eam conseruet: magis quod eligeret pro patria semel mori, perfectam operationem bonam facere, quā in a morte honesta pro patria conseruanda se subtrahens ad multa, & paruas actiones bonas in futurum se conferret. sic ait Aristot. ethic. cap. 5. verum, & studiose amicorum gratia multa agere, & patriæ, & si oporteat mori: proijcet enim pecunias, & honores, & totaliter circūpugnabilia bona procurans sibi ipsi bonum: paucum enim tempus delectari valde magis diligit vtrique quam multum, & quiete. & viuere bene vnum annum quā multos annos qualitercunque, & vnam actionem bonam, & magnam, quā multas & paruas. Cum ergo virtuosus debeant pro patriæ conseruatione mori, quanto magis cauere debet quis ne causa desolationis patriæ sit sed Raab hoc faciebat, quia conseruabat a morte eos qui totum statū Ierichontinae vrbis subuertere laborabant, & ad vltimum subuerterunt. Nec solum Raab conseruabat salutem exploratorum; sed etiam fauebat eis, vt cōplerent explorationem suam referentes ad Iosue, vt sic cognosceretur status vrbis. nam & si Raab exploratores morte dignos apud ciues Ierichontinos a morte liberasset, nihil vltra agens, paruum malum erat, quia non dabat occasionem viliam, vel fauorem ad desolationem patriæ, quia tamen conseruauit exploratores, & dedit eis modum quomodo rediret in castra Israelitarum ad renouandū statum terræ illius, manifeste.

Alph. Toft. super Iosue.

ste suam patriam legem: ergo peccauit valde.

Item non solum hoc fecit, sed etiam exploratoribus statum patriæ prodidit. nam illi non poterant ex aliquo alio in tota ciuitate Iericho statum patriæ, nisi ex Raab cognoscere, quod patet, quia ipsi intrauerunt in urbē Iericho per noctem, vt patet supra, cum dicitur, ingressi sunt huc per noctem viri de filiis Israel. & isti etiam per noctem reuerfi sunt pauci in teriecto spatio, vt supra declaratum est, nec cum aliquo in tota ciuitate Iericho locuti sunt; ita vt ab eo statum vrbis possent addiscere; nec ipsi quoque per urbem vagari potuerunt, ita vt aliquid cognosceret. Sola autē Raab eis narrauit statum trepidantis patriæ, scilicet quod omnes habitatores terræ illius elanguerant, vt patet infra: & ipsi quoque in castra reuerentes, de statu Ierichontinae ciuitatis hoc solum tenuerunt, dicentes tradidit Deus in manus nostras omnem terram hanc, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius. valde ergo videtur Raab ex his peccasse. Item quilibet tenetur obseruare leges iustas in politia illa in qua viuunt, & illi qui infringunt legem quæ in praiudicium alterius vertitur, cum violatur mortaliter peccat, cum hoc pacto alteri noceamus: sed in qualibet politia quæ perfecta legis sanonem habet, ponuntur leges contra proditores patriæ, & omnes destruentes statum eius, & contra fautores eorum, & receptatores, & has leges tenetur sub pena mortalis peccati obseruare cum honeste, qui viuunt in illis municipijs, quoniam etiam si tales leges datæ non essent, ad eas obligaretur ex naturali iure. in ciuitate ergo Ierichontina, sicut in cæteris tales leges essent, & Raab has infringens, quia erat receptator, & fauoris proditorum patriæ illius, incidebat in maximum scelus, vnde graue erat peccatum.

Determinatio auctoris ad superius quaesitum. Quæst. XXXVII.

AD hoc respondendū est, quod in actu Raab multa fuerunt. Primum fuit, quod Raab exploratores Iudeorum liberare voluit.

Secundum fuit, quod ad liberandum eos mentita est.

Tertium fuit, quod per artificia sua eos a morte liberauit.

Quantum ad primum dicendum est, quod Raab voluisse saluare a morte exploratores non erat secundum se valde honestum, quia exploratores erant digni morte, quia ad subuertendum statum totius terræ illius veniebant. Impedire autem executionem iusticie videbatur quid malum. Potissimè quia non solum isti peccauerant, quasi simpliciter peccantes, sed peccauerunt contra statum publicum. & talia peccata maxima sunt, & tamen in hoc, quod Raab abscondit exploratores, vel voluit eos a morte eripere, non oportet, quod dicamus eam peccauisse, vel quod quicunque taliter faciens peccaret, velut si quis malum fecit, & apud aliquem latet, ne iudices eum occidant: non est necesse vt dicamus mortaliter peccare eum, qui huiusmodi reos mortis absconderit, quamquam in ista occultatione aliquando mortale peccatum est.

Sed erat aliquod alterum, in quo Raab videbatur necessario debere incurere mortale peccatum. sciebat quippe Raab, quod isti exploratores redeuntes in castra Israelitarum destructioni Ierichontinae vrbis prestatent causam, vt factum est. ipsa tamen fauit eis dans modum quomodo rediret in castra Hebræorū, & hoc voluit, ergo dedit opportunitatem sceleris patrandi, sed & ad illud patrandum cooperata est. & hoc nunquam potest secundum seipsum excusari a grauissimo scelere. Non enim condidit castrum patriæ,

F 3 quæ

quæ per hos exploratores, casus sui sumebat exordiū. Velut si quis sciret aliquem velle occidere alterū, vel furari, & daret ei opportunitatem occidendi, vel furandi occultans eum donec ista ageret. iste quippe procul dubio eodem crimine reus tenetur, quo ille qui huiusmodi maleficia patrat. Multum enim differt, q̄ post patratum maleficium quiscquam malefactorem pietate ductus occultet ne moriatur, vel q̄ ei nondum operato malum ad explendum iniquam cogitationem suam opportunitatem tribuat, & fauorem. Primum quippe multoties peccato caret. Secundum vero semper per crimen graue est.

Quomodo Raab liberatur a crimine propter multa quæ eam excusant. Et quomodo intelligatur, quod non tenemur semper conformari Deo in volito, sed in modo volendi, & quomodo ea differant. Quæst. XXXVIIII.

DE Raab ergo, ista dicenda erant, nisi aliqua specialia in ea intercessissent, s. q̄ ipsa valde grauiter mortaliter peccasset abscondendo exploratores, & dando eis modum ad redeundum in castra Israelitarum, & quod ipsa vere existeret prodens patriam. multa tamen intercederunt quæ Raab a crimine liberant.

Primum q̄ Raab intelligebat, & clarissime cognoscebat mota a Deo, quod isti exploratores erant viri de exercitu domini, & q̄ Deus dare volebat terram istam in manus eorum, ideo voluit cooperari eis, vt in hoc non repugnaret menti diuinæ, sed magis eius executoribus cooperaretur. Quod autem ista intellexerit Raab, patet infra, cum dicitur: non enim q̄ dñs tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos timor vester, si autem Raab non mota specialiter a Deo, nec cognito, q̄ Deus determinasset tradere terram ista Iudeis, fuisset exploratoribus Iudeorum, occultans eos, & dās illis fauorem ad redeundum in castra, valde grauiter peccaret rea criminis proditoris patriæ.

Sed adhuc hoc non sufficit ad excusationem Raab, nā dato q̄ ipsa cognosceret determinate, q̄ Deus velle dare terram istam in manus Iudeorum, non tenebatur ipsa velle, q̄ traderetur illis, quoniam non tenemur conformari Deo semper in volito, quamuis illud cognoscimus, sed solum in modo volendi, vt sicut ille quicquid vult ex charitate vult, & ad bonū, ita nos velimus ex charitate, & ad bonum, quamquam non idem, immo aliquando peccamus si conformemur Deo in volito. Vt Deus vult patrem meum occidi ab aliquo, & ego cognosco hoc mihi reuelatum a Deo, non teneor velle patrem meum occidi ab alio. Immo si volo illū occidi, sicut Deus vult, mortaliter pecco, quia nō amo, sicut naturaliter amare obligor. Sed magis dolere debeo, quia ab alio occiditur, & eum defendere obligor quantum potero, & repercutere, vel occidere percussorem eum defendēdo. Nam si quis cognoscat reuelante Deo, q̄ pater suus occidatur ab aliquo, & occisor veniat percussurus patrem, & ipse videns sinat occidere, peccat mortaliter, nisi quantum potest defenderit, & tunc non conformamur Deo in volito, sed in modo volēdi, quia sicut Deus iuste vult patrem meū occidi ab aliquo ex eius demeritis, ita ego iuste volo eum, non occidi ex charitate s̄m quam ad eum diligendum naturaliter, & ex lege diuina teneor. Simile est in animabus pereuntibus æternaliter. Deus enim vult nolentē conuerti, perire æternaliter, & vult perire oēs qui pereūt. nam nisi vellet, nemo posset perire, nos tñ neminem perire velle debemus, sed potius de oibus pereuntibus dolere, & si cui placeat, q̄ aliq̄s æternaliter pereat, et postq̄ perijt, delectatur i eo, quod perierit, grauius peccat: non tenemur ergo conformari

Deo in volito. Et sic Raab non tenebat conformari Deo, ita q̄ velle perituram fore urbē Iericho, sicut Deus volebat, sed potius ei cōdolere nimis debebat, quia sciebat determinatam esse voluntatē Dei, ad hoc q̄ ciuitas illa periret. Hunc modum Christus in seipso nobis monstrauit. nam ipse Deus verus existens diffinuerat perituram urbem Ierusalē pp peccata, & potissime pp mortem Saluatoris. ipse tñ homo factus in tpe, & in ciuitate illa conuersatus, atque enutritus, de eius perditione tanquam de patria naturali doluit, & lachrymatus est, conformans se sibi ipso Deo in volēdi modo, sed non in volito. sic patet Luc. 19. c. cum dñs, cū appropinquaret ciuitati fleuit sup illam dicens, quia si cognouisses, & tu, & quidem in hac die quæ ad pacē tibi, nunc abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt, & ad terram prosternent, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidē: eo q̄ non cognoueris tps visitationis tuę. Ex prædictis ergo non poterat excusari Raab. Sed fuit alterū, quod eam excusauit, s. q̄ ipsa cognouit ciuitatē, & totam terram delendam a Iudeis, & ipsa in hoc doluit condōles patrię cadenti, quia tñ cognouit hoc impermutabile esse, cum Deus illud firmiter determinaret volens, vt patria cadente ipsa saltem liberari posset, cōciliata est exploratoribus Iudeorū eos liberans de manibus Ierichontinorum, vt cum Deus traderet terram in manus eorū, sic miserentur eius. Quod autē ista fuerit intentio eius patet, quia postq̄ locuta fuit ad ipsos de liberatione ipsorum, & de statu terrę ait: nunc ergo iurati mihi p̄ dñm Deum, vt quō ego feci vobiscum misericordiam, ita & vos faciatis cum domo p̄ris mei. Si autē sciret Raab, aut saltem dubitaret, urbē Iericho posse permanere, & non p̄staret ei p̄rium, s. q̄ tradenda erat in manus Israelitarū, peccasset nimis si fuisset exploratoribus occultans eos, & dans opportunitatem redeūdi: quia tñ sciuit oimode tradendam urbē, nihil magis p̄derat impedire exploratores q̄ adiuuare. Item si exploratoribus non redeuntibus in castra Israelitarum posset excusari subuersio urbis Iericho, vel saltem Raab existimaret hoc modo posse excusari, teneret proderet hostes exploratores, vt occiderent, & impedire eorū reditum in castra, & si daret eis opportunitatē redeundi, vel occultaret eos ne morerent, valde grauiter peccabat. Sed de oibus his desperauit: firmā. n. Dei sniam sciebat, vt traderetur urbs Iericho in manus Iudeorū, & hoc nullo modo euitabile, iō nō potens aliquo modo succurrere patriæ succurrit saltem sibi, in quo nimia prudentia recte egit, nec ordini charitatis repugnauit in aliquo, q̄n potius a Deo ad hęc mora est, vt ipsa declarauit. sed dato q̄ Deus eā ad hoc spāliter nō mouisset recte agebat, non est igitur Raab in aliquo arguenda, nec peccauit, q̄ exploratores Iudeorum occultare & a morte excusare voluit. Scđm erat, an peccauerit in hoc, q̄ mentita est, & ad hoc rñsum s̄. fuit, peccatū non fuisse mortale, quia mendacium officiosum erat, qđ inter mortalia non computat, sed fuit veniale, nec quidē fuit magna culpa venialis, sed de leuissimis. Tertiuū erat i actu Raab, q̄ exploratores occultauerit, & a morte protexerit. hoc autē non differt a primo, nisi tanquā actus imperatus ab elicto, vel tanq̄ actus voluntatis ab actu executiarum potentiarum. Isti autē. semper perueniunt ad eundem gradū, vel modum bonitatis & malitię, quia actus exterior non hēt aliquid bonitatis, vel malitię, nisi s̄m q̄ est procedens a voluntate & intellectu, quia sensus siue potentię executię ad quas p̄tinet actus exterior, non sunt principia actionum humanarum proprie sumendo, sed solū intellectus, & voluntas, iuxta Aristot. 6. Ethic. 1. c. cum ergo actus interior bonus est, necesse est actum fore bonum exteriorē. si autē actus

Secda pars q̄onis 37.

Q̄one 33.

Tertiapars quęstionis

actus interior malus fuerit, necesse erit, vt actus exterior malus sit, sicut ergo de primo dictum est, ita de isto tertio dicendum erit.

Ad primum argumentum positum quęstione 36. Quęst. XXXIX.

Nunc vero respondendum est ad argumenta quæ fiebant contra Raab: & primo cum dicebatur, q̄ conseruare patriam est de iure natura, & qui non conseruat, vel qui eā prodit, facit contra ius natura: sic autem fecit Raab q̄ exploratores conseruauit, & fauit eis ad redeundum. Respondendum est, q̄ Raab non infregit ius natura: quia ipsa desiderauit salutem Ierichontinę urbis quantum desiderare debuit, & doluit de casu eius: & tamē quia cognouit necessariū posse aliquod proficere urbi, siue exploratores comprehēderet atque occideret, vel occidendi faceret, vel occultaret, & in via dirigeret: non potens consulere salutē urbis, consuluit salutē suā, & cognationis suę faciens sibi Hebręorum exploratores, vt miserentur eius, cum subuerterent urbem. In hoc autem nihil mali intulit urbi non prodens exploratores, qui ad subuersionem eius veniebant. nam sic non profecisset aliquo modo urbi, & seipsam cum ceteris de urbe faceret deleri, nec delitis exploratoribus urbs ex hoc liberanda erat. melius ergo fuit, vt cum urbs semper delenda erat, Raab cum cognatione sua superesset, quā vt indigne ciuitati commoreretur. Et cum dicitur, q̄ agens Raab ista in fauorem exploratorum agebat contra conscientiam, ergo peccabat. Respondendum est nihil egisse contra conscientiam, nam cum occultauit exploratores, non credidit se aliquid facere contra urbem quam sciebat in omni casu delendam ab hostibus, sed magis credidit se bene agere, quia salutem suam, & cognationis suę sine alicuius prauicio procurabat.

Raab non fecit contra ius nature, nec ordinis charitatis repugnat, immo fecit seculum cum.

Quilibet ne emitate conformari dēntentioni legislatoris, & non curare de verbis legis.

Ad secundum argumentum, quando dicebatur, q̄ Raab egit contra leges iustas positas, quæ puniunt receptatores, & fautores proditorum patrię, & omniū destruentium statum publicum. Respondendum est, non egisse Raab contra has leges, sed magis conformauit se intentioni legislatoris, quia legislator posuit legem de puniendis proditoribus patrię, & fautoribus atque receptatoribus, quia intellexit patriam posse defendi. si tamen intellexisset legislator aliquid casum esse in quo necesse erat statum publicum destrui, siue abijcerentur proditores, siue non, nihil curasset de fautoribus, & receptatoribus. Ita tamen fuit in destructio ne urbis Iericho, quia siue exploratores venirent ad urbem Iericho, siue non: & siue ibi occiderentur, siue redirent in castra, semper urbs delenda erat. & hoc clare cognoscebat Raab, cum dixit, noui q̄ tradiderit vobis dñs terram: etenim irruit in nos terror vester. nihil ergo Raab p̄ leges agebat. Aliquis fortassis velle excusare Raab, sicut fuit de obstetricibus dicendo, q̄ sicut fecerunt obstetrices Aegyptię per mendacium liberantes paruulos Aegyptiorum a morte, ita & Raab eruit exploratores. sed obstetrices commendantur in sacra Scriptura. & dñs, q̄ non peccauerunt dimittendo paruulos Hebręorum, ergo sic erit de Raab. Rñdendum est non esse simile de Raab, & de obstetricibus. nā obstetrices habebant iustam causam faciendi hoc, quia paruuli Hebręorum nullum malum meruerant, nec patres eorum, vt necarentur in partu. exploratores tamen aliquod malum meruerant, nā iuste eis poterant Ierichontini mortem infligere, quia veniebant ad subuertendam ciuitatem suam, & habebant p̄ eos oē ius, quod habent iustum fouentes bellum. nam iustus ad-

Alph. Toft. super Iosue.

huc videbatur bellum, quod gerebant Ierichontini, p̄ ciuitate sua, quam Hebręi ad capiendam eam. Iē non erat simile in Raab, & obstetricibus. nam obstetrices mentire sunt, vt excusarent se a sanguine innocentium paruulorum, quem ipse effunderent iuxta Pharaonis imperium, nisi ei mentirentur. Raab vero nihil tale actura erat, quoniam ipsa non erat occisura exploratores Iudeorum, quamquam non mentiretur. & dato q̄ occideret ipsa illos, non videbatur ipsa peccare, sicut peccarent obstetrices occidendo paruulos Hebręorum, quia Hebręi erant hostes Ierichontinorum, & Raab tanquam vna de Ierichontinis potuit hostiliter se habendo contra exploratores Iudeorum eos occidere. non est ergo conueniens argumentum de actu obstetricum ad actum Raab quantum ad omnia. Item principaliter aliud mouebat: nam obstetrices etiam si non occiderent paruulos Hebręorum in partu, nō putabant, q̄ in aliquo ledēbant Aegyptios, quia non erat inde malum prouenturum Aegyptijs: nec verisimiliter p̄sumebatur, ideo nihil mali agebat in non occidendo paruulos. Sed Raab non manifestando exploratores verisimiliter ledēbat patriam suam, quia poterat rationabiliter cogitare, q̄ illis proditis, & occisis in urbe Iericho, impediretur conatus Israelitarū, quia non haberent instructionem, & formidarent. ideo nō erat simile de Raab, & obstetricibus.

An peccauisset Raab, nisi abscondisset, & direxisset exploratores Hebręorum, vel an peccasset si prodidisset eos tradendo in manus Ierichontinorum, & an ex fide hospitalitatis teneretur eos seruare. Quęst. XL.

Sed adhuc querendum est de Raab, an peccauisset, nisi absconderet, & dirigeret Hebręorū exploratores. Cui aliquis poterit respondere, quantum ad terminos huius quęstionis manifestum esse nihil teneri Raab, nam nemo cogitur alteri beneficere: sed occultare exploratores, & dirigere eos in via, erat eis beneficere, non tenebatur ergo ad hoc Raab, nec quiscquam de Ierichontinis, vel alijs gētibus. Ideo aliter ponatur quęstio. s. an peccasset Raab si prodidisset exploratores Iudeorum tradendo in manus Ierichontinorum, vt occiderentur. nec est simile huic cum superiori quęstione, nam prior erat in benefaciendo, hęc autem est de non nocendo. ad benefaciendum autem nemo alteri tenetur, sed ad non nocendum obligatur. Quod autem Raab traderet exploratores in manus Ierichontinorum, erat eis nocentum inferre, ideo longe distat.

Ad hoc arguet aliquis Raab peccare si tradidisset eos. Primo ex fide quam tenebatur obseruare Raab ipsis exploratoribus Iudeorum venientibus in domū suam. collegerat quidem eos Raab in domum suam, & ipsi ad eam declinauerant, vt requiescerēt apud eā. videbatur ergo agere p̄ ius nature tradendo ad mortem commissos fidei suę, potissime, quia hospitalarij tenentur tueri hospites declinantes ad eos, cum ad eorum protectionem cucurrerint. Hoc videbatur significare Loth Genes. 19. cum dixit. nolite quælo fratres mei, nolite hoc malum facere. habeo enim duas filias quę nondum cognouerūt virum, educam eas ad vos, & abutemini eis, sicut vobis placuerit, dñm modo viris istis nihil faciatis mali, qui ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Et sic ex hoc, quod in domum suam, tanquam ad protectionem intrauerant, videbatur Loth, quod erat obligatus ad eos tuendum.

Item videri idem, quia Raab fuit a Deo mota ad agendum ista, qm̄ Deus monstrauit Raab urbem Iericho, & totā terrā Chanancorū delendam a Iudeis, & mouit eā ad hoc, q̄ suscipiet hos exploratores, & p̄ser-

F 4 uaret

uaret eos, ergo si non ageret, sicut a Deo mouebatur, peccaret. Respondendum est, quod Raab non peccauisset quicquam nec saltem leuissime, si prodidisset Iudeorum exploratores, & tradidisset eos in manibus Ierichonorum occidendos, nec hoc solum (si nollet pro eorum vita defensione mereri, nam quamquam hoc in aliquo casu bonum esse poterat, tamen non obligabatur ad id) sed etiam non peccasset Raab, si ab intentione fallere cuperet exploratores Iudeorum, ut traderet in manus Ierichonorum occidendos. Ratio huius est, quia Israelitae erant publici hostes ciuitatis Iericho, & totius terrae Chanaan, ideo hostiliter contra eos agendo poterant eis iuste mortem infligere quocumque modo possent, praesertim quia Ierichonini erant defendentes se, & plura licent defensori quam aggressori. De iure ergo naturali, quod legitime ius gentium vocant est, ut hostes capiantur vel occidantur, aut subdantur in seruitutem, ut patet. ff. de iustitia & iure, in l. ex hoc iure. & quia hostes non solum agunt contra unam personam sed contra statum publicum urbis, & contra omnes personas, & quaslibet diuissim, expeditio vindictae competit toti urbi simul, vel cuilibet priuatarum personarum. Licebat ergo Raab, quod ipsa quocumque modo occideret, vel falleret exploratores Iudeorum, cum essent hostes publici, & ei tanquam vni de ciuitate competebat vindictae expeditio, si autem Raab abscondidit exploratores, & pro ipsis mentita est, atque direxit in via, non fuit ex aliqua obligatione, vel ut non incidere in peccatum: sed quia eis benefica esse voluit, & ita ipsa signauit infra dicens: se agere misericorditer cum exploratoribus, ideo quod ipsi misericorditer se haberent cum ea, & domo patris sui, ut in litera patet. Et tamen si obligata esset aliquo iure Raab ad defendendum eos, vel non occidendum, non esset beneficium, quoniam beneficium actio voluntaria est.

Cuicumque de ciuitate expeditio vindictae expeditio contra hostes, & sic potest eos tradere, & occidere.

Hospitalarij venient tueri hospites declinantes ad eos de iure naturali, & seruare eis fidem. *Quest. XLII.*

Ad argumenta respondendum est. Ad primum quando dicitur de fide quam tenebatur seruare Raab, quia collegerat eos in domum suam. Dicendum quod cuicumque homini tenenda est fides hospitalitatis, quia ex iure naturae hoc est, quod si declinauerit ad hospitium meum, tanquam ibi secum mansurus, quod eum nec opprimam, nec oppressoribus tradam. hostibus tamen fides nulla seruanda est, quia illi moluntur destruere funditus eos quorum hostes sunt, immo rationi disconuenite videtur, ut fidem aliquam hostibus obseruemus. quamquam ergo declinasset in domum Raab ad manendum, tamen non tenebatur eos conseruare, sed magis poterat licite tradere illos occidendos. ipsi quoque exploratores Iudeorum si quid sapiebant, satis notum haberent Raab, non obligari ad obseruandum eis aliquam fidem, sed potius e contra obligari urbi Ierichoninae ad obseruandam fidem, & incolumitatem urbis, & ob hoc obligari ad occidendum eos, vel ad tradendum in manus Ierichoninorum, ut occiderentur: & sic vere erat, quoniam grauiter peccauisset Raab contra ius naturale, & patriae pietatem, si non prodidisset exploratores, nisi quia vidit certissime patriam perituram quocumque modo, nihilque proficere impeditionem exploratorum vel occisionem. Ideo benefacere eis acquisiuit salutem sibi, cum non potuerit eam acquirere patriae necessario perire.

Ad alterum argumentum, quando dicebatur, quod Deus mouerat Raab ad conseruandos exploratores, & notificauerat sibi excidium patriae indubitatum, ideo facere tenebatur hoc, nec egrediebatur reatum criminis

contrafaciens. Respondendum est differre nimis, quod Deus notificet alicui aliquid futurum esse. Vel quod mandet ei expresse facere illud. Vel quod moueat eum ad faciendum illud. Quantum ad primum dicendum est, quod non teneor facere, aut velle ea quae Deus notificat nobis futura. nam si Deus notificat mihi, quod pater meus ab aliquo occidendus est, non obligor ad occidendum eum, nec ad volendum, quod occidatur quod adhuc minus est. sed potius obligor ad dolendum, quod sic de patre meo definitum est, & ad defendendum eum a quolibet inuasore, ut supra declaratum est, scilicet, quod non tenemur conformari Deo in voluto, sed in modo volendi.

Quest. 38.

Aliud est, quod Deus nobis aliquid expresse facere iubet. nam tunc siue bonum sit secundum se, ut dare eleemosynam, vel colere ipsum, siue indifferens, sicut ire ad talem, vel talem locum, siue malum secundum se videatur, ut occidere fratrem, filium, vel sororem, aut patrem, tenemur obedire. De bono secundum se, & indifferenti non est dubium, quin obedire teneamur. De malo tamen secundum se, ut occidere aliquem innocentem, maxime patrem vel matrem, sororem vel alium cognatum, dubium videtur magis. Sed de hoc dicendum est, quod obligamur, nam a Deo totum esse recipimus: ei ergo ad omnia obligamur. Potissime quia voluntas diuina regula est omnium agendorum errare non potens. quicquid ergo iubet proculdubio ius est, & ad illud obligamur. Sic patet in Abraham, cui Deus mandauit, ut immolaret vniuersum filium suum Isaac, quem diligebat, & confestim executus est vadens in locum quem Deus iusserat ad immolandum, ut patet Gene. 22. cap. & ob hoc apud Deum nimis promeruit, ut patet ex iuramento, quod Deus fecit ei. eodem ca. cum dicitur. per memetipsum iuravi dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vniuerso propter me benedicam tibi, & multiplicabo seminum, sicut stellas caeli, & arenam quae est in littore maris, & possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & in semine tuo benedicentur omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. constat tamen quod si non fecisset bonum Abraham obediens Deo ad occidendum filium suum, non laudauisset eum Deus ita admirabiliter, nec tanta ei promississet bona. Sit ergo regula, quod quomodocumque nobis Deus quicquam expresse mandet, de quo nobis constat, quod ipse mandata, tenemur illud proculdubio exequi sine aliqua deliberatione quae sita, siue iubeat occidere patrem, siue matrem, siue fornicari, siue occidere nosmetipsos.

Regula theologica, quodcunque nobis Deus facere iubet, disti consistit ex precepto, quod Deus iubet, tenemur illud proculdubio facere quantum ad illud quod facile, & obediendum est, & obediendum est sine aliqua mora.

Cauendum tamen in his est diligenter, ne quis velociter moueatur ad credendum talia, quae secundum se mala sunt, & sceleratissima, a Deo iuberi: nam Deus talia rarissime iubet. Ideo inuestigandum est, an Deus dicat. nam iuxta doctrinam Apostoli non est credendum omni spiritui, sed probandum est, an ex Deo sit, quomodo autem scire possimus, an Deus talia iubeat, vel qui iubet, an Deus sit, vel demon, habetur modus, in eis quae declarauimus satis late Genes. 20. & 22. f. de precepto facto Abimelech, & postea Abraham.

Nota boni consilii, circa uisones, & inspirationes quae ad malum aliquod suadent.

Tertium erat, quando Deus mouer hominem ad faciendum aliquid dato, quod non iubeat, & in hoc dicendum est, quod aut id ad quod impellimur est bonum, aut indifferens, vel est aliquid malum secundum se. Si est bonum vel indifferens, dicendum est, quod si a Deo mouemur dato, quod non sit totaliter motus iste determinate a Deo, illud facere debemus, & hoc quidem consilium est, non autem obligatio. nam obligatio nulla cauatur ad agendum, nisi manifeste sciamus a Deo esse, vel ut si expresse precepit, aut ita clare moueat intellectum nostrum, & voluntatem omnia ista significans, tanquam si verba eius nostris auribus insonarent.

Si

Si autem id ad quod mouet est malum per se, ut propter contra ius naturae, vel est aliquod scelus, distinguendum est, an Deus moueat nos multum efficaciter, vel non. si mouet nos non multum efficaciter, est dicendum, quod nec obligamur illa agere ad hoc, ut inclinamur, nec licitum nobis est illa agere. quia non constat plene an talis spiritus ex Deo sit. Si vero motus ille a Deo ita sit intensus, ut certissime nobis videatur, quod Deus hoc iubet, nec in hoc vlllo modo hesitemus: agendum est. Sic patet de Moyse qui putabat se a Deo constitutum iudicem filiorum Israel, & ad hoc inclinabatur tanquam certissime a Deo motus. ideo vindicabat iniurias illarum filijs Israel ab Aegyptijs. Sic patet Actu. 7. c. existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis, at illi non intellexerunt. nunc autem ista ad Raab applicanda sunt. Et dicendum, quod si primum fuisset in Raab, quod Deus notificasset ei, quod proculdubio urbis Iericho tradenda foret in manus Iudeorum, non propter hoc ipsa tenebatur cooperari ad tradendum eam illis, immo si cooperaretur propter hoc solum, peccabat valde grauiter, vel ut si Deus notificaret mihi, quod pater meus erat ab aliquo occidendus, & propter hoc, ego eum occiderem, non est dubium quin grauissimum perpetrasset scelus. Et non solum hoc, sed etiam non tenebatur Raab velle perire urbem Iericho nihil cooperando ad eius destructionem, quamquam certissime cognosceret hoc Deum velle. nam vulgatum est non teneri nos conformari Deo in voluto, sed in modo volendi, quin potius grauissimum esse scelus, interdum Deo in voluto conformari. Si igitur primum hoc solum fuisset in Raab, non obligabatur ad conseruandos, vel non detegendos exploratores, nec saltem in occidendo eos, vel tradendo ad mortem qualitercumque, peccaret venialiter, sed magis videretur iuste agens. Si autem secundum fuit in Raab, scilicet, quod Deus ei mandauerit, quod exploratores Iudeorum occultaret, tenebatur ad faciendum, & non prodendum illos Ierichontinis, etiam ad exponendum se morti indubitate apud Ierichontinos, si contingeret, ut exploratores saluaret, & tunc si Raab aliquid horum omisisset, grauiter peccabat, quamquam id quod agebat esse videbatur contra ius naturale. hoc tamen non fuit in Raab, quia non meminit huius sacra Scriptura. si tamen Deus ei mandaret, quod occultaret, & conseruaret exploratores Iudeorum, ipsa expressisset exploratoribus, sicut retulit eis, quod notum erat ei Deum tradidisse terram illam in manus Iudeorum, & per hoc adhuc magis poterat suadere exploratoribus, quod cum vastata foret urbs Iericho, eam cum cognatione sua reseruarent, quia sic cognoscerent magis determinate exploratores, voluntatis diuinae esse, ut Raab non periret. non ergo ex hoc fuit Raab obligata ad seruandum, vel non prodendum exploratores cum nihil tale extiterit, nec peccaret prodens eos. Erat autem tertium quod Raab fuerit mota a Deo ad hoc faciendum. Et in hoc secundum distinctionem supra positam quantum ad hanc particulam dicendum est, quod Raab abscondere exploratores, & dare eis opportunitatem cognoscendi statum urbis, & renunciandi illum hostibus, erat contra ius naturae, quia infringebat fidelitatem quam debebat patrie, ideo non debebat hoc facere ex qualicumque motu Dei ad hoc. sed requirebatur motus ita intensus, & euidentis, quod transfret quae si in vim precepti, talem autem motum non apparebat fuisse in Raab, ideo ex hac parte obligari non videbatur ad conseruandum, vel non prodendum exploratores. Sed dicendum est, quod Raab non fuit obligata ex aliquo iustorum, vel ex aliquibus alijs, & dato, quod prodidisset, & occidisset, vel occidi fecisset Israelitas

non peccaret, voluit tamen eos abscondere saniori ducta consilio. Nam cum sciret urbem certissime tradendam in manibus Iudeorum, siue exploratores custodirentur, siue non, maluit ut corrumpente patria quae nullatenus conseruari poterat, ipsa incolumis cum sua consanguinitate seruaretur, quam ut ipsa cum patria inutiliter caderet, non tamen ex aliqua obligatione ad id est, ut exploratores incolumes ab ea seruarentur. Ad argumenta facta in principio satis responsio patet ex praedictis.

Redit ad argumenta facta supra quomo 28. pro & contra.

Ad primum quando dicitur, Raab voluit occultare, & adiuuare exploratores exercitus Dei, ergo non peccauit, verum est, quia cognoscebat terram necessario tradendam Iudeis, alioquin peccasset tanquam proditrix patriae. nec tamen meruit in hoc bona vitae eterne, sed solum temporalia, ut patet ex praepositis.

Ad secundum argumentum quando dicitur, quod Raab mentita est quando abscondit exploratores.

Respondendum est eam peccauisse, sed hoc solum venialiter, ut patet in primo declaratis.

Cumque porta clauderetur. Hic ponitur modus colorationis mendacij Raab, scilicet, quod exploratores exierint cum clauderetur porta.

Hae porta an fuerit ciuitatis, vel domus. *Quest. XLII.*

ISTA porta potest intelligi de porta ciuitatis Iericho, vel de porta domus suae. Si intelligat de porta domus suae, est sensus, quod illi viri fuerant in domo Raab, & tamen cum iam esset nox, & ipsa clauderet portam, exierunt per tenebras viri illi, non vidente Raab. & tunc ponitur ista clausula ad duo. Primum ad colorandum factum. nam Raab enarratura erat nuncijs missis a rege Iericho, quid de viris illis factum esset, & ad enarrandum decenter mendacium, quod commentabatur, exposuit istum ordinem rei gestae, quoniam iste videbatur esse conueniens ordo, & probabilis ad hoc, quod accidisset res ista. Secundum est, ut nuncij regis non inquirerent domum eius: nam si forte Raab posuisset aliam excusationem, nuncij regis non certificarentur, & inquirerent domum eius, dixit eos recessisse cum clauderetur porta, ut sic recederent, non curantes scrutari domum illius. Alio modo potest intelligi de porta urbis, scilicet, quod viri illi egressi fuerunt de ciuitate, scilicet, quod exploratores isti steterunt in domo Raab, & postea cum tenebrae essent, & clauderetur porta urbis, illi egressi sunt de vrbe, nec cognitis a custodibus portarum. hoc autem dicit Raab ad excludendum, ne inquirant domum eius, quia cum esset clausa porta urbis, & viri non essent in domo Raab, existimarent nuncij regis, quod essent viri in vrbe, & perquirerent eos per urbem, & postea redirent ad ipsam domum Raab, cum non inuenirent in vrbe. Vel quod magis consonum est rationi, dixit eos exiisse portam urbis, quia si diceret eos manere in vrbe, vel non diceret exiisse de vrbe, daretur locus suspicandi, quod in domo Raab essent, quia illi non auderent ambulare per urbem, ne cognoscerentur: cum propter hoc uenissent per noctem in domum Raab, verisimile erat eos manere in domo Raab, si in vrbe manebant, & sic scrutarentur domum Raab.

Quomodo poterat dicere Raab, quod exploratores iam exierant portam urbis, & inde hoc scire poterat. *Quest. XLIII.*

Sed dices quomodo poterat dicere Raab, quod illi egressi fuerunt portam urbis. vnde enim ipsa scire poterat, vel dato, quod verum esset illos exiisse, & ipsam aliquo casu hoc cognouisse, quomodo verisimile esset ipsam scire potuisse, quod illi

illi exiuerant portam vrbis. nam si non esset verisimilis narratio eius, non crederetur ei, sed potius conuinceretur eam velle fallere, & tunc inquireretur domus eius. Respondendum est, verisimile esse potuisse Raab cognoscere, an viri illi exiissent per portam vrbis, quia domus eius erat coniuncta portae ciuitatis, & stans in domo sua scire poterat, an aliquis egrediebatur, & quis erat egrediens. hoc patet ex litera, quia dicitur infra, quod domus Raab herebat muro, & ipsa dimisit exploratores per funiculum per murum, erat ergo domus apud portam, ita vt faciliter cognosci possent omnes ingredientes, & egredientes vrbem. Sed dices, quod quamuis constet domum fuisse apud murum, non constat, an fuerit apud portam, quia satis stat vnum sine altero.

Respondendum est non concludi necessario ex litera fuisse domum Raab apud portam ciuitatis, sed cum dicitur fuisse apud murum, & quia ipsa erat hospitalaria, quae ad hoc est, vt viatores ad se colligat, verisimilius est eam habuisse domicilium apud portam vrbis, quam in alio loco, & sic dicere potuit verisimiliter de exitu eorum.

Cum dixit Raab, quod egressi fuerant exploratores portam, an intellexit de porta domus, vel vrbis. Quasi. XLIII.

QVAERET aliquis, cum possit ista litera de porta vrbis, vel de porta domus Raab intelligi, de qua verisimilius intelligatur. Respondendum est verisimilius debere intelligi de porta vrbis, quam de porta domus Raab.

Quod patet, quia si intelligeretur de porta domus Raab, non diceret ipsa ad nuncios regis, persequimini cito, & comprehenditis eos, in quo dicebat eis, quod irent extra vrbem ad persequendum exploratores. Si tamen ipsa diceret de porta domus suae, nihil ageret ad propositum, quod ipsi persequerentur eos extra vrbem. Sed intelligendo hoc de porta vrbis, est conueniens sensus, scilicet egressi sunt per tenebras, quando clauderetur porta ciuitatis, ideo persequimini eos cito.

Item patet iste sensus ex eo, quod fecerunt nuncios regis, nam immediate vt eis ista dixit Raab, egressi sunt portam vrbis, & persecuti sunt exploratores per viam, quae ducit ad vada Iordanis, vt patet infra, & tamen si non diceret Raab illos egressos portam vrbis, non persequerentur illos nuncios regis. Item verisimile est, quod Raab magis de hac porta dixerit, quam de porta domus suae, nam ipsa intendebat excludere nuncios regis, ne scrutarentur domum suam: verisimile est igitur, quod ipsa posuerit eum colorem in narrando, qui effacior ad hoc esset, cum falsum enarraret ad colorandum, & tamen valde magis suadebat intentum, dicens illos egressos fore vrbem, quam egressos fore portam domus suae. de porta ergo vrbis locuti sunt Raab, & nuncios regis. Patet hoc, quia si Raab diceret eos egressos domum suam, & non vrbem, ipsi non persequerentur eos immediate extra vrbem, sed primo inquirerent vrbem, & ad hoc inquirerent domum Raab, ne forte laterent in domo sua, & deinde totam vrbem, & hoc modo inuenirentur. Et dato, quod non scrutarentur domum Raab, scrutarentur totam vrbem reliquam, & cum non reperirent eos, redirent ad domum Raab inquirentes, an illuc rediissent, vel ibi mansissent: & tunc aut teneret Raab exploratores in domo, vel dimisisset eos per funem extra vrbem: si teneret eos in domo, possent reperire Ierichontini, cum diligenter inquirerent, vel si dimisisset eos, cum Ierichontini non reperirent exploratores in vrbem, vellent eos inquirere per viam Iordanis, possent reperire, non erat ergo modus conuenientior, quam vt Raab diceret nuncios regis, vt persequerentur eos, & postquam illi exirent, mitteret ex-

ploratores ad montana, ne eos haberent obuios Ierichontini redeuntes, & sic factum est. istud autem artificium quamquam ab homine fieri satis faciliter posset, tamen credendum est Deum specialiter direxisse Raab ad sic agendum, quoniam multa hic dicta, & facta sunt, & omnia valde ordinate, & exitum prosperum habuerunt.

Clauderetur porta in tenebris. Idest, quando clauderetur porta hora tenebrarum, quia iam erat nox atra, cum porta Iericho clausa est. Dicitur hoc, quia forte nuncios regis dicerent ad Raab, non est hoc verisimile, quia si exiissent portam ciuitatis visi fuissent, & custodes ciuitatis tenuissent eos, excludit hoc Raab dicens, quod clausa fuit porta in tenebris, ideo hora qua erant iam tenebrae, & sic potuerunt faciliter egredi a nullo cogniti.

Si autem obijceretur ipsi Raab, quomodo ipsa cognouit eos egressos vrbem. Respondere posset, quod egressi sunt de domo eius, & hoc ipsa vidit, & quia domus sua erat contermina foribus vrbis, potuit eos videre egredi portas vrbis, & cognoscere, quia sciebat antequam egrederentur qui erant.

Illi pariter exierunt. Idest simul illi exierunt, & porta clausa est, quasi dicat, illi expectabant, vt egrederentur per noctem atram a nullo cogniti, & ob hoc tandem expectauerunt, quousque porta clauderetur, & tunc ipsi exierunt, & quia erant in domo Raab quae erat contermina foribus ciuitatis, poterant videre quando custodes claudere pararent, & tunc per tenebras egressi sunt. Omnia ista quamquam falsa forent, erant tamen verisimilia, quia erat porta Raab apud portam vrbis. Quod autem dicebatur supra, exploratores egressos esse, cum clauderetur porta vrbis per tenebras, necesse est clausam fuisse portam, quando tenebrae erant. nam exploratores introierunt in vrbem, cum esset nox. vt patet supra, cum dictum fuit ad regem Iericho, ecce viri ingressi sunt huc de filiis Israel per noctem, sed postea clausa est porta, necesse est igitur illam clausam fuisse per noctem. *Et nescio quo abierunt.* Hoc dicit Raab ne dicatur conscia facti eorum, nam si ipsa sciret quo ipsi iuissent, signum erat ipsam cognouisse, quomodo exploratores essent, & tunc criminis rea ageretur, quod exploratores cognitos non prodidisset. Sed dicit aliquis non posse hoc stare, quia infra dixit Raab ad persecutores, persequimini cito, & comprehenditis, non poterat tamen dici conuenienter, quod comprehenderentur, nisi cognosceretur via illorum. Respondendum est, quod Raab fingeat se nescire per certitudinem, quo iuissent tanquam nihil ei expressissent, existimabat tamen, quod ipsi redirent in castra Israelitarum a quibus venerunt, ideo monebat, vt per viam quae illuc ducit, eos persequerentur, & hoc significat, quod comprehenderent eos. *Et nescio quo abierunt.* Scilicet per certitudinem, sed existimo, quod redierint in castra Israelitarum, vt patet ex predictis. *Persequimini cito.* Idest immediate eatis post eos, & comprehenditis illos. Intertio Raab erat, quod exploratores non inuenirentur, & adhuc non volebat eos tenere in domo sua, vt que ad sequentem diem, quia sic posset cognosci, quod essent in domo eius, & incidere in mortem tam exploratores quam Raab, nec voluit eos dimittere sequenti die, quia inuenirentur per diem, & tenerentur, potissime quia, vel exirent per portam vrbis, vel per murum, non per portam vrbis, quia tenerentur, non per murum, quia viderentur, & non auderet hoc facere Raab. expediebat igitur, vt illa nocte emitteret eos Raab, & quia si prius exploratores mitterentur a Raab, quam exirent Ierichontini ad persequendum eos, possent eos inuenire Ierichontini velocius currentes, ideo expediebat, vt primo irent Ierichontini, posterior vero exploratores.

exploratores. Et quia si post exeuntes exploratores reperirentur a Ierichontinis requireribus eos per diuersa loca tenerentur, dixit Raab, vt Ierichontini persequerentur cito Israelitas, vt immediate recederent, & in itinere non morarentur, & tunc postquam egressi sunt viri Iericho per aliquantum spatium, misit Raab exploratores per murum.

Et comprehenditis eos. Loquitur Raab non per certitudinem, sed quasi suspicans hoc esse rationale, vel verisimile, nam exploratores exeuntes vrbem, verisimile est, vt ad suos redirent renunciaturi quae viderant, ideo si Ierichontini cito procederent, verisimile est, quod comprehenderent eos, quia exploratores Iudeorum nesciebant vias terrae illius, ideo non possent, ita expedite procedere potissime per noctem: Ierichontini autem, quia optime terram nouerant, velociter gradientes eos comprehenderent.

Ipsa autem fecit ascendere viros. Hic ponitur modus quo abscondit Raab exploratores, hoc legendum est per recapitulationem. nam supra posuerat: quod Raab abscondit viros istos, & postea subiunctum est de verbis eius ad nuncios regis, nunc vero reuertitur scriptura ad enarrandum modum occultationis.

Quare auctor intelligit istam literam per recapitulationem. Quasi. XLV.

SED dicit aliquis, quare ponis recapitulationem, nunquid non sufficit ordo naturalis huius literae huic? Respondendum est impossibile esse literam istam intelligi eo ordine, quo describitur, quia primo ponitur occultatio, deinde verba ad nuncios regis, deinde subditur modus occultationis, sed manifestum est inter occultationem, & modum occultationis nihil posse intercideri, cum vnum sit occultatio alterius, necesse est ergo hic esse mutationem ordinis a naturali processu rei gestae, & oportet ponere anticipationem, vel recapitulationem, erit enim anticipatio, si dicamus, quod prius Raab locuta fuit nuncios regis, & postea abscondit exploratores: & tamen, quia tangitur ab initio, quod mulier tulerit exploratores, erit anticipatio ordinis. Si autem dicamus, quod primo Raab absconderit exploratores, & postea locuta fuerit ad nuncios regis, erit recapitulationem ordinis permutati.

Quid verius hic poni debet anticipatio, vel recapitulationem. Quasi. XLVI.

SED tunc quaeres, cum hic necesse est ponere anticipationem, vel recapitulationem, quid eorum verius poni debeat? Respondendum est dici debere, quod sit recapitulationem, si fuerit Raab locuta ad nuncios regis, postquam abscondit exploratores, quod patet. nam non videtur rationabiliter dictum vllatenus, quod Raab non curauerit abscondere exploratores, antequam venirent nuncios regis ad inquirendum eos, & absconderit postquam reliquerunt nuncios illi domum Raab, nam absconditio fiebat, ne viderentur, aut inuenirentur si inquirerentur, sed periculum erat adhuc, cum nuncios regis venerit ad domum Raab, & poterat inquirere domum, cum vero recesserunt de domo eius, non erat vllum periculum, nec causa abscondendi, ergo si prius Raab non abscondisset, non absconderet postea. Aliae rationes ad hoc supraposita sunt.

Dicendum ergo, quod est sensus huius literae: *Ipsa autem fecit ascendere viros.* Idest, quod quando Raab audivit nuncios regis clamantes ad portam, fecit cito ascendere exploratores in solarium domus antequam

Determinatio auctoris.

aperiret portam, vel responderet illis, & operiens eos stipula lini descendit, & reuerata porta, locuta est ea quae supra posita sunt nuncios regis.

In solarium domus suae. Solarium dicitur locus ad solem expositus, vel soli patens, in litera Hebraica ponitur tectum, & idem est. Sunt enim domus in terra Chanaan habentes tecta plana non operata tegulis, sicut apud nos sunt, sed de terra, vel calce fabricata sunt, & ibi conueniunt homines ad quiescendum, secundum quod in aliquibus terris Hispaniae sunt. Loca autem illa vocantur tecta, quia his domus tegitur. Vocantur etiam solaria, quia soli exposita sunt, eo quod non sunt cooperata, vel sunt facta, vt ibi homines sint ad solem, & iste status tectorum, in quibus homines manerent ad quiescendum, signatur Deut. 22. c. cum dicitur, cum adificaueris domum nouam, facies murum tecti in circuitu, ne effundatur sanguis innoxius in domo tua, & sis reus labente alio, & in preceptu ruente, & sic videtur, quod super tectum homines sunt, cum inde ruere possint. Sed hoc intelligi non potest, nisi tecta domorum talia sint, qualia designata sunt. *Operuitque eos lini stipula quae ibi erat.* Idest super solarium illud parabat Raab linum terens illud, & posuit linum super eos. vocatur autem stipula lini ipsum linum nondum factum, quod in morem stipularum est: vel vocatur stipula lini ipsa purgatura lini, quia in fractura decorticantur quaedam partes quae non sunt per modum sili, sed ad modum stipularum, aliae vero silosae sunt, & flexibiles quomodo cunque assumatur stipula lini non differt, quia vtroque modo regi poterat. *Ei autem qui missi fuerant.* Scilicet qui missi fuerant a rege ad inquirendum exploratores in domo Raab. *Secuti sunt eos.* Scilicet exploratores. Audierant enim isti Ierichontini viri a Raab, quod exiissent exploratores portam vrbis, in quo arbitrabantur eos iuisse ad vadum Iordanis, vt redirent ad Iudaeos, a quibus missi fuerant, & ob hoc secuti sunt eos. hoc autem non secundum veritatem erat, quia exploratores non ibant per viam illam, nec per aliquam aliam, cum manerent in domo Raab absconditi, sed secundum quod existimabant, Ierichontini persequerentur eos, hoc autem fecerunt nuncios regis, quia secuti sunt consilium Raab. *Per viam quae ducit ad vadum Iordanis.* Cum existimarent certissime Ierichontini decepti a Raab exploratores egressos portam vrbis, non potuit eis venire in mentem, quod irent alio itinere quam redeuntes in castra Israelitarum.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Ad illa autem iter erat per vadum Iordanis, ideo Ierichontini persecuti sunt eos per viam quae illuc ducit, ex hoc innuitur, quod Iordanis non habebat portam per quam Israelite transire possent, sed solum erat vadum, & per locum illum iter erat omnibus transuentibus, & quia non erant multa loca vadabilia in Iordane, erat locus determinatus, quo iretur ad vada Iordanis, & per hunc locum exploratores transierunt tam euntes, quam redeuntes.

Vt in valle ria, & i ma kima par e bethicg.

Domus reg Chanaa erant sine tegulis.

Quasi. XLV.

Quasi. XLVI.

Quasi. XLVII.

Quasi. XLVIII.

Quasi. XLIX.

Quasi. L.

Quasi. LI.

Quasi. LII.

res de exploratoribus, cum vero eis Raab respondisset exierunt, & tunc porta domus Raab clausa est, & hoc ne aliqui alij ingrederentur domum Raab, qui videre possent exploratores. vel potest intelligi hoc de porta urbis, scilicet, quod cum Raab dixit egressos de urbe exploratores, nuncij regis volentes persequi illos per viam, quæ ducit ad vadum Iordanis, aperuerunt portam urbis, & cum ipsi exirent, porta clausa est, & hoc vt si forte manerent exploratores in urbe, non possent egredi postea, vel ne aliqui alij subingredi possent, & iste sensus est conuenientior. nam de porta domus Raab quod clauderet, nihil attinebat ad hoc, & tunc ponitur ista clausula tanquam reddituum rationis eius, quod infra ponitur de dimissione exploratorum per murum. nam Raab postea voluerat dimittere exploratores per portam ciuitatis, quæ erat apud portam domus sue, sed nequiuit, quia clausa erat. Nam mox, vt exierant nuncij regis ad persequendum exploratores per viam vadi Iordanis, porta clausa est.

Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait. Noui quod dominus tradiderit vobis terram. Et enim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terre. Audiuimus quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Aegypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon & Og quos interfecistis. Et hæc audientes pertimimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detisque mihi verum signum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres, ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras a morte. Qui responderunt ei. Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam, & veritatem.

Hic ponitur tertium, scilicet de conuentione facta inter Raab, & exploratores, & ista fuit postquam recesserant nuncij regis, & requisit exploratores Raab de pacto in seculo postquam eis periculum demonstrauit, & nondum plene illud euaserant. Nam si nolent tunc conuenire exploratores cum Raab, vt facerent misericordiam cum ea, & domo patris sui, poterat adhuc eos tradere in manus Ierichontinorum, & sic conuenientius tempus in eundi fœderis, cum exploratoribus erat, postquam aduenientibus nuncijs regis absconditi sunt, quam antequam occultarentur. *Necdum obdormierant.* Vocantibus nuncijs regis ad portam domus Raab, abscondit exploratores sub stipula lini, & postea descendens de solario ad nuncios regis, locuta est cum eis, & mansit aliquantulum tempore deorsum non

Fausa ascendere ad solarium ne sentiretur quomodo illuc ascēdebat, & presumeretur aliquid contra ipsam: etiam quia ipsa volebat ascendere ad solarium, vt dimitteret eos per murum, tamen non decebat, quod dimitterentur vsq; ad magnam partem ipsius noctis in cōtinuo, ne videretur Raab deponere eos per funem de muro ab aliquibus Ierichontinis, quia sic criminis rea esset, & exploratores capi possent. In toto igitur hoc spatio dormire poterant exploratores, non tamen adhuc dormierant, quod fiebat in eis, quia in magno timore erant, veriti ne nuncij regis ascenderent ad inquirendum ipsos, vel Raab eos prodere vellet. nam tunc erant in manu eius, & adhuc non confidebant plene ei, quamquam ista faceret, vt patet infra: cum dicitur, responderunt ei, anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos, si tamen nullatenus dubitarent de fide Raab, non adiecissent hanc conditionem. satis ergo erat rationabile, non posse exploratores dormire quousque veniret ad eos Raab.

Forse aliquis dicet, quod non erant absconditi isti, quia do dicit, quod nondum obdormierant, nam positi sub stipula lini nullatenus poterant dormire, si frustra ergo erat dici de eis, quod nondum obdormierant, & sic videbitur dicendum non fuisse eos tunc absconditos. Respondendum est, quod absconditi erant, quando dicit, quod nondum obdormierant, quod patet ex litera quæ dicit, nondum obdormierant qui latebant, ergo tunc latebant. Cum dicit, quod non poterant dormire absconditi. Respondendum est, quod taliter erant dispositi sub stipula lini, quod dormire possent, nisi eos tenuisset terror, & ob hoc dicit, quod nondum obdormierant. *Ecce mulier ascendit ad eos.* Id est ascendit Raab ad solarium domus, non enim aula est ascendere immediate, vt recesserunt ab ea nuncij regis, quia erat tunc parua pars noctis, & timuit videri ab aliquo de Ierichontinis quando deponeret exploratores per murum, & sic tamen ipsa quam exploratores caperentur atque occiderentur. Item timuit, ne quis illam audiret colloquentem. Item quia non oportebat eam ascendere ad illos immediate, quia solus ascensura erat ad deponendum eos per murum, & tamen non expediebat, ita cito eos deponere, cum tunc exiissent nuncij regis euntes via Iordanis, & exploratores si exirent possent eos habere obuios atque capere: tur: expectauit ergo Raab aliquantulum noctis partem, antequam ascenderet ad exploratores in solarium.

Noui, quod tradiderit vobis dominus terram. Hic ponitur causa quare Raab fecit omnia quæ ad pietatem erga exploratores pertinebant, scilicet quia sciebat, quod Deus traditurus erat totam terram Chanæorum in manus Israelitarum, & non poterant effugere aliquo modo, commota fuit ergo vtunque pacificare obsequijs, & beneficijs Iudæorum exploratores, vt miserentur illius cum opportunum foret. Nam si ignoraret terram tradendam necessario siue inuitabiliter in manus Iudæorum, & hoc faceret, esset proditrix ciuitatis, & teneret realem, atque grauius peccaret, hoc tamen eam excusauit, quia cum non posset succurrere patriæ cadenti, sibi saltem succurrit.

Quomodo Raab sciuit, quod Deus traditurus esset terram in manus Israelitarum. Et quod Gentilibus Deus multa reuelabat secreta: & quo modo. Quæst. XLVIII.

QVAERET aliquis, quomodo sciuisset Raab, quod Deus tradidisset terram hanc, id est traditurus esset in manus Israelitarum. Et dicitur, quod dupliciter hoc intelligi potest, vno modo, quod hoc sciret Raab per coniecturas quasdam modo humano, quod non est scire, sed suspicari, & tunc applicatur sic, viderat Raab, quod timor inciderat in om-

nes populos terre, & hoc valde magnum signum est. nam qui alios valde sic timet, non audent congregari cum illis, vel si congregiatur, timor eos victos reddit, sicut patet de Moabitibus quod timore magno conceptos de Israelitis, non ausi sunt congregari cum eis, sed vocauerunt Balaam Ariolum ad maledicendum eis, vt patet Num. 22. videns autem Balac filius Saphor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod Moabitibus timuissent eum, & eius impetum ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian, ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quoniam solet bos herbas vsque ad radices carpere, vel si aliquando timentes aggreddantur, vel resistant, postea timore premente deficiunt, talis autem timor inciderat in Chanæos, vt testata fuit Raab, & patet immediate. Ideo ex hoc modo humano alicuius argui poterat, quod traditi essent in manus Iudæorum. Item iudicio humano poterat hoc prognosticari ex precedentibus, nam viderant Chanæi, quod Deus aperuisset mare rubrum ad introitum Iudæorum, & hoc manifeste erat miraculum Dei: id sicut Deus pro eis dignabatur hoc efficere, ita hostes eorum deleteret. præsumebat ergo Raab, quod traderet Deus in manus Israelitarum Chanæos. Item arguebat hoc ex deletione Amorrhæorum regum duorum. nam hi erant reges fortissimi, & hos destruxerunt Israelites, poterant ergo destruere Chanæos. Alio modo potest ista litera capi, vel accipi, scilicet quod Raab cognouit hoc Deo reuelante illi tradendam esse terram: non enim est inconueniens, quod Deus gentilibus quadam reuelaret. nam Balaam filius Beor erat propheta, tamen gentilis erat de Haram, vt patet Num. 22. c. & 23. posset igitur aliquid reuelari Raab. Amplius autem quam Balaam erat idolatra pessimus, & Ariolus, vt patet Deut. 23. tamen Deus ei loquebatur. Raab autem ad Deum conuersa est, & tunc bonæ mentis erat, quoniam ista fiebant, ergo rationabilius adhuc videtur Deum debuisse loqui ei, quam ad Balaam. Nec tamen adhuc oportet, quod poneretur Deum fuisse locutum, vel misisse aliquem Angelum ad Raab, sed sufficiebat, quod illustraret intellectum eius, dans ei cognoscere manifeste istam futuram veritatem, scilicet quod Deus traditurus erat certissime terram Iudæam in manus Iudæorum. Si autem arguas, quia hic dicitur, et enim irruit in nos terror vester. Hoc autem argum humanum est, & per hoc probat Raab, quod Deus tradiderit terram Iudæis, ergo non est cognitum ex reuelatione, sed modo humano. Respondendum est hoc non stare: laus est enim conueniens argumentum. nam per terrorem incussum poterat Raab iudicare esse tradendam terram, quia potest timor iste intelligi, quod non eueniret naturaliter, sed supernaturaliter. nam sicut Deus interdum hominibus infligit egritudines, & alia mala inuitis, ita infligit terrorem, & hanc penam Deus infligebat Iudæis interdum pro peccatis suis, vt patet Leui. 26. cum dicit, & qui de vobis remanserint, dabo maiorem in cordibus eorum, in regionibus hostium terribit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente, & corrumpentur super fratres suos, quasi bella fugientes. Idem patet Deut. 28. c. Ideo poterat talis timor nunc incuti Chanæis, & hoc in se experientes iudicare possent, quod Deus tradere vellet illos in manus hostiles. Potest autem discerni iste timor a ceteris. Nam cum aliquis ex humana infirmitate timet, non est timor ita durus, & penitus eneruans, cum vero a Deo infligitur, durior est, ita quod totaliter cor deficit, ita enim in Chanæis factum est, quia non remansit in eis spiritus ad introitum Iudæorum, vt patet hic. Et necesse est de timore isto Chanæorum dici, quod non fuerit naturalis infirmitas, quasi ipsi Iudæos timerent, quia multo plures, & fortiores erant Chanæi, quam Iudæi, vt patet Deut.

A 7. immo Iudæi timuerunt Chanæos, ita quod reuerti voluerunt in Aegyptum, vt patet Num. 14. c. sed fuit timor supernaturaliter a Deo incussum, ipse eos faciebat timere, quamquam audaces, vel constantes esse vellent, sic patet Exo. 23. c. cum dicit, terrorem mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cum sanctorumque inimicorum tuorum terga vertam. Idem patet Deut. 7. conuenienter ergo valde Raab per timorem incussum, iudicabat terram tradendam in manus Iudæorum, quia terror iste non erat talis qualis humanus, sed durior. Nunc autem cum litera posset vtroque modo intelligi, quid verisimilius sit, an Deus mouerit Raab, & spiritu eius ista locuta fuerit, vel humana solij præsumptione hoc dixerit. Et dicendum est verisimilius esse, quod diuino spiritu afflata fuerit. Nam necesse est dici, quod ipsa a Deo illuminata sit, quoniam ipsa cognouit veritatem deitatis, & vniuersaliter potestatis in Deo Hebræorum, vt patet infra, cum dicit, Dominus enim Deus vester ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum, ipsa tamen Raab quæ Chanæa erat, & rudis, in gentilitate semper edocita, non potuisset hæc cognoscere, nisi eam Deus illustraret. *Noui, quod tradiderit vobis dominus Deus terram.* Scilicet totam terram Chanæam, quasi dicat, ego cognoui reuelante Deo tradendam esse in manus vestras totam terram hanc. *Et enim irruit in nos terror vester.* In hoc declarat Raab, quod dixerat, scilicet Deus tradidisset in manus Iudæorum terram, quia terror eorum, id est terror conceptus de eis irruit super nos, scilicet timebant omnes gentes Iudæos. Et hoc, quia siue Deus posuerat terrorem suum super omnes gentes, vt promiserat Exo. 23. siue quod auditis miraculis de transitu maris, & alijs quæ Deus pro Israelitis fecerat, incepterunt contremiscere, ad vtrumque enim referri potest scilicet quod potest accipi de timore humano, & timore a Deo incusso, quilibet enim horum modorum est conueniens probatio, ad hoc, quod Deus vellet tradere Chanæos in manus Iudæorum, magis tamen pertinet ad hoc, quod intelligitur a Deo cognouisse, quia dicit, quod tradiderit Deus, aliter enim, quamquam Chanæi viderent se victos a Iudæis, non imputarent Deo Iudæorum, dicentes Deum tradidisse illam terram eis, sed magis hoc euenisse temerario rerum fluctu sine aliquo providentiæ regimine, sicut inter gentes plerique arbitrantur, vel dicerent hoc esse a Deo aliquo de gentilibus, sicut dixerunt Syri regi Benadab, cum viderunt se victos ab Achab rege Israel in montibus, quod dii Israelitarum erant dii montium, & non valium, ideo præualerant in montibus, sed si instauraretur bellum in vallibus, & præualeret Syri, sic patet 3. Reg. 20. c. serui vero regis Syriæ dixerunt ei, dii montium dii eorum, ideo superauerunt nos, sed melius est, vt pugnemus cum eis in campestribus, & obrinebimus eos, & postea sequitur, quomodo Deus iratus per verba ista tradidit iterum Syros in manum Israelitarum. sed Raab cognouit Deum Iudæorum esse verum Deum, & attribuit ei potestatem dicens, noui quod tradiderit vobis dominus terram, & non solum potestatem, sed et potestatem vniuersalem, cum dicitur infra. Deus enim vester ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum. Dicendum ergo est, quod Raab cognouit Deum, & ab eo mota dixerit ista. *Et elanguerunt omnes habitatores terre.* Id est facti sunt viribus debiles tanquam languentes, quia sicut languentes membra inualida habent, ita & timentes valde, donec timor si grauis fuerit eos corrumpere faciat, & meruant nullo persequente, atque fugiant a facie folij volantis tanquam qui fugit gladium, de hoc Leui. c. 26. & Deut. 28. c. *Audiuimus, quod siccauerit dominus aquas maris rubri.* Hic ponuntur ea, ex quibus incutiebat timor omnibus habitatoribus

In quo potest discerni timor diuinus, & supernaturaliter immixtus ab humano.

ribus Chanaan. In quo sciendum, qd nō oportet poni Raab, & omnes Chanaanos eodem modo cognouisse, atque sensisse de capienda terra. Nam Chanaanai nihil cognoscebant reuelante Deo, nec apparet, qd ipsi cognouerint capiendam terram Chanaan, sed timebant valde, & erat modus iste timoris ex radice eorū, quæ audierant pro Iudeis facta. Nam sicut audierant ante Deum operatum fuisse admiranda pro Iudeis, ita & nunc suspicabantur, & timebant valde, nec tamen intelligēdum est, qd Chanaanai solum timuerint, quia audierunt ea quæ narrantur hic, quia tunc esset iste timor humanus conceptus ex auditis, sed præter hæc immittebat Deus in corda Chanaanorū quendam terrorem penalem, qui non consurgebat ex aliqua consideratione rerū, sed ex sola Dei inflictione, & de hoc dicitur Exo. 23. c. timorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quē ingredieris, & eunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam. *Quod siccauerit dominus aquas maris rubri.* Hoc factum est admirabile, & cognitū est per gentes omnes, quæ in circuitu erant, & timuerunt valde, vt patet Exo. 15. c. cum dicitur, ascenderunt populi, & irati sunt, & dolores obtinuerunt omnes habitatores Philistin, tūc turbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Duplex sensus iste.

Ad introitum vestrum. Istud potest intelligi duobus modis. Vno modo ad introitum vestrum, id est, quando vos introistis in mare rubrum, & tunc est sensus, qd Iudæi ingressi sunt primo in mare, & tunc diuisæ sunt aquæ maris. Sed falsum est, quia nullus Iudæorum intrauit, aut saltem tetigit aquas maris, quousq; apertum fuit, vt patet Exo. 14. vbi ponitur quō Moyses eleuata virga diuiserit mare, & postea filij Israel ingressi sunt, sed debet esse hic secundus sensus, s. qd ad introitum Iudeorum diuisum est mare rubrum, id est diuisum est ad hoc, qd ingrederetur, & sic præcederet diuisio ipsam ingressionem: primus tamen sensus in sacra Scriptura aliquando est, sic patet Gene. 30. ca. f. benedixit tibi dominus ad introitum meum, id est benedixit tibi dominus, quando ego ingressus sum, vel postquam, & hoc intendebat dicere Iacob ad Laban, qd ante aduenatum suum ad eum, nihil habuerat, & postquam ad eum venerat Iacob, diues effectus fuerat, & sic patet ibidem, ponitur ergo introitus prior quam benedictio. *Quando egressi estis de Aegypto.* Determinatur tempus, hoc dicit Raab, quia apertio maris rubri a multis temporibus acciderat, sub anno primo exitus de Aegypto, & iam erat annus 41. ideo nō debebat dici egressus de Aegypto simpliciter, sed determinaretur tempus, & non fuit transitus maris rubri in ipsa prima die ab exitu de Aegypto, quia ea die peruenierunt in Sochoth, vt patet Exo. 12. & Num. 33. c. sed aliquibus diebus post primam diem recessus de Aegypto, paucis tamē interpositis, vt patet ex mansionibus quæ describuntur Num. 33. qd recedentes Israelitæ die prima de Ramesse, in qua comederunt agnum paschalem, venerunt in Sochoth, de Sochoth venerunt in Ethan, quæ est in extremis finibus solitudinis, inde egressi venerunt contra Phiaroth quæ respicit Helsephon, & castrametati sunt ante Magdali, profecti de Phiaroth transferunt per medium mare rubrum. Idem patet Exo. 14. Si tamen dicere uelimus aliter, poterimus dicere, qd Israelitæ non fecerunt aliquas mansiones inter exitum de Aegypto, & transitū maris rubri, sed magis mare rubrum est terminus Aegypti ex illa parte qua Israelitæ exierunt, fuerunt tamen aliquæ mansiones inter ciuitatem Ramesse, de qua primo mouerunt Israelitæ castra vsque ad mare rubrum, & iste est conueniens modus loquendi,

Et quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum. Ista etiā terruerūt Chanaanos nimis. nam erant isti duo reges, scilicet Og, & Sehon reges fortissimi inter alios reges Chanaanorum, & cum hos Israelitæ deleuissent velociter, timebant Ierichonitini, & omnes Chanaanai similiter sibi futurum: nec terrebantur isti, quia Israelitæ solum occidissent hos duos reges Amorrhæos gladio superatos, sed quia ita velociter, & unico bello superassent. Nam in alijs bellis solum per diuturnitatem satis erat deleri aliquod regnum, Iudæi autem vno in tempore abstulerunt duo regna de manu Chanaanorum, siue Amorrhæorum quod idem est. Admirabantur etiam, quia nullū viuere permittebant sub aliqua conditione pacis, vel seruitutis, aut tributis, sed omnes occidebant gladio, hoc autē erat, quia Deus iusserat, vt de populis quorum terram in possessionem accipienturi essent, nullum omnino viuere permitterent, vt patet Num. 33. & Deut. 20. gentiles autem hoc ignorabant. Ideo de tanta crudelitate admirabantur. sic innucebat rex Moabitum Balac loquens ad maiorem natu Madian, & dicēs, sic delebit populus iste omnes qui in nostris finibus commorantur, sicut solet bos herbas vsque ad radices carpere, s. nihil relinquendo.

Iudæi oēs occidebāt & nullum viuere p-mittebant sub aliqua conditione pacis, seu tributis, & quare.

Duobus regibus Amorrhæorum. Non solū erant Amorrhæi ante transitum Iordanis, sed etiam erant alij reges Amorrhæorum vltra Iordanem post transitum, quia quāquam totus populus Amorrhæus simul habitaret nullo alio populo interposito, tamen Iordanis mediabat per terram Amorrhæorum. Quod autem alij reges Amorrhæorum essent post transitum Iordanis, patet infra 5. c. cum dicitur, postquam audierunt. ergo omnes reges Amorrhæorum qui habitabant trans Iordanem ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan, & c. Sehon, & Og quos interfecistis. Sehon erat rex Elebon, & habitabat in principio introitus Israelitarum, apud confinia frontis Orientalis terræ Moabitum, & Ammonitarum, vt colligitur Num. 21. iuncto. 2. c. Deut. & contra hunc primo pugnaverunt Israelitæ, & deleuerunt eum cum populo suo, vt patet Deut. 2. ca. Og erat secundus rex Amorrhæorum, & iste erat de genere gigantum, vt patet Deut. 3. cum dicitur, solus quippe Og restiterat de genere gigantum, monstratur lectus eius ferreus in Rabath filiorū Ammon nouem cubitos habēs longitudinis, & quatuor cubitos latitudinis, cōtra istum pugnatum fuit securus loco, & deletus est ipse cum toto populo suo, iste verō vocabatur rex Basan, quia terra Basan erat principalis in toto regno suo, & fuerat olim terra gigantū.

Et hæc audientes pertimimus. Loquitur hic Raab de toto genere Chanaanorum, quia auditis his omnes timore cōcussi sunt. Et fuit iste timor rationalis, quia cum viderent Deum operatum fuisse miracula in diuisione maris rubri pro Iudeis, ita verisimiliter operari posset, & faceret in pugna contra hostes. Item sicut præualuerunt vnico impetu cōtra reges duos Amorrhæorum, s. Og, & Sehon, quemlibet eorum vnico delentes bello, ita & contra alias gentes præualerēt. Nec tamen timor qui irruerat in Chanaanos, erat solum conceptus modo humano pro his quæ audierant de Iudeis, sed etiam Deus incussit eis quendam specialem timorem in penam, & iste durius affligebat, atq; tollebat animositatem, & robur, quā quicumque timor humano more conceptus, sicut supra declaratum est. Et non dicitur hic, qd timuimus, sed qd pertimimus: nam timere est simpliciter timere, siue parum, siue multū, pertimescere, vel ptimere est valde timere, vel totaliter timere, quia ista præpositio per, coniuncta p compositionem augmentat, vt ait Ebrardus. & sic acciderat Chanaanis, quia non solum timebant, sed erat in eis timor validus, ita vt consternerentur mente penitus

Timor qd est.

tus deficientes. *Et elanguit cor nostrum.* Dicitur cor elanguescere quando præ magnitudine mali futuri deficient vires, ita qd resistere non audeamus. In quo sciendum est, qd timor est passio circa malum, & ponitur sub ira, est autem ad futurum malum, vnde diffinitur, qd timor est expectatio mali futuri. Quando autē malum futurum paruum æstimatur, per timorem cauti efficitur, sed non deficiunt vires animi, sed accuntur ad resistendum, cum vero increuerit magnitudo mali, hebetantur vires animi, sed non deficiunt profusus, cum vero ad valde magnam quantitatem peruenit terribile, desperatio facit vires animi elanguescere, & hoc est, quod dicitur elanguisse cor Chanaanorum propter timorem validum. *Nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum.* id est non mansit aliquod robur animi ad resistendum vobis. nam nec voluntatem resistendi habebamus, & hoc notat magnum timorem. Interdum quippe nos corpore debiles effici mur, ita qd non maneant vires in corpore ad pugnam, tamen adhuc est virtus in animo nostro ad volendum resistere, magnus tamen timor vtrunque tollit. nam eneruat vires corporis, & animi, cuius causa est, quia omnes vires sūt in nobis propter discursum spirituum per venas pulsatiles, & per corpus totum, & cum cessat, vel debilitatur aliquando ista multiplicatio spirituum, quæ a corde fit, lassatur. & ista est causa quare homines qui per aliquam tempus sine gente media laborauerint, lassantur, quia per frequentē motū spiritus multi defecerunt, & evaporarūt: cū vero sumperimus aliquantam requiem, resurgimus vires, cuius est causa, quia dum quiescimus, non euaporant spiritus, sicut in labore. Ideo tunc collectis spiritibus efficiuntur potentes ad labores, donec iterum euauerint per calorem laboris. In timentibus autem valde, hoc euenit, qd propter timorem recurrit spiritus ad cor, & cetera membra deserta ab illis vires nullas habent, cum propter spiritus vires sint, necessariū est igitur, vt tunc membra viribus destituta conruant, sicut in somnis est, tunc enim nullæ vires in membris sunt, sed totus spiritus vires suas emittit ad loca digestionis ad celebrandas operationes virium naturalium, operationes autem virium animalium, vel motuarū tunc nihil sunt. In Hebræo habetur. *Nec remansit spiritus in viro ad introitum vestrum.* Eadem sententia est.

Magnus timor quæ faciat.

Quare homines qui sine quiete media laborant lassantur.

Quid dicat Rabbi Salomon de Raab, quia multa absurda, & impudica. Et an illa potuerit cognoscere naturaliter quæ hic dicit, cum de Deo cognitionem naturaliter habere possimus. Et de omnipotentia Dei secundum Christianos negata a gentilibus probatur. Quæst. XLIX.

SE Rabb. Salom. dicit, qd Raab erat meretrix, & incepit meretricari anno quo Israelitæ exierant de Aegypto, & tunc ipsa erat annorum decē, & fornicata est vsque ad annum quo trāsierūt Iordanem, ita qd esset iam 50. annorum, & durasset in fornicatione per annos 40. nunc vero venientibus Iudæis apud terram Chanaan nullus poterat eam cognoscere. Et de hoc ipsa conqueritur dicens, qd non remansit in viro spiritus, id est in nullo viro remansit spiritus inflans genitalia. nam s. m. medicos vnum de necessarijs ad coitum est spiritus, & in hoc cognouit Raab, qd Israelitæ accepturi essent terrā. Sed ista absurda sunt, & impudica, nec oportet illa argui, nec saltem ore cōtingi. *Ad introitum vestrum.* id est quādo vos ingressi estis in terram istam venientes prope terminos Iordania

Anis. *Dominus enim Deus vester ipse est Deus.* Hic ponit Raab fundamentum omnium istorum, s. quomodo Raab posset scire, qd Deus daturus esset terram Chanaan in manus Iudæorum, s. qd Deus Iudæorum erat verus Deus, & dii aliarum gentium non erant dii, nec poterant eripere cultores suos de manu Iudæorum. Deus autem Israelitarum, quia erat verus Deus, poterat tradere omnes gentes in manus cultorum suorum Iudæorum, in hoc patet, qd Raab fuit a Deo illuminata: nam ipsa non poterat cognoscere Deum Iudæorū esse verum Deum, nisi Deus ipsam ad hoc illuminaret. Et si dicas, qd cognitio Dei naturaliter inest. ergo poterat cognosci a Raab. Respondendū est, qd cognoscere hoc, qd aliquis Deus sit, inest naturaliter, & sic Raab cognoscebat aliquem Deum esse, & nulla gens in hoc dubitabat, sed non sequitur ex hoc, qd crederet Deum Hebræorum esse verum Deum. Et si obijcias, qd non solum de Deo naturaliter cognoscitur, qd sit, sed qd vnus sit, & qd æternus, & similia attributa, sicut ait Apostolus ad Ro. 1. inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, a creatura mundi intellecta percipiuntur, sempiterna quoq; eius deitas, ergo poterat hoc Raab cognoscere. Ad hoc respondendum est multipliciter primo, qd dato, qd omnia ista cognoscerentur naturaliter de Deo, tamen non cognouit ea Raab naturaliter. nam simplices mulieres non cognoscunt de Deo omnia, quæ de eo naturaliter cognoscibilia sunt. Hoc quippe satis est pro ipsis vicijs magni ingenij occupatis circa speculatiuum negociationem, cum ergo Raab ista cognouerit, quamquam naturaliter cognosci posset, tamen non est arbitrij probabilis eam naturaliter cognouisse, cum foemina nunquam circa speculabilia insidens. Aliter responderi potest: qd quamquam naturaliter cognosci posset Deum esse per ordinē causarum, & quamquam cognosci posset esse vnicum perueniendo vsque ad primam causam s. m., qd Aristot. in 12. Meta. declarat status esse vnā primam causam, quam nos Deum vocamus, de qua multas proprietates probat, quas nos Deo soli attribuimus, & quamquam de Deo probetur, & cognoscatur naturaliter æternitas, vt dicit Apostolus ad Ro. 1. qm̄, & Aristote. statuit æternitatem primi motoris naturaliter in 8. Phy. Tamen omnipotentiam Dei nullus adhuc Philosophorum concessit aut protulit. concessit quippe Aristot. infinitatem primæ causæ in duratione, sed in essentia aut potentia non concessit. Et quidem rationabiliter quantum ad intentionem suam. nam si concedat omnipotentiam Dei, non dimittet aliquam propositionem necessariam in naturalibus, quæ sunt in motu, cum tamen ipse omnes asserat necessarias, asserit necessario solem cras oriturum, & similes propositiones, quarum veritas dependet ex motu, & has dicit inenitabiles, quia existimat nullam causam esse in tota rerum vniuersitate potentem impedire hūc euentum. Si tñ concedat omnipotentiam primæ causæ nullam harum propositionum quæ in motu sunt, siue ad naturam, siue ad astronomicam considerationem pertineant, dicit esse necessariam, & consequenter tollit necessitatem simpliciter sine qua non existimat esse scientiam. Nam tunc scire aliquid opinamur simpliciter, & non sophisticō modo, quod est s. m. accidens, cum causam cognoscimus p. p. quam res est, & qm̄ illius causa est, & quia non est contingens aliter se habere, vt patet in 1. Poste. & tamen Philosophi volebāt hñi scientiam, ideo excluderūt omnia illa per quæ tollebat scientiam. Hoc autem est per omnipotentiam primæ causæ, ideo negauerunt aliquam causam esse in rebus omnipotentē, & hoc dicit impijssimus Cōmentator, qd Nazareni, id est Christiani sunt indispōsiti ad scire, quia concedunt miracula, & omnipotentiam

Nota Philosophi hoc esse contra cōmune opinionē omnium recte sententiū s. via Arist.

giam Dei, & hoc modo tollunt necessitatem rerum. Et tamen nos pp hoc non tollimus scientiam, nec propositionum necessitatem, non tñ vocamus propositiones necessarias eas, quarum euentus non pōt vllatenus distorqueri, sed illas que fm naturam, & ordinem causarum suarum, determinate se habent ad vnum euentum, semper relicta libertate omnipotentis causę, & quamquam postea signatum per talem propositionem impediatur, nō minus vocatur necessaria, sicut solem cras oriturum, dicimus necessariam propositionem, & veritatem, tñ Deus potest distorquere, & aliquando distorquet, sicut perturbavit motum cęli stante sole ꝑ Gabao, vt patet infra x. c. & cū reuersus est sol lineis decem in horologio Acham, vt patet 4. Reg. 20. & Isai. 38. ca. Et tñ non vocamus minus necessariam illam propositionem quę aliqui impeditur ne sit vera, quam illam propositionem cuius veritas nunquam impeditur, cum ex natura sua equaliter determinata sit ad talem, vel talem modum res, qñ impeditur, in suo actu, & qñ non impeditur. Ecce igitur qualiter antiqui Philosophi non concesserunt infinitatem potentię in aliqua causa, quamquam fuerunt valde speculantes. Non potuisset ergo Raab hoc naturaliter cognoscere, sed ipsa dixit hic de Dei omnipotentia, cum ait, dominus enim Deus vester ipse est Deus in celo sursum, & in terra deorsum, & sic ꝑcessit, & asseruit eum omnipotentem. in omnibus ergo necesse est, qd hoc supernaturaliter, s. Deo reuelante cognouerit. Aliter responderi poterat ad hoc, s. qd dato, qd naturaliter posset cognosci Deum esse omnipotentem (q nonnequam est) & omnia alia attributa, tñ adhuc nō in ferretur Raab cognoscere potuisse ista naturaliter, nam quamquam cognoscatur Deum esse vnicum, & omnipotentem, tñ non cognoscatur, an sit iste quem colunt Iudęi, vel alię gētes, sed cognitio huius ad alterum modum pertinet: Sed Raab non solum cognouit hic, Deum esse verum, & omnipotentem, sed etiam hunc esse Deum quem colebant Iudęi, ergo cognouit aliquid, quod non poterat cognosci naturaliter, fuit igitur supernaturalis ista cognitio, s. qd Deus reuelauit hoc Raab illustrando mentē eius.

Dominus enim Deus vester. Scilicet, Deus quem vos colitis. *Ipsē est Deus in celo sursum, & in terra deorsum.* Id est ipse habet potestatem in celo quod est supra nos, & in terra que est infra nos, & nomine horum duorum intelligit omnia que sunt, s. terram, & aquam nomine terra, & aerem, & ignem, atque celestia corpora nomine cęli. Et non est sensus, qd Deus sit in celo, & in terra, accipiendo proprie esse. nam esse non habet relationem ad aliquem locum, vel tempus, nec homo est magis in celo quam in terra, qm morat in terra, & nō alibi, & ita de Deo. Etia qm ad hunc sensum nō est magis Deus Hebręorū Deus in celo, & in terra, qm dii aliarū gētiū q solū sunt idola. Sed accipitur esse Deū in celo, & terra, i. hęc potestatem in celo, & in terra, qd in hoc faciebat Raab Deū Hebręorū differre a diis quos colebant Chananej, & nō ꝑcessit eis oīpotentiā, & est sensus, qd De' vester hñs ptatē ī celo, & terra pōt vobis tradere totā terrā hęc. & ego noui, qd trader, iō volo, qd misereamini mihi, cū ipse tradiderit terrā hęc in manus vestras. *Nunc ergo iurate mihi per Deum.* Vult Raab firmitatē de exploratoribus, s. qd miterantur ei, sicut ipsa eorū misera est, & qd firmitas maior hēret ꝑtestādo ꝑ Deū, qm simp'r ꝑmittēdo, petiuit Raab ab exploratoribus, qd iuraret, & hoc ꝑ Deū suū.

Christiani quomodo accipiunt iuramenta a Iudęis, & ab alijs infidelibus, & e contra. Quęst. L.

ISTE est modus apud omnes gentes, qd qñ sunt gētes disparis ritus, & abinuicem assumūt iuramen-

tum, non assumit vna gens ab altera per Deum quem colit ipsa gens, iuramentum, sed per Deum quem colit ipsa gens que iurat, & sic Christiani a Iudęis poscūt iuramentum non secundum, qd Christiani iurant super crucem, vel euangelia, sed super thorath iuxta ceremonias ipsorum Hebręorum. Et a Sarracenis similiter petiuit iuramentum secundum ritus ipsorū Sarracenorum. Ita quoque cum Iudęi petunt sacramentum dari a Christianis, petunt super euangelium, vel crucem, & sic se habet quęlibet gens ad alteram, & hoc fit, quia si Christiani pererent a Iudęis iuramentum super crucem, vel euangelia, vel in nomine Christi, non dicerent veritatem, quia existimant ista nihil esse, ita Raab petijt iuramentum ab exploratoribus su per Deum suū, quia si peteret, vt iurarent super Deos Chanangorum, ipsi non iurarent, immo nec nominare vellent, quia prohibitum eis erat, vt patet Exod. 23. c. s. per nomen Deorum exteriorū non iurabitis, nec audientur ex ore vestro, vel si aliqñ vellent iurare exploratores per nomina Chanangorum Deorum, nihil se fecisse, vel obligatos esse existimarent, quia dii illi nihil erant. conuenit ergo assumi iuramentum ab exploratoribus in Deo suo. Item fecit hoc Raab, quia ipsa iam a Deo vero illustrata credebat Deū Hebręorum esse Deum verum, Deus autem aliarum gentiū nihil esse, ideo nollet, qd iurarent per Deos aliarū gentiū. An liceat Christiano petere iuramentum ab Hebręo, vel Sarraceno secundum ritus, & an peccet Hebręus iurando super thorath, vel talmud, & euangelium: Et an peccet Agareus iurando super Alcoranum, vel super crus Maomericum, & de multis particularibus quęstionibus circa hoc dictum fuit late Exo. 23. cap. *Vt quemadmodum ego feci vobiscum misericordiam.* Quia liberauerat eos a morte ex sola pietate. nā cum esset de gente hostili deberet magis prodere illos, & morti tradere, nec fm Deū obligata erat ad nō detegendum eos, vel liberandum a morte, vt declaratum fuit in precedentibus, & cum quis alicui non merito benefacit misericordia est, iuxta communem vocem, qm quam differret, quia alteri bonum facit, aut agit ex obligatione, & tunc iuste agit, quia iustitia est qua vnicique distribuimus quę sua sunt. Si autem bonum agimus alicui nondum merito, aut est in liberatione a malis, aut in conferēdo bonum, si autem est in liberando a malo, vocatur misericordia, s. qñ aliquis est positus in amaritudine, & miseria, & alius eū inde eripit, vnde misericordia a miseria dē. Si autem alicui benefaciamus qui in miseria non est, misericordia non est, quamquam nos abutentes vocibus eā misericordiam appellamus. Cum ergo aliquis proficit alicui conferēdo bonum, aut est bonum in collatione aliquorum bonorum, aut in remissione penarum. Si vero sit bonum in collatione aliquorum desiderabilium dē esse liberalitas, vel magnificentia. Liberalitas quidem quantum ad ea q mediocria sunt, magnificentia aut quantum ad maxima, & insolita. si autem sit in remissione penarum vocatur clementia, vt cum aliqs nobis offensus fuit, & possemus eam punire, sed parcimus. Recte aut vocatur hic misericordia quam exercuit hic Raab ad exploratores, ipsi equidē in miseria positi erant. nam eos Ierichontini caperent, nisi Raab custodisset eorum misera. *Ita & vos faciatis cum domo patris mei.* Vocatur domus patris Raab tora cognatio Raab, i. pater, & mater, & fratres, & sorores, & ceteri cognati, qui tunc superstites aderant: vel vocatur domus patris quantum ad omnes illos qui descendunt a patre suo, & iste est conueniens modus accipiendi domum patris sui, nam non est aliquid continēs rationis, quod tota cognatio alicuius dicat domum patris eius, cum non pertineant omnes ad domum patris eius, sed

In beneficia dando differimus nos hēm.

Quare Raab non rogauit, vt faceret misericordiam cum ea.

sed illa, quę dicuntur esse domus alicuius ad eum pertinent. & hoc signatur infra cum dicitur. Detisquē mihi signum, vt eruatis patrem meum & matrem, fratres & sorores meas, & omnia quę eorum sunt. Ecce hic cum explicaret domum patris sui, solum tetigit matrem, & omnes descendentes a patre & matre. ceteri vero cognati, qui transuersaliter se habent ad patrem, vocati non possunt domus patris.

Domus accipitur in sacra Scriptura quadrupliciter. Quęst. LI.

CONSIDERANDVM, qd domus accipitur multipliciter in sacra Scriptura. Primo modo accipitur domus pro quadam maxima congregatione, quę est congregatio omnium tribuum, & isto modo dicitur domus Iacob pro tota congregatione Israelitarum, & eadē vocatur domus Israel, cum dicitur. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo Barbaro. Et aliquando ista vocat domus Israel, vt patet Psalmo eodem 113. cum dicitur. Benedixit domui Israel. Alio modo accipitur domus pro tota congregatione vnus tribus, & hoc modo dicitur eodem Psalmo. s. benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Alio modo accipitur domus pro quadam congregatione plurium personarum sub eadem familia, & continet in se plures œconomias. & sic accipitur Iudic. 6. cum dicitur. ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Ecce dixit ibi se esse Gedeon in domo patris sui, sed non potest accipi domus pro congregatione viri, & vxoris ad communicationem œconomicam: nam hoc modo Gedeon non pertinebat ad domum patris sui, quia ipse per se habebat vnam œconomiam, & satis magnam, habens filios & vxores, atque cōcubinas & seruos. nam septuaginta filios masculos habuit de coniugibus, & vnum de concubina, vt patet Iud. 9. c. ergo accipitur ibi domus pro congregatione omnium descendendum ab eodem patre viuentē. s. filiorum & filiarum, quamquam diuersas habeant œconomias. & hoc modo accipitur hic domus patris Raab. nam non potest accipi domus stricte pro cōmunicatione œconomica, quia hoc modo Raab non pertinebat ad domum patris sui, quia ipsa habebat domū per se distinctā. quod patet, quia si ipsa maneret in familia patris sui, non diceret scriptura, qd venerunt exploratores in domum mulieris meretricis nomine Raab, sed vocaretur domus a patre eius, qui esset paterfamilias. Item si ipsa mansisset in domo paterna, non potuisset facere libere ea quę faciebat, exploratores occultando. nā hæc ad habentem libertatem agendi pertinebat. Erat ergo Raab habēs domum per se sine domo paterna, Dicebatur tamen ad domum paternam pertinere, secundum qd omnes descendentes a patre superstitē, dicuntur pertinere ad domum eius. Alio modo accipitur domus stricte, pro cōmunicatione viri, & vxoris cum boue aratore, iuxta doctrinam Hesiodi, quam approbat Arist. 1. Polit. c. 1. Vel dicitur domus cōmunicatio œconomica viri & vxoris, domini & serui, patris, & filiorum, vt ait Arist. 1. Polit. c. 2. Et quamquam ponantur sex termini cōmunicationis œconomice, tamen ad quatuor personas reducuntur. Nam qui pater est, ipse est dominus & vir, sed non ad idem relatus, sed ad vxorem est vir, ad filios est pater, ad seruos est dominus. Dicit hic Ra. David Canthi, qd non rogauit hic Raab, qd exploratores facerent cum ea misericordiam, quia ad eam non erat misericordia, sed iustitia. nam tenebantur eam a morte eripere si possent, eam ipsa a morte eos liberasset, sed rogabat pro domo patris sui, id est pro alijs. ad illos quidem erat misericordia.

Alph. Tost. super Iosue.

A misericordia, quia nihil meruerant, sed propter meritū Raab saluari deberent a morte: & inducit hoc etiam ex verbis exploratorum, qui dixerunt. faciemus in te veritatem, & misericordiam. dicuntur facere cum ipsa veritatem quātum ad ipsam, quia iam ipsa meruerat. dicuntur facere misericordiam cum reliqua domo patris eius, quę nihil meruerat. Sed dicendum est, qd Raab per domum patris sui non solum intellexit alios qui erant de eadem domo, sed et seipsum, sicut Ionathas filius Gedeonis, dixit ad viros Sichen, qd male fecerant Gedeoni, & domui eius, & per domū Gedeonis, qui erat pater eius, intellexit Ionathas etiā seipsum. s. quod male se habuissent ad eum viri Sichen. Et cum dixit, qd ad Raab non erat misericordia. Respondendum est, quod formaliter non erat misericordia, eo quod erat aliquid debitum: tamen materialiter erat misericordia, scilicet, qd Israelitę occiderēt omnes Ierichontinos & non Raab. Et cum dicunt qd exploratores dixerūt, se ei facturos misericordiam & veritatem. Misericordiam quidem quantum ad domum patris eius, veritatem aut quantum ad eam. Dicendum est, qd quantum ad ipsam erat vtrunq; in hoc qd non occiderent eam, sed hoc vocaret veritas, in quantum erat aliquid promissum, & iuramento firmatū. vocaretur misericordia, in quā multa videbatur ei impendi aliquid boni existenti in miseria. qd ceteri Ierichontini perirent gladio, & ipsa euaderet.

Detis mihi signum verum. Intelligebat Raab, quod Iudęi venturi essent ad delendum urbem Iericho, ideo volebat pro tunc habere aliquod signum, per quod euaderet, & ad hoc dixit, detis mihi aliquod signum verum. i. detis mihi signum, in quo non fallamini, scilicet, qd vos non obliuescamini, nec possitis errare.

Vt saluetis patrem meum & matrem, & fratres & sorores. Orauerat Raab pro domo patris sui. & ponuntur hic qui sunt qui comprehenduntur nomine patris, & dicit, qd domus patris dicit patrem, & matrem, fratres & sorores, & descendentes ab istis, si qui sunt: pro omnibus his orauit Raab, quia habebat totam istam cognationem, & petebat saluationem horum. i. liberationē a morte. *Et omnia que eorum sunt.* Hoc potest referri ad possessa, vel ad natos, quia nominauerat fratres & sorores. forte isti habebant filios, aut filias, & pro his etiā orabat. hi autem dicebantur esse eorum, quia pertinebant ad eos: vel pertinet ad res possessas. s. qd non caperent iure bellico ea, que pertinebant ad eos.

Et eruatis animas nostras de morte. Expositio est eiusdem sententię, scilicet, quod Israelitę eruerent Raab, & totam domum patris eius, vt non caderent gladio inter ruinas Iericho.

Qui responderunt. Exploratores viderunt qd Raab iuste petebat, ideo concesserunt petitionem eius.

An exploratores poterant promittere Raab, quod liberarent eam a morte, cum non liceret respectu alicuius Chananej. Quęst. LII.

SED aliquis arguet, dicens, qd exploratores non potuerunt promittere, qd liberarent eā a morte & cognationem eius. nam Deus vetuerat hoc dicens Nu. 33. & Deut. 30. qd de Ethęis Heneis, Chananeis, &c. nullū oīno dimitterēt viuere. de alijs autem gentibus poterant accipere in tributarios. Sed de his nulla cōditiōe pacis dicendum est, qd possent eos dimittere: Ierichontini tamē pertinebant ad hos populos. s. ad Chananeos. ideo non poterant exploratores promittere, qd dimitterent Raab, & cognationē eius, & peccabant in dimittendo, & ceteri Israelitę nō debuissent complere, quamquam exploratores promitterent.

G Respon.

Respondendum est, quod de his populis nullos poterant Israelitae dimittere viuentes, alioquin peccarent cum Deus venisset. Hoc verum est si ad placitum dimitterent: hic tamen suberat causa valde rationabilis quare fieri deberet, sed quia Raab liberauerat a morte exploratores Israelitarum, tenebantur ei ad liberandum eam, nec erat contra intentionem legis Dei, quod ista fierent, potissime cum ista diuino instinctu acta sunt. *Anima nostrasit pro vobis in mortem.* Ista est promissio ac iuramentum exploratorum, & non ponitur hic forma iuramenti, vel verba exprimentia iuramenti, quamquam Raab petierit iuramentum ab eis, ut patet supra cum dicitur. nunc ergo iurate mihi per dominum.

Fortē potest dici, quod quamquam petierit Raab iuramentum, ipsi tamen responderunt verba hec, & Raab non curauit postea petere maiorem firmitudinem.

Vel potest dici, quod quamquam expresserint exploratores verba iuramenti, tamen scriptura subicit illa, & expressit verba hec.

Vel potest dici, quod ista verba quae protulerunt Israelitarum exploratores, habebantur tanquam iuramentum, quod petiit Raab, & dixerunt exploratores ad Raab. anima nostra sit pro vobis, id est anima nostra pereat, si anima vestra perierit. ponitur hic anima pro ipso homine: non potest accipi pro anima, quae est spiritus: nam spiritus non moritur. non potest etiam accipi pro vita, quia vita perit per mortem: tamen non dicitur mori. solum enim moritur, quod animatum est, & hoc est ipsum animal: ideo dicebant exploratores, anima nostra, id est nos ambo sumus in morte, id est moriamur pro vobis, scilicet pro te, & pro tota domo patris tui, quasi dicat rogamus Deum, quod si aliquis de vobis mortuus fuerit gladio, nos pro illo pereamus.

Si tamen non prodideris nos. Adiciunt conditionem exploratores, si ipsa Raab non proderet eos: proderet est declarare hostibus de statu eorum. dicunt hoc exploratores, quia non perfecte adhuc confidebant de Raab. Si enim de ipsa confisi forent, non expressissent hanc conditionem.

Poterat autem Raab proderet exploratores tunc, dum adhuc manerent apud eam, quia poterat vocare Ierichontinos, ut eos tenerent. & dato, quod tunc vellent discedere exploratores, posset hoc reuelare Ierichontinis, & persequerentur eos cito, atque comprehenderent. Item poterat alio modo proderet, scilicet, quod diceret ad se venisse exploratores etiam postquam recederent exploratores, & hoc tenet Ra. David Canhi.

Sed iste modus non conuenit, quia nihil videbatur proficere Ierichontinis, quod tunc diceret Raab venisse exploratores, cum non possent eos comprehendere. Et si dicas, ut ait Rab. David Canhi, quod proficeret ad hoc, quod Chananaei munirentur armis, & gentibus multis.

Respondendum est non conuenire. nam nihil propter hoc magis agerent de bellicis parationibus, quam aliter facturi essent. nam iam sciebant Ierichontini venisse viros exploratores in urbem Iericho, cum ipsi iuisent ad regem dicentes, ingressi sunt huc viri per noctem de filiis Israel, ut explorarent terram. ergo si propter exploratores parari deberent, pararentur nihil etiam dicente Raab, quia hoc iam cognoscebant.

Item nihil magis cognoscere possent Ierichontini post recessum Israelitarum exploratorum a Raab, quam cognouerant ipsis praesentibus. quod patet, quia ipsa confessio fuit, quod in domum suam intrauerant, sed ea nesciente quo irent, recesserunt, ut patet supra. Si ergo postea confiterentur eos fuisse in domo sua, non poterant aliquid amplius confiteri.

Item non nocebat aliquo modo talis confessio, & proditio exploratoribus, quia ipsi tunc essent reuerfi in castra Israelitarum. ergo non erat rationale, quod tunc proderet eos, etiam si haberet oculus ad malum, & vellet eos proderet, nec exploratores hoc modo intelligerent, quia iste modus non erat illo modo probabilis.

Item quia si Raab proderet exploratores fuisse in domo sua, ipsa traderet se in mortem. nam Ierichontini eam occiderent, quia occultasset exploratores, & ore suo conuinceretur renuisse eos. non ergo intelligebant hoc exploratores, sed erat sensus, quod non proderet eos Raab tunc quando erant adhuc in domo sua, quia quamquam dimitteret eos per murum, tamen poterat post eos mittere Ierichontinos qui caperent illos, & tunc nihil differebat, quod proderet eos in domo sua, vel cum irent itinere suo.

Vel timebant, quod proderet eos, dum adhuc tenebat in domo, scilicet, quod locuta fuisset nunciis regis de ipsis, & quod ipsi ascenderent ad tenendum eos.

Sed quaeret aliquis, quomodo exploratores dicebant Raab, quod anima eorum esset in mortem pro animabus domus patris Raab, si non proderet eos, quasi dicat, quod se obligabant ad mortem si quis periret de domo Raab, & hoc si non proderet eos, & si proderet, non obligabant se ad hoc. nam si Raab proderet exploratores occiderentur a Ierichontinis, quomodo ergo dicunt, quod si proderet eos, non maneret obligatio?

Respondendum est, quod exploratores intelligebant, quod dato, quod Raab eos proderet, tamen Deus eos a morte miraculose liberaret, & tunc non manerent astricti iuramento, quod praestiterat Raab: sed venientes in urbem Iericho, delerent eos cum tota domo sua, sicut caeteros Ierichontinos: quia iam non maneret aliquid ex quo ei tenerentur ad gratiarum actiones.

Cumque tradiderit nobis terram dominus. Credebant certissime exploratores tradendam terram illam eis, quia Deus hoc sepe promiserat. Item quia multa mirabilia ab eo viderant, per quae arguebatur eum posse dare, & velle. Item quia partem terrae iam tradiderat, scilicet terram duorum regum Amorrhoeorum. Item quia videbant conterritos Chananaeos, quod erat signum perditionis eorum, & hoc ipsa Raab confitebatur.

Faciemus in te misericordiam, & veritatem. Non loquitur exploratores nomine suo, quia ipsi modicum facere possent, sed nomine totius populi Israelitici qui eos miserat. Credendum satis erat, quod totus Israel consentiret misericorditer agi cum muliere illa, quae exploratores eorum a morte seruauerat, & hoc etiam credebatur Raab. ideo si ipsi procurare hoc vellent, credebant omnes Israelitas consenturos. Dicitur, quod facerent veritatem, & misericordiam: ad eundem actum ista pertinent, scilicet ad hoc, quod liberarent a morte eam, & domum patris eius. Dicitur tamen obseruari veritatem quantum ad promissionem iuramento firmatam. Iurauerant quippe eam, & domum patris eius seruare a morte. veritatem ergo complebant hoc facientes. dicebantur obseruare misericordiam in quantum videbatur conferti hoc quod erat misericordia, scilicet liberatio a morte. & dicunt, quod obseruabant hoc in Raab. tamen non solum intelligitur de Raab, sed etiam de domo patris sui. nam hoc petiit sibi Raab. hoc etiam concesserunt exploratores. ut infra patet. sed dicendo, quod facerent misericordiam, & veritatem ad eam, intelligebant de domo patris eius. sed quia misericordia ad omnes illos fiebat propter Raab solum, dictum fuit de ea duntaxat.

Dimisit

32. q. 3. s. cum ergo.

Dimisit ergo eos per funem de fenestra. Domus enim eius habebat muro. Dixitque ad eos. Ad montana conscendite ne forte occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus donec redeant: & sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam. Innoxij erimus a iuramento hoc, quo adiurasti nos: si ingredientibus nobis terram signum non fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra per quam dimisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratresque, & omnem congregationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuae egressus fuerit, reus sibi erit: sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerit redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quod si nos proderet volueris, & sermonem istum proferre in medium: erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit. Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittesque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.

Hic ponitur quartum scilicet de exploratorum emissionem: & ponitur modus dimissionis eorum, & recessus. Dimisit eos per funem. Id est dependit de muro deorsum per funem: & dimisit eos Raab postquam iurauerunt secundum quod ipsa petierat, & non dicitur dimisit eos id est, dimisit abire sed dimisit, id est dependit per funem. ut sic descenderent nam non poterant exire per portam ciuitatis, quia clausa fuerat immediate, ut exierunt exploratorum persecutores Ierichontini: ut patet supra. coacta fuit ergo eos sic dimittere ne expectarent usque ad sequentem diem ad apertionem porte: quia tunc viderentur exire, & tenerentur. Per funem. id est deponendo eos deorsum per funem.

Opi. Ra. Sal. quod Raab recipiebat fornicarios per funem.

Quaest. LIII.

Dicit Ra. Sa. quod erat Raab meretrix, & recipiebat fornicarios ad se per fenestram illam ascēdentes per partem muri. & quia cognouerat se per hoc peccasse, voluit per hoc peccatorum suorum remissionem habere, ita ut eadem essent in ista merendi indulgentiam, quam fuerunt in ista ad iniquitates, & scelera. Sed hoc nihil est. nam dato quod Raab meretrix esset, & per locum illum reciperet ad se fornicarios, tamen non propter hoc dimisit exploratores per locum illum, sed quia porta ciuitatis clausa erat, sicut supradictum est. Item non est conuenienter dictum, quod Raab reciperet fornicarios per locum illum, quia hoc non oportebat ut ipsi essent extra ciuitatem, satis enim habet modicam apparentiam, sed in hoc non oportet multum argui. De fenestra. Erat domus Raab apud murum ciuitatis, & forte adificium domus eius erat super mensa vrbis, & per aliquam fenestram domus eius super mensa ciuitatis potuit dimittere exploratores. Alio modo dici potest, quod domus sua non eminebat in mensa vrbis, sed vnum latum domus eius erat ipse murus ciuitatis, & per murum erat facta aliqua fenestra per quam dimitterentur exploratores.

Alph. Tost. super Iosue.

ploratores. sic enim multae domus sunt in vrbibus apud muros habentes fenestras in muris. Domus enim eius habebat muro. Hic declaratur superius dictum. quoniam aliquis diceret quomodo poterat Raab dimittere exploratores extra urbem per fenestram, & dicitur hoc fuisse, quia domus eius habebat muro. id est habebat vnum latum suum murum vrbis. Dixitque ad eos. Hic ponitur instructio Raab ad exploratores quomodo deberent in via procedere, & ponitur hoc per recapitulationem necessario. nam Raab non fuit locuta ad exploratores postquam descenderunt per murum vrbis per funem, quia timeret ne aliquis audiret, quod verteretur in discrimen, tam Raab, quam exploratorum. Etiam quia non esset conueniens locutio, sed locuta fuit eis haec antequam descenderent per funem. Scriptura tamen facit recapitulationes, & anticipationes frequenter, ut ordo artificiosior, & conuenienter in enarrando sit. Ad montana conscendite. id est ascendite ad loca montuosa. ista erant ad vnam partem vrbis Iericho. via autem, quae ducebat ad vadum Iordanis erat plana. Ne forte occurrant vobis reuertentes. Conueniens admonitio fuit ista, nam si hoc non fecissent, caperentur exploratores a Ierichontinis: non enim poterant attingere in via exploratores Ierichontinos euntes, quia illi ibant veloci motu, cum dixisset eis Raab, persequimini cito, & comprehenditis eos: at illi persecuti sunt eos per viam, quae ducit ad vadum Iordanis, ut patet supra. in reditu tamen necesse erat, ut obuiarent Ierichontini exploratoribus, cum irent via eadem, & tenerent eos. expeditur ergo quod non irent per viam eandem, nec per aliam, quia nesciebant aliam, cum nunquam stetit in terra illa. Vel quia non erat alia via quae duceret ad vada Iordanis. oportuit ergo, quod manerent diebus aliquot in montibus absconditi. Et dixit ne occurrerent eis Ierichontini reuertentes, quia non poterant exploratores inuenire in itinere, donec reuerterentur Ierichontini, & hoc quia isti praecesserant, & velociter mouebantur.

Ibi; latitate diebus tribus. Quaeret aliquis quare Raab dixit, quod laterent, alias manerent in montanis diebus tribus donec redirent Ierichontini qui eos persecuti fuerant, in quo modo scire poterant, quod post tres dies reuerterentur.

Rab. Salom. respondet, & quidam alij Iudaei, quod Deus reuelauit Raab ad salutem exploratorum post tres dies reuerturos esse exploratorum persecutores Ierichontinos. ideo dixit ut tribus diebus laterent.

Aliquis forte dicit, quod non manerent Ierichontini inquirentes exploratores per tres dies extra urbem Iericho, sed post paululum reuersi sunt.

Ad hoc dicendum est, quod usque ad tres dies non fuerunt reuersi viri illi in urbem, ut patet infra cum dicitur. illi vero ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti eos, quibus in vrbem regressis descendunt exploratores de monte.

Alii vero dicunt, ut Rab. David canhi, quod non cognouit istam moram exploratorum Deo reuelante, sed extimatione humana. nam a Iericho, usque ad transitum Iordanis erat vnius diei iter, & in reditu esset iter alterius diei, & inquirendo morarentur quasi die altera, & sic fierent dies tres. admonuit ergo, ut absconderentur tres dies, quouique redirent Ierichontini, & sic est factum. Dicit Nicolaus, quod non distat multum Iordanis ab vrbem Iericho in loco transitus vadum, tamen quia Ierichontini quaesierunt exploratores, non solum in itinere, sed in latibus circumquaque, morati sunt diebus tribus. quod autem persecutores quaesierint exploratores in latibus, aliquantulum conuincitur infra cum dicitur. quaerentes enim per

G 2 omnem

Quare Raab dixit exploratoribus, quod manerent tribus diebus in montanis.

omnem viam non intenerunt eos. Antamen Iordanis distaret aliquantulum ab vrbe Iericho, non multum apparet ex litera. sed satis videtur dicendum, qd Iordanis distet a Iericho, quasi per diem vnā, & in eundo, & redeundo Ierichontini morarentur, quasi duobus diebus, & reliquo tempore morarentur, inquirendo per vias & latibula.

Jordanis quantū distat a Iericho.

Quod autem Iordanis aliquantum distet a Iericho, & quasi per iter diei vnus, patet quia Iudæi surrexerunt per noctem in die, quam transferunt Iordanem, vt patet sequenti capit. & postea ambulauerunt tota die, cum dixerit ei Deus infra 4. qd sumerent. 12. lapides de Iordane, & portarent vsque ad locum in quo ipsa die figerent castra. & tamen ipsa die non peruenerunt Iericho, sed vsque ad campum quemdam qui vocatur Galgala, vt patet infra 5. c. & locus iste aliquantū distat a Iericho, ita qd vocatur ager Iericho, vt patet eodem 5. c. ergo quamquam dicamus Iudæos ea die parum itineris transisse, ita qd nō sit dieta completa, erit tamen quasi dieta. Donec redeant. Ierichontini persequentes exploratores. & sic factum est, quia post tres dies redierunt, vt patet infra cum dicitur. illi vero ambulantes peruenerunt vsque ad montana, & manserunt ibi dies tres, donec reuerterentur qui fuerant persecuti. quarentes enim per omnem viam non inuenerunt eos, quibus vrbe ingressis descenderunt exploratores de monte. Et sic ibi viam vestram. l. postquam latueritis per dies tres, poteritis ire ad castra Israelitarum securi, quia persecutores iam redierint. Ante autem non licet ambulare, quia reperirent vos in regressu. Qui dixerunt ad eam. Ista etiam verba exploratorum ad Raab fuerunt antequam descenderet de muro per funem, cum ipsa adiurauit eos, quia postea non erat eis conueniens colloquendi locus. & ideo necessario in omnibus istis verbis est recapitulatio, sicut in superioribus. Imoxii erimus a iuramento hoc quo adiuuastis nos. i. absoluti erimus a iuramento, quod tibi prestistimus, vel absoluti erimus a pena quam imprecati sumus super nos iurantes, atque dicentes. anirma nostra sit pro nobis in mortem, si tamen non prodideris nos. hoc dicebant exploratores si non manerent in domo Raab omnes pertinentes ad domū patris eius, quia ipsi non cognoscebant eos. ideo si quādo discernerent per vrbe inuenirent aliquos de eis extra domum, occiderent eos per errorem, & tunc dicit exploratores, quod non teneantur, quia non est in eis. si tamen aliquis intra portam domus Raab fuerit occisus, sit peccatum super eos.

Etiam dicunt hoc: si nō poneret signum in domo Raab ad cognoscendum domū, quia Israelitæ ingredientes non cognoscerent domum Raab, nisi esset in signata, & si esset signum habens, obligabantur iuramento, & maledictione, si periret aliquis in domo Raab, si autem nullum signum esset, erāt innoxii a iuramento.

Ista litera dupliciter habetur in bibliis, quidam habent cum negatione. l. Si ingredientibus nobis terram signum non fuerit funiculus iste coccineus. Et tunc est sensus qui supra positus est. l. qd quamquam Israelitæ occiderent aliquos de eis qui erant in domo Raab, tamē nō incederent in penam iuramenti, nec in periculum; si non esset funiculus in fenestra, tanquam pro signo. Alię biblię habent literam istam, sine negatione. l. Si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus. Et tunc est sensus, innoxii erimus a iuramento si fuerit funiculus in fenestra, tanquam pro signo. Alię biblię habent literam istam, sine negatione. l. Si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus. Et tunc est sensus, innoxii erimus a iuramento si fuerit funiculus in fenestra, tanquam pro signo, nos possemus facere contra iuramentum nescientes, & sic non essemus innoxii a iuramento saltem materialiter, quia possemus occidere aliquem de existentibus in domo tua. Si tamē fue-

fit pro signo erimus innoxii, quia nullum occidemus in domo tua: & sic non incidemus in penam iuramenti formaliter, vel materialiter. sed prima litera conuenientior est. Si ingredientibus nobis terram. i. vrbe Iericho: quia non erat necesse, quod esset signum illud in fenestra, quādo Iudæi transiret Iordanem, & in omnibus diebus antequam intrarent in vrbe Iericho. Signum fuerit funiculus iste. Hebræi dicunt globum filorum, quem nos vulgariter madexa appellamus. l. qd posuerit Raab ad fenestram quemdam globum coccineum, vt viderent exploratores. litera tamen nostra non dicit sic, sed funem. vnde quidam dicunt eundē fuisse funiculum, qui positus est in signum, & illum quo dimissi sunt exploratores per murum. Raab petierat, vt exploratores darent ei signum, vt liberarent patrem suum, & matrem, fratres & sorores, & cuncta quę illorum erant. ipsi autem dederunt pro signo funiculum, & de cōsensu ipsorum, & Raab positus fuit funiculus dependens.

Funiculus iste coccineus. Vocatur coccineus. i. rubeus valde, quia est de cocco bis tincto. sicut dicebatur de filiis pro cortinis, qd essent de cocco bis tincto, vt patet Exod. 26. cap. & de vestibus sacerdotalibus in rationali, & super humerali, qd essent de cocco bis tincto, vt patet Exod. 28. & aliquando ponitur coccinum sine aliqua additione pro re nimis rubea. sic patet Isa. 1. cum dicitur. si fuerint peccata vestra velut coccinum, sicut nix dealbabitur. & si fuerint, sicut vermiculus rubra, velut lana alba erunt. erat igitur funiculus iste coccineus, i. valde rubeus, vel rubricitatus.

Coccineus rubeus, coccineus bis tinctus idem sunt.

Vestis sacerdotalis ille erat de rubeo ad denotandum sanguinem Christi effundendum.

Aliqui querunt quare fuit funiculus iste coccineus & non alterius coloris. Respondet Adamantius, & glo. ordi. qd fuit, quia pannus coccineus sanguinis formam gerebat. sciebat enim, qd nulli esset salus, nisi in sanguine Christi.

Sed dicendum, qd ista sunt mystica, quia secundum veritatem literę Raab nihil tale intelligebat, sed solū volebat dare exploratoribus signum ad cognoscendum domum suam, & exploratores hoc volebant, & ad hoc sufficiebat funiculus cuiuscunque coloris, de quo concordatum esset inter Raab, & exploratores. Quod autē ille funiculus potius esset coccineus, id est rubeus, quam alterius coloris causa potuit esse: quia forte tempore huius pacti iniri accidit ibi reperiri illum, & non alium, & ille positus est in signum. Aut forte fuit coccineus, & nō fuit positus funiculus coloris communis, vt maior distinctio haberi posset, & cognosceretur manifeste, qd ad distinctionem, & signum positus fuisset.

Ex hoc potest colligi causa quare Papa, & Cardinales videntur colore coccineo, seu rubeo.

Ad quid ponebatur signum cum domus Raab esset satis nota. Quęst. LIIII.

Edicet aliquis ad quid ponebatur in signum funiculus, quia satis cognosci poterat domus Raab sine signo, cum esset apud portam vrbe & habebat fenestram in muro. Respondendū est necessarium fuisse signum, quia forte alia domus, quę hęrebant muro, habebant fenestras per murum, vel super męnia, sicut domus Raab. ideo distingui nō posset, nisi poneretur aliquod signum. Et ligaueris eum in fenestram, per quam nos dimissisti. In hoc videtur, qd exploratores dicerent ista verba Raab: postquā dimissi essent per murū, quia dicebant per quam nos dimissisti. Rēndendum est locutionem istam, & omnes alias fuisse ante dimissionem, qd hęc postponantur, quia hic fit recapitulatio, & qd dicitur dimissisti in preterito.

Respondendum est, qd dicitur hoc referēdo ad tempus quo venirent Israelitę super Iericho, & esset funiculus ad fenestram, nam tunc preterita esset dimissio explor.

exploratorum, quamquam nunc quādo ista dicebatur non erat facta. Similis modus loquendi habetur Lem. 26. c. vbi dicitur, qd postquam Deus affligeret, duendo in captiuitates, recordaretur fęderis sui pristini, quod pepigerat cum eis. Et tamen fędus de quo ibi Deus loquitur referēdo ad ipsum tempus in quo ista loquebatur, erat valde nouum, quia fuerat iustum in monte Synai, vt patet Exo. 19. & in eodem mōte vocauit Deus fędus ipsum pristinum, vt patet Leuiti. 26. non tamen dicitur fędus pristinum respectu temporis, in quo ista Deus proferebat, sed respectu temporis in quo esset in captiuitatibus, & Deus recordaretur fęderis sui, vt magis eodem c. declaratum est. Dixerunt exploratores, qd in eadem fenestra, per quam dimissi fuerant, ligaretur coccineus funiculus. Ex quo apparet, qd funiculus pendebat ad partem exteriorē vrbe per murum, per partem, per quam ipsi exploratores descenderant, & Iudæi venientes a parte exteriori vrbe, per viam quę est ad vadum Iordanis, venturi erant ad portam illam, & locum, in quo pendebat coccineus funiculus. & sic factum est in delerione Ierichontinę vrbe, quia duo viri exploratores ingressi sūt ad vrbe in domum Raab, & eduxerunt eā, & cognatos illius, & omnia quę eorum erant, vt patet infra 6. Deinde tota vrbe incensa est.

Patrem tuum, atque matrem, & fratres aggregaueris in domum tuam. Duas condiciones potuerunt exploratores. prima erat, quod poneretur coccineus funiculus pendens in domo essent. alioquin fratres eorum occideret, non erat imputandum Israelitis. nam si non poneret funiculus in fenestra pendens in signum, quamquā omnes cognati eius in domo essent congregati, occiderent eos Israelitę, quia non cognoscerent domum. Item si deficeret secundum signum, scilicet dato, qd penderet funiculus ad fenestram, tamen non essent in domo Raab congregati omnes cognati, occiderentur ab Israelitis, quia non cognoscerent illos, quamquam cognoscerent domum.

In hoc patet, quod dicebatur supra, scilicet, qd Raab non vivebat in domo patris sui, quasi sub patria potestate, & custodia, sed per se domum habebat, alioquin non congregaret ipsa ad domum suam patrē, & matrem, & fratres, sed ipsa esset in domo patris sui.

Item patet ex hoc, quod domus patris Raab non accipitur hic pro quadam œconomica communicatione constante ex viro, & vxore, domino & seruo, patre & filio, vt patet in primo Politicorum, cap. 2. sed pro quadam congregatione omnium cognatorum, descendentiū ex eodem patre superflite, quamquam aliquando largius assumatur in sacra scriptura, hic tamen solum assumitur pro hoc.

Sed dicitur quomodo non fit hic mentio de Raab sororibus, cum ipsa supra dixerit de fratribus suis, & sororibus?

Respondendum est, quod exploratores intelligebant se astrictos ad seruandum a morte sorores Raab sicut fratres, tamen nō exprimuntur, quia nomine fratrum intelliguntur sorores potissime in lingua vulgari, ideo non oportuit explicite de sororibus dici. Et nō oportuit nominari sorores specialiter, quia comprehenduntur clausula generali, quę sequitur, scilicet. Et omnem cognationem tuam. Nam sorores ad cognationem pertinent, etiam intelliguntur per cognationem omnes alii descendentes, qui hic non nominantur. l. filii fratrum, & sororum Raab, quia illi ad cognationem pertinebāt, & ad domum patris Raab, hos etiam exploratores a morte custodierunt.

Alph. Toft. super Iosue.

An si Raab haberet consanguineos collateraliter se habentes ad patrem eius, an hi liberarentur hac promissione. Quęst. LV.

Edicet aliquis si Raab haberet patruos, vel auunculos, materteras, vel amitas, aut alios consanguineos collateraliter se habentes ad patrem suum in secūdo, vel tertio, vel quarto gradu, an illi liberari debebant hac promissione facta ab exploratoribus.

Respondendum est, qd non intelligebantur per hęc promissionem, nisi pater, & mater, & omnes descendentes ab eis. alii autem collaterales eis in 2. vel 3. vel 4. gradibus, non pertinent ad hunc modum. ideo non saluabantur hac promissione.

Item quia solum petiit Raab pro se, & de domo patris sui, manifestum est collaterales patri suo nihil pertinere ad domū eius, sed solum descendentes ab illo. Item quia Raab explicando qui essent qui liberari debebant, dixit. Detis mihi signum verum, vt liberetis patrem meum, fratres, & sorores meas. ergo isti soli habebant saluari hac compositione facta inter eam & exploratores. Credendum autem est Raab non habuisse aliquos cognatos in aliqua propinquitate, nisi fratres, & sorores, & parentes. ideo pro his duntaxat intercessisse. Si tamen habuisset alios, & intercessisset, non refutasset petitionem eius exploratores, etiam si ad amplius petiisset.

Si Raab haberet auos, & proauos, an per hanc promissionem saluari deberent. Quęst. LVI.

Edicet nunc inquirendum est, si Raab haberet auos, & proauos, an per compositionē hanc saluari deberent illi, cum de illis mentio nō fiat. Aliquis respondebit, qd non venirent saluandi hac conuentione, quia non pertinebant ad domū patris pro qua solum rogauerat Raab. sed in cōpositione non veniunt, nisi ea quę exprimuntur, vel quę necessario intelliguntur ex expressis.

Item quia in petitionis suę declaratione, solum posuit patrem & matrem, fratres & sorores.

Respondendum est, quod etiam si nulla alia fieret expressio, per pactiōem factam saluarentur aui, & patris Raab, & ceteri ascendentes, si qui essent ex vtroque latere, & non solum hi, sed etiam tota cognatio descendentiū ab eis, scilicet patris, & auunculi Raab, matertera, & amita, & omnes alii attinentes patri, & matri Raab in secūdo, & tertio, & quarto gradu, vel in omnibus illis in quibus apud veteres cognatio vocabatur. Fundamentum huius est, quia orauit Raab pro domo patris sui. & vocatur domus patris tota cōgregatio descendentiū ab aliquo superiore adhuc superflite. Ideo si viuente Raab aliquis de proauis, aut abauis Raab superuideret, omnes descendentes ab eo dicerentur pertinere ad domū illius, & quia ille vocatur pater Raab cum sacra Scriptura vocet patrē, & proauū, & vterius. vt patet extra de verborum significationibus. c. nam & Nabuchodonosor pater tuus. Et iste idem modus obseruatur in legibus humanis. ergo diceretur domus patris Raab tota cognatio omnium descendentiū ab illo. & sic auunculi, & patris, qui sunt collaterales patri Raab, de quibus ante dicebatur, qd non saluati per hanc promissionem, saluabuntur. Causa diuersitatis est, quia in casu precedenti, non ponebatur habere Raab aliquem superiorem, nisi patrem immediatum, quo dato auunculi, & patris non pertinebant ad domum patrē nam, nec saluabantur hac compositione. in hoc autē casu

Sacra scriptura & iuriste vocat patrē aui, & proauū, & vocat domum patris totam congregationem descendentiū ab aliquo superflite.

G 3 con-

conceditur q̄ Raab haberet aliquos superiores præter patrem, fratrem, vel proauum, & tunc auunculi, & patris, & materteræ atq; amittæ pertinent ad domum patris, & liberandi sunt hac compositione. Cum aut arguitur q̄ Raab solum rogauit pro domo patris, ergo aui, & proau, & alij superiores non intelliguntur. r̄ndendum est, q̄ immo econuerso valet consequentia formaliter. Rogauit Raab pro domo patris sui, ergo orauit pro auis, & proauis, & omnibus ascendentibus, cum illi more sacræ Scripturæ, & legum humanarum vocentur patres, & maiores, vt patet extra de verborum significationibus. ca. nam & Nabuchodonosor, iuncta glo. Ad argumentum d̄r, q̄ errat in accipiendo istud nomen pater stricte more vulgari, tamē non solum immediati genitores vocantur parentes, vel patres, sed etiam alij superiores. Ad secundum argumentum q̄ dicebatur, q̄ Raab solum expressit patrem & matrē, fratres & sorores. r̄ndi potest dupliciter. vno modo q̄ Raab solum expressit istos, quia nō habebat alios cognatos, quos saluari desideraret: & tñ alij etiam comprehendebantur nomine paternæ domus si existerent. Alio modo r̄ndi potest, quod Raab non curauit exprimere per singula quamquam essent alij cognati, quia alij necessario intelligebantur nomine horum, cū ipsa expressisset de domo paternæ: per quam etiam intelligebantur aui, & proau si existerent, & omnes descendentes ab eis. Verūm tamen est: q̄ Raab solum habuisset istos cognatos, quos expressit, alioquin etiam de illis expressisset, cū libenter ei concederetur quicquid peteret.

Congregaueris in domum tuam. Scilicet, in domum istam, in qua pendens erit funiculus coccineus. nam dato quod Raab haberet aliam domum, & poneret ibi cognatos suos non fuissent liberati, sed solum in illa vbi absconditi fuerant exploratores. propter hoc enim positus fuerat funiculus coccineus pendens, vt scirent exploratores ingredi domum illam ad salutandam a morte eos, quos reperirent.

Qui ostium domus egressus fuerit. Hic ponitur alia cōditio ab exploratoribus, scilicet quod omnes cognati Raab essent in domo illa, in qua latuerant exploratores, & non prodirent foras. nam si exirent, occiderentur, quia non cognoscerentur ab Israelitis: immo si ipsa Raab discurreret per ciuitatē occideretur, quia quamquam cognoscerent eam exploratores, reliqui tamē Israelitæ non cognoscebant, & non distinguentes occiderent. *Sanguis ipsius erit in caput eius.* Id est, sanguis effundetur in caput ipsius, quia morietur. Dicitur sanguis alicuius super eum, cum propter culpam suam moritur: sic effusio de illis, qui egredierentur limen domus Raab, quia ob culpam suam perirent.

Et nos erimus alieni. Id est, nos erimus alieni a crimine, quia nihil nos culpabimur de morte eius. *Cum Etorum autem sanguis, qui tecum fuerint in domo.* Si autem essent aliqui in domo cum Raab, & occiderentur nō exeuntes portam, culpa erat exploratorum, quia omnes conditiones ibi obseruabantur, scilicet, quod esset pendens funiculus coccineus ad fenestram, & q̄ omnes cognati Raab congregati essent cum ea in domo pendens funiculi. *Redundabit in caput nostrum.* Id est, si aliquis occubuerit gladio de manentibus tecum, nos pro ipso mori obligamur, & confitemur culpam mortis eius super nos fuisse. *Si eos aliquis tetigerit.* Scilicet, ad lædendum, & non solum exploratores obligabantur pro seipsis, sed etiam nomine omnium Israelitarum, quia ibi gerebāt personam totius populi, & credebant, quod cum Raab adiuuisset eos, ita adiuuabat totum populum, & omnis multitudo haberet gratam quamcunque initam pacificationem in fauorem eius, & sic factum est, quia Israeliti

plene obseruauerunt cuncta, quæ pepigerant exploratores cum Raab. *Quod si nos perdere volueris.* Nondum erant securi exploratores de Raab, quia adhuc cum manebant cum ipsa, poterant capi a Ierichontinis ipsa prodente. vel post eorum recessum poterat mittere Ierichontinos ad loca ad quæ missi fuerant exploratores, & tenerentur ab eis. quocunq; ergo modo Raab proderet exploratores, non tenebantur iuramento præfinito. De modo proditiōnis huius supra declaratum est magis, & dicitur. *Si nos proderet volueris.* Id est, si nos prodideris, quia dato, quod Raab aliquando deliberaret proderet exploratores, & tamē postea ob aliquam causam impediretur proditiō: non erant absoluti exploratores a præfinito iuramento, quia voluntas sola in his penam non habet. Item non poterat peruenire ad notitiam exploratorū an Raab eos proderet voluisset, nisi actualiter prodidisset. Ipsi tamen adiecerunt hanc conditionem tanquam aliquid, de quo eis constare posset, & soluerentur per hoc a iuramento. Ponitur ergo proderet volueris, id est, prodideris.

Et sermonem istum proferre in medium. Id est, si publicaueris. Proferre in medium sermonem aliquem est publicare illum, scilicet in medio aliorum proferre. & si Raab hoc publicaret, exploratores non manerent obligati præfinito iuramento.

Erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. Id est, erimus absoluti, scilicet, quod nihil tangeret nos de poena quamquam contrafaciamus: nec quidquam periurij incidemus: & dicuntur fore mundi, tanquam aliquid contagionis ex iuramento accideret posset, & verum est, quod fractio iuramenti est peccatum, & frangentes culpam incurrunt, quæ vere commaculat. Si tamen Raab proderet exploratores, quamquam contra iuramentum agerent, essent mundi, scilicet, quod non inciderent culpam periurij, ita vt ex hoc commacularentur. *Et illa respondit, sicut locuti estis ite fiat.* Ecce pactum hic vtroque consensu firmatum est. consensit enim Raab, quia valde rationabiliter exploratores petierunt. *Dimittensque eos, vt pergerent.* Istud dimittere refertur ad dimissionem perfunem, & istud ponitur hic ad signandum, quod omnia verba colloquutionis huius fuerunt antequam Raab dimitteret eos per funem. nam postquam descenderent de domo eius, non erat expediens locutio, quia forte ipsi viderent stantes apud murum ab aliquibus, & audirentur colloquentes: quod in discrimine vtroque redundabat. Supra autem d̄r, q̄ dimisit eos per fenestrā, sed illud necessario per anticipationem intelligendum est, & tamē sunt anticipationes, & recapitulationes in sacra Scriptura, ad tradendum artificiosius ipsum quod enarrat, & vt explicatius cognoscatur: nam semper obseruato naturali ordine, q̄dam sententiæ sicut longiores quam deceat: & alijs non coherenti ordine cohærebunt.

Alio modo pōt intelligi, q̄ dimisit eos, vt pergerent, i. expediuit eos a se cum saluatione dicens, q̄ Deus dirigeret iter eorum, & conseruaret eos ab hostibus, vt exponit Rab. Da. canhi. sed prima expositio melior est. *Appendit funiculum coccineum.* Id est, funiculum valde rubeum in fenestra, sicut supra declaratum est. & dicitur, quod iste funiculus fuerit appensus, quando recesserunt exploratores, & hoc, vt dicunt quidam, ad hoc ne obliuisceretur Raab illum ponere aliqua occasione. & hoc modo dicendum est, quod manserit funiculus coccineus pendens toto tempore intermedio, vsquequo venerunt Israelitæ in Iericho: sed an fuerit sic pendens non differt. Est tamen saltem dicendum rationabiliter, quod diebus septem quibus Iudæi cum arca circundabant urbem Iericho,

Multa per anticipatio nem & recapitulati onem intelligitur.

Q̄ funiculus fuerit appensus.

Iericho, penderet funiculus, vt sic viderent eum. nam fenestra illa erat in muro, & Israelitæ iustrantes urbē in quolibet septem dierum videre poterant, cum apud murum & fenestram pendens funiculus coccineus transiret, & hoc modo constitutum foret inter illos de liberanda Raab.

Alio modo intelligi potest ista litera. scilicet quod Raab appendit funiculum per fenestram quando recesserunt exploratores, non vt toto tempore intermedio ibi pēderet signum, sed vt exploratores cognoscerēt modum pendētis funiculi, ne postea dubitarent: & iste est conuenientior sensus.

Illi vero ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies: donec reuerterentur, qui fuerant persecuti. Quærentes enim per omnem viam non repererunt eos. Quibus urbem ingressis reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte, & transmissi Iordane venerunt ad Iosue filium Nū, narraueruntq; ei omnia quæ acciderāt sibi: atq; dixerunt. Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & in timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Hic ponitur quintum, scilicet reuersio ad castra Israelitarum: *illi vero ambulantes.* Non per viā, quæ ducit ad vada Iordanis, quia per hanc viam haberent obuios Ierichontinos reuertentes, & hoc vetuerat eis Raab, sed ambulauerunt per viam ad montana ducentem, *Peruenerunt ad montana.* Id est, ad loca montana: est hic montana accusatiuus pluralis numeri nominis adiectiui, sic habetur Luc. primo cap. scilicet, exurgens autem Maria in diebus illis abiit cum festinatione in montana, id est, ad loca montanosa, in quibus morabatur Zacharias pater Beati Ioannis. erant & loca ista ad vnam partem urbis semota a viā quæ ducit ad vada Iordanis, & ibi conuenienter latere poterant quousque redirent Ierichontini: & dato, quod inquirerentur a persecutoribus, non inuenirentur propter distantiam, & quia erat ibi magnitudo, & pluralitas latibulorum, nam si circa viam latuissent, poterant eos inuenire Ierichontini. nam per totam viam quæsierunt eos: vt patet infra cum dicitur, quærentes enim per omnem viam non inuenierunt eos. *Manserunt enim tres dies.* Scilicet, tres dies sequentes: nam per noctem recesserunt exploratores de domo Raab, vt patet hic in litera.

Quid comederunt exploratores tribus diebus manebant in montanis, & an comederunt de manna. *Quest. LVII.*

QUÆRET Aliquis, quid comederunt Israelitæ exploratores his tribus diebus quibus latuerunt in montanis. Aliqui fortassis respondebunt, quod comederunt de manna, sed dicitur contra hos, quod non erat manna cadens de cœlo, tempore quo intrauerunt isti exploratores in terram Iericho. nam manna solum durauit vsquequo accesserunt Israelitæ ad terminos Chanaan, vt patet Exo. 16. cum dicitur, filij autem Israel comederunt manna 40. annis, donec venirent in terram habitabilem, & vsquequo tangerēt fines terræ Chanaan: constat tamen quod accedendo ad Iordanem erant Israelitæ in terminis terræ Chanaan. ergo postquam illuc introierunt exploratores non habuerunt manna.

Dicendum est hoc non posse stare, quia siue accipiat Alph. Ios. super Iosue.

plantæ termini terræ Chanaan large siue stricte, prius tetigerunt Israelitæ terminos terræ Chanaan quam manna cessauerit, nam terra duorum regum Amorrhæorum erat de terra Chanaan. nam Amorrhæus est vnus de septem populis pertinentibus ad terram Chanaan, sed manifestum est, quod non cessauit manna immediate, vt tetigerunt terminos Amorrhæorum Israelitæ, quia tunc ad ciuitatem nomine Ar propē Arnon cessauisset manna, quia ibi est ingressus in terram Amorrhæorum, & Moabitæ, vt patet infra vigesimo primo cap. Sed hoc falsum est, quia tunc non durasset per quadraginta annos manna, quia postquam accesserunt ad terram illam vsque ad finem anni quadagesimi transierunt aliqua tempora, scilicet, totum tempus pugnæ contra duos reges Amorrhæorum, & contra Madianitas, & constructio caularum, & reparatio vrbium pro tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse: hæc omnia facta sunt ante finem anni quadagesimi, vt patet Num. 21. & 31. & 32. cap.

Item non potest dici, quod cessauerit manna postquam accesserunt Israelitæ ad terminos terræ Chanaan stricte assumendo pro Iordane. nam post transitum Iordanis per quatuor, vel quinque dies cessauit manna: quod patet, quia transitus Iordanis fuit die decimo mensis primi anni quadagesimi primi ab exitu de Aegypto, & in eodē mense primo, die decimo octauo cessauit manna. De primo patet infra 4. De secundo patet infra quinto, cum dicitur, fecerunt phasē decimo quarto die mensis ad vesperum in campis Iericho, & comederunt de frugibus terræ die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, non est ergo verum, quod immediate, vt Israelitæ ad terminos Chanaan accesserunt, cessauit manna.

Et quando obijcitur de eo quod habetur Exodi decimo sexto, quod Israelitæ comederunt manna vsque ad terminos terræ Chanaan, responderi posset quod quamquam dicatur eos comedisse vsque ad manna, tamen non sequitur postea non comedisse, sicut patet Psalm. 108. scilicet, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, tamen non sequitur, quod postea non sederit ad dexteram eius: & Genes. vigesimo octauo, non dimittam te donec complevero vniuersa quæ dixi: & tamen non dimisit Deus Iacob immediate, vt illa compleuit, sed hoc modo dicemus, quod ista dicitio donec, non taxat te minimum. Satis tamen apparet ex modo sacræ Scripturæ, quod ibi sit taxatiua temporis, quo durauit manna.

Alier ergo responderi potest, quod quamquam donec, vel vsquequo sit taxatiua termini, tamen non accipitur multum stricte ista assignatio: ideo post terminos terræ Chanaan adhuc durauit manna per aliquot dies.

Quomodo est intelligendum, quod quadraginta annis comederunt manna Iudæi. Et quando Iudæi ceperunt computare annos inchoantes primum. *Quest. LVIII.*

AD hoc autē q̄ istud conuenienter intelligit̄ est dicendū, q̄ Exo. 16. voluit Scriptura ostendere quāto t̄pe durauerit, & dixit, filij autē Israel comederūt māna 40. annis, donec veniret in terrā habitabilem. Hoc. n. cibo alij sunt vsquequo tangerent fines terræ Chanaan. in quo ponuntur tres designationes t̄pis. Prima est proprie designatio t̄pis: alij duæ licet ad locum ptineant, tñ limitant t̄pis: cum. n. d̄r, q̄ filij Israel comederunt manna quadra-

Q̄o sumi ut ista dicitio donec & vsque: & an sint taxatiue t̄pons.

ginta annis intelligendum est, quod non fuerant completi quadraginta anni, sed defuit vnus mensis ad complendum quadraginta annos. Et hoc patet, quia Israelite ceperunt comedere manna anno, quo egressi sunt de Aegypto in mense secundo eiusdem, die decimo sexto eiusdem mensis. nam prius comederant panem: cessauit aut manna anno quadagesimo primo ab exitu de Aegypto die quintodecimo, vel tertridecimo mensis eiusdem. Ad complendum autem annos quadraginta quibus Hebraei manducarent manna, sicut ceperunt manducare die decimo sexto mensis secundi anni primi, ita deberet cessare manna die decimo sexto mensis secundi anni quadagesimi primi: & tamen cessauit die quintodecimo, vel decimo sexto mensis primi anni quadagesimi primi. ergo defuit vnus mensis ad hoc, qd complerentur quadraginta anni, quibus Israelite manducauerunt manna.

Antecedentia patent, quia Israelite dicuntur mansisse quadraginta annis in deserto in poenam prauaricationum suarum Numeri 14. capit. & isti anni ceperunt computari in ipso die, quo de Aegypto egredi ceperunt. Veruntamen quando ceperunt egredi, erat dies quintodecimus mensis primi anni illius. nam quando Deus voluit educere illos, iussit quod ille mensis, in quo educerat, esset principium annorum semper. Exo. 12. c. scilicet, dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Aegypti. mensis iste principium mensium primum erit in mensibus anni: & non egressi sunt in die primo mensis illius, qui erat primus dies anni, sed manserunt vsque ad quintodecimum. nam fecerunt phasē iubente Deo die quartodecimo mensis eiusdem ad vesperum. Exo. 12. cap. & sequenti die quintodecimo inceperunt exire, vt patet eodem cap. & Numeri 33. Et tamen non cepit computari annus a die exitus de Aegypto, sed a primo die mensis eiusdem ne mutaretur ordo mensium, & ita computantur quadraginta anni vsque ad finem. In toto isto tempore annorum quadraginta vivebat Moyses: nam in anno quadagesimo mense vndecimo, die prima mensis ipsius cepit ille recitare verba Deuteronomij coram toto populo, vt patet Deuteronom. primo capitu. & vixit post aliquot diebus, sed paucis, & mortuus est ante complementum anni ipsius quadagesimi, vt patet ex dictis precedenti capitu. Erant autem tunc Iosue & Israelite omnes in planioribus locis terrae Moab iuxta Iordanem, & mortuo Moysē fleuerunt eum triginta diebus. Deutero. 34. capi. & sic finitus est annus quadagesimus, in sequenti vero anno in mense primo die decimo mensis eiusdem transierunt Israelite Iordanem cum Iosue, vt patet infra 4. cap. & ita apparet, quod non fuerunt completi anni quadraginta, in quibus Israelite in poenam prauaricationum suarum vagati sunt per desertum: nam de fecerunt dies quinque, quia in die quinto decimo mensis primi anni primi ceperunt egredi de Aegypto, id est, de Rameffe vbi manebant in Aegypto. Numeri 33. capitu. & in die decimo mensis primi, anni quadagesimi primi transierunt Iordanem, & tunc cessauerunt peregrinari, quia iam erant in terra sua: sed quia dies quinque non faciunt quantitatem notabilem respectu annorum quadraginta, dictum est, quod quadraginta annis vagati sunt per desertum quasi totum tempus quadraginta annorum in hoc expendissent. Nam si quis dicat, quod completi fuerunt isti quadraginta anni, quia computari incipiunt non a die quo egredi ceperunt Israelite, sed a die primo mensis eiusdem, qui erat primus mensis anni illius, vt dictum est hic. & sic computando manserunt Israelite in deserto annis quadraginta completis, & diebus nouem, quia die decimo transierunt

Iudei non vagati sunt per desertum 40. annis cōpletis.

Iordanem infra 4. cap. & vsque ad illum transitum dicuntur fuisse in deserto. Sed dicendum, quod in hoc parum differt, sed quomodocunque computentur anni vndecunque incipiāt, constat quod non fuerunt completi quadraginta anni completi, quibus vagati sunt Israelite per desertum, quia defuerunt dies quinque. Ex hoc apparet manifestus quod volebamus, scilicet, quod non manducauerunt Israelite manna annis quadraginta completis, sed defuit vnus mensis. nam Israelite egressi sunt de Aegypto die quintodecimo mensis primi anni illius, & non comederunt manna statim, quia portabant secum massas azymas ligatas in pallijs. Exodi 12. cap. & de illis manducauerunt quasi triginta diebus, scilicet, ad diem quintodecimum mensis secundi eiusdem anni. nam tunc deficientibus panibus murmurauerunt Israelite, & Deus dedit eis manna die sequenti, scilicet, decimo sexto eiusdem mensis. hoc patet Exodi 15. & 16. cap. scilicet, profecti de Helin venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Helim, & Sinai quintodecimo die mensis secundi postquam egressi sunt de terra Aegypti. & sequitur: & murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron. & ita die quintodecimo mensis secundi murmurauerunt. & in ipsa die protulit Deus Israelitis mittendo ipsa die ad noctem coturnices ad saturitatem, & sequenti die, id est, decimo sexto in aurora misit Deus manna. nam dicitur eodē cap. dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate. Et ita de illo anno transierat mensis & dimidius, in quo non comederunt Israelite manna, sed cessauit manna die quintodecimo mensis primi anni quadagesimi primi ab exitu de Aegypto, vt patet infra 5. capitu. feceruntque phasē quartodecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terrae die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrae, nec vsi sunt vltra cibo filij Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terrae Chanaan. & tamen ad complendum annos quadraginta, quibus comedisent Israelite manna, oportebat quod cessaret manna die quintodecimo mensis secundi, in quo ceperat, sed quia vnus mensis non facit quantitatem notabilem in respectu ad quadraginta annos, dictum est, quia filij Israel aliti sunt quadraginta annis cibo illo, id est, manna quasi toto illo tempore quadraginta annorum comederint manna.

Iudei non manducauerunt manna annis 40. cōpletis.

Iordanem infra 4. cap. & vsque ad illum transitum dicuntur fuisse in deserto. Sed dicendum, quod in hoc parum differt, sed quomodocunque computentur anni vndecunque incipiāt, constat quod non fuerunt completi quadraginta anni completi, quibus vagati sunt Israelite per desertum, quia defuerunt dies quinque. Ex hoc apparet manifestus quod volebamus, scilicet, quod non manducauerunt Israelite manna annis quadraginta completis, sed defuit vnus mensis. nam Israelite egressi sunt de Aegypto die quintodecimo mensis primi anni illius, & non comederunt manna statim, quia portabant secum massas azymas ligatas in pallijs. Exodi 12. cap. & de illis manducauerunt quasi triginta diebus, scilicet, ad diem quintodecimum mensis secundi eiusdem anni. nam tunc deficientibus panibus murmurauerunt Israelite, & Deus dedit eis manna die sequenti, scilicet, decimo sexto eiusdem mensis. hoc patet Exodi 15. & 16. cap. scilicet, profecti de Helin venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Helim, & Sinai quintodecimo die mensis secundi postquam egressi sunt de terra Aegypti. & sequitur: & murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron. & ita die quintodecimo mensis secundi murmurauerunt. & in ipsa die protulit Deus Israelitis mittendo ipsa die ad noctem coturnices ad saturitatem, & sequenti die, id est, decimo sexto in aurora misit Deus manna. nam dicitur eodē cap. dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate. Et ita de illo anno transierat mensis & dimidius, in quo non comederunt Israelite manna, sed cessauit manna die quintodecimo mensis primi anni quadagesimi primi ab exitu de Aegypto, vt patet infra 5. capitu. feceruntque phasē quartodecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terrae die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrae, nec vsi sunt vltra cibo filij Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terrae Chanaan. & tamen ad complendum annos quadraginta, quibus comedisent Israelite manna, oportebat quod cessaret manna die quintodecimo mensis secundi, in quo ceperat, sed quia vnus mensis non facit quantitatem notabilem in respectu ad quadraginta annos, dictum est, quia filij Israel aliti sunt quadraginta annis cibo illo, id est, manna quasi toto illo tempore quadraginta annorum comederint manna.

Declarat alias duas limitationes temporis, quo comederunt manna. Quasi. LIX.

ALIAE duae limitationes erant. scilicet, comederunt manna, donec venirent in terram habitabilem, & vsquequo tangerent fines terrae Chanaan. De prima dicendum, quod notantur duo in ea. vnum est causa manducationis manna. & alterum simul limitatio temporis. Et de isto secundo dicendum, quod per hoc limitatur tempus, quia aduentus ad terram habitabilem ostendit, quae pars anni quadagesimi erat, antequam completus esset, vel aliquid in super abundaret, ne putaretur omnino tempus illud fuisse completum, quia non fuit, sicut ostendimus precedenti q. De primo dicendum, quod designat causa, quia ideo Israelite manducabant manna, quia non erant in terra habitabili. nam erat ille cibus miraculose dat. miracula autem non fiunt Deo, nisi quoniam deficit humana possibilitas. Israelite autem processuri erant per terram, in qua non erant habitatores, a quibus possent accipere necessaria ad cibos, ideo Deus prouidit celestis

de

de cibo. sic dicitur Hiere. 2. cap. ascendere vos fecit de terra Aegypti, & transduxit vos per desertum per terram inhabitabilem, & iniuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo. Sed obijcietur, quod manna durauit, etiam postquam venerunt ad terram habitabilem. nam venerunt ad viciniam terrae Edom, & Moab, & Ammon Numeri 20. & 21. cap. & tamen non cessauit manna. Dicendum, quod intelligitur ad terram habitabilem, id est ad terram, quae ab eis habitari deberet. illa tamen terra non erat habitanda ab Israelitis, quia Deus vetuerat eis facere bellum contra habitatores terrarum illarum dicens, quod non daret Israelitis de regionibus illis neque passum pedis. Deuteronom. 2. cap. Etiam nondum cessabat causa habendi manna, quia Israelite, licet peruenerunt ad regiones illas, non intrauerunt in eas, sed per confinia earum transierunt: immo, & habitatores earum noluerunt concedere transitum Israelitis per terras illas, & noluerunt eis vendere cibaria Numeri 20. & Deut. 2. & 23. cap. ideo adhuc erat necessarium manna. cum autem venirent ad terram, in qua ipsi habitarent, iam poterant habere cibos per seipsos, & ibi deberet deficere manna. Sed adhuc obijceretur, quod venerunt ad terram habitabilem, id est a se habitandam, & in ea habitauerunt, & adhuc non deficiebat manna. nam venerunt ad terram duorum regum Amorrhæorum quam ceperunt Numeri 21. cap. & Deuteronom. 2. & 3. cap. & tamen non cessauit manna quousque transierunt Iordanem post mortem Moysi infra 5. ca.

Dicendum, quod intelligitur de terra habitabili, id est, in qua omnes Israelite habitare debent. hoc autem fuit vltra Iordanem ad occidentalem partem eius. nam terra duorum regum Amorrhæorum ante transitum Iordanis solis duabus tribubus, & dimidia cōcessa est ad habitandum: Numeri. 32. ideo quandiu ibi manserunt Israelite, non cessabat manna, sed postquam transierunt Iordanem, quia erant in terra habitabili in qua oēs ipsi habitaturi erant, cessauit manna.

Declarat tertiam limitationem eiusdem temporis. Quasi. LX.

TERTIA limitatio erat. hoc cibo aliti sunt vsquequo tangerent fines terrae Chanaan. per hoc enim magis apparet in qua parte temporis cessauit manna, quia certum est quando Israelite tetigerunt terminos terrae Chanaan.

Sed obijcietur, quod non cessauit manna statim, vt tetigerunt terminos terrae Chanaan. nam terra duorum regum Amorrhæorum erat de terra Chanaan, & tamen non cessauit manna quando ibi fuerunt Israelite. Dicendum, quod licet illa terra pertineat ad terram Chanaan, & Israelite ideo illam acceperat in possessionem: tamen non est illa intra terminos terrae Chanaan secundo consuetudinem loquendi Scripturae: nam quando Deus limitauit terminos terrae Chanaan, posuit Iordanem, vt terminum orientalem Numeri. 34. cap. & sic terra, quae est ante Iordanem ad orientem eius, extra terminos terrae Chanaan est, sed terra duorum regum Amorrhæorum, quam ceperunt duae tribus & dimidia in possessionem, est ad orientalem partem Iordanis. Numeri 32. cap. ideo secundum modum loquendi Scripturae non est illa terra intra terminos terrae Chanaan. & sic non cessauit manna quando ad terram illam peruenit est.

Sed dicitur quare non cessauit manna quando peruenit est ad terram duorum regum Amorrhæorum: cum illam acceperunt Iudei de habitatoribus eius, & poterant ibi manducare de fructibus terrae

Solutio.

re ipsius. Dicendum, quod voluit Deus prouidere Iudaeis de cibo quandiu ipsi prouiderent, & sufficienter non poterant habere aliunde, sed in terra duorum regum Amorrhæorum non poterant habere cibos sufficienter: ideo prouidit Deus faciendū, quod non cessaret manna. Et hoc fuit propter duo. Primo, quia terra duorum illorum non erat tanta, vt inde possent omnes Israelite habere cibos, nam neque ad habitandum sufficiebat omnibus, sed solis duabus tribubus, & dimidia, secus autem de terra vltra Iordanem, quae erat lata, & magna, & fructus eius sufficerent.

Secundo, & principaliter, quia quando Israelite occupauerunt terram duorum regum Amorrhæorum, erat finis anni, vel quasi: nam fuit parum ante mortem Moysi, qui mortuus est mense vndecimo, anni quadagesimi. & tamen circa finem anni solent deficere cibi. vocatur enim finis anni secundum consuetudinem Hebraeorum Februarius, aut Martius, & tunc incipiunt nouae fruges in terra Chanaan: ideo non debuit Deus tali tempore facere, quod cessaret manna, quia Iudaei non haberent cibos sufficientes, & ob hoc distulit vsque ad principium sequentis anni, quando erant iam nouae fruges: nam tunc poterat esse copia fructuum. & haec est vera causa: nam ob hoc cessauit manna die quintodecimo mensis primi, & tunc erant nouae fruges in terra, & hoc innuit Scriptura infra 5. cap. dans causam cessationis mannae. manserunt filij Israel in Galgalis, & fecerunt phasē quartodecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terrae die altero azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrae, neque vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terrae Chanaan. Sed dicit aliquis, quod fundamentum huius rationis non est certum: nam non constat quanto tempore ante mortem Moysi acceperunt Israelite terram regum Amorrhæorum, & ita poterat esse, quod acceperint illam in principio anni quadagesimi, & tunc esset copia frugum in terra, & postea conuenienter cessare manna. Dicendum, quod licet non

constet quanto tempore ante mortem Moysi capta fuerit illa terra, constat tamen quod erat post medietatem anni aliquanto tempore. nam istud fuit post mortem Aaron, quia de morte Aaron habetur Numeri 20. c. Et de bello contra duos reges Amorrhæos, & occupatione terrae eorum habetur Numeri 21. Aarō tamen mortuus est in anno quadagesimo ab exitu de Aegypto, mense quinto eiusdem anni. vt patet Numeri 33. c. Et tamen non fuit occupatio illius terrae statim post mortem Aaron. ipse enim mortuus est in monte Hor, & plaxit eum ibi populus triginta diebus Numeri. 20. cap. Et postea ambulauit populus per multas mansiones, antequam pugnaret contra duos reges Amorrhæos. Numeri. 21. ca. & ita esset octauus, vel nouus mensis anni illius quadagesimi, vel plus quando caperetur terra illa, & sic manet fundamentum datum. sed cum esset circa finem anni, essent pauci fructus: ideo non erat conueniens tunc cessare manna.

Bona dubitatio contra praedicta, & determinatio auctoritatis. Quasi. LXI.

SED adhuc dicit aliquis, quod non cessauit manna quando peruenerunt ad terminos terrae Chanaan, quia vltra Iordanem transierant, quando cessauit manna, & tamen Exo. 16. ca. dicitur, quod solum durauit manna vsquequo tangerent terminos terrae Chanaan.

Dicendum, quod debent accipi stricte termini terrae Chanaan, sicut accipit Scriptura Numeri. 34. cap. & tunc

Quo tempore capta fuit terra duorum regum Amorrhæorum.

tunc non dicebantur tangere terminos terræ Chanaan quousque venirent ad Iordanem, quia Iordanis est terminus orientalis terræ illius, eo. cap. Cum autem dicitur, quod iam transierant Iordanem, nondum cessauerat manna, dicendum quod Israelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis primi, ut patet infra 4. cap. & die quinto decimo cessauit manna, ut patet infra 5. cap. & sic quatuor diebus, vel quinque comederunt manna post transitum Iordanis: & tamen dicendum, quod tunc in terminis terræ Chanaā erāt, vel dicebantur contingere ipsos, quia licet transiissent Iordanem, nondum peruenerant ad aliquem locum terræ Chanaan, sed erant in agris, nam manserunt in Galgalis, ubi non erat locus aliquis, sed campus, prius autem locus in terra illa erat Iericho ad quem nondum peruenerant: ideo cum ad nullum adhuc locum terræ Chanaan venissent, quando cessauit manna, licet essent intra eam, dicebantur esse intra terminum eius, vel tangere terminos. Redeundo autem ad id quod incepimus de exploratoribus, dicendum quod manna adhuc erat inter Israelitas qui nondum Iordanem transierant, sed ipsi non potuerunt comedere de illo quando latebant.

Aliter ergo respondendum est ad questum, scilicet, quod non potuerunt habere manna exploratores tribus diebus illis quibus fuerant in montanis, nam quā tunc duraret manna, & durauerit ultra Iordanem usque ad campestria Iericho in mansione quæ dicitur Galgala, tamē non poterāt habere exploratores, quia solum cadebat manna in circuitu castrorum, ut patet Exo. 16. cap. scilicet, mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum, & Numeri. 11. dicitur eūque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter, & manna exploratores autem erant distantes a castris, ergo non pluebat illis manna ad descendendum.

Dicit aliquis, quod exploratores in triduo quo lauerunt comederunt de herbis siluestribus. nam in angustiis exponunt se homines quibuscunque cibis, quousque veniant ad cibos infames, & cum durauerint solum per tres dies, leue erat tolerare. Aliter dicendum est, & convenientius, quod exploratores duxerunt cibos de vrbe Iericho pro illis tribus diebus, nam cum Raab illos admonuisset per dies illos tres manere in occulto, & ipsi irent cum proposito manendi, ducerent cibos de domo Raab, quia in montanis nihil se nouerant inuenturos. *Donec reuerterentur, qui fuerant persecuti.* Id est donec reuerterentur nuncijs regis Iericho, qui persecuti fuerant exploratores, post tres dies autem illi regressi sunt. non est autē sensus, quod tandiu exploratores morarentur absconditi quousque redirent Ierichontini, ita quod illi cognoscerent illorum regressum, & post hoc ipsi recederent de montanis, sed quod eos Raab in montanis per tres dies admonuerit manere, quia usque ad illud tempus verisimile erat regressuros esse exploratores, & ipsi tandiu permanserunt. *Querentes enim per omnem viam non inuenerant eos.* Ierichontini primo gressu concito peruenerunt usque ad Iordanis vada, ut attingere possent exploratores quos fugisse arbitrabantur. ultra Iordanem autem transire noluerunt, quia castra Israelitarum erant apud Iordanem, & non erat his tutum transire, cum vero non inuenerunt eos, incepserunt eos inquirere in circuitu viarum an alicubi laterent, & sic morati sunt usque ad diem tertium.

Quibus urbem regressis. Ante completionem trium dierum regressi sunt Ierichontini persecutores exploratorum in urbem, Exploratores autem manserunt in montanis tota illa nocte qua exierunt ab vrbe, &

Determinatio Augustinis.

diebus illis sequentibus tribus: Ideo post regressum persecutorum recesserunt exploratores. *Descenderunt exploratores de monte.* In quo latebant per tres dies, & venerunt per iter quod ducit ad vada Iordanis. *Et Iordanem transiit.* Per vadum, quia per illum locum prius transierant, quoniam tunc Iordanis vadabilis erat, nondum enim intumuerat impletis ripis suis, sicut factum est post, quando transiit totus Israel, ut patet sequenti capitulo.

Venerunt ad Iosue filium Nym. Venerunt exploratores in castra, quæ erāt non procul a Iordane, dicuntur venisse ad Iosue, quia ipse erat princeps Israelitarum, & sit denominatio a principali. Vel dicuntur venisse ad eum, quia primo venerunt ad narrandum ei, quæ acciderant illis, quam narrarent reliquæ multitudini, cum ab ipso destinati fuissent.

Narrauerunt ei omnia, quæ acciderant eis. Scilicet, ista quæ supra enarrata sunt, Scriptura tamen non repetit ea, quia sufficienter supra enarrata sunt.

Et dixerunt tradidit Deus in manus nostras. Dicebant terram traditam in manibus eorum, quia videbatur eis certum esse, quod traderetur terra illis: ideo de ea tradenda loquebantur tanquam de iam tradita, vel dicebant, quod tradita erat terra in manus eorum, quia ita modicum laborem existimabant ad capiendam eam, velut si iam capta foret. hoc dicebant exploratores propter signa timoris magni, quem conspexerant in Chananis, ut infra patet.

Omniem terram hanc. Id est totam terram Chananeorum, quæ est ultra Iordanem, est autem hic demonstratio ad intellectum, quia Iosue, & exploratores non habebant presentem oculis suis terram, de qua loquebantur, sed demonstrabant ad intellectum, sicut dicitur, hic est vere martyr. & dicimus, iste confessor Domini sacratus: & tamen neutrum horum videmus. & dixerunt exploratores, tradidit Deus terram hanc, & non dixerunt tradita est terra hæc in manus nostras, quia signa traditionis terre, quæ videbant exploratores, non erant ab eis, sed a Deo, nam hoc iudicauerunt ipsi per timorem hostium, sed iste timor non fuit incusus a Iudæis, sed a Deo, ut patet Exo. 23. & Deuteronom. 7. scilicet, terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, & sicut Deus posuit signa tradendi populi huius in manus Iudeorum, ita ipse tradidit per mirabilia, & portenta, ut patet infra 10. mittendo lapides grandes, qui plures occiderunt de hostibus, quam occiderent Iudæi. item tenendo solem immortem, quousque Iosue vicisceretur se de hostibus suis, ut patet eodem capitulo. & in eis, quæ Israelitæ per se faciebant, adhuc Deus dicebatur eis dare vires ad agendum, ut patet Deuteronomij octauo ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit.

Et timore prostrati sunt omnes habitatores eius. Non solum dicitur, quod timuerunt, sed quod timore prostrati sunt, in quo magnitudo timoris signatur, quia qui timore cadit, maximum timorem patitur. Hoc autem fit cum concutiente valido timore, vires animi nostri elanguescunt, & corpus viribus destitutum corruit, non erat adhuc tantus timor in Chananeis, sed ad magnitudinem timoris eorum signandam, positum fuit hoc, & est talis sententia per hyperbolem, quæ est transcensus veri, ut dicitur in Doctrinali, ut astra ferit clangor, consueti sunt similes modi loquendi in Scriptura.

C A P.

C A P. III.



IGITUR Iosue de nocte confurgens mouit castra. Eredientesque de Sethim venerunt ad Iordanem, ipse & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium, & clamare ceperunt. Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque confurgite, & sequimini præcedentes, sitque inter vos, & arcam spatium cubitorum duum millium, ut procul magis videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam. Et caute appropinquetis ad arcam. Dixitque Iosue ad populum. Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes. Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos.

Geni. 30.

Nume. 11.

Diuisio.

IGitur. In superioribus dictum est de missione exploratorum ad terræ statum cognoscendum. hic consequenter agitur de transitu Iordanis ad hostes de terra expellendum, & diuiditur in tres partes, quia primo dicitur quid populus egerit transiendo. Secundo quid fecerit de Iordane exeundo. Tertio quid egerit post transitum Iordanis castra figendo. Secunda sequenti cap. Tertia infra 5. cap. Prima diuiditur in tres partes. Primo de transiendo Iordanem datur præceptum. Secundo additur signum a Deo implendum. Tertio ponitur vtriusque complementum. Secunda ibi. *Dixitque Dominus ad Iosue.* Tertia ibi. *Egressus est populus.* Circa primam dicitur. *Igitur Iosue de nocte confurgens.* Hic ponitur recessus Israelitarum de mansione Sethim, in qua ante erant.

Quod præconizatio trium dierum ad transitum Iordanis fuit post aduentum exploratorum. Quæst. 1.

IN quo sciendum, quod postquam Iosue misit exploratores in Iericho mansit populus in Sethim quousque venirent, cum redierunt, iussit Iosue principibus populi, ut facerent præconizari per omnia castra, quod omnes pararent cibos, quia post tres dies transierant Iordanem, tunc totus populus se parauit, & in nocte sequenti surrexit Iosue per noctem ad faciendum populum parari ad recessum, & in aurora diei illius recedentes fixerunt castra apud Iordanem, & manserunt ibi die ipsa, & sequentibus diebus, die autem quarta transierunt Iordanem. erat autē Sethim apud Iordanem: ideo non morati sunt per vnam dietam Israelitæ veniendo de Sethim in Iordanem, sed factum est hoc, ut essent apud ripas Iordanis in illis tribus diebus, & contemplerentur multitudinem aquarum Iordanis, ut postea magis admirarentur de transitu miraculoso.

In hebreo habetur hic. *Igitur Iosue de mane confurgens.* Ratio diuersitatis est, quia id quod vocatur aurora, potest vocari nox, nam mane, vel aurora est vlti-

Ama pars noctis, & prima pars lucis magis communiens cum nocte quam cum die. Ideo id quod Hebræi vocauerunt mane, litera nostra latino more noctem appellauit. Similis modus respondendi est Nicolai, & est satis conueniens. Alio modo responderi potest, quod hic potest poni nox pro ipsa nocte, vel potest poni aurora, quæ est dies, & hoc secundum, quod refertur ad diuersa. nā dicitur, quod Iosue de nocte confurgens mouit castra. ista determinatio temporis, scilicet de nocte, potest referri ad istud participium confurgens, vel ad illud verbum, scilicet mouit castra.

Et sciendum, quod Iosue surrexit de nocte ad faciendum, ut Israelitæ pararentur ad redendum de Sethim: & tamen quando parati ceperunt mouere castra, erat iam mane, siue aurora. vnde si ista determinatio temporis, quæ hic ponitur referatur ad participium confurgens, debet dici de nocte, scilicet Iosue de nocte confurgens mouit castra. Si autem ista determinatio referatur ad verbum illud mouit castra debet dici de mane, quia in mane mota sunt castra, & tunc erit sensus, & punctuatio. Iosue confurgens mouit castra de mane.

Hoc modo tolluntur similes contrarietates, quæ videntur esse in Euangelij, quia beatus Marcus dicit venisse mulieres ferentes vnguenta ad sepulchrum Domini orto iam sole, ut patet Marci 16. Sed beatus Ioannes dicit hoc fuisse factum per noctem, ut patet Iosue 20. cum dicitur. vna autem sabbati Maria Magdalenæ venit cum adhuc tenebræ essent ad monumentum. Et beatus Lucas idem vult cum dicat: vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, ut patet Luca 24. Soluitur autem contrarietas ista apprens, quia venire potest significare terminum a quo, respectu cuius est venire, vel terminum in quem, respectu cuius est peruenire. Si autem accipiat respectu termini a quo dicendum est, quod mulieres ferentes aromata surrexerunt per noctem, cum adhuc essent tenebræ: & tamen dum se parauerunt, & peruenerunt ad monumentum, quod factis tunc ab vrbe distabat, facta est dies, & ortus est Sol, & sic dicitur beati Ioannis, & Luca intelligitur de surgendo, & parado, dictum vero beati Marci intelligitur de tempore, quo ad monumentum peruenerunt. Et soluitur ista contrarietas in eadem litera Marci 16. cap. cum dicitur, & valde mane vna sabbatorum venerunt ad monumentum orto iam sole: ecce dixit fuisse valde mane, & tamen esse ortum Solem. nam si ad idem referantur impossibilia sunt, aut saltem incompossibilia. nam quomodo Sol ortus est, quamquam mane dici potest: tamen non est valde mane: sed necessario referenda sunt ista ad diuersa, scilicet ad terminum a quo, & terminum in quem, & tunc verum est, quod valde mane vna sabbatorum venerunt, id est venire incepserunt, aut ad veniendum se parauerunt: & tamen orto iam Sole ad monumentum venerunt, quia ortus erat quando illuc peruenerunt, sic dicendum est in diuersitate literæ Hebraicæ, & nostræ. *Mouit castra.* Id est fecit moueri castra, ad mouendum castra oportebat, ut clangeretur buccinis, & erat clangor prolixus atque concisus, ut patet Numeri 10. & tunc audito clangore mouebant castra, qui erant ad partem orientalem sub vexillo filiorum Iuda, scilicet filij Iuda, & tribus Itachar, atque Zabulon, deinde mouebant castra, quæ erant in vexillo partis Meridianæ, scilicet filij Ruben, & Simeon, & Gad. De toto autem ordine præcedentium in itinere habetur Numeri 10. de situatione autem castrorum in manentibus, patet Numeri 2. cap. An vero in transitu Iordanis, & postea obseruatus fuerit idem modus procedendi, qui habetur in deserto declaratum est supra primo cap. scilicet, quod non, quia

In 6. 30. tribus

tribus Gad, & Ruben, & dimidia tribus Manasse prae- cedebant accinctae armis reliquam multitudinem Israe- litarum, vt patet infra sequenti. c. & hoc factum fuit in ista mutatione de Sethim, vsque ad ripas Iordanis.

Progredientesque de Sethim. Istud est nomen mansio- nis in qua tunc erant Israelitae, & ista fuit vltima in ma- sionibus, quae habentur in catalago mansionum Nu- meri 33. c. & ibi mortuus est Moyses: mansio autem, vel castrametario facta in ripa Iordanis, non compu- tatur inter mansiones, vocatur ista mansio Belfethim Num. 33. c. Sciendum autem, qd de ista mansione no- recesserunt Israelitae, sicut de ceteris: quia in aliis nun- quam fiebat motus castrorum, nisi mota nube, & in nullo loco quiescebat, aut figebantur castra, nisi nu- bes primo quiescisset, vt patet Exo. 40. & Numer. 9. c. & hoc siue paruo, siue magno tempore nubes mane- ret. hic autem cessauit nubes post mortem Moyfi: ideo cum de ista mansione recedere debuerunt Israelitae, non praecessit nubes: nec mota sunt castra ad motum nubes, sed Iosue mouit castra, & loco nubes praecedens fecit praecedere castra arcam Dei, vt patet infra. Et ipsa disponebat locum castrorum. Quare autem ces- sauit nubes post mortem Moyfi, infra dicitur.

Venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel. i. vene- runt ad ripas Iordanis, nam fuerunt castra fixa apud aquas Iordanis: ante enim cum essent in Sethim ali- qualiter distabant ab aquis Iordanis. Ipse & omnes filij Israel. Quia Iosue erat dux, & quo ipse iret oes Israeli- taepariter irent: hic autem nomine Israelitarum intel- liguntur etiam Leuitae. nam non solum alij tribus iue- runt cum Iosue, sed etiam Leuitae, & sacerdotes: quo- niam isti portabant sanctuarium, & arcam. Raro ta- men nomine filiorum Israel comprehenduntur Le- uitae, & hoc quia Leuitae non acceperunt sortem, vel partem hereditatis cum reliquis Israelitis, vt patet Nu- mer. 18. & 35. quia Deus erat iors eorum. Item iussit Deus, vt non computarentur cum Israelitis, nec po- neretur summa eorum cum tota Israelitaru summa, vt patet Num. 1. cum dicitur: tribum Leui noli nume- rare, nec ponas summam eorum cum filiis Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij. vbi in- agitur de aliquo speciali nomine Israelitarum intelli- guntur Leuitae, & hoc magis declaratum est Nu. 1. c.

Et commorati sunt ibi per tres dies. In litera hebraica ponitur quadam dictio, quae significat manere, vel dormi- re, & hebrei exponunt dicentes, qd venerunt Israelitae in Iordanem, & dormierunt: & post tres dies transie- runt. & est sensus horum qd non manserunt Israelitae apud Iordanem diebus tribus, sed solum dormierunt ibi, & postea recesserunt, s. sequenti die: & cum dicitur post tres dies, dicunt quod refertur ad missionem exploratorum. scilicet qd tribus diebus post missionem exploratorum transierunt Iordanem.

Sed hoc non stat; quia ad minus necesse est fuisse. 4. vel 5. dies quia a mansione Sethim vsque Iericho es- set vna dieta vel amplius, cum a vadis Iordanis vsque ad Iericho quidam vna dieta ponat: quod satis ratio- nabile videtur ex praecedenti ca. & tamen magis distat Sethim a Iericho, quam Iordanis, cu sit iter per vadu Iordanis: & post hoc steterunt exploratores in vrbe Iericho: & dimissi a Raab latuerunt in montibus tri- bus diebus, vt patet praecedenti. c. & postea redierunt in castra, ergo ad minus eundo, & redeundo morarentur exploratores diebus 4. vel 5. & sic non stat qd tribus die- bus post exploratorum missionem fuerit transitus Iordanis, aliter responderi posset: qd isti tres dies ponat- tur a tempore illo quo posuit Iosue edictum publicu dicens, preparate vobis cibaria, quia post diem tertiu transibitis Iordanem: vt patet supra primo. c. Et hoc sa- tis saluatur ex litera: conuenientius tamen stare vide-

tur litera nostra dicens, qd venerunt Israelite in Iorda- nem, & morati sunt ibi per tres dies. s. simpliciter mo- rati sunt postea tamē dicitur, & post tres dies. Ira ergo nostra coniunxit ista faciens clariorem sensu. s. man- serunt ibi tribus diebus, & postea ait: quibus euolutis vbi litera hebraica dicit: & post dies tres.

Ad quid manserit tota Iudaeorum multitudo tribus diebus ad ripam Iordanis. Quae. II.

CIRCA istos tres dies dubitatur ad quid man- serit ibi Israel: Aliqui de doctoribus nostris respondent ad hoc, qd Iordanis eo tempore intumuerat aquis resolutis ex niuibus, & allu- uio ista erat breuis: expectauerunt ergo per dies tres, vt interim Iordanis aliquantulum decrederet: & sic transire possent. Contra hos arguit Nicolaus dicens non concordare veritati hebraice. nam vbi nos dici- mus. Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis implenerat. In hebreo habetur. Iordanis super omnes ripas suas omnibus diebus messis. i. qd toto tempore quo messis duraret, Ior- danis intumore suo manebat, & tamen tempus mes- sis secundum hebreos est duoru mensium: vt decla- ratum fuit Gen. 8. ideo non manerent Israelite tribus diebus solum, sed pluribus expectantes dimiui tumo- rem Iordanis. non ergo videtur conuenienter dictu. Dicitur istorum non est conueniens, & tamen argu- mentum Nicolai non militat contra illud. nam cum dicitur in litera hebraica, qd Iordanis impleuerat su- per omnes ripas suas omnibus diebus messis: non est sensus, qd duraret ille tumor toto tempore messis. s. per duos menses, aut amplius. sed est sensus qd Iorda- nis ripas suas implebat omnibus diebus messis. i. in quolibet anno tempore messis Iordanis ex resolutis niuibus implebatur. an vero duraret per vnum diem vel paucos aut multos, non constat ex litera: & tunc non infertur quicquam contra dictum illorum. quia quamquam Iordanis non esset tumens, non transie- runt eum Israelite: quia fuerat positum edictum, qd post dies tres transirent Iordanem, vt patet supra pri- mo. c. ergo quamquam accederent ante, non aude- rent transire. Nicolaus dicit, qd causa expectationis huius fuit, quia Iosue expectabat reuelationem do- mini de modo transiendi Iordanem: & ista reuelatio fuit facta tertia die. ergo tunc transire debuerunt. s. facta reuelatione in die tertia, fuit transitus in die quarta. quod erat transire post tertiam diem, & hoc in- ducit ex litera cum dicitur infra, sanctificamini: cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Si enim sci- uisset Iosue, qd ad eorum transitum siccatu debebat al- ueus Iordanis, non opportunum expectare die neque hora, sed immediate transiissent. Sed adhuc ista po- sitio non totaliter stat. dicit enim qd solum expectabat responsum Dei, & qd sciuit Iordanem siccatu ad introitum suum, non expectasset Iosue diem, nec ho- ram, huic tamen repugnat litera etiam allegata per ipsum Nicolaum. Sanctificamini: cras enim faciet in- ter vos mirabilia. ecce in die priori sciuit Iosue quid facturus esset Deus in transitu Iordanis: sed non tran- siuit, quoniam prius expectauit vsque ad sequentem diem. nam in sequenti die dixerat Deus se facturum mirabilia, & si in eadem die tentasset Iosue transire Iordanem, non siccaretur alueus eius. Conuenientius ergo dicendum est, qd Israelite expectauerunt in his tribus diebus expletionem mandati Dei. nam Deus mandauerat Iosue, qd transiret Iordanem: vt patet su- pra 1. c. & Iosue precepit preconizari qd pararent se ad transiendu post tres dies: & istud credit recepisse Iosue a Deo in mandatis: alioquin non auderet iubere, & post

Determi- natio au- ctoris,

& post istud preconium, sequenti nocte recesserunt A Israelite de Sethim, & venerunt in ripas Iordanis in pri- mo dierum trium predictorum: expectauit ergo pop- ulus his tribus diebus non audens transire, donec ex- pleretur tempus praefinitum a Deo.

Quare Iosue iussit ne transirent Iudaei Iordanem, vsque ad tres dies. Quae. III.

Sed quaret aliquis quare iussum est, vt non tran- sired populus vsq; ad tres dies. Forte rnderi po- terit secundum aliquos factum fuisse, vt popu- lus videret magnitudinem aquarum Iordanis his diebus tribus, vt sic magis admiraretur de mira- bili transitu. Sed melius forte dicendum erit, qd Deus voluit, vt Israelitae expectarent per illos tres dies, do- nec inciperet tumescere Iordanis. nam cum ad ripas eius venerunt non erat tumens, & satis hoc colligi po- test, quia exploratores transierunt bis Iordanem eun- tes. s. & redeuntes, & semper per vadum eius, in quo apparet, qd non erat tumens. nam tunc non esset alicu- bi vadabilis, & tñ immediate, vt exploratores redie- runt ad castra, mouit Iosue de Sethim, & castrameta- tus est super ripas Iordanis. sicut ergo praecedenti die transiuntibus exploratoribus, nihil tumoris extiterat, ita probabile erat ea die, qua illuc castra Israelitarum peruenerunt nihil creuissse, & post tres dies fuisse tu- mores aquarum niuibus resolutis. nam si esset Iorda- nis vadabilis, nulla esset occasio ad faciendum miracu- lum, quia sic totus Israel transiret, & tñ Deus volebat facere miraculosum transitum Israelis ad concuriendu tremore corda Chananeoru, quod sic factum est. nam audita siccatione aluei Iordanis oes cotremue- runt, vt patet 7. 5. c. s. postquam igitur audierunt oes reges Amorrhoeorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & oes reges Chanaan, qd sic- casset Deus fluenta Iordanis, dissolutum est cor eoru, & non remansit in eis spiritus. Dicunt quidam de he- brais, & Nicolaus, qd ista dies prima horum trium die- rum fuit dies trigesima mortis Moyfi, in qua comple- tus fuit planctus Moyfi. nam 30. diebus durauit fletus pro eo, vt patet Deut. 34. c. & probant hoc praesuppo- sita inductione, qd fecerunt. 8. 1. c. & magis in secundo. s. qd 33. diebus post mortem Moyfi fuit transitus Iorda- nis assumendo diem vt quocumque in clausula, & tñ manife- rum est, qd post istos tres dies fuit transitus Iordanis. s. die. 4. ergo dies iste primus erat trigessimus, & conse- quenter erat vltimus dies fletus pro Moyse. Sed ista positio improbata fuit. s. 1. & 2. cap. & satis apparet ex hoc. nam pro Moyse fuerunt 30. dies planctus, vt patet Deute. 34. & isti fuerunt completi in mansione in qua mortuus est Moyses. s. in vallibus terrae Moab, vt patet Deut. 34. ergo ante finitum planctum non recesserunt de loco ipso planctus. tamen data ipsa positio- ne requiritur, qd ante finitum planctum Israelitae mo- uerunt castra. s. die vltima, quod conuenit. ergo non erat ista dies trigesima a morte Moyfi. Quibus euolu- tis. s. in fine diei tertii. erat iste dies tertius, a tempore quo venerant in ripas Iordanis, & quantum ad assigna- tionem, quae facta fuerat in Belfethim. s. post tres dies transibitis Iordanem.

Primo ca. 9. 4. & 2. c. 9. 8. & 9.

An ista qua dicuntur hic fuerint facta die 4. vel 3. Quae. IIII.

DICIT aliquis, qd ista quae dñr hic, facta sunt in 4. die, quia dñr facta euolutis diebus tri- bus, sed cu dies tres euoluti sunt, dies quartus est. Rndendum est hunc die fuisse ter- tium, in quo ista dicta sunt, quod patet ex sequentibus

verbis Iosue ad populum. Sanctificamini: cras. n. fa- ciet dñs inter vos mirabilia, & istud necessario est in die transitus, quia tunc facta sunt mirabilia. ergo dicta fuerunt hac die 3. qui erat praecedens ad introitum in Iordanem, & dñr tunc dies tres euoluti, quia forte ista dicta sunt in illo die ad vesperum, & sic erant euoluti dies tres. Transierunt pracones per castrorum medium. Iosue mandauerat eis, vt praconizarent hac, quae hñr hic, & sic in hac tertia die facta est Iosue reuelatio de transi- tu Iordanis, sed non declarauit ipse immediate in spe- ciali, sed solum dixit in generali, qd facturus esset dñs mirabilia inter Israelitas sequenti die. Quando videbitis arcam domini Dei vestri. Hic ponitur qñ deberent Israeli- ta: moueri ad ambulandu, & mouendum castra, & dñr qd qñ arca portaretur a sacerdotibus, oes moueretur ad procedendum secundum ordinem suum.

Duplex erat directium Iudaeorum in itinere post cessationem nubeculae. s. clangor, & arca. Et quod non erat idem modus professionis praecedente arca, aut nube. Quae. V.

SCIENDVM autem sicut supra dictum fuit, iā cessauerat nubecula dirigens Israelitas in itine- re, ideo indigebant directiuus ad procedendu: erat aut duplex directiuum. vnum ad assignan- dum tpa mouedorum castrorum: aliud ad signandu per quam viam pergere deberent. Prima erat, qd ad motum castrorum clangereretur tubis argenteis. de quibus Num. 10. & cum esset clangor prolixus, atque co- cificus, mouebant singuli tentoria sua colligentes sar- cinulas, & iste erat motus castrorum. Secundum dire- ctiuum erat ad dirigendum in via. nam dato qd Israe- litae per clangorem tubarum scirent quando mouen- da essent castra, tñ nescirent per quam viam eundum erat. adhuc ergo egebant alio directiuo, & istud erat arca, quia illa praecedebat per via qua ituri erant Israe- litae, & eam videntes sequebantur. Cum vero nubes di- rigeret Israelitas per desertum, ipsa vtrique explebat officium. nam dabat signum ad tempus mouendi ca- stra, nam toto tempore quo nubes pendebat super ta- bernaculum, Israelitae manebant in castrametationi- bus suis, siue magno tempore, siue paruo maneret nu- bes. cum autem recederet de tabernaculo, monebat castra Israelitae sm ordinem suum, primo filij Iuda q- erant ad partem orientalem, & aliae duae tribus existi- tes sub vexillo eius, & qñr aliae sm ordinem, qui habe- tur Num. 10. & ista nubes ab omnibus Israelitis vide- batur, siue stans, siue recedens, vt patet Exo. 40. cu dñr. nubes quoque dñi incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte videntibus populis Israel per cunctas mansiones suas, & hoc quidem proficiebat, siue Israe- litae castra mouere deberent per diem, vel per nocte. nam per noctem apparebat figura ignis lucentis, & vi- debatur an staret, vel moueret, & sm hoc scirent Iu- daei an castra mutanda forent, vel manendu. Et qñ raro Iudei castra mouerent p nocte, & tñ si qñ contin- geret, qd mouerent, ita videbant signu motus castro- rum in ipse ignis, sicut in die in columna nubis. sic pa- tuit in transitu maris rubri. nā tunc p noctem transie- runt Israelitae, & colūna posita est inter Aegyptios, & Israel illuminans Israel, & excecans Aegyptios, vt to- ta nocte non possent Aegyptii irruere in Iudaeos, vt pa- tet Exo. 14. cu dñr. stetit nubes inter castra Aegyptioru & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans nocte, ita vt ad se toto noctis tpe accedere non valerēt. Nubes quoque ista in via dirigebat. nā ipsa praecede- bat Israelitas eleuata, ita vt in motu suo videri posset ab oibus, sicut ante videbatur stans, & qua via perge- ret, illac Israelitis currendum erat. quo mō dato. sola nubes

Expositio hebraeoru.

nubes Iudæis sufficiebat. Nunc vero ea cessante non sufficiebat vnū signum. nam q̄q̄ clangor argētearum tubarum esset conueniens signum mouendorum castrorum, tñ non erat ad dirigendum in via. Arca ēt testamenti q̄q̄ præcedens viam monstraret Israelitis, tñ non erat signū conueniens Israelitis ad mouendū castra, quia non poterat videri qñ mouebatur, vel quando stabat. Et qñ dixerunt hic præcones, q̄ cum Israelitæ viderent arcam Dei, q̄ mouerentur: non est sensus, q̄ arca sola esset eis signum mouendi, sed prius clangebatur buccinis, & tunc Israelitæ parabant se ad gradiendum tollentes castra quæ fixerant, & tunc respiciebant per quam partem iret arca dñi, & per illā pficebantur. Cōsiderandum ēt, q̄ omnibus istis adhuc assignatis non erat idem modus profectiois, qñ nubes præcedebat dirigens Israelitas, & qñ præcedebat arca, nam nubes solo iudicio angeli, qui in ea erat, mouebatur, & hebræi nesciebant quo itura foret, sed quocunq̄ue pergeret, sequebantur. In arca autē præcedente, sic fieri non poterat, quia ipsa non mouebatur ab angelo, sed a sacerdotibus, vt patet hic, vel a Leuitis, vt dicitur Num. 4. c. necesse erat igit, vt prius Israelitæ concordarent, qua via eis pergendum erat, siue p̄ diuinum oraculum, siue humanum consiliū, & tunc princeps dicebat sacerdotibus portantibus arcam, per talem viam procedatis, & in tali loco consistite. & tūc sacerdotibus ista complentibus, totus populus vidēs arcam mouebatur, vt dictum est, quouisque arca quiesceret, vel quouisque assignaretur a Iosue, hoc autē dñs, quia in transitu Iordanis arca præcessit Israelitas ad intrandum in fluuii altueum, sed ipsa manente in fluuijo, transferunt omnes Israelitæ, & postea arca incepit præcedere, vsque ad locum castrametationis.

Quare post mortem Moysi cessauit nubes, & successit arca, Et an fuerit in terra Chanaan necessaria nubes.
Quæst. V I.

N V N c autem aliquis inquit, quare post mortem Moysi cessauit nubes, & successit arca. Respondendum est: q̄ Deus prouidere voluit Iudæis in eis in quibus ipsi per se insufficientes erant, sicut non poterant in deserto habere cibos: ideo Deus eis manna de celo contulit: vt patet Exo. 16. & hoc quidem non datum est, quouisque defecisset panis, & Israelitæ clamarent pro alimento. Ita, & de vestibus factum est, atque calcamētis. nam annis 40. mansit Israel in deserto, & his nō cōmunicauit cum aliqua gente, quæ ei in necessarijs vestibus, & calceis sufficere posset: Deus igitur fecit, vt vestes & calcei educti de Aegypto sufficerent eis vsq; ad introitū terræ Chanaan, vt patet Deut. 8. c. ita & in directione itinerum factum est. nam terra illa per quā ibant Israelitæ erat deserta, & inuia, ita vt nesciret quā pergendum eis erat, & dato q̄ scirent aliquā viam, nesciebant per quam partem terræ Deus vellet ingredi Israelitas, dedit ergo Deus nubem dirigentem p̄ diem & speciem ignis per noctem. Hæc autem necessitas non mansit in terra promissionis, nam cū Iudæi tunc essent in terra populata, non erat eis necessarius motus nubes, ipsi nāque scirent ad quas ciuitates, vel loca moueri vellent, & ad hoc sufficiebat eis arca p̄cedens per viam illam, quam ipsi determinassent, in deserto autem non sufficisset motus arcæ. nam non fuit arca fabricata, vsque ad mōtionem Synai: vt patet ex processu Exodi, ergo vsque ad montem Synai non haberent aliquid quo dirigerentur, Item adhuc post fabricationem arcæ non sufficiebat motus eius ad dirigendum in via, quia arca ab hominibus ducebatur. necesse erat ergo hoc modo, vt homines portantes præco-

F gnoscere viam: sed hoc non contingebat per solitudinem illam magnam: ergo non sufficeret arca. Nisi forte dicamus secundum insaniam Ra. Salo. f. q̄ arca portantes se, de quo infra dicitur: necesse erat igitur dari præcedentem nubem, q̄ angelico motu dirigeret, impotentibus hominibus regulare.

An in terra Chanaan conuenientius fuerit Israelitis dirigi nubem quam arca, vel e contra, aut interdum motu proprio. Et cur arca federis dicatur.
Quæst. V I I.

C O G N I T O q̄ non esset necessaria nubes ad directionem Israelitarum accedentiū ad terram promissionis, inquirendum est an conuenientius erat dirigi per nubem, vel per arcam, aut interdum motu proprio. Respondendū est conuenientius fuisse in terra promissionis non dirigi per nubem, quia varius modus procedendi Israelitarum erat per desertum, & in terra Chanaan. nam per desertum procedebant directe via sua, non sectentes se ad aliquam partem. In terra autem Chanaan, non erat eis recto itinere procedendum, sed nunc ad vnā ciuitatem, nunc vero ad alteram sectebantur. Itē non conueniebat propter motus bellicos, quia postquam Israelitæ introierunt, in terram Chanaan, tota vita eis in bellis ducenda erat, quouisque tubiceret hostes habentes sufficientem terram ad habitandum. cum autem semel adepti essent terram, non egebant aliquo directiuo viarum, quia iam quietendum eis erat. cū autem in bello manerent, non cōueniebat eis nubem, quia valde varius est motus bellicus. nam interdum standum est, nunc vero huc atque illuc discurrendū, vel prosequendo, aut fugiendo, & in hoc nulla regula necessaria est, nisi habitudo hostium, quia per hos sciri potest, an deceat huc vel illuc moneri, stare, vel progredi. Si autem nubem haberent Israelitæ dirigentē, oportebat eos respicere motum nubes, & non habitudinem hostium, & respicientes eam disturbarent ab eis, quæ agerent alias. In hoc ergo bellico tumultu nō fuit necessarium aliquid directiuum, sed prudentia pugnatorum, s̄m dispositionem hostium sufficienter dirigens. Non igitur conueniens erat directio nubes Israelitis post ingressum in terram promissionis, nec ēt arca, quia raro castra mouebatur simul, sed manebant in Galgalis apud Iericho, aut in alio loco, & pars virorum pugnatorum procedebat ad bellum, vt patet infra 7. & 8. reliquis manentibus in castris, & tunc non præcedebat arca, nec aliquid alterum. Aliquādo vero omnes viri pugnatores procedebant ad pugnam, manentibus fixis Israelitarum castris, qui non procedebant ad pugnam. Aliqñ autem castra mouebantur simul ad aliquem locum, & tunc arca domini præcedebat, & sic factum fuit hic. *Quando videritis arcam domini Dei vestri.* s. quando videritis eam præcedentē post clangorem tubarum qui præcedebat ad motum castrorum. In hebræo dicit. *Quando videritis arcam Deum vestrum.* Et tñ non potest legi ista litera intransitiue, s. vt arca sit Deus, hoc enim nullus existimat, sed intelligendum est possessorie, s. quom videritis arcam Dei vestri. Sed in hebræo ponitur illa litera, quia nō est differentia in casibus, cum nō sint ibi variæ terminationes, & formatiōes casuales, sicut inter Latinos, & Græcos, sed solum distinguuntur casualia per habitudines q̄ ponunt inter Iudæos, & non inter Latinos, & quæ hic non ponit aliqua habitudo possessoria, in hebræo legunt intransitiue. s. qñ videritis arcam dñm vestrū, q̄ tñ iste modus nō pot stare, reducendum est ad habitudinem possessoriā intransitiuam, vt dicatur arca Dei vtri. Aliqui hebræi aliter legunt, dicentes istam literā esse dimi-

4. c. huius q. 20.

Viri potentes & excellentes quique uocantur sacerdotes.

A diminutam. s. q̄ intelligatur ibi copulatiua, & s. qñ videritis arcam, & Deum vestrum, quia cum arca erat Deus, cum diceretur federe inter Cherubin, vt patet 1. Reg. 4. & 2. Re. 6. sed conuenientior est litera nostra. nam quamquam large diceretur federe Deus super propitiaria arce inter duo Cherubin, tamen præcedente arca nihil videbant Iudæi nisi arca. non diceretur ergo cōuenienter, quando videritis arcam, & Deum vestrum: sed quando videritis arcam Dei vestri. Vocatur ista arca federe, quia in se continebat fedus quod pepigit Deus cum Israelitis. fedus enim pactum, vel compositio est, & in hoc aliquid Deus obseruare promisit, & aliquid Iudæi. Deus promisit, q̄ acciperet Israelitas in gentem sanctam, & regale sacerdotium, & populum peculiarem de cunctis populis terræ, & q̄ eis specialia faceret beneficia, vt patet Exo. 19. ca. Israelitæ autem promiserunt omnia mandata Dei obseruare, vt patet Exo. 19. & 24. Et quia prima mādatura fuerunt ipse decalogus, qui lapideis tabulis scriptus in arca reconditus erat, dicebatur illa arca federe. s. cōtinens compositionem Dei, & Iudæorum. *Et sacerdotes stirpis Leuiticæ.* Non vocantur hic sacerdotes stirpis Leuiticæ ad dñam aliorum sacerdotum, quasi aliqui alii essent sacerdotes inter Iudæos præter hos, sed vocantur sacerdotes stirpis Leuiticæ, quod sic verū erat, q̄ erant de stirpe Leuiticæ. Quamquam aliqñ accipiendū sacerdotibus valde large pro viris potentibus, & excellentibus s̄m varietatem hebraicæ æquiuocationis, alii sunt sacerdotes præter filios Leui. & sic dñs de filiis David, filij autem David erant sacerdotes, vt patet 2. Reg. 8. c. constat autē sacerdotes facientes sacra in sola tribu Leuiticæ fuisse, & si quis extraneorum vellet ministrare, moriebatur: vt patet Num. 3. & 18. sicut factū est in Chore, & Dathan, atque Abiron, cæteri q; eorū complicibus cum ministrare voluerunt vsurpantes sacerdotium, vt patet Nu. 16. Ideo nullus de tribu Iuda de qua erant filij David, fuit vnquam sacerdos. sic ait Apostolus ad hebræos. c. 7. in quo. n. hæc dñs de tribu Iuda est, de qua nullus altario præsto fuit. manifestū enim q̄ de Iuda ortus est dñs noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est Moyses. *Portantes arca.* Ecce iubet hic Deus, vt sacerdotes portent arcam. & hoc speciale fuit, quia sacerdotibus non competeat portare arcam, sed Leuitis, ad quos pertinebant minores ministraciones.

Diuisio tribus Leui per Leuitas, & sacerdotes, & de familijs Leuitarum, & officijs eorum distinctis.
Quæst. V I I I.

P R O quo sciendum est, q̄ tribus Leui, prima sui diuisione diuidebat in tres familias, scilicet Chaathitas, Meraritas, Gersonitas, vt patet Nu. 3. & 4. & hoc quia Leui habuit tres filios, s. Chaath, Merari, & Gerson, vt patet Exo. 6. postea autem diuiduntur alia familia specialiores p̄ nepotes Leui, de quibus habetur Num. 26. In familia autē Chaathitarum fuerunt Amranitæ, quia Amram fuit filius Chaath, vt patet Exod. 6. filij Amram sunt Moyses, & Aaron. De Aaron egressi sunt sacerdotes, præter familiam ergo Aaronitarum oēs alij, siue Chaathitæ, siue Meraritæ, siue Gersonitæ, vocabantur Leuitæ: solum autem diuisit Deus istis ministeria, quia Aaronitis dedit, q̄ ministrarent in sanctuario in sacrificijs, & oblatione thimiamatis quotidiani, & panibus propositionis, & apparatione candelarum, quæ erant ministeria sanctuarii, ad hæc autē nulli accedere licebat, nisi Aaronitis. si autē aliorum quisquam accederet, moriebatur, vt patet Nu. 3. & 18. hos autē pro sanctitate ministeriorū sacerdotes appellauit, reliquos autem vocauit Leuitas

Hebræi nō seruant varietatē in casib⁹, nec numeros, nec personas vide infra q. 19.

A nomine tribus suæ, & quia erant 3. familiae Chaathitarum, & Gersonitarum, atque Meraritarum distinctis eis officia. erant tñ eis oia officia circa sanctuarium, vt patet Nume. 1. s. tribum Leui noli numerare: nec ponas summam eorum cum filijs Israel: sed constitue eos super tabernaculum testimonij. i. da eis officia ministracionum pertinentium ad tabernaculum. Omnibus autē eis, tam Leuitis quam sacerdotibus erat vnū cōe. s. q̄ excubarent in circuitu sanctuarij, figentes ibi tentoria sua s̄m ordinem assignatum eis, vt patet Nu. 3. c. Nullus autem de popularibus poterat figere tentorium suum apud sanctuariū, qñ moreretur, vt patet Num. 1. c. In alijs autem officijs differebant sacerdotes, & Leuitæ: & Leuitæ inter se. nam cum ad oēs familias Leuitarum pertineret portare sanctuarium, tñ non portabant easdem partes, sed distinctum est totum sanctuarium in tres partes. Nam quædam erant in sanctuario, quæ erant vela vtriusq; filij, & nō erant partes sanctuarii, sicut arca, & candelabrum, & altare holocaustorum, atque thimiamatum, & mēsa propositionis cum vasis eorum, & labrum æneum in quo lauabantur sacerdotes, & vasa singulorum. Ista oia pertinebant ad Chaathitas, qui portabant ea inuoluta vestimentis rubeis, & hyacinthinis super humeros suos impositis vestibus. prius tamen, q̄ ipsi portarent, sacerdos tegebant ea vestimentis, atque ligabant. nam Leuitæ non poterant accedere ad ista, cum essent nuda, alioquin morerentur. de his omnibus Num. 3. & magis. 4. c. Alia autē quæ erant in sanctuario, erant partes eius, sed istæ erant duplices. Quædam. n. erant partes duræ, sicut tabulæ, & columnæ, & bases, atque capitella, & ista pertinebant ad Gersonitas. ipsi enim portabant ea cum mouerentur castra, vt patet Nume. 3. & 4. cap. Alia autem partes sanctuarii erant molles, sicut cortinæ, & saga, atque pelles rubricatæ, & hyacinthinæ, & vela, atque tentoria, quæ operiebant tabernaculum, & circundabant atrium. Ista autem pertinebant ad Meraritas, vt patet Num. 3. & 4. Sed differebat portatio ista, quia Chaathitæ ferebant onera sua humeris per vectes. Gersonitæ autem, & Meraritæ portabant in plaustris, vt patet Num. 7. c. Rō diuersitatis est ponderositas eorum quæ portabantur.

Totū sanctuarium erat diuisum in 3. partes.

D Ad hos Leuitas pertinebat deponere tabernaculū, cum castra mouenda forent. & ad eos pertinebat erigere, cum locabantur castra.

Depositiō tabernaculi quæ fieri solebat.

Modus autem horum erat, q̄ cum nubes recederet de super tabernaculum, & mouenda essent castra, vt patet Exo. 40. & Num. 9. ingrediebantur sacerdotes in sancta Sanctorum, & cooperiebant arcam, deponētes velum, quod ante eam erat, & operiebant altare thimiamatum, & holocaustorum, & labium æneū, candelabrum aureum, atque propositionis mensam cū vasis suis, singula vestimentis proprijs velabant, & sic dimittebant. Chaathitæ autem tunc ingrediebantur sanctuarium, tollentes onera sua, quæ aptata reperiebant. Meraritæ ibant in sanctuarium, & deponēbant cortinas, & omnia velamenta, atque aptantes in onera sua ferebant in plaustris. manebant autem tunc tabulæ nudæ, & columnæ, atque bases, & tunc Gersonitæ venientes hæc portabant in plaustris. In figendo autem sanctuarium cum castrametabantur Israelitæ cōtrarius modus erat, quia tunc Gersonitæ figebant primo tabulas, & columnas s̄m ordinē dispositionis sanctuarii. post hæc Meraritæ appendebant cortinas, & cetera operimenta, atque vela super tabulas, & columnas s̄m ordinem, qui habetur Exod. 26. & 27. Chaathitæ autem nihil faciebant, sed deponēbant onera sua, relinquentes ea operata, sicut inuenerant. Postea autē sacerdotes, disponebant vasa illa locis suis tollentes vestimenta, & ligamenta soluentes, Chaathitis non licebat

In figendo sanctuarium qualis modus, quia cōtrarius.

bat hoc, quia nunquā debebant videre nuda vasa sanctuarii, vt patet Num. 4. c. Ex prādictis patet q̄ portare arcam non pertinebat ad sacerdotes, sed ad solos Chaathitas qui erant simplices Leuitae. Ad sacerdotes autem pertinebant ministraciones, quae fiebant in sanctuario. Hic tamen dicitur, q̄ sacerdotes portabant arcam. In quo dicendum est, q̄ generale erat Leuitas de genere alias de familia Caathitarum portare arcā. Sacerdotes tamen leguntur ter vel quater portasse arcam. Primo in transitu Iordanis, de quo habetur hic. Secundo in Iustratione Iericho quando per septem dies septies Iustrauerunt Israelitae ciuitatem, & arca domini cum illis, portabatur autem tunc arca a sacerdotibus, vt patet infra. 6. cum dicitur, vocauit autē Iosue filius Nun sacerdotem, & dixit ad eos: tollite arcā fēderis, & postea sequitur in eodem c. quomodo sacerdotes arcam portauerunt. Tertio legitur portata arca a sacerdotibus, in portatione eius de domo Obededō Gethai ad domum Dauid, vt patet primi Paral. 15. c. cum dicitur, q̄ dixerit Dauid sacerdotibus, vt portaret arcam. Quarto legitur portata a sacerdotibus in regressu ad sanctuarium, quādo exierat arca domini cū Dauid fugiente filium suum Abfalonem: & iussit sacerdotibus, vt reducerent arcam in sanctuarium. ibi enim dicitur quōd Sadoch, & Abiathar portauerunt arcam in sanctuarium, & tamē isti erant de maximis sacerdotibus, vt patet. 2. Reg. 15. c. *Vos quoque sequimini praeceperentes.* i. quando videritis arcam vos sequimini cunctes post eam, ex quo apparet, q̄ non erat hic idem ordo mouendi arcam qui erat in deserto, nam ibi precedebant sex tribus cum duobus vexillis, & deinde sequebatur arca cum toto sanctuario, & postea sex aliae tribus cum duobus aliis vexillis, vt patet Nu. 10. c. Hic autem arca praecedebat: causa diuersitatis est, quia in deserto Israelitae non dirigebantur per arcam, sed per nubē precedentem, ideo non oportebat, q̄ precederet. nunc autem quia non erat nubes praecedens dirigebat arca, ideo necesse erat, q̄ praecederet.

An arca praecederet necessario, & in quanta spatij distantia praecedebat hebraeos. Quae. IX.

Sed dicit aliquis, quōd arca non praecedebat, sed Israelitae ibant ante arcam: quia dicitur hic sequimini praecedentes. Respondendum est, arca praecedebat: alioquin nullum sensum haberet istud praecipuum, scilicet, quōd quādo arca moueretur, Israelitae ambularent. non enim esset conueniens directiū ad motum, nisi praecederet.

Item patet ex litera, quōd arca praecederet, quia dicitur. cum videritis arcam, & sacerdotes portantes eā, vos quoque sequimini, si tamen praecederent, non dicerentur sequi.

Item quia dicitur infra, quōd inter arcā, & Iudeos esset spatium duorum millium passuum, vt possent eam procul videre, ergo praecedebat arca.

Item quia dicitur, quōd arca distabat ab eis, vt ipsi scirent viam per quam ingredi deberent. necesse erat igitur, quōd arca praecederet: alioquin non monstraret viam. Et quando obijcitur, quōd hic dicitur praecedentes, respondetur quōd non ponitur praecedentes proprie, sed progredientes vel procedentes.

Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duum millium. Ita distantia ponebatur inter populum, & arcā propter duo.

Primo ad reuerentiā maiorem arce: vt ad eam nō accederent populares, & extimarent se indignos accedere, sic enim Deus magis honorabatur in estimatione nostra.

Secundo fiebat ad demonstrandum viam, vt omnes

viderent arcam. nam si arca iret in prima fronte praecedentium Israelitarum, soli ipsi viderent eam. cum vero spatium duum millium cubitorum distaret, videri poterat ab omnibus, & hoc videtur signari infra, cum dicitur. vt procul videre possitis, & nosse per quā viam ingredi debeatis. & forte ista est potissima causa, quam causa reuerentiae. nam in deserto eodem modo tenebatur arca in magna reuerentia. sed in medio Israelitarum portabant eam Leuitae, vt patet Numer. 10.

Vbi dicitur, *Sitque inter vos, & arcam spatium duum millium cubitorum.* In hebraeo dicitur. *Sitque inter vos, & ipsas spatium, &c.* Ita q̄ arca ponatur pluraliter.

An arca in qua portabantur ossa Ioseph ferebatur simul apud arcam Dei. Quae. X.

ET Rab. Salom. dicit hoc poni, quia erant duae arcae, vna erat arca fēderis Dei, & alia erat arca, in qua ferebantur ossa Ioseph: adiurauerat enim Israelitas, vt secum ducerent ossa sua, vt patet Gene 50. postea vero Moyses in exitu de Aegypto eduxit illa, vt patet Exod. 13. istam arcam ossium Ioseph dicebat esse simul cum arca fēderis. Sed dicendum est verum esse, quōd Israelitae portauerunt ossa Ioseph, & postea sepelierunt ea in Sichē, vt patet infra 24. cap. tamen ista non ferebatur simul cum arca fēderis. Multum enim videtur hoc detrahere honori arcae fēderis. nam inter omnes immunditias, quae sunt per simplicem tactum, nulla maior est, quam in morticino humano, vnde si quis in illo polluitur, est septem diebus immundus, & non poterat accedere ad res sacras, vt patet Num. 19. c. Quanto magis ergo ipsa humana morticina essent immunda, & pcula sanctuario? sed in arca fēderis erat maxima sanctitas Iudeorum, ergo procul inde esse debebat omne morticinum, & consequenter ossa Ioseph. nullatenus ergo conueniens erat, vt portaretur simul arca ossium cū arca fēderis. Sed aliquis forte dicit non esse aliquam immunditiam in ossibus Ioseph. esset tamen si ibi esset morticinum habens carnem, quae tabida est & immunda, & contagione sua omnia polluit, atque fetore conturbat. ossa autem a multis temporibus desiccata, nihil hoc habent.

Respondendum est, q̄ quamquam ad pollutionē naturalem, quae est secundum rem, maior sit pollutio in morticino habente carnes, quam in ossibus solum. tamen quantum ad pollutionem, quae est secundum opinionem, & positionem legis nihil differt. nā quale tempus immunditiae est, si quis tetigerit cadaver, vel ossa mortui hominis reperta in agro, vel sepulchrum aliquod, vt patet Num. 19. c. esset ergo immunditia in ossibus Ioseph, sicut si esset cadaver fetidum carnem habens tabidam. Item quod amplius est necesse erat, q̄ ille qui portaret cassam, vel arcam in qua erant ossa Ioseph, esset immundus. nam qui tangeret sepulchrū hominis mortui, erat immundus septē diebus, sed portans ossa Ioseph in arca super se portabat semper sepulchrū hoīs mortui: ergo semper erat immundus. Cōsequenter ergo nunquam accedere debebat ad sanctuarium, & a fortiori, nec ipsa arca in qua erant ossa Ioseph. De immunditia tangenti sepulchrum, patet Num. 19. cap. valde ergo absurdum est arcam ossium Ioseph simul esse cum arca fēderis. nam & tunc eque honorabilem vtranque simplices arbitrentur, cum ponerentur in loco aequaliter reuerendo: Deus nimis hoc zelabat, potissime, quōd daretur occasio idolatrādi. nam sicut cum Israelitae transierunt Iordanē, stetit arca domini donec omnes transissent, & manente ista, steterunt aquae immotae: exeunte autem fluxerunt.

fluxerunt, & signabatur hoc fieri a Deo, cuius sedus erat in arca illa, ita crederent Israelitae aliquam numinis virtutē fuisse in ossibus Ioseph ad tenendas aquas, nec fluerent in quo nimis diuino detrahebatur honori. Motiuum autem Ra. Sal. nullum est, quia quamquam ponatur hic pluraliter, tñ signatur in singulari. sed fit propter inconcinnam barbariem hebraici idiomatis. nō enim obseruat numeros, nec personas, nec ceteras conuenientias suppositi & appositi, & relationum & antecedentium, & satis apparet, quia cum supra etiam in litera hebraea, diceretur de arca simpliciter alias singulariter, adiunctū est relatiuum pluraliter dictum, & ponitur plurale cum deberet poni singulare. e contrario fit praecedenti c. cum dicitur de exploratoribus tollensque mulier viros abscondit eum. debebat tñ dici eos. ibi declaratum est de hoc. solum igitur erat arca fēderis. & sic dicit Ra. Dauid Canhi, quōd accipitur pluraliter pro singulari.

Spatium cubitorum duum millium. Est cubitus secundū quodam spatium pedis & dimidij: fm alios est spatium duorum pedum. Quantum ad primum modum dicitur, q̄ inter arcam & populum erat spatium trium millium pedum. Per secundam opinionem dicitur fuisse spatium. 4. millium pedum. Qualitercunq; autem fit: erat inter populum, & arcam satis magnum spatium.

An inter arcam & populum erant duo mille cubiti, ideo vt possit populus venire ad orandum in sabbato, an ob aliud. Quae. XI.

Dicit Ra. Sal. q̄ istud spatium constitutum fuerat inter arcam, & populum, & non maius, vt populus haberet licentiam veniendi circa ipsam ad orandū in Sabbato: nam tñ eis progredi licebat in Sabbato. si aut, amplius distaret arca a sanctuario, non potuissent ad eam accedere oraturi. Ad hoc dicendum est, non fuisse hanc intentionē Dei iubentis. & primo possēt argui ex fundamentum ipsius Ra. Sa. f. q̄ arca erat distans a populis pp reuerentiam. ergo et in sabbato ad eā accedere nō possēt, quia tñc nō maneret reuerentiā hęc. Sed hoc abiecto dicendum est nō posse stare. nā hoc non erat pro quolibet die, ita vt eueniret sabbatū dñi sic arca moueretur ante Israelitas, sed solum pro ipsa die qua trāsierunt Israelitae Iordanē. sed in vespere ad eandem mansionē perueniunt Israelitae & arca Dei. sin Galgalan in caepstribus Iericho, vt patet infra. 5. c. Et postea fuit arca simul cum Israelitis in castris in diebus sequentibus, qñ obfessa est Iericho, & Israelitae apud arcā ambulantes Iustrabant ciuitatē per dies septem, vt patet infra 6. c. Item dato, q̄ debuisset contuari via illa per dies multos, ita q̄ intercideret sabbatum mediū, vel multa sabbata: non ob hoc erat distantia duorum milliū cubitorū, quia quamq; arca praecederet Israelitas in via dum moueretur ad monstrādū viam, tñ quando castrametaturi essent, arca manebat. quod patet, quia si arca semper praecederet per duo millia passuum, nunquam Israelitae scirent locum castrametationis suae. necesse erat igitur, vt quando castrorum locus assumendus foret, arca consisteret, & Israelitae mouebantur quousque peruenissent ad locū illum, in quo arca quiescisset, & ibi figebant castra. cū ergo perueniret dies sabbati, & quiescerent Israelitae: necesse erat, vt arca esset in eadem mansionē, in qua Israelitae. ideo poterant tunc orare qualitercunq; vellet, nec oportebat moueri per duo milliaria passuum. nihil igitur ad hoc faciebat, magis distare arcam ab Israelitis in via per duo millia passuum, quam p quatuor millia, vel amplius.

Alph. Tost. super Iosue.

Dicendum igitur q̄ ratio assignata per Rab. Salom. non est vera, neque conueniens. Sed sciendum quōd duo erant hic. s. populus non habebat signum ad cognoscendum viam per quam progressuri erāt trans Iordanē & indigebat illo. & ad hoc puidit Deus dando quōd arca praecederet populum distando per duo millia cubitorum: quia sic arca praecedens ostenderet eis viam. quod non possēt fieri si arca iret inter eos, vel parum eos praecederet. quia si inter illos iret, non dirigeret: quia dirigentem oportet praecedere. si autem praecederet, & tamen iuxta eos, non videretur nisi a paucis, s. ab illis qui essent in fronte exercitus. volebat tamen Deus quōd videretur a tota multitudine. ideo debuit praecedere longo intervallo. & hoc fuit taxatum a Deo quōd esset spatium duorum milliū cubitorum. Ambo praedicta patent in litera cum dicitur. sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duorum milliū, vt magis procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam. In quantum dicitur vt magis procul videre possitis, datur primū, scilicet signum directiū, quōd cum arca praecederet eos per duo millia cubitorum viderent eam de procul, s. totus populus tam qui erāt in vna parte praecedentiū, quam qui erant in alia parte opposita multum distante: quod nō fieret si arca esset inter eos, vel iuxta eos. In quantum autem dicitur: & nosse viam per quam ingrediamini: pertinet ad idem, s. quia arca praecedēs magno intervallo ostenderet eis viam quam sine signo taliter praecedente non cognoscerent. In quantum dicitur, quia prius non ambulastis per eam, signatur necessitas signi, s. quia si Iudaei ambulassent prius per terram illam, non indigerent nunc aliquo signo dirigente.

Est autem supponendum: quōd Iudaei nullum aliud signum habebant nunc ad dirigendum in via nisi arcam. quia si haberent aliquod aliud sufficiens signum, non daretur quōd praecederet arca. & ita dicendum quōd nunc non praecedebat nubecula in figura columnae quae solebat praecedere in deserto. quia si illa praecederet non daretur aliud signum.

Supradicta sententia est August. & glo. ordin. dicit enim, longe iustum est arcam praecedere vt possēt a populo videri. tam grande enim agmen erat, quōd si post eam proxime pergeret, nō eam videret perire: nec nosset qui sequerentur. ex hoc innuitur quōd columna nubis quae solebat mouēdis castris signum dare, & iter ostendere, iam recesserat: neque eis apparebat.

Vt procul videre possitis. Hic ponitur causa huius distantiae arcae ab Israelitis, scilicet arca praecedebat vt monstraret viam. tamen si solum praecederet paruo spatio ante frontem castrorum, non possent videre omnes Israelitae arcam praecedentem, sed soli qui praecederent in prima fronte. cum autem distaret duobus milliibus passibus, possent omnes qui in castris erant videre propter distātiā: & satis notatur cum dicitur, vt procul videre possitis, id est sic in magna distantia poteritis eam videre, & aliter non.

Et nosse per quam viam ingrediamini. Id est motus arcae declarabit vobis per quam viam debeatis moueri: non poterant omnes Israelitae ire per vnam viam in successione. nam sic valde longum agmen texeretur: sed praecedebant simul quidam per viam, alij per deuia. & quia aliqui eorum non tenentes viam nescirent contra quam partem gressus dirigere deberent, oportuit vt viderent arcam praecedentem: & sic cognoscerent quōd pergendum foret.

Cum autem nubes dirigebat Israelitas, nō tantum distabat ab eis: sed praecedebat frontem primae aciei

H uibus

tribus Iuda, videbatur tamen ab omnibus, quia erat in sublime eleuata, de arca non poterat sic esse, cum portaretur a sacerdotibus.

Quia prius per eam non ambulastis. Quasi dicat, arca ponitur precedens ad dirigendum vos in via, quia non ambulastis ante hoc in via hac, ita vt eam cognoscere possitis. hoc ponitur, quia nunc erat nouiter facta mutatio dirigentis in via. haec enim direxerat nubes precedens, nunc vero non precedebat. ideo oportebat dari aliquod directiuum, & dabatur arca secundum modum assignatum supra.

Litera Hebraica.

In Hebraeo dicitur. Quia non ambulastis eam ab heri, & nudius tertius. Ista aduerbia temporalia secundum propriam significationem inducunt dies tres, scilicet quia a tribus diebus ante hoc non ambulauerant per hanc viam. & sensus est, quod nunquam ambulauerant per viam istam. istum modum loquendi sequitur Apostolus ad Hebr. ca. 13. vbi volens signare aeternitatem Christi, & quod nunquam cepisset, nec esset finem accepturus: ait. Christus est ab heri, & hodie, & ipse vsque in secula. per heri & hodie signat carentiam principij temporis a parte ante.

Et caute ne appropinquetis ad arcam. Forte Israelite, vt velociter ambularent, vellent appropinquare ad arcam festinantes, hoc autem Deus vetat. Causa huius est ipsa propter quam datum est mandatum: nam non cognoscebat Israelite viam, sed cognituri erant precedente arca, hanc autem videre non poterant si propinqua esset primae fronti precedentium Iudaeorum. De cuius ergo, vt non mouerentur festinantes ad appropinquandum ei, si quis autem contra preceptum hoc conaretur festinanter appropiare arca, tanquam contemptor diuinae iussionis moreretur, & cum dicitur, quod distarent ab arca Iudaei duobus millibus passuum, non est sensus, quod praecise duobus millibus distarent, nam hoc cognoscere non possent Israelitae, sed an duobus millibus, vel amplius, aut minus. sed vocatur hic spatium duorum millium passuum, tantum quantum intelligeret Iudaei esse duo millia legem.

Dixitque Iosue ad populum. Istud fuit dictum in tertia die postquam recesserunt de Sethim cum complebatur tres dies, de quibus ibi dictum fuerat, praeparamini quia post tres dies transibitis Iordanem. & patet, quia sequenti die fuit transitus Iordanis, cum infra dicitur, sanctificamini quia cras faciet dominus inter vos mirabilia, quod in transitu fuit.

Sanctificamini re quid im portet.

Sanctificamini. Quidam de expositoribus nostris dicunt sanctificationem istam fuisse, quod continerent Israelitae ab vxoribus suis in die ipsa, quia propter honorem apparituri miraculi in crastinum a coniugalibus amplexibus ad tempus cessandum erat. hoc autem dicunt, quia in datione facta legis in monte Synai iussum est, vt Israelitae lauarent vestimenta sua, & abstergerent ab vxoribus vsque in diem tertium, vt patet Exodi 19. an vero hic similiter esse debuerit non apparet. Dicunt Hebraei, quod sanctificare significat hic apparitionem, & sic multoties accipitur, vt patet Num. 11. populo quoque dices sanctificamini, cras enim comedetis carnes, id est stis parati ad comedendum carnes in crastinum accepturi coturnices. & iste videtur conueniens modus, scilicet quod Israelitae essent parati ad videndum miraculum, quod Deus facturus erat, ista admonitio erat ad maiorem attentionem. nam Israelitae si non admonerentur, non multum accederent sequenti die ad miraculum. & sic contemneretur, vel minus aestimaretur miraculum Dei, quam rationale foret, debuerunt ergo praemoneri, vt sic essent solliciti quid facturus esset dominus. Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Quasi dicat, non erunt mirabilia ad temporaria nimis distantia, sed cras, nec erunt procul a vobis in

gente alia, vel loco, ita vt videre non possitis, sed inter vos. ideo attendi valde esse debetis, attendi ad contemplandum hoc. Fuit autem istud mirabile in diuisione aquarum Iordanis, quia sequenti die nullum aliud miraculum fuit. Et ait ad sacerdotes. Hoc quod hic dicitur ad alterum diem pertinet, scilicet ad quartum diem, in quo fuit transitus Iordanis, nam in die tertio non acceperunt sacerdotes arcam ad precedendum populum, sicut dicitur hic. Hic patet, quod supra dicebatur, scilicet sacerdotes portauerint arcam hac vice in transitu Iordanis, & non Leuitae Chaathitae ad quos ex officio pertinebat, vt patet Num. 4. cap. & hoc fiebat ad maiorem reuerentiam: etiam non erat aliquod inconueniens, quod sacerdotes explerent ministeria Leuitarum, erat tamen inconueniens, quod Leuitae vsurparent ministeria sacerdotum. minores enim nunquam possunt in id in quo maiores, sed maioribus semper licent ea quae minoribus. & sic est de sacerdotibus minoribus ad ministracionem summi sacerdotis. Tollite arcam faderis, & praecedite populum. In duobus erat hic motus arcae differens a monibus consuetis. Primo, quia in alijs consueuerat ire in medio procedentium, vt patet Num. 10. c. nunc vero precedebat totum populum.

Secundum erat, quia consueuerat arca portari a Chaathitis qui sunt Leuitae simplices, vt patet Num. 4. nunc vero a sacerdotibus portabatur, & patet ex hoc, quod ante dicebatur, scilicet, quod non deberet populus praecedere arcam: sed magis e conuerso, & hoc fuit in motu castrorum. nam die quarto, cum castra mouenda erant, facta clangore tubarum qui fieri debebat in motu castrorum, vt patet Num. 10. cepit arca portari a sacerdotibus, & per eam partem qua ipsa tendebat, alij Israelitae mouebantur. nam die precedenti hoc publicatum fuerat a praecomibus per castra, vt patet supra cum dicitur, quando videritis arcam faderis Domini Dei vestri &c.

Quomodo Israelitae obedierunt Iosue, quando iussit sacerdotibus portare arcam, quia videbatur agere contra legem. Et quod officia sacerdotalia tempore necessitatis Leuitis conueniebant. Quae XII.

Quia iussa complentes tulerunt, & ambulauerunt ante eos. Hoc ponitur, quia forte aliquis putaret quod sacerdotes reculerent hoc facere. nam erat officium Chaathitarum portare arcam, vt patet Num. 4. quod autem sacerdotes hoc vellent, videbatur vsurpatio ministerij Leuitarum. potissime, quia ante hoc, nunquam fuerat consueta talis portatio. Postea autem aliquando facta est, scilicet facta legitur, vt supra declaratum fuit. Ratio tamen quare sacerdotes non debebant recusare, erat, quia Deus dederat mandandi auctoritatem Iosue non solum super populares, sed etiam super sacerdotes, nec solum super minores, sed etiam super summum sacerdotem, vt patet Num. 27. ca. cum dicitur, pro hoc si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulat dominum, ad verbum eius ingredietur, & egredietur ipse, & omnes filij Israel: cum ergo iuberet hoc, tenebantur obedire. Sed obijciat aliquis quod tenebantur Israelitae obedire Iosue, quando mandatum suum non contineret intolerabilem errorem, vt pote, quia esset expresse contra legem Dei, in qua Iosue non poterat dispensare, nec eam mutare. Iosue autem mandante oppositum, non tenebantur, sed talia mandata poterat, pro quibus totus populus tenebatur cum lapidare, vt si iuberet ire ad colendum Deos alienos, vt patet Deuteronomio 13. & 17. sic autem videbatur esse in hoc mandato, quia iubebat vsurpari officium Leuitarum a sacerdotibus, ergo non debuit ei obediri. Respondendum est, vt supra dicebatur: quod quando maiores

maiores ministrant in officio minorum, nunquam est vsurpatio, sed quando ministrant minores in officijs pertinentibus ad maiores. sacerdotes quippe agebant quae Leuitae consueuerunt, nulla vsurpatio est, nec poena dignum. si autem Leuitae attentarent facere, quae sacerdotes, vsurpatio est, & mors infligenda est. sicut patet in Chore & focijs eius. Num. 16. Hic autem Iosue praecipit sacerdotibus, explere ministeria simplicium Leuitarum: nihil ergo vsurpari iussit, aut contra legem agi. Effet tamen aliqua vsurpatio si iussisset, vt Leuitae facerent sacrificia, vel offerrent thimiam coram domino, & si talia iuberet, non erat obediendum ei, donec constaret, quod ista Deus iuberet: quamquam ex necessitate officia sacerdotalia aliquando Leuitis licuerunt, vt facere sacrificia iugulando & decoriando, & ceteras sacrificiorum caeremonias complendo, sacerdotum est tamen Leuitae aliquando fecerunt, scilicet tempore regis Ezechiae, quando purgauit Sanctuarium ab immunditijs, quas ibi posuerant reges priores, & cum essent pauci sacerdotes consecrati, qui non sufficiebant ad explendas caeremonias sacrificiorum, adiuerunt eos Leuitae, vt patet 2. Paralip. c. 29. cum dicitur, sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere, vt pelles holocaustorum detraherent. vnde & Leuitae fratres eorum adiuerunt eos, donec impleteretur opus, & cetera recitarentur antistes. Item consenserunt sacerdotes verbis Iosue, quia ipse erat propheta cui Deus loquebatur, vt patet supra. 1. c. & erat vir, in quo erat spiritus Dei, vt ipse Deus testimonium perhibuit Num. 27. cu dicitur, tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, & non solum erat in eo spiritus Dei & sapientia: sed etiam erat plenus hoc spiritu, sicut patet Deuter. 34. c. cum dicitur. Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiae, quia posuit super eum Moyses manus suas. non erat ergo verisimile, quod iste aliquid contra Dei legem & voluntatem mandaret. obediebant ergo ei simpliciter Israelitae, quicquid ab eo dicebatur, a Deo iussum esse putantes.

1. Reg. 16. Supra 1.

Dixitque Dominus ad Iosue. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, vt sciant quod sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem praecipe sacerdotibus, qui portant arcam faderis, & dic eis. Cum ingressi fueritis partem aquae Iordanis, stete in ea. Dixitque Iosue ad filios Israel. Accedite huc & audite verbum Domini Dei vestri. Et rursum. In hoc inquit scietis, quod Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananaeum, & Ethaeum Heuaeum & Pherezaeum, & Gergezuum quoque, & Iebusaeum, & Amorrhaeum. Ecce arca faderis domini omnis terrae antecedit vos per Iordanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam faderis domini Dei vniuersae terrae in aquis Iordanis, aquae quae inferiores sunt, decurrunt atque deficient, quae autem desuper veniunt, in vna mole consistent.

Alph. Toft. super Iosue.

Hic ponitur secundum huius cap. scilicet mandatum diuinitus complendum. Dixitque Dominus ad Iosue. Ista locutio fuit facta ad Iosue in die transitu Iordanis. quod patet ex sequentibus verbis, scilicet hodie incipiam te exaltare. & fuit hoc in transitu Iordanis.

Quomodo Deus loquebatur hic Iosue, & de modis loquendi ad eum, & ad Moysen: & in quibus locis. Et quare Iosue non licebat intrare in sancta sanctorum. Quae XIII.

Circa hoc aliquis quaeret: quomodo Deus loquebatur Iosue. Non enim potest responderi eo modo, quo respondebatur de Moyse. nam Moyse solitus erat Deus frequenter loqui: & hoc erat in tribus locis. Primus locus erat intra sancta sanctorum super propitiatorium. nam ibi erat angelus qui in corpore formato de aere formabat voces ad respondendum, de hoc Num. 7. cap. dicitur. cumque ingrederetur Moyses tabernaculum faderis vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin. vnde & loquebatur ei. Secundus locus erat ad ostium tabernaculi testimonij. vt patet Exo. 29. & Num. 12. vbi dicitur ibi constitutum, vt loquar ad te, atque praecipiam filijs Israel. & Num. 12. vocauit Deus Mariam & Aaron ad ostium tabernaculi, & locutus est ad eos. Aliquando Deus loquebatur Moyse in columna nubis extra castra: vt patet Exo. 16. & 33. cum dicitur. Ingresso autem illo tabernaculum faderis descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Non poterat fieri locutio Dei ad Iosue in quolibet horum locorum. nam non poterat fieri intra sancta sanctorum desuper propitiatorium. illuc enim nulli ingredi licebat nisi summo sacerdoti, & hoc semel in anno: vt patet Leuit. 16. & ad Hebraeos 9. immo non licebat alicui homini esse in toto tabernaculo, quando sacerdos magnus introibat in sancta sanctorum: vt patet Leuit. 16. cap. Moyse autem specialiter licuit ingredi ad sancta sanctorum quancumque voluit, vt patet Num. 7. cap. sed hoc fuit speciale, quia non fuit aliquis cui Deus tam familiariter vnquam loqueretur, vt patet Num. 12. & Deuteronomij 34.

Alia autem duo loca erant licita Iosue & cuiusque. nam in ostio tabernaculi cuiusque etiam populari stare licebat. quoniam cum Maria & Aaron murmurauerunt contra Moysen vocati sunt ad ostium tabernaculi, & ibi locutus fuit eis: vt patet Num. 12. cap. de alio autem loco, scilicet nube extra castra vel in castris, manifestum est quod postea Iosue accedere quancumque vellet: potissime cum ipse esset propheta, quia Deus ante hoc locutus fuerat ei, vt patet supra 1. cap. in quocumque ergo horum duorum locorum Deus ei loqui poterat.

Amplius etiam dici potest quod loqueretur desuper arcam. non quidem quando arca esset intra sanctuarium in propitiatorio: quia tunc non licebat vlli illuc intrare, sed cum esset foris: vt quado castra mouebantur, & portabatur per se arca a sacerdotibus. & sic aliquando Deus locutus fuit Iosue coram arca manente: vt patet infra 7. cum dicitur quod erat pronus Iosue coram arca: & dixit Deus ei. surge cur iaces pronus in terra? peccauit Israel &c. Causa diuersitatis, scilicet quare non posset intrare coram arca in sancta sanctorum, & tamen liceret ei & cuilibet alteri stare coram ea, erat: quia cum arca esset in sancta sanctorum erat nulla: cum vero extra esset, manebat cooperta pallijs: vt patet Numeri 4. etiam quia non licebat intrare

H 2 laico

laico in tabernaculum, nec videre aliquod de vasis sanctis, cum nuda essent. na ipsi Leuite qui humeris suis portabant ea, si viderent ea nuda, morerentur, vt patet Num. 4. & populus multus perijt, s. quinquaginta milia, & de populo Dei perierunt septuaginta viri, quia viderunt arcam Dei nudam, vt patet 1. Reg. 6. cap. Item causa principalis huius erat, quia quando erat arca Dei in sancta Sanctorum, erat gloria Domini super eam, s. Angelus in corpore assumptus de aere ad loquendum, & non licebat videri ab aliquo, nisi a Moyse. ideo sacerdos magnus intraturus illuc nihil videbat, sed ponebat ante se thymiana emittens fumum grossum, vt operiretur propitiatorium, & nihil posset videre, vt patet Leui. 16. c. & ibi de hoc late dictum est. Cum vero arca esset extra sancta Sanctorum, nihil horu ibi erat, ideo licebat Iosue, & cuilibet videre. de hoc magis declaratum est Leui. 16. Dicendum igitur, qd ista locutio Dei ad Iosue fieri potuit in tribus locis, s. super arcam operam non manentem in Sanctuario, & ad ostium tabernaculi, & in aliqua nube i castris, vel extra castra.

Quorundam obiectio contra predicta, scilicet, quod locutio ista non fuerit immediate facta a Deo ad Iosue. Et eius obiectio solutio. Et differentia excellentie Moyfi, & Iosue. Quasi. XIII.

ALIQVIS autem forte dicit, qd ista locutio fuit facta ad Iosue non immediate, sed mediante Eleazaro, quia Num. 27. c. dr de eo, pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos consulat dnm. ergo ad Eleazarum Deus loqueretur primo, & ipse ad Iosue. Rndendum est, qd non fuit facta ista locutio ad Eleazarum, deinde ad Iosue, sed immediate ad Iosue. nam ad hoc, qd Deus loqueretur Iosue mediante Eleazaro, oportebat, vt Iosue inquireret aliquid a Deo, & Eleazarus pro hoc consuleret. Deus autem tunc rnderet. hic tn nihil tale factum est, quia Iosue nunc non consuluit, nec fecit cōsuli dnm: sed Deus ad eum nihil tale cogitantem locutus est. & patet j. 7. quia cum conquereret Iosue coram arca Israel fugisse a facie hostium. Deus dixit: surge cur iaces pronus? peccauit Israel: manifestum est enim, qd ista verba non fuerunt dicta per aliquem mediatorum.

Quando autem Deus iussit, vt Eleazarus consuleret, p Iosue, si quid agendum foret. Rndendum est, qd verbum Dni erat dupliciter ad Iosue: vno modo per modum simplicis enunciationis: alio modo per viam rnsi ad iquisita. Primo modo loquebatur Deus ad Iosue non mediante Eleazaro, sed per seipsum, nec erat hoc in potestate Iosue, s. qno, & qn Deus ei loqueretur, iō de hac locutione pceptum nullum datum est, quia non erat in potestate Iosue. Secundus modus locutionis Dei ad Iosue per modum responsi non erat ad Iosue immediate, sed mediante Eleazaro qui cōsulebat dominum pro eo, sicut iussum fuerat. Et quantum ad istam viam secundam non auderet Iosue consulere dominum, quia non erat ei licitum intrare in sancta Sanctorum, cum non esset sacerdos magnus. Itē non licebat ei inquirere applicito Ephod, & rationali. Nullus ergo modus inquirendi ei manebat per se, sed per sacerdotem magnam Eleazarum. Et in hoc manifesta est magna differentia excellentie inter Iosue, & Moysem, quia licet Deus impleuerit sapientia Iosue, vt patet Deute. 34. c. tn nunquam fuit equalis Moyfi, quia Moyfes non inquirebat dominum per aliquem sacerdotem, sed ipse introibat in sancta Sctoru quotiescunq; volebat. vt patet Num. 7. & adhuc magis qd sacerdotes magni, illis enim solum semel in anno ingredi licebat, vt patet Leui. 16. & ad Hebræos 9. & ibi diuersitatis ratio posita est. de Iosue autem non fuit

sic factum, ideo qn Deus mandauit eum assumi in ducem populi, dedit ei immediate consultorem adiunā rem quātam ad ea quā a Deo perquirere vellet cum dictum fuit, pro hoc si quid agendum fuerit, Eleazar consulat dominum. Pater ergo, qd locutio Dei ad Iosue fuerit facta in vno de tribus locis, vt ex predictis colligitur. *Hodie incipiam te exaltare coram omni Israel.* Ante hoc Iudæi obediabant Iosue, quia dixerunt ei, sicut obediimus in cunctis Moyfi, ita obediemus tibi, vt patet supra primo. tamen nondum aliquid patuerat in Iosue propter quod deberent eum Israelitē nimis honorare. in die autem hac promissit ei Deus, qd exaltaret eum coram toto Israel. hoc fuit, quia fecit miraculū transeunte Israel Iordanem per siccum, & in hoc exaltatur Iosue, quia regēte eo populum factum est miraculum hoc. Item quia factum est scientie Iosue, & Deo sibi prius reuelante quam fieret. Ipse quoque dedit populo modum quomodo se haberent in transitu, vt patet in litera. Simili modo dixit Deus Moyfi, qd exaltaret Deus illum in monte Synai, qn audiente tota plebe locutus est cum eo, vt patet Exo. 19. cap. s. iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me omnis populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. & non dixit Deus hodie te exaltabo, sed hodie te incipiam exaltare, quia nō est facta tota exaltatio Iosue coram Israelitis die hac, sed adhuc magis eum postea exaltauit, quando orante eo stetit Sol contra Gabaon, & Luna contra vallem Hayalon, vt patet infra 10. cap. maius namque miraculum erat in statione solis, quā in diuisione, & siccatione Iordanis.

Quomodo est verum, quod in die isto incipit Deus exaltare Iosue, & an exaltatus fuit tempore Moyfi, & quomodo. Quasi. XV.

SE aliquis dicit, quomodo Deus dixit hodie incipiam te exaltare. nam multa miracula ante hoc facta fuerāt, per que poterat esse exaltatio. Respondet ad hoc Adamantius, quod hoc fuit, quia istud fuit in transitu Iordanis, in quo signatur baptismus, & ibi coepit exaltari Christus, & cōpleta est exaltatio sua in passione cum ait, multa prodigia in heremo facta sunt, & nusquam dicitur exaltatus Iesus. vbi vero trāsitur Iordanis, dicitur hodie incipiam te exaltare. exaltatio Iesu in conspectu populi a baptismo sumit exordium, cuius mors in Crucis exaltatione completur. Sed dicendum, qd iste sensus mysticus est. nam litera non agit hic de exaltatione Iesu Domini nostri, sed de exaltatione Iosue principis Iudæoru, qui habet idem nomen cum Deo nostro.

Et adhuc si quis vellet intelligere de Iesu Deo nostro, non vī satis verum, quia exaltatio sua potius videtur incepisse in natiuitate, cum Angeli annunciauerūt eum natum pastoribus, & cantauerūt Gloria in excelsis Deo. Luc. 2. c. etiam exaltatus est in aduentu magorum, & ortu stelle. nam vniuersa Ierusalem commota est ad eoru aduentum. Matth. 2. c. nisi forte dicatur, qd tunc fiebant opera mirabilia propter eum, sed adhuc ipse latebat, in baptismo tn apparuit, vel dicitur, qd in natiuitate, & aduentu magorum incepit ostendi, & statim occultatus est, ita vt neq; de eo fieret sermo: post baptismum autem cum manifestatus est, nūquā postea fuit occultatus, sed semper in publico apparuit & operatus est, quod ante baptismum non faciebat. Sed quicquid sit, dicendum, qd ista litera non intelligitur de Christo, sed de Iosue, & de illo verum est, qd incepit exaltari in transitu Iordanis. nam post illum semper continuata est exaltatio sua, & tamen ante transitum Iordanis in nullo exaltatus fuerat. Cum autem dicitur, qd ante illum transitū in deserto fuerant facta multa

multa mirabilia, concedendum est. & tamen illa non fuerant facta propter Iosue, sed propter Moysem. & iō non pertinebant ad exaltationem Iosue, cum nondū ipse esset princeps. nunc vero mortuo Moyse apud Iordanem, factus est ipse princeps. ideo tunc coepit exaltari, & non prius.

Sed obijcietur, quod prius inceperat exaltari Iosue. nam ipse pugnavit & vicit Amalechitas. Exo. 17. cap. etiam ipse ascendit solus in montem cum Moyse. Exo. 24. & 32. etiam ipse rediens cum exploratoribus mansit incolumis alijs pereuntibus. Nume. 14. etiam de eo iussit Deus, quod esset princeps totius populi, & quod ei obediret totus Israel, & summus sacerdos Nume. 27. & ista omnia sunt ante transitum Iordanis. Dicendum, qd ista & alia multa pertinuerāt ad laudes Iosue ante transitum Iordanis, & tamen non pertinent ista ad exaltationem, quia exaltatio non dicit quamlibet laudem, sed magnam & de re magna. talia autem fuerunt quā ad Iosue pertinuerunt post trāsitum Iordanis. ideo ab ipso transitu dicitur, quod cepit exaltatio & non prius. Secundo potest dici, quod etiam si omnia ista pertinerent ad maximam excellentiam Iosue, non facerent ad propositum, quia omnia illa fuerunt antequam ille inciperet esse princeps populi. Deus tamen non loquitur, nisi de exaltatione, quā fuit postquam cepit esse princeps. & ista non potuit esse ante transitum Iordanis, quia ibi mortuus est Moyse iuxta Iordanem, & assumptus est in principē Iosue, vt patet supra 1. cap. & hoc innuitur in litera, cū dicitur. Dixitque dominus ad Iosue: hodie incipiam te exaltare coram omni Israel, vt sciant quod sicut fui cum Moyse, ita & tecum sum. & sic intelligitur de tempore quod est post mortem Moyfi in ducatu Iosue. & ista est veritas. Tertio potest responderi quātum ad singula istorum, quod non fuerunt exaltationes. De primo dicendum, quod non apparet ibi magna laus Iosue, immo nulla: sed potius laus omnis Moyfi, quia dicitur quod quotiescunq; Moyse orando teneret manus eleuatas, superabat Iosue Amalechitas. cum autem Moyse deprimeret manus, vincebatur Iosue ab Amalechitis. Exo. 17. cap. & ita nulla erat laus Iosue, sed solius Moyfi in hoc facto.

Ad secundum dicendum, quod ibi non est exaltatio Iosue, sed Moyfi. nam ipse solus ascendit ad caliginem montis, & locutus fuit cum Deo. Exo. 24. cap. Iosue autem non fuit locutus cum Deo, sed expectauit Moysem extra caliginem tanquam minister eius. e. c. & postea descendit cum eo, quando ille descendit de monte Exo. 32. cap.

Ad tertium dicendum, quod istud non pertinet solum ad laudem Iosue, sed aequales fuerunt in hoc Caleb & Iosue. ambo enim superuixerunt pereuntibus alijs exploratoribus Nume. 14. & Iosue 14. cap. talia autem, quā pertinent aequaliter ad Iosue & alios non computantur in exaltationem Iosue, sicut etiam victoria de quinq; regib; Madianitarū, qn Iosue & Phinees fuerunt duces belli. Num. 31. Ad quartum dicendum, qd nō fuit tunc exaltatus Iosue, quia viuēte Moyse, nūquam exercuit principatum Iosue, sed Moyse. sed solum p hoc fuit designatus in successorē Moyfi. & sic post mortem Moyfi cepit exaltatio eius.

Coram omni Israel. Quia totus Israel vidēs hoc tenuit Iosue in maiori reuerentia, credens esse magnum virum, & nimis acceptum Deo, cū in ducatu suo tam insigne miraculum factum foret. Non solum tamen coram Israelitis fuit exaltatus Iosue in hoc facto, sed adhuc magis coram Chananæis, qui audito hoc miraculo totaliter viribus defecerunt, vt patet infra 5. c. cum dicitur. postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæoru, qui habitabant trans Iordanē ad occi-

Alph. Tost. super Iosue.

dentalem plagam, & cuncti reges Chananæoru, qd siccaisset Dominus fluua Iordanis corā filijs Israel. dissolutum est cor eorum, nec remāsit in eis spiritus. *Vt sciant, quia sicut cum Moyse fui, ita tecum sum.* Quamquam Israelitæ sciebant quod Deus statuisset Iosue principem super Israel, vt patet Num. 27. & Deuter. 3. & 31. & 32. tamen nesciebant adhuc an acceptus esset Deo, & prosperaretur populus in manu eius, sicut fuit prosperatus duce Moyse. hoc autem patet ex verbis Israelitarum supra 1. cap. qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis, moriatur. Tu autem confortare & viriliter age: & sic dubitabant adhuc de eo, qualiter se habiturus esset. & ante hoc dixerunt, sicut obediimus Moyfi in cunctis, ita obediemus & tibi. tātum sit Dominus Deus tuus tecum, ideo sit in hoc solū delibera, vt Deus prosperet actus tuos.

Nunc autem Deus volebat dare Israelitis certitudinem, quod sicut prosperati fuerāt in manu Moyfi, ita prosperarentur in manu Iosue. *Vt sciant.* Manifesta cognitio erat Israelitis in hoc miraculo. nam constabat a Deo esse. sicut ergo Moyse acceptus Deo dicebatur, quia ducatus in manu eius fuit nobilitatus miraculis, ita & ducatus in manu Iosue. *Quod fuit sui cum Moyse.* Aperiendo mare Rubrum. *Ita tecum sum.* Scilicet diuidendo Iordanem: & vtrūq; miraculum æquale est, quāquam plures fuerint aque maris Rubri. sed hoc nihil facit differre. nam qui potuit tenere aquas Iordanis pendentes in modum muri, atque in sublime elatas, potuit totum Oceanū deficcare, vel diuidere in partes quot veller. Vel sicut fui cum Moyse faciendo tempore ducatus eius multa miracula, ita tecum sum faciendo tecum multa. plura tamen & maiora miracula fecit Deus regente Iosue, quā Moyse. & magis prosperatus est populus in manu eius, quā Moyfi: vt declaratum fuit in primo capit. non tamen factum est hoc tanquam sanctior esset Iosue Moyse. nā valde sanctior & excellentior fuit Moyse, atque Deo acceptior: vt colligitur ex præpositis: sed fiebat sola Dei voluntate. Tu autem præcipe sacerdotibus quod portant arcam.

Iosue habebat iurisdictionem tam super sacerdotes quā supra populares propter duas rationes. Et quare in veteri testamento nō erant distincte iurisdictiones secularis & ecclesiastica sicut nunc, sed vnica. Quasi. XVI.

IOSUE non solum erat dux popularium, sed etiā sacerdotum: quamquam ipse non esset de sacerdotibus vel leuitis, sed de tribu Ephraim: vt patet Nume. 13. cap. & non solum mandabat sacerdotibus minoribus portātib; arcā, de quibus hic: sed etiā sacerdoti magno. vt patet Nu. 27. c. cum dicitur: pro hoc si quid agendū erit Eleazar sacerdos cōsulet dnm: ad verbum eius ingredietur & egredietur ipse & oēs filij Israel. Causa huius est: quia in veteri testō non erāt distincte iurisdictiones secularis & ecclesiastica, vel sacerdotalis & regalis: sicut nunc sunt. qd officia sacerdotū & leuitarū essent prorsus distincta ab operibus laicorum. vnde poterant occidi sacerdotes a rege, cum delinquerent sicut laici. quod patet, quia in toto veteri testamento non ponitur aliqua pena distincta pro leuitis vel sacerdotibus, sed ponitur pena vniuersaliter. si tn esset distincta iurisdictiones, & penarū infliciones, Deus expressisset modos penarū sacerdotū & leuitarū: sicut expressit modos penarū laicorū: sed nihil distinguit. Si quis autē dicit nō argui conuenienter negatiue in his, sicut in locis ab auctoritate. Rndendū est esse cōueniens argumentū. nam cum Israelitæ a nullo alio legem suscepissent,

H 3 nisi

Miraculū de diuisione Iordanis & de diuisione maris fuit equalia.

In questio ne 83.

nisi a Deo, nō poterant ipsi facere aliquid, nisi quod De^s eis dedisset circa caeremonialia, & iudicialia, quae magis dependent ex voluntate conditoris legis, quam ex aliqua ratione. potissime quia si istud solum in lege datum sit, videntur tam laici quam sacerdotes subiecti eidem iurisdictioni. Si quis ergo conaretur distinguere iurisdictiones, preiudicaret illi iurisdictioni primae, quae esset totalis, & indistincta. Item dicit Rab. Salom. quod si sacerdos aliquis delinqueret in crimine, & morte plectendum foret, etiam si esset in Sanctuario apud altare debebat inde trahi, dum tñ nō esset ministrando. si aut ministraret expectabatur quousque finiisset ministracionem suam, & exueretur vestibus sacris, & tunc etiam de cornibus altaris trahebatur. In nouo testamento immediate ceperunt esse duae iurisdictiones, scilicet ecclesiastica, & secularis, quas Saluator noster signauit in duobus gladijs quos dixit satis esse, i. sufficere ad vniuersi regimen. Ideo fm diuersas iurisdictiones fuerunt diuersae ppenarum inflicciones, et in eisdem sceleribus, nec Ecclesia sanguinis effusio nem facit, quod tñ legibus humanis consentaneū est.

Quare in nouo testamento sacerdotalis iurisdictionis distincta fuit a seculari cum non esset sic in veteri. Et quod principatus monarchicus est melior inter omnes. Et is fuit semper apud Iudeos. Quasi. XV II.

CAUSA autē quare in nouo testamento fuit sacerdotalis iurisdictionis distincta a seculari, quod non fuit in veteri testamento, est quia in veteri testamento non fuit perfectū sacerdotum, nec ordines, sicut in nouo testō, sed quidam status incompleti, quibusdam caeremonijs corporali bus solum a secularium statu distans. principes ergo seculares debuerūt habere potestatem super sacerdotes. In nouo autem testamento fuerunt perfectae caeremonie, & integrum sacerdotum. ideo honorabilior debuit esse status sacerdotum nunc, quam in veteri testamento. Et consequenter, nec laicis subesse debuerunt. Alia causa est in speciali pp quam Iosue debebat habere potestatem super sacerdotes, quia nunc Israelitae monebantur in castris ad bellum, oportebat ergo dari vnum principem vltimum, in quem oia reducerentur, & contineret totum principatum. Alioquin si multi essent, cōtingeret variare, & discordaret, nec quicquam fieret: principatus enim qui est vnus, & vocatur monarchicus, est melior omnibus fm naturā, vt patet 8. Ethic. & 3. Politic. dicit tñ eum Aristot. esse periculosum, quia difficile est committere omnia vni viro, precipue cum tales principatus non sunt eligibiles, sed ex successione, vel fortiales. Ideo quamquam principatus democraticus non sit de bonis principatibus, dicit enim Aristot. securiorem ciuitatibus, vt patet in 3. Politico. nam & principatus aristocraticus qui est multorum, & fm virtutem, quamquam sit de bonis fm naturam, tñ est litigiosus, quia datur locus emulacioni, & viri animosi non ferunt cum per electionem quidam alijs in probitate preponi videatur. monarchicus autem non est pp alterum periculosus, nisi quia cōtingit eum qui monarcha est, cum vnus sit perueriti, & tunc tota politia subuertitur, cum tamen securū esset de monarcha, q non subuerteretur, non esset ali quis principatus preter istum assumendus, & ga Deus cognoscit quid sit in homine, semper quando staturbat principem ponebat vnum faciens monarchicum principatum, sicut fuit in Moyse, quē primo fecit monarcham simpliciter nullo alio iudice, vel dño existēte. Deinde autem ad petitionem ipsius adiūxit sibi septuaginta viros, vt patet Num. 11. c. Et tñ semper man sit monarcha cum semp subordinarentur ad ipsum,

F de quo late declaratum fuit Exo. 18. In Iosue autē sic factum est, quia ipse factus est princeps simpliciter in toto Israel, ita vt oēs sibi obedirent, sic patet Nu. 27. c. sed verbum eius ingredietur, & egredietur, tam ipse quam omnes filij Israel. Post mortem etiam Iosue Deus suscitauit alios principes Israelitarum qui erant iudices, sed omnium horum principatus erat monarchicus. Ipse enim suscitabat quemlibet de iudicibus, qui liberabat Israel, sic patet in libro Iudicum: vbicūq; enim opprimeretur ab hostibus, dicitur suscitauit eis Deus Saluatorem nomine Sāgar, vel nomine Aioth: & sic de ceteris, vt patet 3. & 4. Iudicum, & primo Regum. 12. c. postea etiam, qñ factus est principatus regalis inter Iudaeos ille monarchicus fuit. nullum enim alterum genus principatus fuit vnquam in Israelitis, quantum ad totum populum, & tamen quamquam iste sit periculosus necesse est interdum recurrere ad eum, & hoc maxime in bellicis expeditionibus, quae conuenienter nō sunt, nisi imperium deuoluantur ad vnum. Nam Romani quamquam fugerent principatum monarchicum propter superbiam regum, qui vt bē captiuabant, & fecerunt principatum aristocrati cum constituentes duos cōsules quolibet anno, & senatores perpetuos, atque tribunos populi & equiti: & sic de varijs modis principatum, qui erant partes aristocrati; tamen in bellis faciebāt principatum monarchicum committentes summam imperij vni. experimento enim didicerāt, q pluritas ducum equalium impediēbat statum belli propter discordiam, sicut fuit in bello apud cannas, quando contra Annibalem certatum est; nam tunc duo cōsules missi sunt in duces, scilicet Terētius Varro, & Paulus Aemilius, quodam eorum volente bellum ad alteram diem differri; altero autem non consentiente, tandem cum discordia pugnatum est, non sine magna status Romani calamitate. nulla enim vnquam maiora Romanis duriora bella fuerunt, quam apud cannas, & Trāsimenum, de hoc Titus Liuius, de 2. bello Punico, libro 2. & Romuleon, libro 4. hoc ergo edocē Romani, quando bella gerenda erant, dictatorem creabant, qui pauco tempore durabat, tamen potestas huius erat super cōsules, & absoluta, & hoc modo quamquam ambo cōsules irent in bellum, quia dictator imperabat eis, nō sequebatur discordia, vnde prospere agebatur, quod attendebant hostes Romanorum, nam si cōtra Romanorum cōsules in bello sine dictatore creato irent, audacter aggrediebantur eos, itaqum per discordiam perituros. Cum vero creatum haberent ad bellum dictator em, congregari formidabāt. Iudaeis autem nunc sic erat, quia in expeditione bellica ibant, tam seculares, quam sacerdotes, & Leuitae. omnes ergo eidē principi subdi debuerūt, sed Iosue erat princeps inter seculares, ergo etiam sacerdotibus debuit imperare. *Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis.* Nō dicitur qui portant, id est qui habent officium portandi, quia Leuitarum Chaathitarum hoc erat, vt patet Nume. quarto cap. sed qui portant, id est qui nunc eā portant, quia tunc ex mandato Iosue illam portabant, vel qui portant, id est qui portare debent ex mandato tuo, qñ actualiter nondum portant. *Cum ingressi fueritis partem aquae Iordanis.* Hic dat Iosue documentum sacerdotibus qualiter deberent se habere in transeundo Iordanem, scilicet, quod non transirent totum Iordanem, sed quod starent in eo, donec totus populus transisset.

Quidam dicunt de hoc transitu, quod sacerdotes intrauerunt in partem valde paruum aquarum Iordanis quousque aquae diuisi sunt, & tunc subsisterunt, totus autem populus tunc transiuit.

An

An sacerdotes intrauerint in partem paruum aquae ante diuisionem Iordanis, vt aliqui dicunt. Quasi. XVIII.

Sed hoc non stat: nam isti deficiunt in duobus. Primo, quia existimant, q sacerdotes intrauerunt aliquantam partem aquae etiam si parua antequam cessaret fluxus Iordanis. Sed hoc falsum est, quia immediate vt plantae sacerdotum tetigerunt aquas diuisae sunt, vt patet infra cum dī. Ingressi q; eis Iordanem & pedibus eorū tinctis in parte aquae, steterunt aquae descendentes in vno loco. Secundo erant, quia dicunt q sacerdotes subsisterint cum aqua apud ripam Iordanis trāsmissa parua parte aquarum, sed falsum est, quia vsq; ad medium fluminis peruenerunt, vt patet infra cum dī. sacerdotes qui portabant arcam fœderis dñi stabant super siccam humum in medio Iordanis. ergo vsque ad medium aquarum transierunt, vbi erat maior impetus aquarū & eleuatiore. Vnde *Cum ingressi fueritis partem aquae.* Scilicet medietatem, quae est altera duarum equaliū partium, & dī partem aquae large loquendo. non em ingressi sunt sacerdotes aliquam partem aquae, cum mox, vt tetigerint plantae sacerdotum aquas, cessauerit fluxus Iordanis, sed vocatur pars aquae. i. pars alucei, per quem aqua decurrere solebat. *Stare in ea.* Non procedatis vltra excentes de Iordane, sed manete ibi. Causa huius fuit propter duo. Primo vt Iudaei intelligerent hoc miraculum fieri a Deo suo praesente arca gloriae suae, & cum arca exierit de Iordane conuersas aquas ad consuetum cursum. Si autem aliter fieret, non haberet tantam causam dicendi a Deo fuisse factum. Causa secunda erat ad tollendum timorē Iudaeis. nam cum vidissent Iudaei, q arca introeunte in aquam cessauerit fluxus Iordanis, intelligebant propter eius praesentiam factum miraculum, & in eius absentia destitutum. timerent ergo recedente arca de Iordanis medio ingredi alueum, ne voluerentur sup eos gurgites aquarum, sicut factum fuerat sup Aegyptios in mari rubro. ingressis enim illis per vias diuisi maris, sicut fecerant Iudaei, effluerunt super eos altitudines p̄fundi maris, ut patet Exo. 14. Fuit ergo oportuissimum, q maneret arca in medio Iordanis donec transirent omnes Israelitae.

Dixitque Iosue ad filios Israel. Id est ad totum populū. praecedenti die Iosue fecerat eos attentos ad futurū miraculum proponens in generali, scilicet sanctificationi. cras enim faciet dominus mirabilia inter vos. nunc autem, quia instabat futurum miraculum, declarauit eis diuisionem aquarum, & hoc fuit antiquam mouerentur de castris ad transeundum Iordanem. quod patet, quia postea ponitur de motu eorū, & postea ponitur de exitu de tabernaculis.

Accedite huc & audite verba. Nicolaus dicit, quod solum audierunt ista uerba principes populi. nam in principibus eminenter continetur totus populus. Ideo quicquid faciunt principes populi, dicitur fecisse totus populus, & hoc dicit, quasi non potuisset totus populus audire verba Iosue.

In hoc forte dicere possemus, sicut de Moyse dictum est, quod ipse locutus fuerit ad rotam multitudinem Israel, & omnes audierunt eum, quando explanauit legem recitans Deuteronomium: omnes quippe de toto populo tam viri quam foeminae, conuersi, & Iudaei ex genere astabant, praeter portantes aquas, & lignorum cōsōres, vt patet Deuterono. 29. omnes tamen hi audiebant verba Moyfi. ergo ita poterant omnes Israelitae nunc audire vocem Iosue. Sed hoc an fuerit, incertum est: non tamen est curandum valde an fuerit: satis enim nobis est, quod Iosue vocauerit ad se oēs Israelitas ad audiendum miraculum

Alph. Toft. super Iosue.

A quod narraturus erat: & quamquam nō omnes accesserint, vel non omnes audierint, retulit eis qui accesserunt & audire potuerunt. illi autem alijs illico renunciauerunt, ita vt velocissime per omnia castra verbum istud diuulgatum esset. Nec oportet dici q ad hoc vocarentur specialiter principes, & illis praesentibus diceretur totus populus adesse, vel adesse filios Israel.

An posuio Rab. Salo. quod Iosue facit stare omnes Iudaeos inter duos vestes arcae, sit vera. Et quod miraculum de diuisione Iordanis & maris poterat fieri a Dæmonibus vel Angelis. Et quae sunt miracula quae sunt immediate a Deo. Quasi. XIX.

RABBI Salomon dicit: quod quando vocauit hic Iosue filios Israel dicens, vt accederent ad audiendum, fecit eos stare simul inter duos vestes arcae. sicut autem vestes duo ligna longa posita per latera arcae in circulis, vt possit portari arca, de quibus Exo. 25. cap. inter haec duo ligna, dicit fuisse relictos omnes Israelitas simul ad audiendum verba Iosue. est enim paruum spatium inter vestem & vestem, scilicet duorum cubitorum & dimidij: sicut declaratum est Exo. 25. in quo spatio vix capientur duo vel tres viri.

Hoc autem valde absolum est, nam si factū esset, miraculum magnum factum esset, & maius quidem quam diuisio aquarum Iordanis. nam licet diuisio ista aquarum vere fuerit miraculum, & Deus illam operatus est: tamē opere angelorum vel demonum fieri potuit. Facile enim erat demonibus aperire vias in aquis, & tenere aquas ne moueantur, cum ista ad potentiam corporalem pertineant: quamquam illa magna sit. & August. in 18. de ciuitate Dei. dicit facile esse dæmonibus mouere aquas maris, & iacere ad aliquem locum ad quem alias non accedebat: cum agit de pena inflicta Atheniensibus, quia imposuerunt nomen vbi de nomine Palladis, & ferentes testimonium efficacius pro Pallade quam Neptuno: de quibus ponitur concertatio in 18. de ciuitate Dei cap. 9. & ponit hoc Ouidius Meta. lib. 6.

Item constat hoc factum per angelos, quamquam Dei iussu factum sit. nam operatio Dei nō est in successione, cū esse Dei & operatio sua sint simul & idē. si ergo esse Dei simul totum est, quia eternum atque praesentarium est, necesse est operationem non esse successiuam. tenere tamen aquas Iordanis ne fluere, sed lesarent infra magnam molem, non est aliqua operatio instantanea, sed in successione, quando durauit trāsitus Israelitici populi, & quādiu hoc man sit, semper maioratum fuit miraculum. nam semper veniebat maior aquarum multitudo de fonte, & in sublimius tollebat. oportebat ergo actionem continentis aquas esse successiuam, fm q aduentus aquarum successiuus erat. Angeli ergo ista fecerunt quibus successio non repugnat in operatione: sicut nec in mensura essendi. operationes autē quae sunt proprie diuinæ, instantaneae sunt: sicut creatio, mortuorum suscitatio, & similia. haec enim nullam dicunt successione, & tales actus semper sunt miraculosi, nec possunt vilo modo cōmitti angelis. nam tāta potestas quanta est in creatione, nō pot alicui substantie creatae cōicari: quia est potentia increari eius. ista tā quae ad motū & successione pertinet, quāteq; potentiae sint, per se Deus illa nunq agit nec agere potest: sed angeli de mandato eius agunt. Ista ratio est satis apparens, sed de veritate fundamenti eius nō insubstissimum. san Deus possit per se facere aliquid cuius fieri consistat in successione.

Quae sunt miracula q nō possunt committi angelis: sed sūt immediate a Deo facta.

H 4 Nec

Nec quisquam admiretur, q̄ dicamus actionem diuisionis maris rubri, & Iordanis, non fuisse diuinam, sed angelicam, quia nemo dubitabit maioris esse potestatis mouere cœlos, quam diuidere mare, vel tenere aquas fluminis immotas. Angeli tamen mouent cœlicos orbis secundum modum loquendi Aristo. in 8. Physic. & in 12. Metaph. & non solum est hæc positio sua, sed veritas, & assertio catholica. sic enim patet Job 9. ca. cum dicitur. Deus cui nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem, portare orbem est mouere cœlum. est enim cœleste corpus proprie orbis propter circularitatem, & sphericitatem, non ergo erit admirandum Angelos posse diuidere flumina, & tenere ea. Malefici quoque opere demonum interdum flumina sistere possunt, & Augustinus maiora, quæ miracula nobis videntur, opere demonum effecta concedit in 18. de ciuitate Dei, cum agit de quibusdam quæ mirabilia videntur, & facta dicuntur a diis gentium.

Angeli & secundum theologos mouent cœlos.

Miracula sine opere demonum quandoq̄.

Aperte ostenditur falsitas, & mendacium Rabbi Salomonis, de supradicta eius assertione. Quest. XX.

QUOD autem Israelitæ omnes fuerint recollecti intra vinctas Arce, maius nec imparū est. nam hoc est reducere eos ad indiuisibile. nam quod plures, quam ter mille millia computatis viris, & feminis Iudæis, & conuersis, senibus, & iunioribus, maneat in loco, in quo vix duo viri manere possunt, est reducere ad indiuisibile, vel ad aliquid diuisibile, quod sensui nō subiacet. hoc autem non subijcitur potentie alicuius, nisi in cuius potestate natura est, sed hæc non subijcitur, nisi Deo directe. nam Angelis non subijcitur, nisi quatenus per naturalia agentia agunt, tanquam per instrumenta, vt declaratum est super 7. Exodi. Sed per naturalia agentia corporalia, nō potest reduci aliquid ad indiuisibile, cū natura semper præsupponat quantitatem extensionem in quam agat, & quantumcunque in aliquid agat, nō potest illud reducere ad non corpus, vel non quantum, vel vt aliter dicam ad non extensum, quamquam aliquando reducat ad maiorem quantitatem, & aliquando ad minorem. Angeli ergo nō poterunt, nec demones istud, cum in natura non sit via vlla ad agendum, & ipsi solum agunt per virtutes nature, pertinebit autem ad solū Deum reducere ad indiuisibile aliquid, vel ad tam paruum extensionem, ita q̄ sensibile non sit. Et hoc modo se habet corpus Saluatoris nostri in hostia modo indiuisibili, alioquin non posset dari integer in hostia quæ est tam parua quantitas, præcipue cum in qualibet particula hostiæ sit totus integer quantumcunque diuidatur hostia. Hoc tamen non contineret, si daretur ibi Christus sub aliqua quantitate diuisibili quantumcunque parua: nam data illa extensione parua, posset diuidi hostia in minores particulas: quam esset illa extensio, cum sit diuisibilis in infinitū. & tunc darentur actualiter multe partes hostiæ congregate in quibus non esset corpus Christi, quod est contra omnem catholicam assertionem. Item dari posset, quod esset aliqua hostia consecrata, & ibi Christus, & diuisa ipsa in partes, in nulla parte eius, nec in omnibus simul esset Christus. hoc autem est valde inconueniens, nec quisquam concedet. Patet consequentia, quia data extensione illa parua, sub qua Christus est in hostia, diuidatur aliqua hostia consecrata in partes quarum quælibet sit minor illa extensione, sequitur q̄ in nulla earum sit Christus, & consequenter nec in omnibus simul sumptis. nam cum omnes simul sint actualiter diuisi, & non faciant vniuersum per se, non erit in omnibus Christus, nisi in quali-

Christus in hostia, & in qualibet eius parte est modo indiuisibilis, & non sub aliqua extensione diuisibilis, & quare.

bet earum sit, quod negabatur. erit ergo indiuisibiliter in hostia.

Patet ergo ex dictis, quod maius miraculum est reducere ad indiuisibile Iudæos, siue ponere omnes inter duos vinctas arce, quam diuidere aquas Iordanis. De hoc tñ satis v̄, q̄ factum non fuerit. Nam miracula nunquam fiunt sine aliqua necessitate, aut vtilitate, reducere tamen omnes Iudæos ad indiuisibile ponendo eos ad hoc, quod essent inter duos vinctas arce, nō erat ad aliquam necessitatem aut vtilitatem. ergo nō factum est. Maior patet, quia Deus nihil facit frustra, sicut nec natura: vt patet 1. Politicorum, minor manifesta est, quia intentio Rabbi Salomonis hanc congregationem factam est, vt audirent omnes Israelitæ verba Iosue, sed quod audirent omnes, vel quidam eorum immediate a Iosue, non videbatur aliquid differre, quia quamquam non audirent omnes simul, poterant quidam alijs referre, & hoc sufficiebat: sic enim factū est de præceptis plurimis datis a Moysē, ad quæ audienda non conueniebant omnes Israelitæ, sed quidam, & hi ceteris referebant, sic factum est in præcepto de celebrando Phase, & de educatione Israelitarum de Aegypto: soli enim seniores populi hæc audierunt, alij autem nequaquam. sic patet Exo. 12. maioris tamē ponderis, & vtilitatis erat liberatio de Aegypto, quam diuisio Iordanis: nam quamquæ hoc miraculum est, tñ nō erat in maiore necessitate, quoniam si expectassent per aliquot dies, cessauisset tumor Iordanis, & possent per vada transire. Item hic non fuit aliqua necessitas audiendi verba Iosue, quia non datur aliquid præceptum, quod Israelitæ expleturi essent, sed solum prænunciabatur miraculum. in Aegypto tamen dabatur præceptum de celebrando Phase per singulas domos, quod si non obseruaretur, erat Iudæis scādalum, illud tamen non fuit auditum ab omnibus Israelitis simul, ergo non erat probabile, q̄ ad audiendum prædicandum miraculum, omnes Israelitæ clauderentur inter duos vinctas arce. Item Scriptura sacra intendit ostendere laudem Dei in operatione miraculorum, cū ergo enarrauerit minora miracula, consequens est, vt maiora præcipue enarret. Sed maius miraculum erat reducere omnes Iudæos ad hoc, quod essent inter vinctas arce, quam diuidere aquas Iordanis, & in altum pendentes eas tenere, sed miraculum de aquarum diuisione diligenter, & per extensum expositum est. ergo illud quod erat recludendo Iudæos inter vinctas arce, magis enarraretur si accidisset, sed nihil de eo meminit scriptura, ergo non factum est.

Miracula non fiunt sine aliqua necessitate aut vtilitate.

Quarta ratio contra Rabbi Salomonem, eo quod homo si ad indiuisibile reduceretur, non posset agere secundum naturam, nec pati, cum anima humana requirat quantitatem, & figuram debitam organorum ad suas operationes. Quest. XXI.

ITEM adhuc fortius patet intentum, quia dato, quod tale miraculum factum fuisset, nō habebatur intentio Rabbi Salomonis, scilicet, quod omnes Israelitæ audirent verba Iosue, nam qui ad indiuisibile reductus est, non potest secundum naturam agere, nec pati. De actione patet, quia omnis actio fit per virtutem quæ est in aliquo corpore applicato partibus illius corporis partibus rei passivæ, sed in indiuisibili non sunt partes extensæ: ergo non est applicatio, nec actio. Item in actione in animalibus anima præexigit conuenientiam organorum quantum ad debitam quantitatem, & figuram, & qualitates actiuas. ideo dicimus non posse animam humanam vegetare corpus habes quantitatem vnius digiti, quia paruitas quantitatis excludit distinctionem organorum plurimum, vel si sit distin-

distinctio, erunt partes in tam parua quantitate, vt anima non sufficiat per illas explere motum aliquem: sed in indiuisibili minor adhuc proportio est organorum in quantitate debita, quoniam proportio nulla est: cum indiuisibile ad diuisibile nullam omnino habeat collationem, sicut finitum ad infinitum. ergo in indiuisibili existente ipsa re naturali, nihil agere poterit. Item anima nostra in nobis existens non habet operationes suas (præter intelligere, & velle) se ipsa, sed per derivationem virtutis per organa: sed corpore reducto ad indiuisibile nō est aliquid organum, cū organum dicat quædam partem integram corporis determinatam in quantitate, & figura, quod tamen indiuisibile est, non habet vllam figuram nec extensionem, & ita anima non poterit operari per illud, sicut per seipsum solum quia illud iam non habet conditiones vllas corporū, sicut nec habet anima: nec dicitur vllatenus habere organa, sicut ipsa anima per se existens organa non habet, quia solum in quocumque in ea est, indiuisibile est.

De patientibus autem manifestum est, q̄ secundum naturam oportet esse corporea, & extensa. nam etiam si actio naturalis semper sit ab extenso agente in passū extensum, tamen agens interdum potest esse spiritus, & erit extensio in eo in uirtutem, & non secundum quantitatem, ita q̄ partes uirtutis agentis spiritus, applicatur partibus corporis passivi, sicut in motu celi, q̄ fit ab angelis, qui sunt incorporei: applicant tamen totam uirtutem suam cœlo. in patientibus autem secundum naturam generale est, q̄ omne patiens sit extensum: nec est possibile in indiuisibili patiente fieri passionem naturalem, quia tunc passio excederet suum subiectum. nam actio, & passio sunt motus, & vnus motus iuxta Aristotilem. 2. de anima: & Gilbertum 1. 6. principiis, sed motus non potest excedere corpus, quod est subiectum suum: necesse est igitur, quando cunque fiat motus, esse ibi corpus sub conditionibus corporis: cum tamen corpus reductum, ut sit sub indiuisibili, non habet conditionem vllam corporis naturalis, nec est corpus naturale proprie loquedo, quia si semper sic maneret, nunquam esset corpus naturale. ergo in corpore reducto ad indiuisibile, impossibile est fieri aliquam actionem.

Item actio, & passio fiunt per contactum iuxta Aristotilem. 2. de generatione, & corruptione. si tamen aliquid reductum ad indiuisibile nullo modo contingi potest. ergo nec poterit pati. Hoc patet: quia quamquam agens contingere posset secundum extensionem quantitatis, vel extensionem uirtutis applicata ad passum: ipsum tamen passum nunquam potest contingi nisi secundum quantitatem, quoniam contingi secundum uirtutem nihil est, nec talis contactus ab vlllo potest, quia tunc indiuisibile contingeret indiuisibile, ergo non poterit fieri actio in tale, q̄ reductum est ad indiuisibile. de hoc latius dictum est Exodi uiginti tertio cap.

Secunda ratio principalis ad probationem maioris quarta rationis antedictæ. Quest. XXII.

ITEM magis in speciali hoc patet. s. q̄ si iudæi fuissent reducti ad indiuisibile inter arce vinctas, non potuissent uidere Iosue, nec audire uerba eius. Primum patet de uisione, quia visio fit per pyramidam radiosam multiplicatam a re uisa, vsque ad pupillam uidentis, & tunc recipitur species in tra pupillam, & fit uisio: sed nō potest fieri illa talis uisibilis speciei receptio reducto corpore ad indiuisibile, quia intra indiuisibile, nihil habens conditionem corporis recipitur, ergo non fiet uisio. Item patet, quia ad uisionem requiritur dispositio in oculo omnium humorū di-

stinctionum in eo, in suis qualitatibus, sed reducto homine ad indiuisibile nihil horum manere potest, cum illa dispositio requirat extensionem: ergo non fiet visio. Item argui potest ex natura radiose pyramidis terminantis conum in pupilla oculi nostri, & ex alijs principijs perspectiua.

Item quia si reductur aliquid ad indiuisibile siue album siue nigrum, nos manentes in naturali dispositione illud uidere non possumus, ita si manente obiecto uisibili in sua conditione nos reducti ad indiuisibile non poterimus illud uidere, ergo iudæi reducti ad indiuisibile non possent uidere, & si Iosue cum eis pariter reductus esset ad indiuisibile, non posset uideri ab eis, & hoc propter duo.

Primo, quia ipse indiuisibilis erat, & indiuisibile nō videtur. Secundo, quia iudæi indiuisibiliter se habebant, & indiuisibile ens non immutatur a passibilibus qualitatibus. Secundum erat, quia iudæi non possent audire uerba Iosue, quod patet, quia ad audiendum requirebat, q̄ pueniat sonus ipse realis, uel imago soni ad pelliculā aeris connaturalis, & tangat eam: si tñ iudæi reducti essent ad indiuisibile, nō esset ibi distincta pellicula connaturalis aeris a reliquis partibus corporis humani: non posset ergo permutari a specie audibili, & consequenter non fieret auditio. Nullatenus ergo iudæi reclusi sunt inter vinctas arce reducti ad indiuisibile, vt audirent uerba Iosue.

Sed dicit aliquis, q̄ quamquam iudæi fuerint collecti intra vinctas arce, non sequitur q̄ fuerint reducti ad indiuisibile: nam spatium inter duos vinctas erat diuisibile. s. duorum cubitorum & dimidium secundum longitudinem maiorum laterum arce, vt patet Exodi 25. cap. ergo poterant ibi contineri diuisibiliter existentes. Respondendum est, q̄ illud spatium erat valde paruum, & si plura quam ter tria millia hominum Iudæorum, & alienigenarum marium & foeminarū, iuuenum, & senum recludi deberent intra vinctas arce, necesse erat, vt quilibet eorū reduceretur ad quantitatem poene insensibilem ad magnitudinem auctoris rican, vel pulicis, & tunc sub tam parua quantitate non possunt manere distincta membra corporis humani secundum situm, vel erunt totaliter indiuisibilia ex paruitate. Et sicut per indiuisibile anima nō potest operari, vt ex præpositis patet, ita & per illa ita parua & insensibilia organa impossibile erit aliquam fieri operationem. Nullatenus ergo iudæi congregati fuerunt inter duos vinctas arce, siue indiuisibiliter, siue diuisibiliter existisse videantur. non stabit ergo vlllo modo dictum Ra. Sal. q̄ fuerint omnes iudæi inter vinctas arce collecti ad audiendum uerba Iosue: sed dicendum est, vt supra dicebatur.

Et audite uerba Domini Dei vestri. Id est uerba quæ ego dico uobis ex parte Dei vestri. s. q̄ ipse mihi ista dixit, vt uobis manifestarem. Et rursus. Istud aduerbium iterandi non signat hic iterationem. s. q̄ Iosue dixerit Israelitis: accedite & audite uerba Domini Dei vestri. Et sic procul erat uerba dicens, & nunc iterum loqui incipiat quædam alia: nam tunc non ponentur hic uerba quæ protulisset Iosue ex parte Dei. etiam signaretur, quod ista uerba, quæ hic subduntur, in hoc inquit scietis, q̄ Dominus Deus uestri in medio uestri est & c. non essent uerba Dei. Sed falsum est, quia non conuenienter ponentur hic quomodo populus ad audiendam uocem Dei uocatus sit, & subicerentur uerba, dicendum ergo, q̄ uerba quæ ex parte Dei Iosue protulit, sunt ea, quæ sequuntur. In hoc inquit scietis: ponitur tamen istud aduerbium iterandi non hoc aduerbium & rursus: Sed est sensus, q̄ Iosue dixerit: accedite hic & audite uerba Domini Dei vestri. & tunc sub-

ticuerit quousq; iudæi accederent ad eum, quo factò incepti dicere q; subditur scilicet in hoc scietis, q; dominus Deus vester in medio vestrum est. & quia non fuit vnica locutio, sed interpolata, ponitur istud aduerbium rursum, ad significandam aliam inchoationem, si tamen fuisset vnica prolatio non interponeretur, & rursum. In hoc inquit scietis. Id est Iosue dixit, in hoc scietis. i. per istud signum, quod nunc Deus facit pro vobis aperiendo iordanem, cognoscetis manifeste, q; ipse traditurus sit vobis terram Chananæorum.

An verba ista Iosue essent vera scilicet, q; Israelita scirent, q; a facie eorum Deus deleturus esset gentes per hoc, q; aperiebatur eis Iordanem. Quæst. XXIII.

EST autem modus iste, quia cum aque iordanis scinderentur coram iudæis, manifestum erat istam esse operationem diuinam. p hac autem duo significari debebant. 1. q; Deus posset introducere Israelitas delendo Chananæos. secundum erat q; ipse vellet hoc: quia ista duo requiruntur ad hoc, q; faceret. Quantum ad primum: sufficiens signum erat diuisio aquarum iordanis, nam qui hoc posset, posset etiam expellere Chananæos, & introducere iudæos in terram illam: vtrumque enim ad magnam potentiam pertinet, & concessio alicui potentie vnium miraculum concedemus infinita posse facere. Quod autem Deus vellet eos introducere satis patet, quia ipse Deus promittebat, q; introduceret iudæos in terram Chanaan, & expelleret hostes eorum, & in signum huius faciebat miraculum diuisionis aquarum per quod signaretur Deum esse facientem, & promitterem hanc, sed Deus nunquam mentitur, ergo cum ipse faceret istud miraculum ad demonstrandum, q; iudæos introduceretur esset, certissime introduceret: quia fidelis est Deus, & non mentitur, quia seipsum negare non potest, ut patet 2. ad Timo. c. 2. hoc enim omnibus propofitum est, q; si Deus aliquis promittat non fallat. Ad sciendum tamen an Deus promittit vel nō, est miraculum præcedens, quod manifeste notat Deum promittere, quod dicitur.

An per signa, que propheta pomunt, confirmetur propheta eorum, & an ex signis datis ab eis cognoscatur certitudo rei futurae. Quæst. XXIII.

SED aliquis arguet dicens, de his non esse dubium, si Deus promississet, q; introduceret israelitas in terram Chanaan, & daret hoc in signum, sed ista solum sunt verba Iosue, & non Dei.

Respondendum q; quamquam nō sunt verba Dei, sed cuiuscunque hominis, per istud signum datum erunt certa. Aliqui tamen dicent ista verba credi esse certa quamquam non essent verba Dei, quia erāt verba Iosue, qui erat propheta. Sed hoc non stat. nam si ideo crederentur verba, quia sunt alicuius propheta: non magis crederetur eis datis cum signo, quam sine signo. hoc tamen falsum est, quia signi additio multū operatur.

Item quamquam ille, qui propheta est, cum a Deo mouetur uera dicat, interdum tamen dicere potest aliquid, quod Deus ei non iussit, sed cōfinxit per tumorem cordis sui: ut patet Deuteronomio 18. cap. Nam in prophetis etiam, qui uera dixerunt, & signa dederūt cōtingit interdum, q; aliquid postea per tumorem cordis sui dicant, ut patet Deuteronomio 13. ca. Non ergo credendum esset Iosue solum, quia erat ante hoc propheta, quia primo dicitur aliquid uerum, postea poterat fallere in his, quæ diceret. sed dicendum est, q; ista uerba Iosue data cum isto signo addito sunt certa,

Determinatio auctoris.

non quia dicta sunt a Iosue, sed quia cum signo immo diate futuro, & parenti data sunt, nam Deus dat istum modum cognoscendi veritatem prophetarum. nam prophetarum, quidam præmittunt signa ad confirmationem eorum, q; dicit, quidā nō. Si autē nō præmittat signū, non potest cognosci ueritas prophetie sed solū creditur pphete illi, q; alias uera dixit, uel quia approbatus est sicut in prophetis qui iam mortui sunt, quorum dicta suscepit Ecclesia tanquam uerissima. & in his non oportet inquiri certitudinem ueritatis alio modo, nam & prophetia eorum iam in factis Messia completa sunt. Quando autem propheta erant uiuentes, & nō credebatur eis, faciebant signa sicut patet in Helia de sacrificio factò in monte Carmeli. 3. Regum 18. capit. cum autem credebatur eis simpliciter dicentibus, nō oportebat esse alias probationes: sed dato, q; aliquis non crederet propheta a principio prædicenti aliqua antequam illa per signum demonstrarentur non uidebat aliquis modus certitudinis in dictis, nec etiam nō credens, non uidebatur peccare nisi omnes illi assentiret, & iam esset approbatus, & unus vel rari nolent ei consentire. Si autem propheta uult confirmare dicta sua per aliquod signū: Aut signū uenit anteq; dicantur uerba quæ uult confirmare per signum, aut prius dicuntur uerba, & postea euenit signum.

Si primo modo dicendum est, q; nullo modo confirmatur ueritas eorum, quæ dicuntur per signum, quia signum non uenit ad confirmandum illa, ut si postq; euenisset diuisio aquarum iordanis, diceret aliquis urbs Iericho tradenda est uobis. & do uobis in signum huius, diuisionem aquarum, quæ facta est: nā istud signū datum est a Deo: & nesciret iste qui postea talia prædiceret, ad quam intentionem Deus istud signum dedisset. Ideo, q; iste uellet applicare ad propofitum suū, non uidetur aliqua ratio manifesta: nam postquam factum est signum, sicut possumus applicare ad vnam intentionem, ita possumus ad quamcunque, & nulla applicatio habet aliquam firmitudinem, quia non apparet fundamentum applicationis. hoc enim modo quilibet esset propheta, quoniam postquam euenit aliquod miraculum, dabit illud in signum cuiuscunque rei, quam prædicere uoluerit, & tamen nihil est, quia non constat illud miraculum fuisse signum datum ad aliquod præmonstrandum.

Si autem uerba, quæ aliquis dicat signantia futuros euentus, dicantur ante euentum signantia illud miraculum euenturum ponitur tanquam signum illorū, quæ prædicuntur post illud futura: aut non. si non ponitur tanquam signum, sed solum ipsum miraculum prædicatur, & post illud alia futura esse prædicuntur, quamquam eueniat miraculum illud, non confirmat ueritas eorum, quæ dicunt euentura post ipsum miraculum. Vt si Iosue dixisset: ego prædico uobis esse iordanem diuidendum, & annuncio uobis, q; post annū debemus colere idola, & non Deum, quamquam eueniret iordanis diuisio, non erat intelligendum, q; idola utcunque colenda forent, & hæc satis stant, quia primum potuit a Deo cognoscere propheta, secundum uero confingere potuit ex animo suo, quia eo q; aliq; est propheta, non sequitur q; sit factus nunquam peccans. nam contrarium patet de Balaam, qui prædicebat ea quæ Deus iubebat, & tamen habebat intentionem faciendi contra ea, quæ Deus ei mandabat, ut patet Numeri 22. & 23. & 24. capit.

Prædicta patet Deuteronomio 13. cum dicitur, si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium se uidisse dicat, & prædixerit signum atque portentū, & euenierit, quod locutus est, & dixerit tibi, eamus & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis. non audies uerba prophete illius. Ecce enim Deus dixit

dixit ista posse stare. s. q; propheta prædicat uerum signum futurum: & postea adiungat falsa alia, quæ futura non sunt, uel quæ fieri non oportet.

Et sicut posuit Deus exemplum in isto facto uerito. quando propheta dixit eamus, & seruiamus diis alienis: ita potest poni in quolibet: nam si propheta potuit prædicere uerum signum, & postea adiungere istud factum tam detestabile, ita & a fortiori poterit adiungere quodlibet aliud factum indifferens: & erit falsum, uel saltem non confirmabitur ueritas eius ex miraculo dato. Vt si dixisset Iosue. ego dico uobis diuidendas esse cras aquas iordanis, & q; tota terra Chananæorum erit tradenda in manus uestras ante quinque, uel sex annos, nam hoc falsum esset, quia nō fuit tota tradita usque ad tempus regis Salomonis, ut patet 2. Paralipom. 8. cap.

Quod autem propheta posset prædicere uerum signum, & simul prædicere aliquid quod non eueniet, satis stat, quia non includit aliquod inconueniens: nā cum duæ propositiones, uel orationes de futuro sint, & una non dependet quantum ad ueritatem a altera modo ex altera, poterit prædicere vnam ueram, & aliā falsam, quia sic se habet in propositionibus de presentibus, quarum altera sit necessaria, & altera impossibilis ut triangulus habet tres angulos equales duobus reëtis, & asinus est risibilis, si tamen ueritas vnius propositionis dependeret ex altera, non posset simul proferre duas quarum altera esset falsa, & altera uera, sed aut utraq; falsa, aut utraq; uera.

Obiectio tacita ad prædicta. Et quod falsa quandoque Deus permittit a prophetis dici ad temptationem nostram. Quæst. XXV.

SED dices uerum est, q; secundum se ex parte propositionum non includitur aliquod inconueniens, q; proferat quis simul duas propositiones de futuro quarum altera sit uera, & altera sit falsa. tamen ex parte Dei est inconueniens. s. q; ipse det signa, & permittat illa esse ad falsitatem.

Respondendum est, q; talia miracula, quæ prædicuntur, non ponuntur tanquam signa: sed simpliciter prænunciantur, & alia quæ cum eis dicuntur, eodem modo simpliciter prædicuntur: Deus tamen scit, q; ipse cui dedit uerum signum prædicere est adiuturus falsa illi signo uero a Deo dato, & tamen interdum ista consentit ad temptationem nostram. nec in hoc in Deo aliquod inconueniens inducitur, aut falsitas in eis, q; ab ipso dicuntur, sic patet Deuteronomio 13. ubi cū posuisset non esse audiendum prophetam, qui signo uero admisit falsa quæ Deus non dixit, ait, quia tentat uos Deus uester, ut palam fiat an diligatis eum, an non, in toto corde uestro.

Si autem aliquis prædicat aliquid futurum, & in signum eius prædicat aliquid futurum, & eueniat, necesse est id quod prædicatur esse uerum, ut si Iosue prædixisset, ego dico uobis Iericho esse tradendam in manus uestras, & in signum huius iordanis diuidetur ad transitum uestrum. si iordanis aperietur, necesse est, ut Iericho tradatur in manus iudæorum, alioquin si Iericho non esset tradenda in manus iudeorum, Deus non permitteret, q; eueniret, uel non faceret euenire id q; posuit tanq; signum, q; talia loqueretur. Cā huius est, q; Deus nos directe deciperet, & esset confirmator falsitatis, q; nimis repugnat dignitati Dei atque est impossibile: nam miracula a solo Deo fieri possunt. Si ergo prædiceret Iosue, ego dico uobis Iericho esse tradendam, & in signum huius iordanis aperietur ad transitum uestrum, si falsum esset q; Iericho traderet:

& tñ postea Deus aperiret Iordanem ad transitum iudæorum, esset Deus auctor, & confirmator falsitatis. Ideo si falsum est, q; urbs Iericho tradenda esset in manus iudæorum, & Iosue prædixisset tradendam dans in signum diuisionem futuram iordanis, illa non accideret. hoc patet Deut. 18. c. cum dicit, q; si tacita cogitatione uideris quomodo possum intelligere uerba, qd nō est locutus dñs, hoc habebis signum, q; in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenierit, hoc dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta ille cōfinxit, e contrario atq; concluditur, q; si aliquid futurum prædixerit, & in signum eius prædixerit aliquid quod eueniat, dñs locutus est illud.

Diversitas autem inter casum istum, & superiorem est, quia in superiori casu non ponebatur miraculum, quod prædicebatur tanquam signum alterius, q; postea futurum prænunciabatur: sed simpliciter utrumque prædicebatur, ita q; non haberet unum ad alterū habitudinem tanquam signi ad significatum, in secundo autem casu ponitur unum tanquam signum alterius. Iō in primo casu Deus non decipit nos: in secundo autem casu nos decipit: nam si aliquis pronunciet futurum aliquid mirabile, & deinde dicat q; ad alterū aliquid euenturum est, aut primum eueniat, & secundum non: & nos credamus secundum propter primum atque fallamur, non decipimur a Deo, quia quamquā aliquis proferat unam ueritatem, postea potest proferre mendacium, & ista duæ propositiones datæ, nec secundum ueritatem, nec p̄m modū dicentis hnt connexionem aliquam inter se. Tñ in secundo mō qñ ponuntur duo futura, & unum prædicatur tanquam alterius signum, ex mō proferentis vñ dependere ueritas vnius ex ueritate alterius, & sic in re esset, si essent tanquam uere signum, & signatum. ideo si data aliqua re euentura ut signum alterius, Deus faciat primam euenire, quæ solum per ipsum euenire poterat cum miraculosa sit: ipse nos decipit si secunda non euenit, quia nos ei credimus cum sciamus præcedens miraculum quod ponebatur tanquam signum ab eo factum, & cum hoc credentes decipimur.

Si Deus prædicat propheta aliquid signum futurum, an poterit ille per malitiam suam ponere illud ad confirmationem alicuius falsi. Quæst. XXVI.

SED aliquis arguet contra hæc, ut ponatur, q; alicui propheta Deus reuelauerit aliquid futurū quod mandauit ut diceret, & dedit ei aliquod signum ad illud, & postea ille propheta per tumorem animi sui noluit prædicere futurum esse, quod Deus iussit, sed aliquid alterum, q; falsum est, ut pote contrarium eius, q; Deus iussit: & tñ ad confirmationem huius dat signum, qd Deus ei prædixit euenturū esse: Ecce hic eueniet signum, q; ipse propheta dat, q; a Deo prædixit illud euenturum, & tñ non eueniet id ad q; signandū positum est, quia est contra id, q; Deus futurum prædixit. Quod autem sit possibilis casus patet, quia propheta potest confingere per tumorem animi sui q; uoluerit, sicut Deus dicit Deute. 17. & 18. c. ergo non erit aliqua certitudo ex signis datis a prophetis.

Ad hoc respondendum est, q; nō potest stare, q; inducitur, sed responderi debet ad casum q; id qd Deus posuit in signum rei alicuius future, & mandauit propheta, ut prædiceret illud tanq; signum, aut est tale, q; aliter etiam euenturum esset, etiam si non futura esset res illa cuius Deus fecit esse signum, aut est tale q; solum a Deo fiet ad signandum rem illam, quam uult prænunciari esse futuram.

Si autem secundo modo dicatur, erit respondendum,

dum, qd si Deus dederit prophetæ rem aliquam futu- ram prædicendam, & signum futurum ad illam, si pro- pheta per tumorem animi sui prædixerit futurum, qd Deus non prædixit, & prædixerit ad hoc signum, qd Deus ad aliam rem posuerat, non eueniet illud signū, & sic faller prophetæ tam in signo, quam in re, quam prædixit futuram.

Et tunc si arguas, qd signum semper eueniet, quia Deus illud prædixit euenturum. Respondendum est, qd si Deus prædixisset simpliciter euenturum non tan- quam signum, et si iste propheta muraret uerbū Dei, euenturum erat, quia tñ prædixit solum, ut esset signū alicuius rei, & propheta noluit exprimere rem illam cuius Deus uolebat esse signum, nō eueniet signum, esset quippe supernacuum. Simile huius patet, qd qñ Deus aliquid alicui promittit, non semper euenit: sed frequenter mutatur, ut patet primo Reg. 2. c. cum dñs loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiter- num, nunc aut dicit dñs absit a me hoc, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum: & quicunq; contemnunt me, erunt ignobiles. Simile patet Hier. 18. c. hoc autem est, quia intelliguntur omnia ista cum con- ditione status secundum quem facta est promissio, ali- ter non fiat promissum. Sic autem est hic: quia cum Deus daret solum vnum signum futurum ad signan- dam rem, quam ipse uolebat, & iubebat futura signa- ri, si propheta per tumorem animi sui transtulerit il- lud signum ad aliquid alterum signandum, non eue- niet, quia iam non manet conditio, vel cā ad quā Deus dabat illud signum futurum in signum.

Si autem illud futurum, qd Deus dabat in signū alte- rius; erat tale qd euenturum erat, et si non poneretur ad signandum veritatem futurā cuius ponitur signū: est respondendum, qd iste casus est impossibilis. Nam quamquam secundum se non includit aliquam im- possibilitatem fieri, tñ Deus non permittit, qd fiat, ne ipse sit cōfirmator falsitatis. s. qd signum ab eo factum sit deceptiuum, ita qd credamus per illud aliquid euen- turum esse, qd nequaquam eueniet. & tunc quamquā dato isto signo a Deo in demonstrationem alicuius rei quam uult prænunciari, propheta uellet ponere illud in demonstrationem, & in signum alterius rei, quam Deus non dixit non permittit Deus illum dicere, ne sit signum falsitatis. Nec est inconueniens, qm̄ aliquā do Deus facit hoīem loqui contra id qd ipse uult præci- pue in prophetis, sicut fuit in Balaam, qui uocatus est a rege Moabitaram ad maledicendum Israelitis, ut pa- tet Num. 22. c. & ipse uolebat maledicere, & tentabat hoc efficere. Deus tñ non permittebat eum maledice- re, sed magis faciebat, qd benediceret, ut patet Numeri 23. & 24. & sic ipse dixit, ad benedicendum datus sum benedictionem prohibere non ualeo. & iterum si de- derit mihi Balach totam domum suam plenam auri, & argenti, non potero praterire sermonem dñi, ut bo- ni quid, vel mali proferam ex corde meo, ut patet Nu- me. 24. c. Ita ergo hic cum ista essent contra Dei veri- tatem. s. qd miraculum ab eo factum, esset ad cōfirma- tionem falsitatis, non permetteret Deus, qd propheta talia loqueretur, & sic non stabit casus.

Arguit contra prædicta. Et casus quatuor exponuntur in quib; mendacium dicit Propbeta. Quæst. XXVII.

SED contra hoc aliquis arguet dicens, quia si hoc modo dicatur, non poterunt propheta cō- fingere quicq; de corde suo, qd Deus tenebit eos ne qd confingant. & tñ aliqñ cōfingunt ali- quid sicut illi, qui dicunt se aliquid accepisse a Deo, &

accepserunt a demonib; Vel aliqui accepserunt a Deo re- uelationes, & signa vera a Deo: & tñ postea adiungunt falsitates, sicut de illo, qui dixit signū, & euenit, & pos- tea adiunxit: & uenite eam, & colamus Deos alie- nos, ut patet Deut. 13. c. sic quoq; eodē lib. 18. c. ergo si militer poterunt hic confingere, qd uoluerint, & mane- bit signum datum a Deo uerū, & ipsi ponunt illud ad signandum aliquid quod nequaquā euenturū est. Rñdē dum est, qd cōfictio, qd facit propheta de corde suo, ali- qñ redundat in diminutionē honoris, & ueritatis diui- nae, aliqñ non. Verbi gratia, ut si aliquis proferat mira- culū, qd Deus prædixit esse futurū, & id ad qd signandū dandum est: & pferat vnum tanquā signum alterius. Postea autem adiciat aliqua falsa, qd prædicat esse futura: & non dicat ista signata esse per miraculum a Deo datū in signum prioris reuelationis, quāquā signū eueniat, & id ad qd signandū est datū, & platū a ppheta: & nō eueniat s̄m: nō dicit signū a Deo datum decipere nos quia nō ponebat in signū eius qd nō euenit, nec ppheta ad hoc protulit. Si autem nos pp ueritatem signi oīa cre- didimus: qd ille propheta postea protulit, & non dixit esse signata per illud miraculū, & fallimur, nō decipit nos Deus, sed nos ipsi nos decipimus non distinguen- tes inter ea, quorū ponebat signum illud miraculū, & ea quorū non ponebat signum: & iste est casus Deut. 13. c. hoc autem Deus permittit, quia non cedit in eius de- honorationem. Alius casus est, ut si propheta aliquid cognouerit a Deo euenturum qd non sit signum alicuius rei, uel sit signum alicuius rei, & propheta illam subtriceat, & probato illo miraculo, vel re euentura a Deo proferat aliam quam dicit postea euenturam, & non sit, & tñ id qd a Deo futurum est non derat ab isto propheta tanquam signū eius, qd ipse p̄nunciabit. hoc mō si nos pp primum credamus secundo, nos seduci- mus nos ipsos, & non futurum miraculum a Deo. Iō in hoc casu Deus permittit prophetā confingere de corde suo, quia non sequit aliqua falsitas, vel approba- tio eius in prodigiis factis a Deo.

Alius casus confictionis prophete esse potest, cum confingat aliqñ signum qd Deus non dixit, nec euen- turum est, & per illud uelit confirmare aliquid qd ule- rius dicit esse futurum, & illud etiam futurū non est, & hæc est plena confictio. De hac dicitur Deut. 18. ca. & istā confictionem similiter Deus permittit, quia nō redundat in diminutionem, vel dehonorationē eius.

Alius casus est cōfictiois, ut si propheta sciat aliqñ prodigium a Deo futurum, qd non sit signum alicuius uel sit signum, & tñ non exprimat propheta id cuius est signum, sed confingat aliquid alterum, & ad confir- mationem illius inducat in signum prodigiū, qd Deus reuelauit futurum, Deus non permittit talem confi- ctionem, quia hoc mō Deus esset per prodigia sua fal- sitatis humanae, & iniquitatis fautor atq; confirmator & sic stat solutio. Alio mō rñderi poterat ad principa- lem obiectionem, qd Deus cognoscit, qd in hoīe sit: iō si aliqñ cognosceret talem esse, ut uellet signa data a Deo conuertere ad alterū in quo signa Dei essent cō- firmatiua falsitatis, non dabit illi cognitionē horū, & sic tollet inconueniens. Sed prior solutio solidior est.

Ex prædictis autem satis patet rñsio ad id qd q̄rebat. s. qd quamquā non locutus fuit Deus ista, sed Iosue. & quā quā non loqueret ipse, sed quicunq; aliorum hoīum, si daret in cōfirmationem dictorum suorum aliquod prodigium qd a Deo fieret, esset certa probatio dicto- rū p̄nunciatorū. Cā eius est: quia qñ aliq; dicit aliqñ si gnum futurum esse, & euenit, est p̄sumptio qd eodem mō poterit cognoscere de aliis futuris, nisi forte tale futurum sit qd naturaliter cognosci possit, ut i eis, qd co- gnoscunt per motū celi, si tñ sunt talia, quæ nullo mō uia humana cognosci possunt, cognito vno futuro, si- gnum

Secūda so- lutio, ad p̄- positum.

gnum erit, qd alterū cognosci possit, potissime cū illud futurū, qd dat i signū, est tale, qd a solo Deo fieri p̄. nā tūc certissima atq; necessaria probatio est. In quo sciē- dū, qd qñ aliquis prædicat aliqua futura, & in cōfirmatio- nē horum dat aliqua signa futura, quæ eueniant ante rem, qd p̄nunciata est: aut illud signum est aliquid tale, qd quamquā uia humana sciri non pōt: tñ non fit spe- cialiter a Deo, sed est cōtingens, uel est aliquid qd a lo- lo Deo fieri possit. Si primo mō lignum ponat, & ene- niat, causat p̄sumptionē magnā ueritatis rerum, qd p̄di- ctæ sunt: tñ non causat sufficiens argumentum, aut ne- cessitatem. Si autem signum solum a Deo fieri possit, est probatio sufficiens, & certa, cum signum datum eue- nerit. Verbi gratia: si aliquis dicat usque ad triginta an- nos erunt magna bella, uel iste patrem suum occidet, uel capietur ciuitas ab hostibus: & in signū huius iste moriet usq; ad vnum annum integrum, uel habebit fi- lium. ecce signa data naturaliter cognosci non pōt. s. qd moriat iste usq; ad vnum annum, uel qd hēat filiū: & tñ qñ ista signa euenierint non est necessaria proba- tio, qd euenient ea, qd p̄dicebant: quia ista signa non sunt aliquid, qd a solo Deo fiat, sed contingunt ad vtrūlibet. Iō sicut contingit, qd aliq; p̄nunciās ea uerū dicat, ita & continget, qd dicat falsum. Si autem sit secundo mō utpote si dicat tota ista terra erit in manu hostili, usq; ad duos annos, & in signum huius manē stabit sol im- motus per duas uel tres horas, uel durabit nox per. 50. uel 60. horas in terra ista. manifestum est. n. ista a solo Deo fieri posse, & ponuntur a nobis tanquā signa eo- rum, qd p̄nunciuimus. Si igitur ista euenierint eo mō, & tpe quo nos diximus, argumentum necessarium est, qd ea qd p̄diximus euenient: cā est, qd alias Deus esset confirmator falsitatis. nam cum positum sit istud pro- digium in signū futuri p̄nunciati, & solum a Deo fieri possit si fiat, dicemus Deum confirmasse id qd prænu- nciatum est, qd si non euenierit, Deus est cōfirmator fal- sitatis, & tñ hoc falsum est, ergo necessario euenient, quæ talib; signis confirmant. Sic autem erat de signo posi- to a Iosue, quia ipse prædixit aliquid futurum. s. qd De⁹ introduceret iudæos in terram illam expulsis Chana- næis, & Ethæis &c. & in signum huius dixit Iordanē i- transitu eorum esse aperiendum. istud signum non e- rat cōtingens, sed solum per uoluntatem, & manda- tum Dei. Iō cum euenisset istud mandatum signum, certa probatio erat de futuro prænunciato, alioquin Deus, qui fecerat istud signum, erat confirmator falsi- tatis.

Quædam dubitatio, quæ restat contra prædicta, de certitudine prædictionis. Quæst. XXXVIII.

SED adhuc aliquis q̄ret, si aliquis a casu dicat ali- quod signum, qd Deus facturum est, & ponat il- lud in probationem alicuius rei, quam p̄dicat, & non eueniet. uerbi gratia: si aliquis i die qua aperuit Deus Iordanem ante iudæos, uel fecit stare so- lem, dixisset esse aliquid futurum qd nequaquam futu- rum erat, & ad hoc daret signum dicens: hodie stabit sol super Gabaon, siue aperiet Iordanis ad transitum Israelitarum, q̄sio ista starent? quia iam Deus esset ap- probator falsitatis. Quod autem istud possibile sit: patet. Nam quamquā nemo scire possit per certitudinem, quæ Deus facturum est nisi ipse reuelauerit, tñ p̄t dice- re quilibet a casu tale, uel tale futurum esse cras, & erit sicut p̄t contrarium asserere. Respondendum est to- taliter eodem mō sicut supra respondebat de prophe- ta, qd conat signa Dei ad aliqd data, ad alterum uertere. s. qd non permittit, uel non dabit tale quid i corde, ne confirmator falsitatis Deus uideatur.

Quod dominus Deus uerter in medio uestrum sit, dicitur

Deus esse in medio aliquorū non, qd pprie in medio eorum sit, quia Deus in nullo loco est, cum nullus lo- cus eum capiat: tñ qd in loco est, a loco capit, quia men- surat ab eo. sed loquendo large Deus ubiq; est, quia po- tentia sua ubiq; est: & ubiq; aliquid agit. Dñs tñ Deus esse in medio alicuius gentis s̄m, qd illi genti sp̄aliter benefacit, uel p̄stio est ad benefaciendum. Nā si De⁹ esset distās a nobis prius magno tpe peteremus, qd nos exaudiret, & succurreret: qñ ergo p̄sio ē nobis ad suc- currendū, dñs esse in medio nostri, & hoc signat Deut. 4. cū dñs. nec est alia natio tā grādis, qd hēat Deos appo- pinquantes sibi, sicut dñs Deus n̄ adest cunctis obie- ctationib; nostris. & istum modum loquendi hēbant iudæi. nam si Deus concederet, qd ipsi p̄tebant succur-rens immediate in necessitatib; dicebant esse Deum i- ter se, alioquin negabant: sic patet Exo. 17. cū dñs tenta- uerunt dñm dicentes: est ne dñs in nobis, an non. q. d. si in nobis est immediate dabit aquas, si non dat aquas non est inter nos. Quod dominus Deus uiuens. Vocat hic Iosue Deum Israelitarum Deum uiuentem, & i hoc distinguit a diis gentium, qui sunt lapides, & lignū. ma- nus hñt, & non palpabunt, pedes habēt, & non ambu- labunt &c. Psal. 113. erant ergo dij mortui dij gentiū, sed mortuo non competit actio, cum mortuum non sit ens, quia est connotatio distrahens, ergo non pote- rant operari, Deus autem iudæorum operabat faciens mi- rabilia. ergo Deus uiuens erat: immo Deus uita est, quia est purus sp̄s, & est uita indeficiens, & esse permanēs Et disperdat. i. disperdet. In conspectu uestro Chananaum. Istud erat qd p̄dicebat. signum huius erat Iordanis diui- sio. Erat. n. conueniens signum, quia a Deo ponebat. Di- cit Deus, qd disperdet Chananaū, & Amorrhæū &c. in conspectu iudæorum. i. ante conspectum eorum. s. qd eis uidentib; Deus destruet Chananaeos. sic patet cū misit lapides grandes de celo super illos: & plures pe- rierunt percussis lapidib; quam occidissent manibus iu- dæorum, ut patet J. 10. c. uel dñs in conspectu eorum dis- perdi, quia intrātib; iudæis fugiebant Chananaei, uel cadebant manib; ipsorum. Ponunt hic oēs septē popu- li Chananaeorum large, & ponuntur etiam Gergelei. Ex quo concludit contra quosdā dicentes, qd Gerge- sai non restiterunt iudæis intrantib; sed anteq̄ ipsi in- trarent recesserunt. Vel intrantib; locum dederunt, ita qd nulla pugna cum eis fuit. Hic tñ dicit Deus, qd ēt tra- det Gergeleum in manus iudæorum, ergo certandū erat cum eo. Dicunt tamen hoc quidam, quia cum a- lii populi Chananaeorum nominent plerumq; in toto pentateucho, Gergeleus raro nominatur. habetur ta- men Deut. 7. de illo: & hic.

Quomodo Deus daturus erat terram Amorrhæorum, cum iam il- lam dedisset. Quæst. XXXIX.

SED aliquis obieciat: cum Deus a principio pro- miserit iudæis decem gentes, ut patet Gen. 15. ca. ubi factum est s̄dus cum Abraham, & illę promissiones dicuntur completæ in posteris eius: quare Deus solum hic promittit gentes septem, quid. n. de aliis tribus factum est?

Respondendū est de hoc sicut declarauimus Deut. 7. ubi dñs late de hoc. Sed adhuc aliquis quæret hic, quō dicat Deus se daturum iudæis terram Amorrhæorū, cum iam ista terra data fuerit. nam tpe Moyfi anno. 40. ab exitu de Aegypto pugnatum est cum duob; re- gib; Amorrhæorum Sehon, & Og: & tota terra capta est de manu illorum duorum regum, ut patet Num. 21. & Deut. 2. & 3. c.

Respondendum est qd Chananaeorum populi erāt septem, quorum unus de p̄cipuis erat Amorrhæus, iste erat a parte orientali aliorum populorum, & pars eius erat

erat ante transitum Iordanis ad orientem Iordanis : a lia erat post transitum ad occidentem Iordanis . Prima pars erat quam possidebant duo reges Amorrhæi . s. Sehon, & Og, & istam de manu illorum abstulit Moy ses, atq; tribuit duabus tribubus, & dimidia. s. Ruben & Gad, & dimidia tribui Manasse, vt patet Num. 32. & Deut. 3. & de hac non dicitur hic . Alia pars terræ Amorrhæorum, erat post transitum Iordanis ad partē occidentis : & in hac etiam reges multi erant sicut in parte, quæ iam capta erat: sic patet infra. 5. c. cum dicit postquam igitur audierunt omnes reges Amorrhæo rum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chananæorum, qui propin qua possidebant &c. de istis Amorrhæis, qui trans ior danem erant, hic dicitur qd Deus traderet illos in manus iudæorum, sicut cæteros Chananæos.

Ecce arca fœderis domini omnis terra antecedit vos per Iordanem. Sacerdotes portantes arcam primo ingressi sunt in aquas Iordanis, quam distingerentur aquæ, & tamen immediate, vt plantæ sacerdotum tetigerunt aquas, diuisus est Iordanis in duas partes.

Antecessit hic arca Israelitas, ut non timerent, & vt crederent miraculum illud a Deo fieri præsentem gloria sua, quæ erat in arca. in mari rubro non est factum sic, qm tunc non erat arca facta, quæ præcederet Israe litas ingredientes per profundi maris apertos gurgites fuit. n. postea facta in monte Synai, sed ibi Moyses ingressus est ante eos, qui timorem abstulit, & cōsequē ter alij ingressi sunt.

Antecedit per Iordanem. Non transeundo vsq; ad finem aquarum, sed perueniendo vsq; ad medium, & ibi sistendo quousq; transirent omnes Israelitæ, & sic cum peruentum est ad medium aluei ipsi inceperunt præcedere arcam.

Parate duodecim viros de 12. tribubus Israel. Ista loqueba tur Iosue ad omnes Israelitas: & iubet hic parare viros duodecim, & non ponitur ad quid: sed sequenti, capi dicitur, & exprimitur. s. ad tollendum lapides. 12. de al ueo Iordanis, & educendos eos, atque portandos in lo cum castrorum diei ipsius.

An electio duodecim virorum ad educendum lapides de Iordane fuerit facta per Iosue, vel per Israelitas. Et an sit hic recapitulatio, vel anticipatio.
Quæst. XXX.

SED arguet aliquis, qd non parauerint Israelitæ istos, 12. viros, sed Iosue, vt patet sequenti capi. Deus. n. dixit ei, elige. 12. viros singulos per sin gulas tribus. ergo ad Iosue pertinebat.

Respondendum est, qd electio, uel paratio virorum est hic duplex. Vna per modum puræ electionis, alia p modum acceptationis, & institutionis.

Primum pertinebat ad Israelitas, quia quilibet Israe litæ in tribu sua, vnum uirum elegerunt ad hoc, & p sentauerunt Iosue, ipse autem approbavit, & recepit hos. Ita est in patronis Ecclesiarum, & prælati. n. pa troni habent ius eligendi clericum, & præsentandi p lato, ipse autem prælatus habet ius instituendi præsen tatos, & abiciendi eos si indigni sunt.

Alio modo responderi potest, qd electio ista fuit fa cta vere, & complete ab Israelitis, fuit tamen facta au thoritate a Iosue, quia eo præstante auctoritatem, & iu bente facta est. & ponitur hic istud præceptum, & repe titur seq. c. vnde necesse est fieri anticipationem, vel recapitulationem, erit anticipatio si istud præceptum non fuit datum vsq; quo fuerint ingressi Israelitæ in Iordanem. erit autem recapitulatio si datum fuit ante introitum in Iordanem, & repetitur post introitum.

Quid autem verius sit: dicendum vñ quibusdam, qd

infra ponatur per recapitulationem. nam istud præce ptum fuit datum ante ingressum Iordanis, sicut cetera supra descripta. iō fuit factum hic. Tamen ne per e narrationem eius intercidantur, quæ narrantur, con gruentius fuit postea enarrari, quam hic: quia postea non turbata historia posset plene enarrari.

Item patet, quia uiri, qui accepturi erant lapides in iordane, debebant eos sumere antequam exirent de iordane. nam alias oporteret eos redire cum exissent iterum in Iordanem, & hoc erat inutile, potissime cū isti lapides assumpti fuerint non de extremitate iorda nis ad exitum eius, sed de medio. s. de loco in quo stete runt pedes sacerdotum, ut patet immediate, & tñ sa cerdotes substiterunt in medio Iordanis, ut patet in fi ne capiti.

Nec potest aliq; dicere, qd ista præcepta fuerint da ta procedentibus per Iordanem, quia tunc non potuif set Iosue congregare Israelitas ad dicendum illis, qd e ligerent uiros ad educendum lapides de alueo iorda nis, quia erant in motu, & præcedebant per turmas suas, ut patet seq. c.

Dicendum ergo, qd infra ponitur istud præceptum per recapitulationem. 4. c. quia datum fuit ante introi tum Iordanis: fuit tñ facta ista recapitulatio ex cā supra posita, ut conuenientior ordo esset. Istud quibusdam visum est: sed falsum est: veritas autem declarabitur in principio sequentis. c. & ibi solentur rationes hæ.

Parate duodecim viros. Ius sit parari viros. 12. quia lapi des duodecim educendi erant de alueo Iordanis, & e rant magni, nec sufficeret aliquis eorum ad educendū duos simul.

Singulos per singulas tribus. i. qd de qualibet tribu elige retur unus. cauta est, quia hic iubeantur lapides isti i memoriam tribuum duodecim Israel, & si aliqua tri bus esset, de qua non sumeretur vir ad educendum la pidem, videretur tribus illa inter ceteras contempta: quod esset fomes odii.

Item tunc videretur, qd pro tribu illa non relinque batur aliquid in memoria, sicut pro cæteris.

An aliquis lapis de istis duodecim fuerit sumptus pro tribu Le ui, & per aliquem Leuitam: & quando Leuitæ intel ligebantur nomine duodecim tribuum, & quando non. Quæst. XXXI.

QUÆRIT aliquis an aliquis fuerit lapis sum ptus ex parte tribus Leui, sicut de cæteris. Et uidebitur alicui, qd non, quia cum com putantur duodecim tribus Israel, non com putantur Leuitæ cum eis, ut patet Num. 1. vbi nume ratis summis duodecim tribuum non ponitur ibi tri bus Leui: immo iustum est, qd non poneretur summa, Leuitarum cum filiis Israel, ergo cum hic dicatur sū ptos lapides duodecim pro tribubus duodecim, non erit aliquis sumptus pro filiis Leui.

Ad hoc respondendum est, qd in Iordane sumptus fuerit vnus lapis pro tribu Leui, sicut pro qualibet alia rum tribuum, & vnus de Leuitis intrauit sicut de cæ teris tribubus ad educendum lapidem vnum. In quo dicendum est, qd qm nominantur duodecim tribus, vel duodecim filij Israel, vel omnes filij Israel, aliqñ intelli guntur Leuitæ, & aliqñ non. si enim est aliquid, qd sit pure temporale, nominatis omnib. filiis Israel non in telliguntur Leuitæ, quia Leuitæ pertinebant ad specia lem sortem Dei: & nihil percepturi erant de hæredita te, vel similibus cum filiis Israel, sed Deus erat pars eo rum, ut patet Num. 18. & 3. c. si tamen spirituale aliquid fuisset, non disiunctæ fuissent summæ Leuita rum, & cæterorum israelitarum.

Si autem esset aliquid spirituale, nomine filiorum Iisrael

Israel intelliguntur Leuitæ: vt qñcunq; datur aliqua lex coactiua, quæ dicatur ad omnes filios Israel, nō so lum obligabuntur ibi Israelitæ laici, sed etiam Leuitæ: alioquin daretur, qd Leuitæ non essent obligati ad ali qd cōstitutam a Deo legem, cum in eis dicat homo de filiis Israel, vel de aduenis, q tale vel tale fecerit, mor iat: sed hoc absurdum est, quia ad oēs leges a Deo da tas, ita tenebantur Leuitæ sicut ceteri israelitæ: immo adhuc videtur, qd magis teneri deberent cum religio siores sint. Sic aut est de celatura nominū duodecim filiorum israel in duobus onichinis Ephod: & in duo decim lapidibus preciosis rationalis. nam ibi ponebat nomen Leui sicut aliorum filiorum israel: alioquin cum ista nomina ponantur, vt essent israelitæ in recor datione ante Deum, videretur, qd tribus Leui non de beret esse in recordatione Dei.

Item quia sacerdos magnus orabat pro his quos ge stabat scriptos in pectore, & humeris. si tñ nō esset ibi scriptus Leui, non oraret sacerdos magnus pro Leui tis: qd falsum est. nam primo pro eis rogabat, qd pro cæ teris, & speciale sacrificium offerebat in die expiatio nis, vt patet Leui. 16. c.

Simile quoq; patet in approbatione legis, & dandis maledictionibus, & benedictionibus pro violatoribus & obseruatoribus legis. nam istæ datæ sunt ab oib. tri bub. Israel: & tñ inter duodecim interuenit tribus Le ui ad hoc, quia fuit inter sex tribus benedicentes i mō te Garzin, & aliæ sex steterunt ad maledicendum in monte Hebal, ut patet Deut. 27. cap. hoc aut, quia dari maledictionem, & benedictionem obseruatoribus & transgressoribus legis spirituale aliquid est.

Sic aut in confirmatione datæ legis in mōte Synai fuerunt facta sacrificia, & erecti fuerunt tituli per sin gulas tribus. s. duodecim tituli, & isti fuerunt in memo riam datæ, & confirmatæ legis cum filiis Israel, & quia ista lex non solum dabatur laicis, sed etiam leuitis, posi tus fuit vnus de titulis i memoriam leuitarum, de hoc Exod. 24. c.

In hoc loco conformiter dicendū est, quia isti duo decim lapides fuerunt educti de Iordane, & positi in loco castrametationis, in signum qd Deus per Iordanē transduxisset pede sicco duodecim tribus israel: sed non solum transduxit laicos, quin immo, & Leuitas. nā ad introitum sacerdotum cum arca sunt diuisæ aquæ. iō pro Leuitis quoque lapis vnus educi debuit, sicut pro qualibet aliarum tribuum.

Cum autem arguebatur, qd nomine duodecim tri buum, non ponebantur Leuitæ: immo summa eorū dis iungi præcipiebatur a computationibus aliorum filiorum israel.

Respondendum est, qd ibi agebatur de aliquo tem porali, qm computabantur viri bellatores, cum in qua libet summa dicatur uirorum fortium, uel proceden tium ad bellum, Leuitæ autem ad istam ministratio nem non pertinebant. Ideo cum his non computati sunt. sed Deus iussit, ut ponerentur super Sanctuariū, & specialiter computarentur pro distinctione operū Sanctuarij, ut patet Num. 1. & 3. c. si tamen spirituale aliquid fuisset, non disiunctæ fuissent summæ Leuita rum, & cæterorum israelitarum.

Quando Leuitæ computantur inter reliquas tribus, quomodo cō putantur duodecim tribus, cum propter Leuitas sint prædecim tribus. Quæst. XXXII.

AMPLIYS aliquis dicit, vel queret, cum di camus Leuitas computari hic inter duo decim tribus, quomodo poterunt compu tari tribus duodecim. nam præter Leuitas sunt duodecim tribus israel, ut patet Num. 1. c. si autē

ponatur cum eis Leui, erunt tribus. 13. & tamen nun quam computantur nisi tribus duodecim quomodo cunq; se habeat.

Respondendum est, qd siue computentur Leuitæ, vt una tribus, siue non, semper sunt tribus duodecim, sed computantur diuersimode. nam cum ponitur Le ui, ut una tribus, computantur tribus per filios, & nō per sortes. cum vero non computatur Leui dicuntur duodecim tribus per duodecim sortes, & nō per duo decim filios.

In quo sciendum, qd Iacob genuit duodecim filios ex quatuor vxoribus: ut patet Ge. 29. & 30. c. qñ enim per capita horum denominamus tribus, ita ut cognatio tota deriuata a quolibet horum tribus dicatur, erit Leui tribus, & computabitur per viros, & non per sor tes. nam Leui nullam sortem habet, & tamen compu tatur vna tribus, quia est vnus de filiis iacob, & Iosue computatur, vt una tribus, & tñ habet duas sortes, ut patet Gen. 48. hæc autem computatio hñ Deut. 27. nā Iosue ponitur vna de sex tribubus, quæ erat ad bene dictionem super montem Garzin. Aliquando compu tatur tribus per sortes. s. vt illa cognatio in terra p missionis, quæ susceptura hæreditatem erat, diceretur vna tribus: & quia in terra promissionis fuerunt factæ duodecim sortes hæreditatum, uocantur duodecim tribus illæ cognationes, quæ has sortes possederunt.

Et tunc quia Leuitæ nullam sortem susceperunt, sed Deus erat fors eorum: non uocantur israelitarum vna de duodecim tribubus Leuitæ. Et ista computatio fit cōiter, tunc manent filij vndecim iacob, qñ tñ Iosue in duas partes diuisus est. s. in Manassem, & Ephraim, quos tanquā filios subrogauit sibi iacob, vt patet Gen. 48. accepit duas sortes: & sic non computatur Iosue tanquam vna tribus, sed tanquam duæ propter duas sortes: & sic Num. 1. & 2. non computatur Iosue. Sed Manasses, & Ephraim duæ tribus loco eius. Patet ergo per hunc modum qd semper erunt duodecim israe litarum tribus, siue ponatur Leui, siue subtrahatur. hic autem fuit iste modus primo dictus. s. qd tribus duode cim computatæ sunt per nomina filiorum, & non p numerum sortium, de his dictum est Deut. 27. c.

Et cum posuerunt pedum vestigia sacerdotes, qui portant ar cam. ista uerba non continuantur aliquo modo ad su pradicta, sed est alia ratio per se de diuisione aquarum Iordanis: fuit tamen interpositum præceptum de edu cendis duodecim lapidibus de Iordane, quod postea seq. c. finitur.

Et dicitur, qd mox vt sacerdotes ponerent pedes in aquam cessarent fluctus labita qd non intrauerunt sa cerdotes per aliquam partem aque, nec steterunt ex pectantes in ripa positæ plantis in aqua, ad signandam immensam Dei potentiam, qd subito potuit diuidere & tenere magna fluenta Iordanis.

Si enim paululum morentur in aqua non diuisa & postea diuideretur, existimarent quidam imperin qd Deus toto illo tempore non potuisset, & ad ultimi potuit: sicut est in operibus naturæ, quæ non pōt in in stanti, vel paruo tempore explere: sed hoc ex defectu cognitionis circa diuinam cognitionem prouenit. n. esse Dei est æternum, qd est præteritum, & totum si mul: ideo si non potest aliquid in instanti, non poterit in mille annis. Quamquam ista operatio diuisionis ior danis non facta est a Deo, sed ab angelis, ut supra decla ratum est: & angelus quidem non operatur sine tem pore, tamen ita repente operatur, qd non uidetur mē surata tempore operatio. Et quamquam angeli man dato Dei fecerint, si tamen nō immediate, vt ingressi sunt Iordanem sacerdotes portantes arcam substitui sent aquæ, sed post aliquantam moram, crederet ad huc imperfectio in Deo, qui non haberet ministros subito

scilicet in q. r.

subito aquarum moles diuidere potentes. *Aque, quae inferiores sunt discurrunt atque deficiunt.* Hic ponitur miraculum diuisionis iordanis: & hoc non fuit quantum ad aquas inferiores, quia illae iuxta consuetum morem discurrerunt in mare solitudinis. Sed quantum ad aquas superiores, quae steterunt pendentes quasi murus. Dicuntur aquae inferiores defecisse, quia aqua manet dum continuantur quantum ad flumina. cum autem discotinuantur pereunt, nam flumina consistunt eadem sepe a principio originis suae, non per unitatem numeralem cuiuslibet partis pedalis aquae, nam nullum pedale aquae nunc est in Tago, & Doriis, quod fuerit ab vno anno retro, sed omnes tales partes in mare defluerunt: sed dicitur manere idem Dorius vel Tagus, propter continuitatem ordinis labendi, quia semper partibus succedunt partes in fluxu: cum autem discontinuatio fit, pereunt flumina. Sic autem factum est in iordane, nam aquae superiores non manserunt continuatae inferioribus: ergo defecerunt, nec mansit tunc proprie iordanis, sed solum alueus iordanis: quia iordanis flumen notat. si tamen aqua defecit non est fluius, sed locus fluius. dicit tamen litera aquas istas discurrisse, & defecisse: discurrisse in eo, quod non manserunt, sicut superiores, quae fuerunt immotae, & eleuatae: defecisse quantum defecerunt de alueo iordanis, durabat enim alueus iordanis vsque ad mare mortuum: sicut infra patet: postquam mare intrat non vocatur iordanis: sic autem factum est quod dum maneret aqua superiores traeseuntibus israelitis per turmas suas, & ordinem, accesserunt aquae inferiores ad mare salum, quod non longe inde distat (scilicet in valle Sodomorum, & tunc iam defecerunt, quia in toto alueo non patebant aquae aliquae.

Tagus, & Dorii sunt hispaniae famosi flumina.

Versus quae parte currat iordanis. 1. c. 9. 23.

Vocatur hic aqua inferiores iordanis, illa quae ad meridianam partem declinabant ad sinistram manum traeseuntium israelitarum. nam iordanis fluius oritur in terra Chanaan in confinibus terrae Tyri, & Sidonis in radicibus libani montis magni, qui est vnus de terminis terrae promissionis, ut patet Deut. 1. & supra 1. cap. & hoc est in latere sinistro. scilicet aquilonari terrae Chanaan, quod patet ex descensu fluminis. nam tendit ad mare mortuum, quod est in parte meridiana terrae promissionis. scilicet circa desertum Syn. ergo deriuatio sua est ab opposito. scilicet ab aquilone.

Item patet ex descriptione, quae habetur Num. 34. c. vbi in latere aquilonari terrae Chanaan ponitur mos altissimus vnus de terminis, & ista est libanus. aquae ergo venientes a parte aquilonari erant superiores, & ista steterunt. Aqua autem eantes versus partem meridianam erant inferiores, quia declinabant versus mare solitudinis, & ista discurrerunt.

Erant autem istae aquae discurrentes ad manum sinistram, quia ipsi intrabant in terram Chanaan per iordanem. ergo intrabant per partem orientalem eius & sic terra illa in qua erant israelitae antequam transirent iordanem, dicebatur orientalis ad terram Chanaan ut patet Numeri. 32. & supra primo cap. cum confessi sunt duae tribus, & dimidia hereditatem possidere in parte orientali iordanis. Introeuntibus autem ab oriente versus occidentem necesse est meridianam plagam esse sinistram, & aquilonarem esse dextram, sed aquae inferiores erant meridianae, ut probatum est. ergo aquae defecerunt iudeis traeseuntibus iordanem ad partem sinistram, & ad partem dextram eleuatae sunt tanquam murus.

Et quae desuper venient, in vna mole consistunt. Dicebantur venire desuper aquae, quae veniebant de parte aquilonis, ubi erat scaturigo fontalis iordanis. Et recte dicuntur venire desuper: quia aquae semper prona petunt ex natura ponderis, & fluxibilitatis se non valentis ter-

minare. partes autem aquilonares mundi sunt eleuatiore partibus meridians. ideo magis fluunt aquae ab aquilone in austrum, quam econuerso: tamen quomodo cunque res se habeat, locus, contra quem aquae labuntur, inferior dicitur.

Sciendum, quod Deus diuidens aquas iordanis facere potuisset, ut toto hoc tempore quo traesibant iudei, & erant aquae diuisae, non prodierit quicquam de caeuina iordanis, nec de aliis torrentibus in eum confluentibus, & sic manerent aquae aequales in parte superiori iordanis a loco scaturiginis usque ad locum per quem iudei traesibant. hoc modo non potuissent aquae superiores eleuari in aliquam magnam molem, quia non esset aliquid superueniens, sed permisit, ut flueret de scaturigine iordanis, & de confluentibus torrentibus secundum morem, ideo necesse erat, ut hoc modo aquae superuenientes in magnam altitudinem tollerentur. sic factum est.

Et tamen sciendum, quod cum conflueret in vnā molem multitudo aquarum, non solum non precipitabatur super iudeos traeseuntibus ad hoc, quod flueret motu suo recto, sed etiam non defluebant ad ripas, ita ut extenderentur in amplum ultra ripas solitas planitiem terrae: sed mansit aqua intra alueum suum non excedens terminos, solum autem eleuabatur in sublime, & continuabatur ista eleuatio a loco in quo erant diuisae aquae vsque ad aliquantam distantiam. Ponitur autem hic quantitas distantiae, scilicet ab vrbe quae dicitur Adom vsque ad locum, qui dicitur Sarthan.

Quamquam in mari rubro, & iordane fuerit diuisio aquarum: tamen non fuit totalis similitudo inter haec duo miracula, & quare. Quae. XXXIII.

Sciendum autem, quod hic fuit factum miraculum in diuisione aquarum iordanis, sicut praesente Moysse fuit factum miraculum in diuisione maris rubri: sed non est similitudo totalis inter haec. nam in mari rubro diuisae sunt aquae: sed non fluxerunt superiores, aut inferiores, sed stabant aquae ex utraque parte quasi murus.

Item in iordane aquae superiores semper intumescunt: ita ut erigerentur in magnam molem, & maior moles fuit, quando iudei compleuerunt traesitum suum, quam ab initio traesitus, cum continue aquae de scaturigine fontium iordanis superuenirent: in mari rubro non fuit maior tumor aquarum eleuatarum a principio noctis, quando mare diuisum est, quam quando traesierunt iudei paulo ante vigiliam matutinam. Ratio horum est, quia aquae maris rubri non sunt fluentes in omnibus locis, quamquam vere mare rubrum oriatur apud Indum flumen indiae, & apud caucasum montem, & taurum, & fluat donec veniat in Aegyptum: sed non est ita fluens sicut flumina quorum aquae continue de fonte manant: sed magis est mare tanquam lacus magna aequalis vndique, non habens superius, & inferius, contra quod fluat, & a quo originem summat, praecipue in locis vbi stagnatur.

Ideo cum ibi non sit dare superius, & inferius in aqua, non stabit aliqua pars aquae, & discurrunt alia: sed vtraque stabit non habens aliquid inferius in quod fluat, sed quasi stagnata, & manens. In iordane autem non erat sic, quia deriuatur de latere aquilonari in terra Chanaan, ad radices libani: & fluat contra latum meridianum, quod est decliuus: ideo est in eis impetus fluendi ad prona. vnde si Deus non fecisset aliud miraculum tenendo aquas inferiores iordanis, sicut tenebat superiores: necesse erat, quod fluerent ad

Maris rubri ortus, & fluxus.

ad decliua: & sic factum est. Fuit etiam conueniens quod permitterentur labi ad infima magis quam quod manerent. nam consistentibus eis sic superioribus, paruus locus manebat iudeis ad traeseundum. nunc autem eis discurrerentibus, mansit liber totus alueus iordanis iudeis ad traesitum. In mari rubro est aqua tanquam in stagno sicut est in mari nostro Mediterraneo vel Oceano: & potissime in Mediterraneo quae non aestuat. Ideo non habebant aquae aliquid inferius in quod fluerent: cum omnia aequalia essent eis stagnatis, immo si Deus faceret aquas maris rubri ex vna parte stare, & ex alia discurrere, fuisset aliud miraculum praeter diuisionem aquarum: non decuit ergo addi miracula sine necessitate.

Quo loco & modo iudei traesierunt mare: & versus quam partem.

Amplius autem fuit alia causa & principalior, quare non discurrerunt aquae maris rubri, quia non poterat signari discursus secundum figuram traesitus iudeorum: quoniam non traesierunt ipsi mare rubrum a fronte in frontem, vel a litore in litus: sed ab eodem litore in idem, facto circulo in via traesitus. nam non erat traesitus a meridie in aquilonem, vel ab aquilonari plaga in austrum quae erant opposita littora, cum ibi mare veniat a parte orientali in occidentem: sed traesierunt ab occidente in orientem redeundo ab eodem litore ad idem: ut patet Exo. 10. & 14. ex ibi declaratis.

Et siue aquae inferiores discurrerent, siue non, manentibus superioribus nihil proficiebat iudeis traeseuntibus: proficisset tamen si ipsi traesierunt a litore in litum oppositum.

Alia differentia erat quod in iordane semper aquae superiores intumescunt in altum, eleuatum habentes tamorem: aquae autem maris rubri stantes quasi pro muro a dextris & a sinistris, non erigebantur in sublime. Ratio huius est: quia iordanis habet ortum a fontibus superioribus & fluminibus, vel torrentibus confluentibus ex his, & continue per alueum iordanis aqua deriuabatur: quae cum peruenisset ad locum vbi finiebatur motus propter traesitum iudeorum, necesse erat ut maiorem faceret eleuationem continue. In mari rubro non est continua deriuatio aquae a superioribus, sed est tanquam stagnum. Ideo quamquam manerent aquae eius, non sequebatur maior elatio.

Quomodo diuisus fuit iordanis, & an deficcatus fuerit alueus ad traesitum iudeorum. Quae. XXXIII.

Quaerit aliquis circa eleuationem iordanis, an deficcatus fuerit alueus ad traesitum iudeorum, vel solum fuerit ablata aqua manente fundo luto. Aliquis forte respondet non fuisse siccatum alueum iordanis, sed solum ablatam aquam: & ob hoc dicit quidam erectos fuisse lapides duodecim in loco vbi steterunt pedes sacerdotum tenentium aquam, scilicet, ut ipsi non essent in luto.

Item hoc declarant, quia hic fit mentio de diuisione iordanis, & non de deficcatione aluei: ista autem distincta erant. Ideo si fuisset facta talis deficcatio, fieret mentio de ipsa in litera.

Simile patet de diuisione maris rubri in traesitu iudeorum: ibi enim fit mentio de deficcatione, sicut de diuisione: nam misit Deus ventum vrentem tota nocte, qui vertit in siccum fundum maris: ut patet Exodi 14. cap. cum dicitur, abstulit illud Dominus flante vento vehemente, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.

Respondendum est quod Dominus diuisit aquas iordanis, & illarum alueum siccauit: ut esset locus Alph. Toft. super Iosue.

mundus ad traeseundum. nam alicubi forte esset locus lutosus, & ingereretur iudei, vel saltem coinquinarentur. aut manerent aliqua aquarum partes in locis cauis, & ista impedirent traesentes: & tamen non factum est sicut in mari rubro, quia ibi misit Deus ventum vrentem, & vertit lutum in siccum: hic autem non misit aliquid, sed subito versum est fundum in siccum. Et forte causa est: quia Deus diuisit mare rubrum in principio noctis, & non erat israelitae ingressuri in illud vsque ad vigiliam matutinam. Ideo per totam noctem misit ventum vrentem, qui successiue verteret in siccum: in iordane autem iudei statim traesituri erant: ideo non misit aliquid ventus qui verteret in siccum alueum fluminis: sed subito deficcatus est. Quod autem traeseuntibus iudeis alueus iordanis esset siccus patet: quia infra in litera dicitur, sacerdotes qui portabant arcam federis stabant super siccam humum, in medio iordanis accincti. Idem patet sequenti cap. cum dicitur, per arentem alueum traesit israel iordanem istum. Ad argumentum primum in contrarium quando dicitur: quod positi fuerunt duodecim lapides sub pedibus sacerdotum, ut non coinquinarentur: ergo non erat siccus alueus.

Respondendum est, multipliciter hoc deficere. Primo: quia dato quod esset alueus lutosus, poni istos lapides sub pedibus sacerdotum ne coinquinarentur, non staret: quia iam coinquinati essent: cum traesissent vsque ad iordanem medium: ut patet in litera. Item non fuerunt positi lapides isti sub pedibus sacerdotum: quia non dicitur, quod ponerentur lapides duodecim vbi erant pedes sacerdotum, sed vbi steterant sacerdotes portantes arcam: ut patet sequenti cap. Item non fuerunt positi isti lapides, ut essent sub pedibus sacerdotum, sed ut manerent in memoria traesitus filiorum israel: sicut lapides alij duodecim positi in Galgalis.

Quo intel. ligitur quod ponebant lapides sub pedibus sacerdotum.

Item non ponebantur lapides sub pedibus sacerdotum, quoniam pedibus eorum locus erat super siccam terram: ut patet infra cum dicitur, sacerdotes qui portabant arcam federis Domini stabant super siccam humum.

Ad aliud argumentum quando dicitur, quod de deficcatione maris rubri fit mentio: hic tamen non fit mentio de deficcatione: ergo non fuit deficcatus alueus.

Respondendum est: quod non fuit facta mentio de modo deficcationis aluei, fit tamen mentio quod alueus siccatus fuerit cum dicitur, arens terra, ut patet ex allegatis supra. patet ergo quod iordanis in traesitu iudeorum non solum diuisus fuerit, sed etiam siccatus.

Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut traesierunt iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam federis pergebant ante eum. Ingressisque eis iordanem, & pedibus eorum in parte aquae tinctis (iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat) steterunt aquae descendentes in loco vno: & ad instar montis intumescunt apparebant procul ab vrbe quae vocatur Edom vsque ad locum Sarthan. Quae autem inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum,

Ecol. 2. 4. de conf. cra. dist. 2. c. re vera. ver. iordanis.

tuum, descenderunt, usquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini stabant super siccum humum in medio Iordanis accincti: omnisque populus per arenam alueum pertransibat.

Hic ponitur tertium, scilicet complementum signi dati quod fuit in transitu Iordanis. *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis.* Dicebatur populus egredi de tabernaculis: quia quando erant in loco castrametationis erant in tētorijs, & ista erant velut domus ipsorum, quia non poterant alio modo regi. Ad transiendum autem Iordanem egressus est de tabernaculis, quia mouebant castra: & non solum egressus est de tabernaculis, sed etiam mouit secum sua tabernacula: & iste erat motus castrorum & erectio. Ex hoc patet quod præcepta omnia supra posita data fuerunt, & relata antequam introirent Israëlites in Iordanem: quia post illa dicitur de ingressu in Iordanem. *Et transierunt Iordanem.* Erant castra super ripam Iordanis, & quando egressi sunt Israëlites de castris ad nihil aliud egressi sunt, nisi ut transierent Iordanem. *Et sacerdotes qui portabant arcam præcedebant ante eum.* Quia arca præcedere debebat: ut ad ingressum eius in Iordanem aquæ diuiderentur: & post subibant Israëlites Iordanem. Sciendum autem: quod non potuit hic obseruari lex quæ habetur supra de arca præcedente per duo millia passuum. nam immediate ut arca Iordanem ingressa est, Israëlites intrauerunt, & apud eam transibant: ipsaque in alueo Iordanis manebat: sed habuit locum præceptum illud post exitum de Iordane, nam tunc substituerunt Israëlites in ripa, & arca præcessit usque ad spatium duorum millium passuum: & tunc Israëlites ambulare ceperunt, sequentes semper in distantia quasi duum millium passuum, *Præcedebant ante eum.* Scilicet ante populum qui egressus fuerat de tabernaculis suis. *Ingressus eis Iordanem.* Scilicet sacerdotibus qui ingressi sunt in margine aquarum solum, ubi tingerentur planta pedum sacerdotum: & non potest intelligi hoc de popularibus, quia illi non ingressi sunt usquequo defecerunt omnes aquæ Iordanis de secundo alueo: unde non tinctæ fuerunt plantæ eorum in aquis: de his tamen dicitur: quod pedes eorum tincti fuerunt. *Et pedibus eorum tinctis in parte aquæ.* Fuerunt pedes sacerdotum portantium arcam tincti aqua: quia primo ipsi ingressi sunt quam aperiretur Iordanis: & hoc ut crederetur, quod Deus cuius gloria erat in arca portata a sacerdotibus, faciebat mirabilia hæc in aquis: non tamen fuerunt pedes sacerdotum tincti nisi in parte aquæ: quia immediate ut retigerunt plantæ eorum aquarum substantiam, defecit Iordanis diuisis aquis. & hoc ut signaretur magna obedientia aquarum, & omnium rerum ad Deum, scilicet ut immediate scinderentur obediētes virtuti Dei præsentis in arca specialiter. *Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis implenerat.* Hic signatur magnitudo miraculi & necessitas.

Primo patet quantum ad necessitatem, diceret enim aliquis, ad quid diuisit Deus aquas Iordanis, ut transierent Iordanem Iudæi? nam vadabilis erat, ut patet præcedenti cap. ubi dicitur. hi autem qui missi fuerant secuti fuerunt eos per viam, quæ ducit ad vadum Iordanis. simile patet Iudicum 4. cap.

Respondetur necessitatem fuisse ad hoc miraculum: quia quamquam Iordanis aliquo tempore vadabilis sit, tamen tunc non erat: quia implenerat om-

nes ripas suas tempore messis. non poterant ergo transire, nisi facto miraculo. signatur etiam magnitudo miraculi, quia omnes ripæ Iordanis plenæ erant tunc in diebus messis. *Litera Hebræa habet. Et Iordanis implenerat super omnes ripas suas omnibus diebus messis.* Implere ripas vel super ripas idem signat. sed in hoc est diuersitas, quia dicitur omnibus diebus messis. & *litera nostra solum dicit tempore messis.* Nicolaus exponit quod ista repletio erat omnibus diebus messis, id est durabat toto tempore illo quo durabat messis. sed tempus messis secundum Iudæos est duorum mensium. ut declarauimus Gen. 8. cap. Intellegit ergo quod toto isto tempore manebat tumor Iordanis. Sed non est conueniens iste sensus: quia quamquam tumor accideret Iordani ad impletionem omnium riparum suarum, tamen non duraret toto tempore messis, sed per aliquot dies: & continuo paulatim exinaniretur, quousque rediret ad solitum aluē. Sed dicendum est: quod Iordanis implenerat omnes ripas suas omnibus diebus messis, id est quando-cunque esset messis, fiebat vnus tumor Iordanis: ita quod in quolibet anno tempore messis, solitus erat Iordanis intumescere, & replere ripas. Et hoc siue duraret ille tumor paucis diebus siue multis. est enim generale Iordani, quod quolibet anno messium tempore intumescat. sic patet Ecclesiastici 24. cap. scilicet qui adimplet quasi Euphrates sensum, & multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Item non est conueniens sensus qui supra dabatur: quia tamen veniret tumor iste Iordanis ex causa, quæ infra describitur, & illa non erat quolibet anno æqualis, non est vlatenus verisimile quod quolibet anno duraret tumor Iordanis toto tempore messis, scilicet per duos menses.

Item iste sensus secundus conuenientior est: quia in hoc approbatur verisimilitudo miraculi. nā diceret aliquis quomodo Iordanis tantum intumuit, ut esset illa diuisio necessaria? Respondetur quod omnibus diebus messis Iordanis ripas suas replebat, id est quolibet anno tempore messis accidebat ei iste tumor. *Tempore messis implenerat.* In hoc signatur quod Iudæi transierunt Iordanem tempore messis. & tunc intumuerat Iordanis.

An ideo quod Iudæi transierunt die decima mensis primi argui possit quod non transierunt tempore messis. Et quo mense sit messis in terra Chanaan. *Quest. XXXV.*

SED dicit aliquis quod non transierunt Israëlites Iordanem tempore messis, sed multo ante. nam transierunt decima die mensis primi, ut patet sequenti cap. tunc tamē non est messis: sed necdum vix apparent semina super terram, sed magis sunt magna frigora. Respondendum est argumentum istud deficere ex duobus. Primo quidem, quia non vocatur mensis primus hic qui apud nos vocatur primus, scilicet Ianuarius. sed mensis primus apud Iudæos est tertius noster, scilicet Martius, & aliquando primus mensis suus coincidit cum Aprili nostro quasi totaliter. nam ipsi incipiunt mensē primum prima die lunationis propinquioris æquinoctio vernali. Est autem æquinoctium ferè in medio Martij, scilicet vndecima die. si autem aliqua lunatio accidat tredecim vel quatuordecim diebus post æquinoctium erit propinquior æquinoctio, & incipiet ibi mensis primus Iudæorum. & tamen hoc est circa finem Martij nostri, scilicet die 27. vel 27. & tunc dies decima mensis primi erit sexta, vel 7. mensis nostri Aprilis. & tunc in quibusdā ter-

Litera Hebræa.

An tumor Iordanis daret toto tempore messis, i. p. duos menses.

ris frugū quædam maturauerunt, & sunt albæ ad messem. Secundo errant in qualitate terræ: quia arguit de terra promissionis secundum conditionem terræ huius. nam secundum quod terra aliqua magis vel minus accedit ad æquinoctialem, est magis vel minus calida propter eleuationem maiorem vel minorem solis in illa: & in terris calidioribus necesse est fruges quæ nascuntur velocius maturefcere. sed terra Chanaan est valde declinans ad æquinoctialem respectu terræ huius. Quia terra illa est in tertio climate: & pars eius in secundo. hæc autem est in quinto, & pars eius in principio sexti. nam ciuitas hæc Salamantina in quinto est: & eleuatio poli est valde maior hic, quam in terra illa. nam in ciuitate ista Salamantina est eleuatio poli graduum 41. & minorum 19. & in ciuitate Hierusalem, quæ est quasi in medio terræ Chanaan, est eleuatio graduum 32. & nullius minuti. Tanto ergo magis appropinquat ad æquinoctialem quāto est eleuatio poli minor, secundum regulam communem astrologicam. Ideo quamquam in terra ista in principio mensis Aprilis, vel circa medium eius, non sit tempus messium: erit in terra illa quæ calidior valde est. Quod autem in tempore mensis primi sit in terra Chanaan tempus frugum patet: quia in festo azymorum quod est decima quinta die mensis primi, offerebantur manipuli de nouis frugibus iam maturis, & conuertebantur in farinam: ut patet Leuit. 23. cap. Item istud tempus vocatur in terra Chanaan tempus nouarum frugum. quod patet: quia decima quinta die mensis primi egressus est Israel de Aegypto, ut patet Num. 33. cap. & iste mensis vocatur in scriptura nouarum frugum, ut patet Exo. 13. & Deute. 16. cap. Item quod tempus hoc fuerit colligendarum frugum ingredientibus Iudæis terram Chanaan & Iordane transiitum, patet: quia transitus iste fuit die decima mensis primi, ut patet sequenti cap. Sed post dies quinque, scilicet decima mensis eiusdem comederunt de frugibus nouis anni eiusdem, & cessauit tunc māna: ut patet infra 5. cap. ergo tempus erat metendarum frugum.

Vnde prouenit quod in Iordane, quolibet anno tempore messis est inundatio aquarum, cum habeatur pro miraculo quod tempore messis pluat in terra promissionis.

Quest. XXXVI.

QUARET nunc aliquis, cum dicatur hic quod quolibet anno tempore messis sequatur tumor in Iordane usque ad plenitudinem riparum, unde hoc proueniat. Non potest dici hoc fieri ex confluentibus fluuijs aut torrentibus, quia tunc aut toto anno hoc maneret, aut inquirere-tur specialiter de causa tumoris illorum fluuiorum: & coincideret cum quæstione de tumore Iordanis. Aliquis forte dicit hoc prouenire ex aquis pluuiarum, quæ illo tempore exundant. Sed hoc non potest stare, quia tempus illud non est multum pluuiosum, potissime in terra illa quæ est calidior valde hac. Item dato quod aliquando in terra illa tempore messis acciderent magnæ pluuiæ, quibus adactus foret Iordanis: tamen non esset hoc regulare, cum videatur esse contra conditionem terræ. & tamen dicitur quod quolibet anno tempore messis implet ripas suas. ergo non accidit ex pluuijs. Item adhuc magis hoc apparet: quia non solum non accidit pluuiæ communiter in terra Chanaan tempore messis, immo quasi nunquam ibi euenit, ita quod pro miraculo habetur accidere pluuiam tempore illo. Vnde pro miraculo posuit Samuel loquens contra Iudæos, & faciens quod veniret pluuiæ tempore messis ad contestan-

Alph. Toit. super Iosue.

Adum eis quod male fecissent petentes regem. Sic patet primo Regum 12. cum dicitur. sed nunc state & videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis, quod grande malum feceritis in conspectu Domini Dei petentes super vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum & dedit voces, & pluuias in die illa. Ecce igitur quod miraculum ponitur pluuias esse tempore messis. non igitur est tumor Iordanis veniens ex pluuijs tempore messis. Sed dicendum est, quod tumor Iordanis quolibet anno tempore messium euenit ex niuibus liquefactis. nam quamquam terra illa calidior ista qualibet parte anni sit, tunc tamen incipit calor confortari per eleuationem, & niues quæ in montibus sunt liquefactæ Iordanem tumescere faciunt.

Quomodo est possibile quod in terra promissionis cum calidissima sit niues generentur. Et quod miraculum sit quod niues deficiant in Libano tempore veris & summi æstus.
Quest. XXXVII.

SED dicit aliquis, quomodo in terra Chanaan quæ est tam calida, niues gignuntur? Respondendum est: quod in terra plana terræ Chanaan, raro niues eueniunt. tamē in altissimis montibus propter magnitudinem frigoris, & partim repercussionem radiorum, & umbras magnas nemorum, niues manent. sic autem est ibi in altissimo monte Libano qui est in aquilonari parte terræ Chanaan: quia ibi ex causis dictis niues sunt. sic patet ex nomine montis huius. nam Libanus candidatio vel albedo interpretatur. nam in Hebræo lauan albedo est. & hoc dicitur propter albedinem niuium. Niues autem Libani liquefactæ conflunt in Iordanem, & in confluentes ei torrentes. & iste niues semper sunt in Libano, ita quod sit miraculum niues deficere in Libano, nec vnquam totaliter defecerunt: sic patet Hiere. 14. scilicet nunquid deficiet de petra agrinix Libani, quasi dicat, nunquam deficient. ideo niues inde liquefactæ confluent in Iordanem, quia Iordanis ad radices Libani nascitur. Pro quo sciendum est de origine & meatu Iordanis, secundum quod habetur in libro de descriptione terræ sanctæ ubi sic est. A radice Libani oriuntur Ior & Dan fontes, illi duo de quibus sub montibus Gelboe Iordanis cõficitur: in quo Christus a præcurfore tertio lapide abiecto baptizari voluit: a montibus usque ad lacum asphaltidis vallis per quam Iordanis labitur, Gortus appellatur. Aulon quidem vocabulo Hebræo dicitur: est vallis illa grandis, atque campestris, ex vtraque parte vallatur montibus continuis a Libano usque ad desertam Pharan. diuidit autem Iordanis Galileam, & Idumæam, & terram Bostron: quæ Idumææ est secunda metropolis. Iordanis descensus interpretatur: Dan fere ab ortu suo subterraneum suum gurgitem ducit usque ad Meldan planitiem illam, in qua satis patenter suum ostendit alueum. ex planitie prædicta Dan se reddens in fluuiū Suetam peragit: in qua pyramis beati Iob adhuc superstes, a Græcis & Gentibus solenis habetur: Dan contra Galileam gētū se obliquas ab vrbe Cedar secus medicabilia balnea Spineti plana transfuens Ior copulatur. Ior hinc longe a balneis lacum illius reddit ex se postea mare Galileæ sumens initium inter Bethsaida & Capharnaum. De modo autem quo in mare mortuum Iordanis fluat ibi non habetur. *Steterunt aquæ descendentes in vno loco.* Id est aquæ Iordanis quæ fluebant per alueum Iordanis non fluxerunt, sed apud locum transitus Iudæorum

De origine Iordanis vide Gen. 13. q. 32.

I 2 itere.

steterunt in loco vno semper in maius extumescen-
tes, & eleuata in sublimi. & hoc est de aquis descen-
dentibus de parte superiori Iordanis ante locum tran-
situs Iudeorum. Sed dicit aliquis repugnare literam
istam, quia supra dicebatur quod aquę inferiores Ior-
danis descenderent, & descenderent. vocantur autem aquę
descendentes inferiores. hic tamē dicitur quod aquę
descendentes steterunt in loco vno. Respondendū
est quod aquę inferiores descenderunt fluentes, & aquę
superiores steterunt erectę in sublimi. tamen aquę
descendentes non vocantur inferiores nec superio-
res. quoniam tota aqua fluminis vocatur descendēs,
cum semper prona petat. ideo in toto Iordane erant
aquę descendentes: quedam tamen inferiores erant,
quędam superiores.

Si autem aliter respondere vellemus: diceremus
quod aquę descendentes dicitur inferiores. sed tūc
respectu Iudeorum non vocantur aquę descendentes
illę quę erant ad manum dextram, scilicet a parte
aquilonari, a qua parte fluebat Iordanis: sed illę quę
erant ad manum sinistram, scilicet ad meridianam
partem. & hoc modo non intelligitur quod aquę
descendentes steterunt in vno loco: sicut litera dicit,
sed magis fluxerunt & descenderunt. sed vocantur hic
aquę descendentes inferiores respectu originis fon-
tis. & tunc quamquam aquę essent superiores respec-
tu Iudeorum transeuntium Iordanem, tamen erant
inferiores & descendentes respectu capitis Iordanis.
& sic verum est aquas descendentes steterunt in vno
loco.

Inftar montis intumescens. Dicuntur aquę intume-
scens, quia dum mansit arca Domini in Iordane: &
perseuerauerunt Israelitę transeuntibus, semper aquę
amplius crescebant venientibus semper aquis a capi-
te Iordanis: & cum non fluerēt, venientes ad locum
illum erigebantur in sublimi.

*Procul ab vrbe quę vocatur Adom vsque ad locum Sar-
than.* Ista litera posset intelligi dupliciter. Vno mo-
do quod apparebant aquę istę intumescens ab vr-
be quę vocatur Adom vsque ad locū Sarthan, id est
tumor aquarū Iordanis non erat solum in loco tran-
situs Iudeorum, quia tunc essent ibi aquę nimis ele-
uata. & aquę venientes a parte capitis Iordanis ascen-
dere deberent ad locū tumorū, vbi pariter in superio-
ribus steterunt tumor. & sic aqua perueniens ad locum
vbi erat transitus Iudeorum, non potens transire in-
tumescebat: & cum ibi nimis eleuaretur, refluxebat
in partem superiorem vnde venerat, & continue fie-
bat maior refluxus iste, cum continue aqua superue-
niret. & si durasset multis diebus, potuisset fieri refluxus
vsque ad caput Iordanis, & amplius non flueret.
in hoc tamen tempore huius refluxus aqua redijt a
loco qui dicitur Adom vsque ad locum qui dicitur
Sarthan: ita quod totum spatium medium horum
duorum locorum in flumine esset eleuatum in tu-
morem. Sed iste sensus non conuenit, quia dicitur
quod istę aquę apparebāt ab vrbe Adom vsque Sar-
than. & sic non est Adom terminus aliquis vsque ad
quę tumor iste accederet, sed a quo apparebant aquę
eleuata in sublimi.

Alius sensus est: quod aquę Iordanis intumescen-
tes videbantur procul, eo quod nimis intumuerant.
& locus magis distans a quo videbāt, erat vrbs Adom:
quoniam aliqui Chanangi ibi erant tempore diuisionis
Iordanis, qui viderunt aquas eleuatas in sublimi:
sed non accedebant vsque ad ciuitatem Adom, sed
solum vsque in locū qui dicitur Sarthan. & iste sen-
sus est conueniens. Est autem intentio quod aquę
Iordanis descendentes non potētes transire vltra lo-
cum arcę Dei intumuerant. & iste tumor per refle-

xum redibat in partem superiorem fluminis, scilicet
in partem aquilonarem: quia ab illa parte deriuatur
Iordanis versus meridiem, vt patet ex predictis. locus
autem ad quem vltimate acceperunt isti reflexus tu-
moris fuit Sarthan. est autem Sarthan ad manū dex-
teram loci illius, per quem transibant Iudei versus
Aquilonem: & refluxus fluctus ad caput Iordanis
acceperunt solum vsque ad locum, qui dicitur Sar-
than. *Quę autem inferiores erant.* Vocat aquas inferio-
res eas quę erant ad manum sinistram Iudeorū ver-
sus meridiem & locum descensus Iordanis. *In mare
solitudinis.* Id est aquę inferiores non steterunt, quia
nō erat opportunum eas manere, sed magis descen-
dere, vt ampliore locum transeuntibus Iudeis con-
cederent: etiam quia alioquin daretur miraculum si-
ne necessitate. nam manere aquas inferiores ita erat
miraculum sicut superiores manere. & tamen non
erat necesse. si ergo manerent, esset miraculum, &
non esset aliqua congruitas vel vtilitas illius: sed ma-
gis tollebat amplitudo loci transeuntibus. si tamē
mansissent aquę Iordanis inferiores sicut superiores,
non fuisset factus tumor villis in eis, sicut in superio-
ribus. Causa huius est: quia in superioribus fiebat
tumor superuenientibus nouiter aquis de capite Ior-
danis, ex confluentibus fluminis. aquę autem inferio-
res non habebant aliquas superuenientes aquas, cum
intercūsus esset meatus earum per locum transitus
Iordanis Iudeorum: non fuisset ergo tumor. Item
si permāssissent aquę inferiores Iordanis, necesse erat,
vel quod vsque ad mare solitudinis detineretur to-
tus fluxus Iordanis, vel alicubi fieret interruptio: cū
aquę superiores manerent fluentibus inferioribus.
Istę aquę inferiores fluxerūt in mare solitudinis, id est
in mare deserti. Vocatur hic mare deserti, mare
mortuum: vt infra dicitur. vel mare vallis Sodomorū.
& hic vocatur mare solitudinis, id est mare des-
erti: quia est apud desertum Syn & Pharan. nam
Iordanis transit per vallem Sodomorū. vt patet Gen.
12. & antequam esset terra illa submersa, erat valde
irrigua, fructifera, & fertilis: cum dicitur ibidem: vi-
dit omnem circa regionem Iordanis quę vniuersa
irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodo-
mam & Gomorrā, sicut paradisi Domini, & sicut
Aegyptus venientibus in Segor. hęc terra deserta
erat tempore quando fuit transitus Iordanis, & ante
hoc. ideo mare illud mortuum, quod est vbi erant
illę ciuitates, vocatur mare solitudinis, id est deserti.
Alio modo vocatur mare deserti: quia est iuxta de-
sertum Syn. nam Sodomā & Gomorrā sunt in cōfi-
nio lateris orientalis & meridiani terre Chanaan. &
adhuc aliquantulum declinat ab oriente eiusdem terre.
nam cum manerēt Loth, & Abraham apud Bethel,
in terra Chanaan citra Iericho, Loth declinans ab eo
versus Sodomam dicitur declinasse ab oriente. ergo
non erat totaliter in cōfinio lateris orientalis & me-
ridiani: sed magis in meridiano. Desertum etiā Syn
dicitur esse in latere meridiano terre Chanaan: vt pa-
tet Nu. 34. vbi ponitur terminorum assignatio. & di-
citur incipere meridiana pars a solitudine Syn. & sic
videtur quod solitudo Syn sit circa lateris orientalis &
occidentalis cōfinium, cum ibi dicatur incipere. &
tūc in cōfinio orientis, & meridiani lateris vel quasi,
est mare istud, quod hic accipitur: ergo est apud de-
sertum Syn. Sic patet predicto cap. cum dicitur. pars
meridiana incipiet iuxta solitudinē Syn, quę est iux-
ta Edom, & habebit terminos contra orientem mare
salissimum. Hoc tamen quod vocatur hic mare
solitudinis, vocatur in Hebręo mare salsum. Et factū
est propter duo. Primo ex æquiuocatione: quia dictio
hic posita ad sal, & desertum trahi posset: sicut vulga-
rior

De mare
Sodomorū
quot noia
habet: &
de pprie-
tatis ei.

Quid ap-
pellentur
hic aquę
descenden-
tes.

Duplex
intellectus
literę.

Secundus
sensus ve-
rus istius
textus.

rior significatio sua est, vt pro sale assumatur. Alia ra-
tio est, quia istud mare est apud solitudinem Syn. &
in terra illa vocatur mare solitudinis. sic enim erat
cum beatus Hieronymus totam terrā illam perambu-
lauerit, vt patet in prologo quodam super Paralipo-
qui incipit. Eusebius. posuit ergo Hieronymus no-
men illud sibi, tanquam conueniens ex loco & ex
vltu. sed primum rationabilis est. Vocatur autem
secundum literam hebraicam mare salsum vel salsi-
simum, vt litera nostra habet Num. 34. non quidem
quod salsum sit. nam hoc omni marina aquę gene-
rale est quod salia sit. sed per excellentiam inter cę-
tera maria est salsum. Vnde hęc exprimitur proprie-
tatem litera nostra vocat illud salissimum: Causa
salitudinis magna est sulphur & ignis qui de cę-
lo descenderunt super loca illa: & aqua conseruauit
postea naturam ignis & sulphuris. hęc autem ad na-
turam salis tendunt quę est ignea natura.

Quod nunc vocatur mortuum descenderunt. Aquę quę
erant in parte inferiori, scilicet ad manum sinistram
transeuntium Iudeorum ad Meridiem, discurrebant
nullo tenente, & venerūt vsque ad mare solitudinis
quod vocatur mortuum. ponitur istud mare tanquā
terminus descendentiū aquarum, quia cum Iordanis
descenderet in mare illud, absorberetur: per mare
illud Iordanem transire necesse est, cum antequam
terra illa esset versa in mare, Iordanis irrigaret totam
illā vallem quę pentapolis dicebatur, scilicet quin-
que ciuitatum: vt patet Gen. 13. cap. Vsq; ad hunc
locum peruenirent aquę destitutes, quia ad vltio-
rem locum peruenire non potuerunt. *Quod nunc vo-
catur mare mortuum.*

*Quare mare Solitudinis seu Sodomę appellatur mortuum. Et
Quędam eius proprietates: & earum causa.*
Quest. XXXVIIII.

ISTUD mare mortuum dicitur, quia in eo nullū
animal viuere potest. nam pisces nulli sunt, sicut
in alijs maribus vel fluminibus. & causa huius
est indispositio aquę quę est de natura sulphu-
rea: & repugnat dispositioni & harmoniæ piscium,
quę est valde aquatica. qualitas autem maris illius ex
sulphureitate magis est ignea quam aqua. & appa-
ret hoc in tenacitate aquę. nam in ceteris aquis res
fordidę abluuntur: quia aqua tollit inhærentias suo
humore laxando vires tenacitatis, & ipsam et nulli in-
herere potest. Ideo cum effunditur de vase nil ma-
net, quod est contra naturam aliorum liquorum: qui
quamquam effundantur de vasis, aliquid manet in eis.
sic dicitur Gen. 49. Ruben primogenitus meus tu
fortitudo mea & c. Et postea dicitur effusus es sicut
aqua, scilicet totaliter effusus es, ita quod nihil man-
sit tibi de iuribus primogeniture, scilicet de donis &
principatu quod declaratur immediate: cum dicitur.
non crebras, quia maculasti cubile patris tui. De ista
aqua maris mortui quod etiam lacus asphaltidis di-
citur, e contrario accidit: quoniam ipsa adhæret tena-
citer, sicut gluten, & vestes in eo proiectę non lauan-
tur, sed magis fordiantur. sic dicit Aristot. in 2. Me-
teorum. vbi de ista aqua late agit. sunt enim aquę
eius ita spissę, quod magis videntur lutū quam aquę:
& hoc ex natura sulphuris quod de cęlo cecidit, & ex
natura ignis manentis in virtute. vnde in isto mari
colligitur optimū gluten supernatans. De hoc mari
dixit Isidorus Etymologiarum lib. 13. quod nullum
viuens mergi potest, si homo vel aliquid animal. &
si fuerit aliquid mortuum ilico submergetur. cande-
la quoque si ardens fuerit mergi non poterit: si vero
extincta submergetur. Forte causa huius est, ipsa

Alph. Toft. super Iosue.

A grossities aquarum lutearum sustinentium res viuē-
tes tanquā si esset terra solida. Alia causa esse potest,
ex igneitate & sulphureitate aquarum, quę de natu-
ra sua eleuare habet, & cum aliquid vinens ibi fuerit
illud eleuat. Res autem quę spiritum subleuantem
non habent submerguntur. Multę quoque sunt cō-
ditiones speciales aquarum quarundam, vt ponit Isi-
dorus Etymologiarum libro 13. de quibus naturalis
non occurrit ratio. sed videtur esse ex vno de duo-
bus, vel ex influentia speciali cęli super partem illam
terre quando cepit scaturigo fontalis, vel ex influen-
tia quę nunc est secundum aspectū aliquorum astro-
rum quantum ad motum spherę octauę. nam secun-
dum alium quemcumque motum non posset aliqua
conditio fontis, aut cuiuscunque aquę magno tem-
pore durare: cum omnes alij aspectus cito mutentur.
& ista causa verior est. nam non manet rei proprie-
tas sua quam ab origine habuit. sicut declarat Qui-
dius naturaliter in 15. Metamorphoseos, de multis
fontibus & fluminibus alijsque rebus sermonē agēs:
& de ipso mari quod secundum diuersa tempora mu-
tat situm suum, vt deserat partes terrarum, quas nūc
tegit, & alias patentes demergat. Sic enim ait ibidē.

*Vidi ego quod fuerat olim solidissima tellus:
Esse fretum, & factas spatio ex aquore terras.
Et procul a pelago conche iacere marina.*

Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

In his ergo fontibus, quibus nūc aliqua specialis val-
de & admiranda qualitas inest, non semper manebit,
sed si secula extenduntur, necesse est vt per aliquan-
tum motum octauę spherę illa desinat. De proprie-
tibus autem huius maris mortui, quod interdum
mare mortuum, interdum salissimū, interdum mare
solitudinis, aliquādo vero mare diaboli, & alijs no-
minibus appellatur, latius super 19. c. Gen. dictū est.

*Quid Iosephus historiographus Iudeus scripserit de isto tran-
situ Iordanis: & quare interdum discordat a sacra Scriptu-
ra, cum fuerit peritissimus in ea.* Quest. XXXIX.

NUNC autem vidēdum est, quid Iosephus
senferit de isto trāsitu Iordanis, & in quo
concordet, aut discordet a sacra scriptu-
ra. Dicit enim ille lib. 5. antiquitatum.
meruente vero duce transitum fluminis, cum esset
eius impetus grandis, & neque pontibus transiretur:
qui etiam si vellent ei pontem facere nequaquam se
arbitrabantur propter hostes habere permissionem:
inter hęc transibilem fluumm Deus fieri promisit
magnitudinem eius imminuens. Et duobus diebus
transactis Iosue trāsposuit exercitum totamque mul-
titudinem tali modo. precedebant quidem sacerdo-
tes habentes arcam. deinde Leuitę tabernaculum
& vasa quę ad sacrificiorum ministeria necessaria
sunt deferentes. sequebatur autem Leuitas per tri-
bus suis omnis exercitus habens in medio infantes
atque mulieres. metuebant enim propter eos ne-
vim in flumine paterentur. Cumque sacerdotibus
primis introeuntibus, meabilis iam fluius videretur
altitudine quidē eius imminuta, aluo vero, eo quod
non esset fluctus, quasi ad sicca pavimenti instar ex-
posito: omnes iam confiderent fluium transeantē:
& hoc ex natura sulphuris quod de cęlo cecidit, & ex
natura ignis manentis in virtute. vnde in isto mari
colligitur optimū gluten supernatans. De hoc mari
dixit Isidorus Etymologiarum lib. 13. quod nullum
viuens mergi potest, si homo vel aliquid animal. &
si fuerit aliquid mortuum ilico submergetur. cande-
la quoque si ardens fuerit mergi non poterit: si vero
extincta submergetur. Forte causa huius est, ipsa

Vnde pro-
uenit di-
uersitas
fontium &
aquarum
atque alia-
rum rerū
naturalium:
de quo di-
cit Iosue
Gen. 1. q.
9. & i pro-
logo ad
Pauli. c. 6.

Examinantur illa verba Iosephi quo ad veritatem & probabilitatem eorum, cum sacra Scriptura. Et quare iste sit diuersimode sepe locutus. Quæst. XL.

CVm dicit Iosephus metuente duce transiit fluminis cum esset eius impetus grandis. innuit quod Iosue & Israelitæ venerit vsque ad Iordanem cum intentione transeundi, & cum viderunt multitudinem aquarum & impetum grandem fluminis, non ausus fuit Iosue transire, neque Israelitæ: sed ibi expectauerunt donec Deus promissit quod faceret fluvium transibilem, & ita fecit.

Sed dicendum quod ista neque sunt vera, neque concordant sacra Scriptura. nam Iosue non venit ad Iordanem, nisi cum Deus mandauit: neque habuit intentionem transeundi, quousque Deus mandauit transire, & dedit modum transeundi. nam fuit ordo quod castra Israelitarum erant in Seihim, vbi erant quando mortuus est Moyses: & non mota fuerunt inde, quousque Deus apparuit Iosue, & consolatus est eum, atque de multis instruens dixit: transi Iordanem istum tu & omnis populus qui tecum est supra primo cap.

Tunc Iosue missis exploratoribus, atque regressis de Iericho, annunciari fecit per castra quod pararent cibaria: quia post diem tertium transiuri essent Iordanem. tunc movit Iosue castra vsque ad Iordanem, expectavitque populus diem tertium iuxta mandatū Domini. tunc transiit per modum qui habetur in litera.

Sed Iosephus multum diuerse habet se in hoc & in alijs: non quidem ignarus sacra Scriptura in qua peritissimus erat, sed quia scribebat historiam gentibus. nam libros viginti antiquitatum Iudaicarum gentilibus legendos scripsit. & quia gentiles erant infideles, & non faciliter crederet veritati sacra Scriptura, non scripsit simpliciter veritatem sacra Scriptura, sed in multis aliter se habuit eo modo quo res crediti fieri verisimiliores eis, quibus legendas tradebat.

Et ob hoc facit duo. Primum addit aliquid ad magnificandum res Hebraas, vel tacet aliquid, quod si plane scriberetur, videretur paupertas, & paruitas status Iudaorum. sic patet Iudicum 12. cap. vbi ad ostendendum magnitudinem status Abdon Iudicis Israel dicitur, quod habuit quadraginta filios & triginta tres nepotes ascendentes super septuaginta pullos asinarum. & quia hoc magis ad ignominiam quam ad honorem pertinebat, & apud Romanos iudicaretur hoc derisibile: dixit Iosephus quod omnes illi septuaginta erant exercitati equis. lib. 5. antiquitatum.

Sic etiam Iudicum 4. cap. ponitur magna oppressio Iudaorum per regem Iabin. & ad hoc innuendū dicitur ibidem, quod habebat nongentos currus falcatos, & quia Iosepho visum est quod gentiles cogitantes istam paruam potentiam, subiecisse atque oppressisse Hebræos, contemnerent eos. dixit quod habebat rex Iabin armorum trecenta millia, equitum decem millia, & currum tria millia possidebat. & addidit multum ad id quod sacra Scriptura dixit.

Interdum autem tacet aliqua quæ paruitatem status Iudaorum signat. sicut lib. 1. Reg. 11. cap. dicitur, quando venerunt ad regem Saulem nuntij de bello Ammonitarum, quod ipse sequebatur boues suos de agro. & quia hoc pertinebat ad ignominiam status regis Iudaorum, subtrahit illud Iosephus lib. 6. antiquitatum.

Secundum est quod ea quæ mirabilia sunt aut tacet, aut minus ea mirabiliter refert, quam scriptura

facra commemoret. sic fuit de statione solis infra 10. cap. nam non dixit Iosephus solem stetit tanquam Romanis incredibile, sed dixit quod aliquantulum plus solito dies creuerat. lib. 5. antiquitatum. Etiam hic dum modus mirabilis diuisionis aquarum, vel desiccationis poneretur in Iordane, non ausus est ponere modum quem ponit scriptura, scilicet, quod steterit aquæ eleuatae ad modum montis. sed dixit plane quod Deus minuit aquas Iordanis, quasi ille modus quem sacra Scriptura ponit, non esset Romanis credibilis.

Et ita fuit, cum Iosephus lib. 2. antiquitatum in fine scripturus esset diuisionem maris Rubri, quando transierunt Hebræi, non ausus fuit simpliciter asserere, nisi quædam alia induceret facta apud gentes. & tandem dixit: quod de hoc quilibet crederet sicut vellet, asserendo tamen similia accidisse Alexandro: cum ait. ego siquidem inueni in sacris libris ita: hæc singula quoque tradidi. nullus vero discrederat miraculum, si antiquis hominibus & malitia priuatis, via salutis licet per mare sit facta, siue voluntate Dei, siue sponte sit reuelata: dum & eis qui cum Alexandro rege Macedoniæ fuerunt olim & antiquitus contra resistentes pamphilicum mare diuisum sit. & cum aliud non esset iter, transitum præbuit eis, volente Deo per eum destruere Persarum principatum. & hoc confitentur omnes qui actus Alexandri conscripserunt, de his itaque sicut placuerit cuique existimet.

Auctor tanquam doctor curiosus dat causam quare se intro-mittat hic in examinando verba Iosephi cum nihil videatur ad propositum. Quæst. XLI.

EX prædictis apparet quare Iosephus in multis aliter quam se haberet veritas sacrarum literarum scripsit, ut eis quibus scribebat, rem credibilem faceret. ideo cum dicta Iosephi in quibus aliquid diuersum scripsit inducimus, non arguimus eum velut scripturam ignarum cum peritissimus fuerit, neque ut veritatis amulum, aut sacrarum literarum corruptorem: sed egregij viri summum collaudamus ingenium, qui ita tradere nouit historiam, ut eis quibus scribebat conueniret. sed ideo dicta eius inducimus, ut parum scientibus hominibus dubitationem auferamus. nam cum quis legeret, aliter Iosephum scripsisse quam veritas scripturae se habeat, dubitare posset de sacris literis à quibus Iosephus dissonaret: qui earum cultor extiterat, aut saltem aliter intelligendum putaret, quam sacrae literæ in cortice haberent, ut Iosepho velut exponenti eas assentiret. nunc vero manifestum est quod non ob aliam causam sic scripserit, nisi ut res credibiles faceret eis quibus scribebat.

Sed nunc redeundum est ad propositum. cum enim dicit Iosephus. metuente vero duce transitum fluminis. non est hoc tanquam verum accipiendū, quia Iosue non accessit ad Iordanem transiturus illū antequam Deus iuberet, & ipse declarauit quomodo transiuri essent per arenam alueum. sed Iosephus dixit hoc ad faciendum rem credibiliorem: quia non vult inducere res factas diuinitus, nisi quanto rarijus potest, ideo inducit, quasi Iosue timeret transitum. & quia non erat possibile, tunc Deus prouiderit.

Cum autem addit quod erat eius impetus grandis, verum est. nam multas aquas Iordanis habet, præcipue cum alluionibus intumuerit: sicut nunc erat. Dicit etiam cum neque pontibus transiretur, verum est. quia Iordanis pontes non habet propter sui magnitudinem. Et dicit: qui etiam si vellent ei pontem facere, nequaquam se arbitrabantur propter hostes habere permissionem, non est

est putandum quod in animos Iudaorum ascenderit velle Iordani pontem facere ad transeundum, cum à Deo in omnibus gubernarentur, qui prouidebat in omnibus necessitatibus. Sed posuit Iosephus ut credibilis hoc faceret, quasi Deus non succurreret Hebræis miraculose, nisi cum humana facultas non sufficeret. & ita quia pons non erat, neque facere illum poterant, Deus prouidit de transitu.

Quomodo Deus minuit aquas Iordanis. Secundum positionem Iosephi. Quæst. XLII.

ET addidit inter hæc, Deus transibilem fluuiū fieri promissit magnitudinē eius imminuens, id est dum Iudæi anxiantur non inuenientes pontes ad transitum Iordanis, neque illos facere potentes, prouidit Deus faciens fluvium transibilem: & dicit quod modus fuit quod Deus minuerit aquas Iordanis.

Sciendum quod Deus non minuit aquas Iordanis, quia in tanta copia fluebat de fonte suo, & alijs concursibus in quanta prius. sed modus fuit, quod fecit stare aquas quæ fluebant de superioribus in modum turrium excelsum, & inferiores decurrerunt ad mare sicut prius. & ita mansit alueus Iordanis arens, ut per eum transire possent Hebræi: ut patet supra in litera. Et tamen Iosephus putauit modum istum non esse credibilem gentilibus quibus scribebat: ideo non scripsit illū particulariter, sed dixit in generali, quod Deus minuit aquas Iordanis, quis autem modus minuendi fuerit, non exposuit: quia sic minus calumniabilia, atque magis credibilia essent dicta eius. cætera autem quæ ponit ibi Iosephus, satis consonant scripturae. Nam addidit in transitu fuisse priores sacerdotes. quod intelligitur, quod prius intrauerunt in aquam Iordanis: tamen non exierunt inde, quousque transierunt omnes Israelitæ. etiam dicit quod sequebantur Leuitæ portantes tabernaculum: satis est verisimile. de mulieribus autem quod irent in medio exercitus, & paruuli, ne timerent altitudinem fluminis, satis est credendum ne si in fine dimitterentur quasi soli, pauceres altitudinem aquarum. maxime quia in hoc non teneretur alius modus quam in progressu quem faciebant in deserto, vbi quilibet tribus ibat sub vexillo sibi assignato Num. 2. cap. & ibi ibat viri & mulieres & paruuli, & omnia quæ ad ipsos pertinebant. ita esset in transitu Iordanis: quia omnia sua secum adducebant, ut morarentur in terra Chanaan.

Vsquequo omnino defecerent. Non est sensus quod istæ aquæ motæ per alueum suum defecissent. nam aquæ deficiunt quando siccitate consumente soluantur. aquæ autem quæ erant infra transitum Israelitarum, erant tantæ quod non poterant deficere. defecissent tamen si pauca essent, & non accederent ad mare solitudinis. istæ tamen antequam Israelitæ transirent, illuc accedebant, cum a principio fuisset continuus fluxus Iordanis. Sed dicuntur defecisse aquæ dupliciter. vno modo quod ab oculis Iudeorum defecerunt. nam mox ut Iordanis diuisus est, viderunt Iudæi aquas inferiores defluentes, & elongantes se ab oculis eorum, quousque nihil de eis videre poterunt. hoc tamen breuiter fiet, quia aquæ velocis motus sunt. Alio modo dicitur, quousque omnino defecerent, id est aquæ istæ discurrerunt vsque ad mare solitudinis, vbi omnino defecerunt. Nam ibi Iordanis absorbetur, & cum aquæ illæ peruenerunt illuc, perdidit nomen Iordanis. & istud est conuenientius quam primum: quia hic ex modo literæ apparet significari magnam distantiam, & tamen a loco diuisionis aquarum vsque ad locum, vbi deficerent aquæ

Quo aquæ Iordanis deficerent.

est putandum quod in animos Iudaorum ascenderit velle Iordani pontem facere ad transeundum, cum à Deo in omnibus gubernarentur, qui prouidebat in omnibus necessitatibus. Sed posuit Iosephus ut credibilis hoc faceret, quasi Deus non succurreret Hebræis miraculose, nisi cum humana facultas non sufficeret. & ita quia pons non erat, neque facere illum poterant, Deus prouidit de transitu.

est putandum quod in animos Iudaorum ascenderit velle Iordani pontem facere ad transeundum, cum à Deo in omnibus gubernarentur, qui prouidebat in omnibus necessitatibus. Sed posuit Iosephus ut credibilis hoc faceret, quasi Deus non succurreret Hebræis miraculose, nisi cum humana facultas non sufficeret. & ita quia pons non erat, neque facere illum poterant, Deus prouidit de transitu.

Alph. Tost. super Iosue.

ab oculis Iudaorum, parum erat. Item dicitur hic: quod descenderunt in mare mortuum vsquequo omnino deficerent. Ideo patet quod primo descenderint in mare quam omnino deficerent. tamen si accipiatur deficere a visu, manifestum est falsum esse: quia non viderunt Israelitæ aquas recedentes vsque ad mare mortuum, quia locus iste satis distat a loco per quem Iudæi transierunt: cum sit in latere meridiano, scilicet ad cõfinium lateris meridiani & orientalis, ut supra probatum est.

Populus autem incedebat contra Iordanem. Alia litera habet quod populus ambularet per Iordanem, & vtraque litera satis conuenit: quia istud erat stantibus sacerdotibus in medio Iordanis cum arca. tunc autem populares videntes diuisum Iordanem manentibus sacerdotibus intra, in ceperunt ambulare contra Iordanem, id est ad intrandum in alueum Iordanis. Alio modo intelligitur quod sacerdotes erant intra Iordanem tenentes arcam: & tunc populares post eos introeuntes procedebant per Iordanem.

Sacerdotes qui portabant arcam fœderis. Qui primo ingressi sunt, ut eis ingressis scinderetur Iordanis.

Stabant super siccam humum in medio Iordanis. Cum sacerdotes ingressi sunt aquas Iordanis, diuisæ sunt aquæ: sed non ideo substituerunt, sed intrauerunt vsque ad medium: & ibi manserunt.

Causa huius est: quia si solum stetissent sacerdotes in introitu Iordanis diuisis iam aquis, viderentur formidare: quia ultra non transibant, & populus commotus hoc formidaret ingredi. debuerunt ergo sacerdotes introire vsque ad medietatē aluei, vbi erat maior impetus aquæ, & profunditas: ibi enim steterunt. nam etiam non decuit ut transerent totum alueum exirent, quia tunc populus formidans ne moles aquarum subito super eos pendens deflueret, absente arca Domini transire non auderent. steterunt ergo in medio, & hoc super siccam humum. hoc signat duo, scilicet quod humus erat sicca, id est non habens aquam, ut habebat ante hoc semper: & erat sicca, quia desiccatum fuit profundum, ne limositas & aquositas inquinaret transeuntium pedes. de Iordanis desiccatione sicut maris Rubri supra declaratum est.

Omnisque populus per arenam alueum transibat. Id est stantibus sacerdotibus in medio Iordanis cunctus populus transire cepit, & pecora eorum, atque iumenta transibant per alueum arenam, id est per fundum Iordanis desiccatum. Vocatur alueus fluminis locus cauus per quem aqua fluere solet. Iste erat arēs dupliciter, ut dictum fuit supra. nam non solum in loco diuisionis aquarum fuit terra desiccata, sed etiam tota terra inferior, quam detegebant aquæ fugientes in mare solitudinis, manebat sicca recedente aqua: & populus distendebatur per illam latitudinem ad transeundum, ut velocius transiret cum iumentis & pecoribus suis.

C A P. III.



VIBVS transgressis dixit Dominus ad Iosue. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides: quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis hac nocte tentoria.

I 4

toria.

Iosephus scripsit historiam gentilibus, ideo diuersimode res interpretabatur.

toria. Vocauitque Iosue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus; & ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium; & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerum filiorum Israel, ut sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras dicentes, quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis. Defecerunt aquae Iordanis ante arcam federeis Domini, cum transirent eum. Idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usque in aeternum.

QUIBUS transgressis. Agebatur in superioribus de transitu Iordanis: hic consequenter ponitur quid actum sit post transitum eius. Id autem quod habetur in hoc cap. est de vigintiquatuor lapidibus quorum duodecim fuerunt de Iordane educti & asportati in locum castrorum, scilicet in Galgalan, & alij duodecim ductis intra Iordanis alueum, de his qui extra erant. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur Domini atque Iosue iussio. Secundo eiusdem expletio. Tertio temporis determinatio. Secunda ibi, *fecerunt ergo*. Tertia ibi, *Populus autem*. Circa primum. *Quibus transgressis*. Ponitur tempus quo educti fuerunt lapides de Iordanis alueo: & alij ibi positi. Et dicitur quod hoc fuit transgressus Israelitis, scilicet postquam transierunt alueum Iordanis.

An transgressi hic intelligantur tam Israelitae quam Sacerdotes. Et an praecipuum de parandis duodecim viris per viros ad asportandum duodecim lapides: fuerit per anticipationem vel recapitulationem. Quaes. I.

ET non intelligitur hoc de omnibus tam sacerdotibus, quam Israelitis: sed solum Israelitis: nam si sacerdotes transissent Iordanem, conclusae fuissent aquae vel decurrerent: & non esset locus introeundi cuiquam pro lapidibus. Sed est sensus quod postquam Israelitae omnes cum Iosue transierunt Iordanem manibus sacerdotibus in alueo, locutus fuit Dominus ad Iosue ut eligeret duodecim viros ex Israel ad redeundum in Iordanem pro lapidibus duodecim, & elegit, atque introierunt, alij quoque duodecim extra alueum existentes in introducti sunt in alueum. omnibus autem completis iussu est ut sacerdotes ascenderent de Iordane: ut patet infra in littera.

Ex hoc patet solutio quaestionis postae praecedenti cap. de isto praecipuo de parandis duodecim filiis Israel per singulas tribus ad educendum lapides duodecim, an fuerit postea supra per anticipationem vel hic per recapitulationem. Alterum enim horum necessarium est: quia nihil ante transitum Iordanis dictum est: vel potest hic positum intelligi dictum post transitum Iordanis, positum autem supra intelligatur dictum priusquam Iudaei transirent.

Aliqui respondebunt esse praecipuum positum hic per recapitulationem, scilicet, quod fuerit datum ante transitum Iordanis, & locus suus sit praecedenti capitulo. hic autem ponitur recapitulando, ut plenius poneretur.

Sed dicendum est necessario positum fuisse hic re-

Determinatio auctoris.

cto ordine: & praecedenti cap. per anticipationem. nam fuit datum post transitum Iordanis: & supra ponebatur de his quae erant ante transitum. Patet autem hoc, quia quamquam in sacra Scriptura aliqua per anticipationem, & aliqua per recapitulationem intelligantur, tamen quaedam sunt determinationes quae tollunt anticipationem & recapitulationem: ut determinationes temporales, & consecutivae, & signantes ordinem & similes. Ita est hic, cum dicitur, quibus transgressis. in quo necesse est ista quae dicta sunt hic, facta fuisse post transitum Iordanis. Ad moriua autem rationum positarum a quibusdam praecedenti cap. circa hoc, facilis est responsio. Cum dicitur prius quod viri qui lapides hos de Iordane alueo eduxerunt, antequam exirent de Iordane illos eduxerunt, alioquin necesse fuisset quod redirent iterum in Iordanem. & hoc non stat conueniens, potissime cum non fuerint lapides educti de extremitate aluci, sed de medio Iordanis. Respondendum est quod factum praesupponit ista argumentatio, scilicet, quod ante fuerint educti lapides, quam viri exierint de Iordane. Contrarium enim dicit littera ista, scilicet quibus transgressis dixit Dominus ad Iosue &c. Et cum dicitur alioquin reuenteretur in Iordanem viri isti post exitum, Respondendum est non esse inconueniens. sed sic accidisse, ut patet in littera. Alia ratio erat, quod non poterat dici datum fuisse praecipuum istud praecedentibus Iudaeis per Iordanem, cum congregati tunc non possent ad audiendum. Respondendum est etiam rationem nihil procedere, quia praesupponit quod nemo concedet, scilicet non fuisse datum praecipuum de educendis lapidibus post Iordanis transitum: & tamen sic necesse est concedi, cum littera hoc dicat. *Dixit Dominus ad Iosue.*

Quomodo locutus fuerit hic Deus ad Iosue: an super arcam: vel per angelum. Et quod Angeli apparentes in forma humana nunquam vocantur Deus, sed angeli vel viri. Quae est huius causa. Quaes. I I.

QUAE I potest de modo locutionis diuinae nunc factae ad Iosue. nam ista fuit post transitum fluminis immediate, ut patet hic. Non potest dici quod ista locutio facta fuerit de super arcam, sicut facta est locutio iterum ei infra 7. cap. quia arca manebat nunc in flumine cum sacerdotibus, & Iosue erat cum populo extra alueum. Sed dicendum est quod modus locutionis istius fuit, quod angelus Domini apparuerit ei in nube loquens: sicut frequenter loquebatur ad Moysen, ne videretur forma assumpta a loquente, quia non decebat fieri coram alijs Israelitis.

Et si aliquis dicat quod apparuit angelus Domini loquens ad eum in figura viri manifeste, sicut fuit cum esset in agro Iericho: nam tunc apparuit angelus Domini Iosue in figura viri euaginatam habens gladium, ut patet infra seq. cap.

Respondendum est quod illa apparitio angeli in forma viri facta fuit per noctem vel semoto Iosue ab alijs Israelitis eunte ad meditando. nam tunc ei apparere poterat a nullo alio visus, nunc autem erat Iosue inter Israelitas. ideo non decebat ut appareret ei vir in figura humana. quamquam in hoc fortassis alicui nihil differre videbitur, cum alijs apparuerit angelus in figura humana.

Sed dicendum semper est non apparuisse hic angelum in figura assumpta & manifesta, sed in nube absconditum, & est causa, quia in sacra Scriptura, quae qui loquuntur, vel aliquid agunt, angeli sunt & non Deus, ut declaratum est Exo. 3. & magis 19. Tamen aliquando

aliquando loquentes vocantur Angeli, & aliquando Deus. Sed hoc valde notandum est, quod nunquam apparentes in forma humana vocantur Deus, sed Angeli vel viri, ut patet Gen. 18. ubi tres angeli apparuerunt Abraham in forma humana. isti tamen non vocantur Deus, sed viri vel angeli postea. & duo illorum cum iuerunt in Sodomam in figura virorum, vocati sunt viri. ut patet Gen. 19. Simile patet de angelo, qui apparuit Gedeoni, qui vocatur vir & angelus: nam in assumpta figura fuit, ut patet Iudic. 6. cap.

Idem patet de angelo, qui apparuit Manue patri Samsonis & vxori illius in forma viri, & postea cognouerunt esse angelum Domini, ut patet Iudic. 13. cap. Iste autem non vocatur Deus, sed vir Dei & angelus. Ita generaliter in toto veteri testamento, angelus apprens in assumpta forma, nunquam vocatur Deus, sed angelus vel vir.

Causa huius est, quia Deus uoluit tollere Israelitis idolatriam, quae est in cultu rerum per imagines, quae descenderent ad colendum ipsammet imagines. & quasi Deus vnquam apparuisset in imagine sumpta, in fabricarent ei aliquam imaginem. vel si angelus in assumpto corpore apprens Deum se vocaret, non deiecit angelum qui se Deum vocaret, vel loqueret tanquam Deus, apparere in vlla assumpta figura. Quod autem ista fuerit intentio sacrae Scripturae patet Deuteronomio 4. cap. cum dicitur. custodite igitur solliciti animas vestras, non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Deus in Oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem masculi, aut feminae: imaginem omnium iumentorum &c. quando tamen apparebat angelus in assumpta figura, & dicebat se angelum, non existeret ista occasio ad idolatriam, quia cum ille se angelum proderet, & Israelitae scirent angelum non esse colendum, non fabricarent ei imaginem, aut similitudinem: secus si se Deum diceret.

Haec etiam regula obseruata fuit in apparitione facta ipsi Iosue in agro Iericho. Apparuit namque angelus euaginato gladio, & se angelum appellauit, & non Deum, ut patet sequenti capitulo. hic tamen dicitur, quod Deus locutus sit, & non angelus. ergo quamquam iste loquens angelus fuerit, tamen non apparuit in forma corporea assumpta, sed in nube aliqua velatus, ut non comprehendi posset vlla eius imago. & hoc facile erat fieri, siue in medio Israelitarum, siue distanter ab eis. nam interdum Deus loquebatur Moysi coram toto Israel in nube, ut patet Exo. 16. cap. cum apparuit gloria Domini in nube Israelitis, & locutus est Deus Moysi. *Elige. 12. viros*. De officio istorum. 12. virorum infra patet. Sed iubet Deus hic, quod eligat eos Iosue, & immediate etiam dicitur, quod Iosue vocauit viros quos elegerat. supra tamen praecedentis cap. dicitur, quod Israel parare deberet istos. 12. viros.

Respondendum est, sicut ibi. quod Iosue ex mandato Dei iussit. 12. tribubus, ut eligerent inter se hos viros. cum vero illi elegerunt, Iosue acceptauit eos. & sic dicitur elegisse, id est electos a populo approbauisse, vel acceptauisse. & hoc ad quandam pertinet iurisdictionem vel potestatem, sicut in praefato est auctoritas in situendo & approbandi praedatos per patronos. Ad hos lapides educendos non erat necessarium magnum scrutinium vel labor in eligendo, quia persona assumpta non eligebantur ad aliquod magni ministerium, nec magno tempore durans. sed vocatur electio, quod darent viros quos vellent, & acciperet eos Iosue auctoritate sua.

Singulos per singulas tribus. Ne videretur aliqua tribus contempta in hoc, & quia lapides erant ad memoriam, quod transierint Israelitae per Iordanem aren-

tem, quod omnibus tribubus collatum est, ideo debuerunt a qualibet tribu assumi, qui portarent lapides ad memoriam tribus illius. Sciendum etiam, quod Leuitae habuerunt hic suum lapidem, & aliquis de eis intravit in Iordanem, quia cum hoc aliquid spirituale fuerit, non solum vocabantur ipsi, qui alias computabantur in tribus, sed etiam Leuitae. ut patet ex declaratis praecedenti cap. q. 31.

Leuitae habuerunt hic lapidem.

Quomodo se habent tunc filij Manasse & Ephraim, quando computantur Leuitae pro vna tribu, & Manasse & Ephraim constituunt solum vniam tribum Ioseph. Quaes. III.

QUAE I aliquis, cum Leuitae computentur hic, ut vna tribus, & ob hoc necesse sit Ioseph reduci in vniam tribum, cum ante duas haberet. Ephraim & Manasse, de qua harum duarum tribuum assumeretur vir ad intrandum in Iordanem pro lapide.

Respondendum est, quod quodocumque computabatur Leui, ut vna tribus, & necesse erat Ephraim, & Manasse coire in vniam tribum. Ioseph. & tunc aut erat quantum ad aliquid, in quo deberet nomen scribi tribus ipsius, aut quantum ad aliquid, quod facere deberent viri ipsarum tribuum. Si quantum ad primum: non erat scribendum nomen Manasse, vel Ephraim, sed nomen Ioseph, quod complectebatur vtranque tribum. & sic factum est in descriptione. 12. tribuum Israel filiorum, in duobus onichinis sup humeralis, & in lapidibus. 12. rationalis, ut patet Exo. 28. nam ibi Ioseph fuit descriptus pro vtraque tribu duorum filiorum suorum. Si autem erat aliquid, in quo deberent viri singularum tribuum aliquid agere, aut de singulis tribubus vnus mittendus erat, aut omnes facere id debebant vel multi. si autem omnes vel multi, ibant omnes de tribu Ephraim, & Manasse loco tribus Ioseph. sic factum est in benedictionibus vel maledictionibus ponendis super montem Hebal & Garizin. nam ibi Ioseph fuit positus, ut vna de tribubus benedictionibus in hac autem benedictione & maledictione, non erat vnus vir de qualibet tribu solum, sed omnes erant congregati vel multi saltem. & sic ambe tribus essent simul in benedicens, vel multi, de qualibet harum duarum. Si autem de qualibet tribu esset solum vnus vir, poterat hoc dupliciter effici. ut forte dirimeret, de qua tribu iste vir mitteretur vel daretur, aut de tribu Ephraim poneretur, & sic factum est hic. nam de qualibet tribu, vnus vir solum dabatur intraturus in Iordanem ad educendum lapidem vnum. & Manasses & Ephraim erat hic vna tribus. Ioseph. vnus ergo duntaxat vir de eis mittendus erat, alioquin essent viri. 13. & totidem lapides.

Nota distinctionem pulchram & memoriam danda pro multi.

Magis tamen dicendum est, quod vir qui introiit in Iordanem, & qui poni deberet, quodocumque de vtraque tribu vnus esset, fuit de tribu Ephraim, quia ista tribus fuit principalior tribu Manasse: quamquam Manasses primogenitus erat Ioseph. haec autem excellentia Ephraim super Manassen, Deo dante & praenunciata facta est. sic patet Gen. 48. cum benediceret Iacob hos duos, & poneret manum dextram super Ephraim ait Ioseph. non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus. pone dextram tuam super caput eius, qui renuens ait. scio fili mi scio. & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur. Sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes.

Fuit etiam Ephraim maior quam Manasses in deserto in castrametatione, quia Ephraim habuit vnum de 4. vexillis. Manasses autem nullum. sed potius Manasses fuit castrametatus sub vexillo Ephraim, ut patet

Tribus Ephraim fuit semper maior tribu Manasse.

ret Nume. i. & 2. cap. Fuit quoque maior Ephraim, quia de Ephraim fuerunt reges, cum omnes reges Israel post diuisionem regni in Roboam, facti fuerint de stirpe Ephraim. quia primus rex eorum. I. Ieroboan fuit de Ephraim, ut patet 3. Reg. 13. cad Ephraim igitur circa talia pertineret excellentia, quod de tribu eius mitteretur vir, & non esset fors inter Ephraim & Manasse. de computatione autem harum tribuum quomodo se habeant, quando Manasse & Ephraim in vnam tribum colliguntur dictum fuit Deuteronom. 27. cap.

Et praecepit eis, ut tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotum pedes. De medio Iordanis isti lapides tolluntur, quia ibi fuerunt sacerdotes tenentes arcam. vel secundum quod alia litera habet, isti lapides tolli debent de sub pedibus sacerdotum. hoc ad maiorem sanctificationem & conuenientiam signati miraculi. nam ponebantur lapides isti, ut essent in recordationem & signum posteris, quod Deus transfuisset. 12. tribus per arenam Iordanis alueum. & quia hoc factum est stantibus sacerdotibus in medio aluei Iordanis, ut tandiu aque consisterent, quamdiu essent ibi sacerdotes cum arca: conuenientius erat tolli lapides de loco vbi steterant pedes sacerdotum.

De sub quorum sacerdotum pedibus debebant tolli isti. 12. lapides. *Questio. IIII.*

Hic cum dicitur de sacerdotibus, non exprimitur, an de sacerdotibus tenentibus arcam, vel de alijs. sed satis notum est de sacerdotibus arcam tenentibus intelligi. nam verum est, quod alij sacerdotes transierunt per Iordanem, sicut populares. tamen non erat aliquis locus specialis pedum suorum, cum ipsi transierint per totum alueum Iordanis. hic tamen signatur specialiter aliquis locus, cum dicatur de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum. Item si intelligendum esset de pedibus aliorum sacerdotum transeuntium, non esset maior ratio quare diceretur, vbi steterunt pedes sacerdotum quam pedes populi. nam nihil amplius fecerunt sacerdotes non portantes arcam, quam populares. Cum tamen de sacerdotibus specialiter recoleretur, necesse est aliquid speciale ad illos pertinere.

Item quia vbi steterunt, vel transierunt pedes popularium, transierunt pedes sacerdotum aliorum non habentium arcam.

Item quia in litera dicitur, vbi steterunt pedes sacerdotum, sed manifestum est, quod pedes sacerdotum non portantium arcam non steterunt in aliquo loco Iordanis, prout stare signat quietem vel mansionem, sed solum transierunt. hic tamen dicitur, ubi steterunt, necesse est igitur referri ad sacerdotes portantes arcam, qui steterunt in medio Iordanis, donec totus populus transiret, & postea educerentur lapides, atque iuberetur eis, ut exirent de Iordane.

An in transitu Iordanis fuerint aliqui sacerdotes praeter illos qui portauerunt arcam. Et an sacerdotes seu Leuitae in deserto fuerint multiplicati vel diminuti in quadraginta annis. *Questio. V.*

Sed aliquis dicit frustra fuisse positam hanc distinctionem sacerdotum. I. quorundam portantium arcam per Iordanem, & aliorum transeuntium simpliciter. nam omnes sacerdotes, qui tunc erant, portauerunt arcam, & non supererant alij, qui transierunt cum populo.

Ad hoc forte aliquis dicit non posse stare, quia in principio anni secundi ab exitu de Aegypto, quando

facta fuit consecratio, erant sacerdotes Aaron Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. hi enim consecrati sunt, ut patet Exo. 29. & Leui. 8. nec erant plures qui consecrarentur, tunc de genere Aaron, ut declaratum fuit Nume. 3. cap. nunc autem erat annus. 41. ab exitu de Aegypto. quod intercederat anni. 39. ergo in his temporibus medijs multiplicarentur isti sacerdotes ad satis magnum numerum, sicut fuit in multiplicatione Israelitarum in descensu in Aegyptum. nam 70. anime solum descenderunt, ut patet Exo. 1. & Deuteronom. 10. & cum conpleuissent ibi annos ducentos, & quasi quinquaginta, ut declaratum est Gen. 15. & Exo. 12. multiplicati sunt ad tantam summam, ut essent sexcenta millia pedum armatorum, praeter senes & minores anno. 20. ut patet Exo. 12. & ibi, atque in 1. cap. eiusdem declaratum est. Proportionaliter ergo sacerdotes, qui erant quinque viri in 40. annis multiplicarentur ad aliquam summam.

Aliquis respondebit non valere argumentum, quia in alijs Israelitis sic factum est: quoniam in principio anni secundi ab exitu de Aegypto computati sunt, ut patet Nume. 1. & postea in anno 40. apud Iordanem iterum computati sunt, & tamen in tempore intermedio non creuerunt, quia non fuit maior summa in anno 40. quam in anno secundo. immo minor fuit anno 40. quia in anno secundo fuit summa totalis sexcentorum trium millium quingentorum quinquaginta. ut patet Nume. 1. anno autem 40. fuit summa sexcentorum & mille septingenti triginta. ut patet Nume. 26. cap. & sic in summa anni secundi superat ad summam anni 40. mille septingenti septuaginta. cum ergo isti in istis annis quasi 40. nihil creuerint, sed potius defecerint de primo numero eorum: de Leuitis & sacerdotibus satis patet fuisse verisimile, quod non creuerit summa illorum. non ergo essent in transitu Iordanis. anno. 41. ab exitu de Aegypto plures sacerdotes, qui possent portare arcam.

Ad hoc respondendum est, non valere istam argumentationem, quia Israelitae populares non fuerunt in maiori summa in anno 40. quam in secundo, quia Deus protulerat sententiam, ut omnes qui fuerant de Israelitis numeratis ab anno 20. & supra morerentur in deserto, quia murmurauerant contra dominum. immo propter hoc detenti sunt 40. annis in deserto, alioquin immediate in secundo anno intrauissent terram promissionis. de hoc Nume. c. 14. facta ergo fuit tam magna plaga in eis, praecipue cum ex multis mururationibus plures perierint, & in fornicationibus, cum Moabitum & Madianitarum mulieribus, de quibus Num. 1. & 14. & 16. atque 21. & 25. c. In Leuitis autem non fuit data ista maledictio, quia ipsi non fuerunt de numeratis. 20. annis, cum non fuerint numerati cum reliquo Israel, ut patet Num. 1. & dato quod numerati fuissent per se, ut patet Num. 3. tamen non fuerunt numerati ab anno 20. sicut populares, sed ab vno mense & amplius, ut patet Numeri 3. cap. etiam quia non fuerunt isti de viris bellatoribus. Sententia Dei tamen solum fuit contra viros bellatores, ut patet Deut. 2. c. non erat ergo idem argumentum in Leuitis, ut non augerentur ad magnam summam, quod fuit in reliquis popularibus. Item quia adhuc in tribus Israelitarum non fuit facta simpliciter diminutio. nam quaedam fuerunt in valde maiori numero in anno 40. ab exitu de Aegypto, quam in anno secundo, ut patet de tribu Manasse, cuius summa fuit in secundo anno ab exitu de Aegypto triginta duo millia ducenti, ut patet Num. 1. sed in anno 40. ab exitu de Aegypto fuit summa quinquaginta duo millia septingenti, ut patet Numeri 26. & sic in quibusdam alijs tribubus facta fuit maior summa in anno quadagesimo, ut patet con-

ferendo

Determinatio Auaris.

rendo summas quae habentur Nume. 1. summis quae habentur Num. 26. cap. Sed dicendum est, quod quicquid horum fuerit in Leuitis, siue aliqua plaga inciderit, siue ex aliqua occasione non potuerint multiplicari, paruum fuit excessus eorum in anno 40. ab exitu de Aegypto ad annum secundum. nam in anno secundo computatis omnibus Leuitis ab vno mense & supra, inuenta est summa 20. duorum millium, ut patet Numeri 3. cap. postea vero in anno 40. facta summa inuenta est 20. trium millium, ut patet Nume. 26. soli ergo mille in 39. annis excreuerunt ad summam priorem.

De sacerdotibus ergo, qui erant minima pars Leuitarum, & quasi nulla: consequenter videtur dicendum probabiliter, quia parum excreuerunt. Ad aliquantum tamen maiorem numerum verisimile est eos excreuisse, sed quamuis excreuissent, adhuc poterant esse omnes cum portantibus arcam. non quidem, quod omnes humeris suis portarent, sed quod omnes portantibus adessent ad honorandum arcam. & hoc rationabilis est, quam quod sacerdotes portantes arcam soli irent, & alij sacerdotes transirent vno impetu cum popularibus.

Quare non fuerunt lapides plures, nec pauciores, qui asportati fuerunt de Iordane.

Duodecim lapides durissimos. Fuerunt duodecim in memoriam tribuum duodecim, ne si poneretur pauciores, videretur aliqua de tribubus inter alias contempta. nec rursus debuerunt esse multi lapides, ut 30. vel 40. ut expressius hoc proficeret ad memoriam duodecim tribuum Israelitarum transeuntium per arenam Iordanis alueum. Si autem plures essent, non videretur determinate ad hoc esse. sic etiam & in alijs locis, vbi aliquid ponebatur ad memoriam Israelitarum, semper ponebantur duodecim, ut patet in monte Sinai in modo confirmationis legis, praeter altare ad sacrificia, erexit Moyses duodecim titulos lapideos per singulas tribus, ut patet Exo. 24. cap. Durissimos. Istud non habetur in Hebraeo. vocantur lapides durissimi, ut non frangerentur nisi difficiliter, vel delerentur, sed manerent in aeternum in memoriam.

Quos ponetis in loco castrorum. Non posuerunt Israelitae lapides illos in exitu Iordanis in ripa, sed in loco castrorum noctis ipsius. Alios enim lapides duodecim intra Iordanis alueum excreuerunt, ut ibi etiam in testimonium essent, ut patet infra in litera. vocatur loca castrorum. i. locus castrametationis. s. vbi Iudaei gradientes per noctem dormirent, ponentes ibi tentoria sua. illa autem tentoria multa simul castra vocantur.

Vbi fixeritis haec nocte tentoria. Iudaei transeuntes Iordanem non manserunt ad ripas eius castrametantes. nihil quippe ea die ambulauerant Israelitae: sed solum transierunt, cum de mane egressi de tabernaculis suis transierunt alueum arenam Iordanis. profecti ergo ilico de ripa Iordanis, portantes secum lapides illos duodecim, quos eduxerant de flumine, ambulauerunt itinere, quod ducit in Iericho, & peruenerunt usque ad agrum Iericho, qui postea ex circuncisione Israelitarum nomen accepit Galgala. ibi enim manserunt nocte ipsa & alijs diebus multis. nam quamquam bellatores ad multa loca tenderent, manebant castra in Galgalis, ut patet ex processu libri huius. ibi enim posuerunt lapides illos duodecim, & manserunt in memoriam eorum. locus autem castrorum ad quem nocte illa Israelitae pergere debebant, non determinabatur a Deo, sicut in deserto praecedente nube, qua manente figebantur castra, & mota ea mouebantur, ut patet Exo. 40. & Numeri 9. sed determinabatur ad voluntatem Israelitarum, scilicet determinabant quantum progredi vellent. & hoc dicebant Leuitis portantibus arcam, qui praecedebant per duo millia passuum, & cum illuc accederent, subsistebant. & eo modo progressus totus populus dirigebatur.

Vocauitque Iosue duodecim viros quos elegerat de filijs Israel. Primo Iosue Israelitas eligere duodecim viros iussit, eosque elegerunt & Iosue praesentauerunt. ipse autem approbavit eos, & tunc dicitur vocauisse eos, atque mandasse, ut intrarent in Iordanem ad educendos lapides. 12.

Ite ante arcam Domini Dei vestri. In hoc patet, de quo loco lapideseducti fuerint, scilicet de conspectu arcae. & hoc est, quod supra dicebatur de medio Iordanis alueo de loco, in quo steterunt pedes sacerdotum, & non signat hic ante processionem in motu, sed accipitur pro coram: nam arca non mouebatur, tunc ad aliquam partem, sed manebat in medio Iordanis.

Quare de conspectu arcae lapides fuerunteducti. *Questio. VI.*

Quare autem de conspectu arcae lapideseducti fuerunt poterat esse causa duplex. Vna quia forte non erat alius locus, in quo maiores & aptiores lapides essent in alueo toto ad erigendum in titulos, quam in medio Iordanis apud sacerdotes tenentes arcam.

Alia causa est propter specialem memoriam huius facti. fuit enim positio ista lapidum ad memoriam educationis, & transitus Israelitarum per arenam alueum Iordanis. Ista tamen facta sunt in virtute Dei, cuius gloria apparebat in arca: conueniens ergo fuit poni lapides in memoriam, qui fuissent ante arcam.

Ad Iordanis medium. Quia ibi manebat adhuc arca: postquam Israelitae omnes ad aliam ripam transierant, donec educerentur lapides. 12. & erigerentur totidem in Iordane. nam si exiuisset arca, praecipitarentur tumentes fluctus, & non possent lapides tolli inde, aut alij erigi.

Et portare singuli lapides singulos. Isti essent magni lapides quantum quilibet virorum illorum portare possent: potissime quia viri isti essent de robustissimis in toto populo, cum electi fuissent ad ferenda onera magna. si enim lapides isti parui fuissent, ad nihil videbantur vtilis, quia non possent constitui inde altare sufficienter, nec poterant erigi in titulos, sicut erecti fuerant tituli. 12. in monte Sinai, in loco confirmationis legis, ad memoriam. 12. tribuum, quae ibi legem a Deo datam, & pactum vtriusque susceptum confirmauerunt cum Deo, ut patet Exo. 12. & tamen isti lapides ad alterum istorum solum proficiebant.

In humeris vestris. In hoc signatur lapides fuisse magnos. Alioquin non oportuisset poni illos in humeris, sed in manibus portarent. & hoc fuit usque ad ripam Iordanis. nam postea in itinere usque ad Galgalam, vbi fuit locus castrametationis ipsius, ut patet infra. & sequenti capitulo. in iumentis portati sunt. nequaquam enim sufficissent viri ad portandum eos. nec erat aliquid quare magis portari deberent in humeris virorum, quam in iumentis. nam & onera sacra aliquando portabantur super iumenta, ut in plaustris, sicut arca Domini quando portabatur de Cariatharin in ciuitate Dauid. tunc enim in plastro nouo portabatur, & boues calcitrantes inclinauerunt eam, ut patet 2. Regum 6. & primo Paralipomenon. 13. capitulo.

Iuxta numerum filiorum Israel. Idest tot erunt lapides quot sunt filij Israel, scilicet duodecim, & in hoc signatur, quod ponebantur isti duodecim lapides pro memoria filiorum. 12. Israel, ut in recordatione posterorum maneret, quod fecisset dominus transire Israelitarum duodecim tribus per Iordanem defecatum.

Enumeratio beneficiorum quae Deus dedit Iudaeis, & quomodo pro singulis reliquit aliquod memoriale, ut non obliuiscerentur eorum Iudaei. Quaest. VII.

DEVS enim volebat, quod beneficia ab eo collata Israelitis manerent in memoria. ideo posuit diuersa signa. Primo enim in Aegypto liberauit primogenitos Israelitarum ab angelo percussore, qui ea nocte qua Israelitae erant egressuri, introibat in singulas domos percussiens omnia primogenita Aegyptiorum ab homine usque ad pecus, ita ut non esset in toto Aegypto aliqua domus in qua non esset aliquis mortuus, ut patet Exo. 12. & quia istud fuit magnum beneficium collatum illis, existente sanguine agni paschalis in postibus domus cuiuslibet Hebraei, iussit Deus, ut quolibet anno die illo quo facta fuerat ista liberatio, fieret immolatio agni paschalis in memoriam huius, ut patet Exo. 12. & quia istud fuit magnum beneficium, non solum positum fuit istud signum, sed etiam mansit redemptio primogenitorum humanorum, & immolatio primogenitorum pecorum, ut patet Exo. 13. & Num. 3.

Fuit quoque aliud beneficium in exitu de Aegypto collatum. nam Israelitae fuerant in durissima seruitute Pharaonis, quae vocabatur fornax ferrea Aegypti, ut patet Deuter. 4. & dicebantur habere cathenas in ceruicibus, quia nimis premebantur, ut patet Leuit. 26. & esse in ergastulo, ut patet Exod. 6. & quia hoc fuit magnum beneficium, iussit dominus, ut quolibet anno tempore exitus comederent Iudaei panes azymos per dies septem. nam in exitu de Aegypto premente Pharaone & seruis eius, non potuit massa fermentari, sed sic cospersa portata est, ut patet Exo. 12. & in memoriam huius, quod in exitu fuit, comedere illis iussit per septem dies azyma, ut patet Deuteron. 16. f. septem diebus comedes absque fermento panem afflictionis, quia in pauore egressus es de Aegypto, ut memineras diei egressionis tuae de Aegypto omnibus diebus vitae tuae.

Aliud beneficium fuit in datione legis, quae ut quidam computant, data est 50. die post exitum de Aegypto, de quo diximus Exo. 19. & 24. & in memoria huius fiebat festum pentecostes, quod apud Iudaeos vocatur festum hebdomadarum, ut patet Leui. 23. c.

Alterum beneficium fuit patribus Israelitarum collatum, si quod liberauerit a morte Isaac, cum volebat eum Abraham immolare iubente Deo, & datus est pro earies, ut patet Gen. 22. cap. In hoc autem liberato omnes Israelitae liberati sunt, nam si ille mortuus fuisset sine liberis, nemo de Israelitis natus fuisset, cum omnes ab illo descendant: pro hac liberatione faciunt festum clangoris, ut patet Leuit. 23. cap.

Alterum fuit beneficium Israelitis, quando fuit confirmatum pactum Dei cum illis in monte Sinai, & ipsi promiserunt obseruare legem a Deo datam, & in memoriam confirmationis pacti, mansit erectum altare lapideum, & duodecim tituli in memoria duodecim tribuum, ut patet Exo. 24. cap.

Alterum fuit beneficium collatum Israelitis in hoc, quod annis quadraginta comederunt manna in deserto non habentes alium cibum, & in signum huius fuit reueruatum manna in vna aurea vna capiente gomor, ut patet Exodi 16. & fuit posita ista vna in arca foederis, ut patet ad Hebr. 9. ca. & declaratum fuit Exo. 25.

Alterum fuit beneficium collatum Israelitis in hoc, quod quadraginta annis duxit Israelitas dominus per desertum educens de Aegypto, & faciens manere sub umbraculis de ramis arborum, & in signum huius dedit, ut quolibet anno mense septimo celebrent dies septem manentes in umbraculis factis de frondibus arborum,

ut patet Leuit. 23. cap. Alterum fuit beneficium in transitu Iordanis, & in memoriam huius fecit poni duodecim lapides in Galgalis, qui est locus non multum distans a Iordane. scilicet ubi castrametati sunt die quo Iordanem transierunt, & alios duodecim in Iordane erigi fecit, ut patet hic in litera.

Aliud beneficium fuit in transitu maris rubri, cum cernentibus Aegyptiis in comitatu magno curruum, & equitum atque ceteri bellici apparatus, diuisit Deus mare, & transierunt Iudaei, Aegyptij vero post eos introeuntes submersi sunt. in memoriam huius manet usque hodie insigne valde miraculum: orbitarum namque curruum Aegyptiorum signa, ut arenis tunc impressa sunt, ita usque hodie tam in propinquis arenis, quam sub aquis maris, humano aspectui peruia manent, & si quo casu puluere confundi signa orbitarum contigerit, mox Deo agere in figuram pristinae reuertuntur, ac si nouiter signa arenis impressa forent. haec in sacra Scriptura non leguntur, sed refert ea auctor certissimus Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi.

Alia autem minora atque minus famosa Israelitis collata beneficia sunt, ideo illorum signa in recordationem posita non sunt.

Alia autem Deus reliquit Iudaeis in signum & testimonium, sed non collatorum beneficiorum, sicut tabulae conditae in arca, in testimonium contra Iudaeos manent, si negare vellent sibi traditam fuisse legem.

Manet quoque contra Iudaeos in testimonium virga Aaron quae floruit, ut recorderentur Israelitae quomodo Deus diiudicauerit inter eos de quaestione assumendi sacerdotij, ut patet Num. 17. c.

Manet quoque Deuteronomius, & carmen in latere arcae, ad testimonium contra Israelitas, quod in nouissimis temporibus peccarent, immo & non longe post mortem Moysi, de quo Deuter. 31. cap. De lapidibus ergo Iordanis eductis in memoriam sic factum est, hoc tamen ad collati beneficii memoriam pertinet.

Quid differt, cum dicitur iuxta numerum duodecim filiorum Israel, & cum dicitur, iuxta numerum duodecim tribuum. Et quod nomine filiorum Israel proprie non intelliguntur Ephraim & Manasse: bene tamen nomine tribus, & quodam ista differentia non semper seruantur in sacra Scriptura.

Quaestio. VIII.

IVXTA numerum filiorum Israel. Non dixit iuxta numerum tribuum Israel, sed iuxta numerum filiorum Israel. Magna enim distantia est inter ista, quia proprie accipiendū quando dicuntur duodecim tribus Israel, non debent comprehendī Leuite, quia tribus dicit cognitionem distinctam per sortem hereditatis susceptam: Leuitae autem non susceperunt sortem inter alias tribus, non ergo vocantur proprie vna de tribubus Israel.

Filij Israel dicuntur personae, siue hereditatem habeant siue non. & hoc modo necesse est Leui intelligi, quia ipse est vnus de duodecim filiis Israel. scilicet Iacob, & tunc non diuidetur Ioseph per Ephraim & Manasse, quia isti non fuerunt de filiis duodecim Iacob, sed ipse Ioseph pater eorum. Si quis autem obijciat, quod nominatis duodecim tribubus Israel, intelligantur Manasses & Ephraim, & nominatis duodecim filiis eodem modo, quia Gen. 48. dicitur, duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam venirem ad te, mei erunt Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.

Respondendum est, quod Ephraim & Manasse fuerunt filij adoptati ipsi Iacob, & hoc quantum ad ius percipiendi aequalitatem hereditatis cum alijs filiis Iacob, non tamen quantum ad hoc, quod vocarentur filij sui: sic patet

Nota miraculum stultum de signis curruum maris rubri.

c. 10. non longe a fine.

Nota alia signa minora in damnationem Iudaeorum.

patet allegato. c. f. Ephraim & Manasses, sicut Simeon & Ruben reputabuntur mihi: reliqui quos genueris post eos tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur. Cum ergo absolute nominantur duodecim filij Iacob, non attento ad ius percipiendae hereditatis, non debent Ephraim & Manasses nominari, vel vocari filij Iacob. Ideo nominatis duodecim filiis Iacob, necesse est Leui intelligi, & non Manasse & Ephraim, sed solum Ioseph patrem eorum. Ista differentia tamen non obseruatur semper in sacra Scriptura. nam Exo. 28. cum diceretur de duobus onichinis, quod ponerentur in eis nomina duodecim tribuum Israel, sex in quolibet eorum, & in duodecim lapidibus rationalis. dicitur iuxta quod essent nomina filiorum Israel subiunctum est, quod essent nomina duodecim tribuum, nihil distinguendo inter nomina filiorum Israel, & nomina tribuum. Sic est hic: nam praecedens. c. & supra in principio eius dicebatur, quod ad educendos lapides hos eligerentur viri per singulas tribus, vel iuxta numerum tribuum: nunc dicitur quod erunt viri isti iuxta numerum filiorum Israel, nihil ergo distinguitur hic, proprius tamen dicitur iuxta numerum filiorum Israel, quam duodecim tribuum Israel ex causa supra data. Ut sit signum inter vos. Id est vti isti lapides sunt signum ad recordationem transitus Iordanis per arenam alueum.

Triplex est signum in sacra scriptura, ad indicandum. Et ad quid fuerunt positi isti duodecim lapides in signum. Quaestio. IX.

VOCATUR hic signum positio lapidum, non quod signet aliquid futurum secundum, quod communiter accipitur signum, sed ut est recordatiui alicuius praeteriti. Triplex enim signum ponitur. scilicet praenosticatum a praenosticando. scilicet futura signando. & isto modo accipitur signum communiter in prophetis iuxta illud Esa. 6. dominus ipse dabit vobis signum. ecce uirgo concipiet & c. conceptio enim virginalis ponitur signum eius, quod praedicebatur regi Achaz de duobus regibus qui coniuuerant contra ipsum, & dabatur de re futura, sic accipitur signum Deuter. 13. & 18. cum agitur de signis datis a prophetis.

Signum demonstratiuum est de re praesente quam ad oculum demonstrat, & sic pendulus ante tabernaculum, est signum, quod tunc ibi vinum venditur, & sic vexillum est signum regis praesentis.

Signum tertio modo dictum est rememoriui, & istud pertinet ad res praeteritas, & hoc modo crux est signum Christi. scilicet passionis Christi, quae iam in praeteritum abiit: hoc tertio modo accipitur hic signum. nam lapides positi signabant apertum fuisse quodam Iordanem transeuntibus Iudaeis. Ponitur autem ista lapides ad deducendum in cognitionem alicuius, quoniam etiam illis non existantibus, cognoscebant quomodo fuisset transitus Iordanis, sed solum erant istis rememoriui signa. nam aliquando Iudaei qui transierant Iordanem, non recordarentur, nec actualiter cogitarent de beneficio Dei in transitu Iordanis. Postea tamen videntes lapides illos, reducerentur ad recordationem huius facti, & actualiter considerarent, & hoc agitur hic quod dicitur, ut sit signum inter vos, qui transiistis Iordanem desiccatum. Signum autem. scilicet rememoriui quantum ad posteros erat signum non rememoriui proprie, sed magis faciens venire in cognitionem, quia isti non cognouerant de

Ad quid fuerit positi duodecim lapides in signum.

transitu Iordanis, & quoniam viderent lapides illos, quaerent quid illud sibi vellent. & tunc respondentibus patribus cognoscerent filij transitum Iordanis, si tamen non fuisset factum istud de lapidum educatione de Iordane, & erectione in Iordane, non habuissent posteri occasionem ad inquirendum, nec patres ad respondendum, & sic non eis cognitus foret transitus, nisi a casu enarraretur.

Et quando interrogauerint vos filij vestri. Omnes postereri vocantur hic filij, & quicumque; minores: unde quando docentur; aliquis de iunioribus, qui non transiisset Iordanem, quaerit de transitu Iordanis, quaerens de lapidibus illis, dicebatur quaerere filius: minores quippe respectu maiorum filij dicitur, quia vno modo patres per gratiam computantur. Ista est causa principalis propter quam ponebantur ista signa. scilicet ut posterii cognoscerent magnalia Dei, & hoc quia ista signa inducerent eos ad inquirendum, & consequenter scirent causas, quae erant aliqua beneficia a Deo collata, sic patet de sanctificatione primogenitorum quaedam redimendo, quaedam immolando. nam posterii quaerent quid hoc esset cur fiebat talis redemptio, & tunc patres dicere debebant, de seruitute eduxit nos Deus in manu forti de Aegypto. nam cum induratus esset Pharaon, & noller nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum, idcirco immolo domino omne, quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. sic patet Exo. 13. c. sic quoque omnes caeremoniales obseruationes principaliter ponebantur in signa praeteritorum beneficiorum. scilicet ut interrogaret posterii cur ista fierent, & tunc responderent parentes ista fieri, quia Deus liberauit Israelitas de Aegypto de dura seruitute, sic patet Deuter. 6. c. Filij vestri cras. Signat hic cras omne tempus futurum, quia in quocumque tempore interrogarent, dicerentur interrogare cras, immo non potest hic accipi cras pro die sequenti: nam in die sequenti post transitum Iordanis, nullus de hoc quaereret, quia esset tunc factum recentissimum, & nullius memoriam effugisset, nec esset tunc aliquis de Israelitis, qui Iordanem non transiisset, sed magis cras tempus futurum post longa praeritula notat. Sic heri signat aliqui omne tempus praeteritum. Unde cum apostolus vellet designare aeternitatem Messiae, cum ipse sit persona diuina, ait ad hebraeos. 13. Christus Iesus heri & hodie ipse, & usque in secula. per heri & hodie, non signauit duos dies continuos, quoniam manifestum est Messiam Christum, de quo Paulus loquebatur etiam secundum carnem fuisse ab pluribus diebus quod ab heri & hodie, sed voluit signare aeternitatem, quod patet ex adiuncto. scilicet usque in secula. Quid sibi volunt isti lapides. Videntes iuuenes diligenter apertos, & non sine labore compositos, nescientes causam positionis eorum intelligent, non sine mysterio fuisse positos, quia quod diligenter & magnis cum laboribus facta sunt, nemo inanis ageret. Quid sibi volunt isti lapides. Quid volunt signare isti lapides: vel quid operantur hic: aut ad quid positi fuerunt? Defecerunt aqua Iordanis. Hic eruditur Israelitae in forma respondendi ad quoniam posterorum. scilicet defecerunt aquae Iordanis, non est sensus, quod defecerunt aquae. scilicet defecere fuerint aut consumptae. nam omnes aquae, quae in Iordane erant, introeunte arca domini manserunt in eo. Sed dicit defecerunt. scilicet defecerunt a continuitate: nam Iordanis continue fluebat, & partes aquarum patribus copulatae erant, accedente autem arca. scilicet cum tincti fuerunt pedes sacerdotum portantium arcam in parte aquae Iordanis, defecerunt aquae. nam quae inferiores erant, defluerunt usque ad mare solitudinis, quae aut superiores, eleuatae sunt in sublime, ut patet praecedens. c. & hoc patet in litera hebraica, quae dicit hic. Diuisae sunt aquae Iordanis. Vbi nos dicimus. Defecerunt. Est tamen conueniens vocabulum quantum ad cursum

Cras hic signum quid significat.

Heri quid significat.

Ista praepositio ante, quot modis sumat.

cursum fluminum. nam in eis diuidi est deficere. in hoc enim fluiuis continuatur in sua vnitate, quia partes partibus continuantur. deficiente ergo continuitate deficit vnitas fluiuij. Ante arcam fœderis domini. Hic potest esse duplex sensus propter duplicem habitudinem istius propositionis ante. Vno modo signat antecessorem temporis vel motus, & est proprium consignatum suum, & tunc est sensus, quod arca Dei moueretur per Iordanem, & isti viri præcederent ante eam tollentes lapides de locis per quos arca transitura foret. sed hoc falsum est, quia arca Domini manebat in medio Iordanis stans donec omnia ista fierent. steteruntque sacerdotes cum ea, donec dictum est illis, quod ascenderent de Iordane, vt patet infra.

Alio modo ante signat præsentialitatem, & sumitur pro coram. scilicet quod lapides isti tollerentur coram arca manente in medio Iordanis, & hoc est verum. istorum causa supra assignata est. Cum transirent eum. Id est Iordanem, & refertur istud transirent ad omnes Israelitas, & dicitur cum transirent. i. quando transitu rii essent. nam antequam introiret populus in Iordanem, diuisus est, vt patet præcedenti cap.

Idcirco positi sunt lapides isti. Scilicet ad memoriam facti huius admirabilis ne obliuione deleatur, sed pœueret in cognitione posterorum. In monumentum filiorum Israel. Id est ad memoriam. dicitur monumentum memoria vel recordatio, a monendo dictum, vel monumentum. i. monens mentem, quia quoniam talia posita videmus permonetur mens nostra ad inquirendum quid illa sint. Et dicitur monumentum filiorum Israel dupliciter. factiue vel passiuè. ita vt ipsi recordentur per hæc, vel eorum per hæc recordatio fiat. vterque sensus est conueniens. Primus tangitur supra in litera. scilicet quoniam interrogauerint vos filij vestri cras dicentes quid sibi volunt isti lapides &c. tunc enim deducebantur filij Israel, in cognitionem horum actiue, quia ipsi addiscebant quid factum fuisset in Iordane. etiam hoc modo proficiebat in memoriam Israelitarum, quia ipsi met Israelitæ, qui Iordanem arente alueo transierant, aliqui non cogitantes hoc si viderent lapides istos, reducerentur in memoriam & actualem cogitatione transitus Iordanis.

Alio modo intelligitur passiuè. scilicet vt per istos lapides positos, esset recordatio de Israelitis transeuntibus. scilicet vt omnes gentes videntes hos duodecim lapides erectos, scirent per hos quomodo duodecim tribus Israel transierant per Iordanem arentem. Vtque in æternum. Scilicet vsque in valde magna tempora. nam quod diu manserunt Iudei in terra Chanaan, manserunt tituli lapidum nullus. n. audebat eos deicere, aut dispergere, ageret. n. statutum publicum & præceptum diuinum. Dicit autem Augustinus quod dicitur vsque in æternum, cum cælum & terra transeant, & quomodo potest esse in æternum, cum ipsi non essent æterni? Respondet, quod forte per æternum significatur aliquid alterum, aut id quod in latino dicitur in æternum, in greco dicitur vsque in seculum, quod non significat æternitatem, sed longum tempus, & ista est veritas.

Fecerunt ergo filij Israel, sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dominus ei imperarat iuxta numerum filiorum Israel, vsque in locum, in quo castrametati sunt: ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis domini, & sunt ibi vsque in præsentem diem.

In questio ne. 6.

Æternum quid significat.

Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Iosue, vt loqueretur ad populum præceperat dominus, & dixerat ei Moyses. Festinauitque populus, & transiit. Num. 32. Cuique transissent omnes, transiit & arca Domini: sacerdotes quoque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, & quadraginta pugnatorum milia per turmas, & cuneos incedebant per plana, atque campestria vrbis Iericho. In die illa magnificauit dominus Iosue coram omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixitque ad eum. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis domini, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis dicens. Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent portantes arcam fœderis domini, & siccam humum calcare cepissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant, sicut ante consueuerant.

Hic ponitur secundum. scilicet præcepti executio quantum ad educationem lapidum de Iordane, & vocantur hic filij Israel, non omnes de populo, sed soli duodecim viri qui ingressi sunt Iordanem. nam alij nihil habebant quod facerent, nisi eligere viros qui ingressuri erant in Iordanem, & hoc iam factum erat, quia post electionem factam, vocauerat eos Iosue, & iusserat introire in Iordanem: executio ergo ista, quæ hic ponitur, solū intelligitur quantum ad duodecim viros, qui introierunt in Iordanem, quia isti nondum executi fuerant hoc. Sicut eis præceperat Iosue. Præceperat eis tollere lapides duodecim de prospectu arce de alueo Iordanis, & hoc fecerunt, vt litera replicat immediate. Portantes de medio Iordanis. In hoc apparet, quod filij Israel non dicantur hic omnes Israelitæ, sed soli viri duodecim, quia non intrauerunt omnes Israelitæ in Iordanem ad tollendum inde lapides, sed soli duodecim, vt patet hic.

Et ei dominus imperarat. Id est Deus mandauit Iosue, vt præciperet Israelitis separare viros duodecim ad tollendum lapides duodecim de alueo Iordanis. Iuxta numerum filiorum Israel. Id est vt pro quolibet filiorum Israel esset vnus lapis in memoriam, accipiendo filios Israel pro personis, & non pro tribubus, & hoc modo Leui erit vnus de eis, vt dictum est supra.

An duodecim lapides qui positi fuerunt in Galgalis, fuerint positi singillatim in modum duodecim titularum, vel simul in modum altaris. Et quanto tempore manserunt lapides isti. Quæst. X.

De lapidibus istis quomodo fuerint erecti in loco castrametationis. scilicet an in globum vnum positi fuerint, vt in modum altaris, vel quilibet per se erectus fuerit, vt in titulum, non constat. nam poterat vtroque modo fieri. scilicet vt ex omnibus constitueretur vnum altare, vel vt quilibet esset per se, & essent duodecim tituli. Sed dicit aliquis

aliquis quid horum rationabilius dictum est. Respondendum est, verisimilius atque rationabilius fore, vt poneretur in modum titularum. scilicet quilibet per se, quæ vt ponerentur in modum altaris simul erecti.

Primo, quia si ponerentur in cumulo vno ad formam altaris, representarent aliquid, quod esset pertinens ad altare. scilicet aliqua sacrificia solennia facta fuissent ibi, vel aliquid simile, tamen non ponebantur ad hoc, sed ad signandum transitum per Iordanem arentem. Itæ isti duodecim lapides positi fuerunt ad memoriam duodecim tribuum Israel, & ideo solum fuerunt duodecim, vt immediate haberetur cognitio tribuum duodecim. Alioquin non dixisset dominus tollendos duodecim lapides iuxta numerum filiorum Israel, sed quod tollerentur lapides, siue multi, siue pauci ad memoriam duodecim tribuum Israel. ergo oportebat tali modo disponi lapides istos, vt cognoscerentur esse duodecim. si tamen ponerentur in altari, non cognoscerentur esse duodecim, cum intra altare essent de eis lapides aliqui, ergo non debuissent poni in altari, vel aliquo tumulo, sed distincti, vt cognoscerentur. Item patet ex simili. nam in monte Synai, quando fuit facta confirmatio legis in memoriam duodecim tribuum Israel, erecti fuerunt lapides, qui non simul positi sunt, sed in duodecim titulos distincti fuerunt, sic dicitur in Exo. 24. quod Moyses construxit altare, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel, cum ergo hic ad memoriam duodecim tribuum fieret, erat rationale duodecim erigi titulos. illi namque duodecim lapides erigerentur in duodecim titulos, ita vt cognosci distincte possent pro duodecim tribubus positi.

Vtque ad locum vbi castrametati sunt. Refertur ad participium supra positum portantes. scilicet isti duodecim viri portauerunt de medio Iordanis alueo duodecim lapides, & vsque ad locum castrametationis, non tamen est intelligendum, quod isti duodecim viri portauerunt hos duodecim lapides vsque ad locum castrametationis, quia castrametatio fuit longe a Iordane, cum in die qua transierunt Iordanem nihil ambulauerint, quia de mane surgentes transierunt Iordanem, & postea tota die ambulauerunt vsque ad noctem, & venerunt circa Iericho. In Galgalis: non poterant tamen viri tota die portare lapides illos, immo non poterant portare per aliquod spatium notabiliter magni, sed imposterunt eos iumentis, & sic portauisse dicuntur: fixerunt autem eos postea in loco castrametationis, vt manerent in memoria. fuit locus iste Galgala. scilicet circa Iericho in agro eius, qui postea ex circuncisione Iudeorum sic appellatus est, vt patet sequenti capitulo.

Ibi quoque posuerunt eos. Sic enim iusserat dominus supra cum dicitur, quos ponetis in loco castrametationis, vbi figetis hac nocte tentoria. fuit autem ista positio, distincta eorum collocatio, ita vt essent in forma titularum erectorum, & manserunt ibi toto tempore quo Iudæi possederunt terram, & quamquam de his lapidibus quomodo postea manserint nihil dicatur, tamen intelligendum est, quod semper manserint, cum Iudæi ibi fuerint, sicut dicitur infra de duodecim alijs lapidibus, qui fuerunt erecti in Iordane. scilicet qui ibi sunt vsque ad præsentem diem.

Alios quoque duodecim lapides. Supra fuerunt positi duodecim lapides extra aquas Iordanis, qui fuerunt educti ex ipso alueo. nunc ponuntur alij duodecim intra ipsum alueum erecti, & hoc fuit, quia Deus volebat haberi miraculorum suorum fidem, siue ex his quæ erant in aqua, siue extra aquam, & tunc extra aquam duodecim lapides statui fecit. Ita & intra aquam similiter factum est, vt semper maneret eadem significatio duodecim tribuum, atque memoria.

An lapides duodecim, qui erecti fuerunt in Iordane, erant prius in ipso alueo, vel ducti sunt de ripa fluminis, vt communiter dicitur. Et quomodo erant collocati, ita vt videri possent. Quæst. XI.

Posuit Iosue in medio Iordanis alueo. Ex hoc aliqui habent occasionem errandi dicentes istos duodecim lapides fuisse adductos de extra Iordanem, & locatos in flumine, vt sicut de flumine educebantur ad ponendum extra, ita de extra inducerentur in flumen. nam si de flumine fuissent lapides, non debuissent dici, quod posuit eos ibi Iosue, sed quod erexit, quia ibi erant: sed non erant eleuati, vt apparerent, & Iosue fecit eos eleuari, sed dicendum est falsum esse. nam non videtur aliqua ratio, quare lapides qui erant extra Iordanem, inducerentur illuc, quia miraculum factum fuerat in alueo Iordanis, & non extra ripam, ideo lapides de extra sumi non videbatur rationale.

Dicendum est igitur fuisse lapides istos in alueo Iordanis, sicut priores: alioquin expressisset Deus debuisse sumi de extra, quoniam ipsi alias intelligerent fumendos fore de alueo, sicut priores. litera tamen non secuta fuit proprietatem dictionis, quoniam dici debuisset erexit duodecim alios, & non posuit duodecim alios, quia positio signat, quod res non fuerit prius ibi, vbi collocatur: erectio signat, quod res ante ibi fuerit, sed non habuerit eundem situm, scilicet depressionis & eleuationis. De his duodecim lapidibus non iubetur, quod duodecim viri erigerent eos in alueo Iordanis, sicut inde tulerunt duodecim priores, sed dicitur quod Iosue eos posuit.

Non est autem intelligendum, quod Iosue eos per se erexit, quia ipse solus hoc efficere non valeret. Tum quia ipse erat princeps totius Israel, & ipse per se non faceret ista opera corporalia. Sed dicitur fecisse, quia fieri iussit, vel quia omnia quæ sunt sub ducatu alicuius principis, ipse facere dicitur. Et sic dicitur de Salomone, quod edificauit tabernaculum siue templum domini, & domum salus, vt patet 3. Regum. 6. & tamen Salomon qui rex erat, horum nihil per se faciebat, sed artifices iussit eius. De his lapidibus duodecim dicendum est, quod fuerint valde magni: non enim fuerunt sicut priores: illi enim non erant valde magni, cum quilibet eorum duceret vir vnus super humerum suum. Isti tamen si parui fuissent nihil proderant, quia ponebantur ad memoriam facti huius de transitu, ideo apparere debebant. nam signum neminem ducit in cognitionem, nisi cum videtur: si tamen parui essent, nunquam viderentur in aquis Iordanis, potissime, quia fuerunt positi in medio aluei: ideo necesse fuit esse magnos lapides. Et erant erecti in sublimi appositis sibi aliorum lapidum fulcimentis, ne cadant aqua impellente. Ad hos lapides erigendos multi de Israelitis conuenissent, non autem sufficiebant duodecim viri priores, ideo non iubentur duodecim viri hos erigere, sicut de alijs duodecim lapidibus prioribus dictum est, sed dicitur quod Iosue fecit. scilicet multi de populo ad mandatum eius.

Isti lapides taliter erecti sunt, quod quando Iordanis paruo alueo continetur, capita sua extra aquas erigunt, vt duodecim discernantur. Cum autem maioribus terminis Iordanis distencatur, nisi pluuioso impetu, aut liquefactarum niuium turbido tumore obsecurus sit, conspiciuntur inter ipsas aquas, ita vt quocumque modo, liberum sit cuiuscunque, illos duodecim lapides intra alueum sitos inspicere.

De his duodecim lapidibus communiter dicitur a doctoribus, quod locutus fuerit beatus Ioannes Baptista cum ait. potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. & valde rationale est, quia ista loqueba-

Lapides isti duodecim in alueo Iordanis videntur hodie a transeuntibus, & quod de illis Ioannes locutus sit Mat. 3.

quebatur Iohannes stans apud Iordanem, venientibus ad se, vt baptizaretur ibidem, & quia isti lapides duodecim erant insignes, magis demonstraret hos quam alios, de hoc Matth. 3. c.

An licuit Indeis erigere duodecim lapides in Iordane, & totidem in Galgalis, cum videatur lege vetitum erigi titulos, & lapidem insignem. Et quod cum aliqua persona esset approbata, licebat ei erigere titulos, & altaria. Quæst. XII.

QVAERET aliquis circa hoc, quomodo Iudæi potuerint erigere lapides istos duodecim in Iordane, & duodecim alios in Galgalis nam hoc erat vetitum, vt patet Leu. 26. nec insignem lapidem ponetis in terra vestra: vocatur autem lapides insignes, i. magni & eleuati, atq; distincti a ceteris, ita vt ad aliquid specialiter positi videantur. Ita autem erat de his duodecim lapidibus, q; erant positi in Galgalis, erant namque insignes, quia alias non viderentur distincti a reliquis ad signandum id, quod intendebatur per eos, sicut Deus volebat signari. Idem est de alijs duodecim, qui erant in Iordane: isti enim insigniores erant, cum essent, ita magni, quod existentes intra aquas videbantur.

Ad hoc dicit aliquis, quod non erat vetitum erigi lapidem insignem simpliciter, sed erat vetitum elenari illum ad adorandum eum, si patet Leu. 26. in eadē littera. Non ponetis lapidem insignem in terra vestra ad adorandum eum, ergo licebat alijs modis poni.

Respondendum, q; adhuc non licebat cuiquā erigere tales lapides vilo modo: etiam si non erigeret ad adorandum. nam iste finis improbatur tanquam damnatus valde, & quia ad istum finem multi ponere consueverunt, tñ etiam illicitum est, quocumque modo poni. sic patet Leu. 26. cum dicitur. non erigetis titulos. ibi enim simpliciter negauit licentiam erigendorum titulorum, non adiiciens si ad adorandum, vel alias erigerentur. ergo isti lapides, qui erecti erant in titulum, non licite erigebantur.

Aliquis respondebit; q; quamquam ista lex generalis sit, tamen aliquibus personis licuit erigere titulos, sicut patet de Iacob, qui ter erexit titulos. Primo in Bethel, vt patet Gen. 28. cum dicitur, tulit lapidē quē supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundēs desuper oleum. & postea subiungitur, & lapis iste quem erexit vocabitur domus Dei. Iterum autem in Bethel erexit titulum Iacob, rediens de Mesopotamia, vt patet Gen. 35. cum dicitur. ille vero erexit titulum lapideum in loco, in quo locutus fuerat ei dominus, libās super eum libamina, & fundens oleum. Iterum autē erexit titulum in sepulchro Rachelis vxoris suę apud Bethleem, de hoc Gen. 35. cum dicitur. erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachelis vsque in presentem diem.

Item Moyse erexit titulos duodecim in monte Synai, vt patet Exo. 24. Similiter ergo liceret hic erigi titulos. Respondendum est ex hoc nihil induci, quia lex de non erigendis titulis, nec ponendis lapidibus insignibus, data fuit in anno secundo ab exitu de Aegypto in monte Synai, cū sit in Leuitico, & oēs illa datę sunt in mēse primo anni secūdi egressionis de Aegypto, vt probatū fuit Leu. 1. & 26. atque 27. Iacob ramē per valde multos annos ante hoc erexit titulos. Moyse quoque erexit titulos in monte Synai, ante datam legem hanc, quia tituli illi fuerunt erecti in cōfirmationē legis, quę fuit in anno primo egressionis de Aegypto mēse tertio, vt patet ex declaratis Exo. 24. & aliquid in littera. non ergo tenebantur hac lege, cum lex ante promulgationem suam neminē obligare posset: tempore autem quo erecti fuerunt

isti tituli, siue in flumine, siue extra, erat data lex, cū fuisset data Moyse in monte Synai, ergo obligabat. Ideo respondendum est, non fuisse simile de Iacob & Moyse, & alijs qui titulos erexerunt post datam legem, quia qui postea fuerunt, obligati sunt.

Sed dicendum est istos licite egisse, quia Deus iussit eis erigere hos titulos. sed obediens Deo iubenti, nunquam peccat: Deus autem iubens primo nō erigi titulos, nunc iussit, quia ipse non potuit sibi imponere legem a qua recedere non posset, quia cum par in parem non habeat imperium, & Deus non sit se ipso maior, non potuit obligare seipsum etiam si vellet, quia includit contradictionem, quia inducens vinculum est maioris potestatis, quam ille cui inducitur. Hęc autem vera sunt per modum legis, q; nemo possit seipsum obligare, potest tamen seipsum obligare via conuentionis, vel alias: maxime q; Deus iubendo, quod erigerent Iudęi nunc titulos, non egit in destructionem legis, sicut dicitur secundum leges humanas, q; priuilegia non destruunt legem cōmunem, sed sunt præter intentionem illarum, cum sint leges priuata.

Item dato, q; non reducatur istud præceptū ad modum priuilegij, tamen adhuc nullo modo militat cōtra legem illam, quia intentio legis illius erat, vt non erigerentur tituli ad adorandum, nec lapides insignes, cum autem hic constet non fuisse erectos lapides ad adorandum, sed ad memoriam Israelitarum transeuntium per arenam Iordanem, licebat ergo fieri.

Cum autem arguitur, q; non solum non licebat erigi lapides ad adorandum, sed etiam nullo alio modo licet. Dicendum est, q; totaliter vetabantur ista, quia quamquam aliquis non faceret hęc ad adorandum, tamen non constabat: ideo præsumebatur, q; ad adorandum faceret, nisi esset talis persona, de qua nō dubitaretur, q; faceret ad adorandum nequaquam, sed ad alium vsum. ideo cum aliqua persona nō suspecta esset, licebat ei erigere titulos.

Simile est de fabricatione altaris, quia nemini licebat facere altare: sed conuenire debebant omnes ad immolandum victimas suas in altari vno, quod erat in loco quem elegerat dñs, vt patet Exo. 20. & Deut. 12. & Leu. 17. hoc autem erat ne daretur occasio idolatri, ideo quando erat persona approbata, licebat ei immolare in alijs locis, sicut fecit Helias in monte Carmelo coram sacerdotibus Baal, vt patet 3. Regū. 18. c. idem patet de Samuele, qui aliquando sacrificabat in Masphad, vt patet 1. Reg. 7. aliquādo in Ramatha, vt patet eod. c. aliqñ in Bethleem, vt patet 1. Reg. 16. & in quocūque loco vellent: ipse enim erat famosissimus propheta tps illius, vt patet 1. Regum. 3. cap.

Alijs tamen qui non erant persone approbata, nō licebat hoc facere, q; si facerent occiderentur, sicut factum est cum duā tribus & dimidia extruxerunt altare apud Iordanem, tunc enim insurgebant contra eas in pugnam relique tribus, vt patet infra 22. c.

Dicendum ergo, quod hic licebat his tribus omnibus facere, quia mandauerat Deus: etiam quia si nō iussisset poterant facere, cum de omnibus non erat præsumptio vlla, potissime presente Iosue: ipse enim propheta erat domini, de quo nō erat dubium; quod nihil ageret contra Deum.

Quomodo lapides poterant videri intra fluum. Quæst. XIII.

CIRCA lapides duodecim supradictos si quis quarat, quomodo poterant intra Iordanē manere in memoriam cum non videantur. Respondendum est, q; vident, & hoc q; sunt valde magni & erecti, ita q; capita eorū plerūq; emineant. Aliquis

Priuilegia non destruunt legem, sed sunt leges priuata.

Lapides isti duodecim sic erexit Itra Iordanem manebant tpe Christi, & manent vsque ad presentē diē.

Cōclusio.

Aliquis forte dicet non esse valde magnos lapides, sed facile est eos apparere, cum sint circa ripam Iordanis modicum depressi in aqua. Dicendum est nō posse stare, quia lapides isti non sunt in ripa, sed in medio Iordanis alueo, vbi est maior aquarum profunditas, & impetus; vt patet immediatē, cū dicitur: posuit Iosue duodecim alios lapides in Iordanis alueo, in loco vbi steterant pedes sacerdotum. ergo necessarium reddendum est ad modum supra assignatum, s. q; lapides isti valde magni erant, & imminebant aquis. In medio Iordanis alueo. In loco illo lapides magni erant, & non duxerunt eos Israelitæ aliunde, ideo nihil fecerunt in eis, nisi q; erexerunt eos cum iacerent, & sic non viderentur. Etia dato, q; aliqui lapides viderentur in fundo Iordanis piscinis aquis, tamen non distinguerentur ad quid ibi essent: immo non viderentur ad aliquod esse, cum nulla humana industria positi constarent. Erecti fuerunt igitur in sublime, vt ipsa eorum positio signaret eos ad aliquod signandum locatos fore. Vbi steterant pedes sacerdotum. In medio Iordanis sacerdotes portantes arcam steterunt vsq; ad cōsummationem omnium horum quę fiebant, & hoc ne viderentur formidare, cum se in maiori fluminis profunditate, & impetu aquarum ponerent: si enim in ripa quasi formidantes manerēt, populo occasionem tribuerent formidandi. Et ibi sunt vsque in presentem diem. Sicut positi sunt ab Israelitis, ita manerunt, & quamquam Iordanis plenis ripis interdum magnos motus agat, tamen lapides isti inconcussi manent, hoc autem Deo volente fit, vt in memoriā manerent posterorum. nam licet sulcimenta aliqua Israelitæ cuiuslibet lapidi circumposuerint, difficile tamē erat lapidem solitari nullo pondere pressum intrā fluctuum magnitudinem manere inconcussum. Dicitur vsq; in presentem diem, quia liber iste nō fuit scriptus a Iosue, cū hic agatur de morte Iosue, & funere eius: ista tñ ipse nequaquā descripsit. de his j. 24. sed postea magno tpe liber iste descriptus est, vt quidam dicunt ab Ilaia, vel vt alij volunt a Samuele: de quo diximus Deut. vlt. in fine. A quocunq; autem horum liber scriptus fuerit, satis magnum tempus est, inter tps quo lapides isti positi sunt; & liber scriptus: manebant tñ eo tpe quo liber scriptus est, vt patet hic, nec solum tunc; sed et tpe Christi manebant; cum sacri doctores asserant tpe Christi baptistā Ioannem loquentem Israelitis dixisse demonstratis his lapidibus: potēs est Deus de his lapidibus suscitare filios Abrahę, isti etiā forte ad hodiernum diem manent. Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Iordanis medio; donec omnia complerentur. Isti sacerdotes manebant in Iordane, quia eis presentibus manebant in monte Iordanis aqua, si autem ipsi exiissent, cū sita solito aqua discurrissent, ideo quousq; oia complerentur, manebant sacerdotes tenentes arcam, ipsa vñ nihil horū faciebat, vt tenerentur, vel non tenerentur, quia virtus nulla erat in ea similitum effectiua. faciebat tñ Deus ista presente arca, quia gloria sua manifestabatur in arca, & vt videret, q; Deus Hebręorum faciebat hęc, cum presente arca, q; erat in signum suum faciebat; absente autem illa nihil faciebat. stabāt autē sacerdotes in medio Iordanis ex causa supra assignata. Donec omnia complerentur. Dicuntur oia completa, s. transitus populi per alueum Iordanis, & ingressus duodecim virorū pfo duodecim lapidibus, & erectio aliorum lapidum duodecim in alueo Iordanis. Et adhuc completis his sacerdotes nō exibant cum arca quousq; iussum est, vt ascenderent de Iordane. Quia Iosue vt loqueretur ad populum præceperat dominus. Id est, donec complerentur oia quę dñs præceperat Iosue, vt loqueretur Israelitis, & sunt omnia supra posita. Et dixerat ei Moyse. Id est non ascenderunt sacerdotes portantes arcam de Iordane, donec complerentur.

Alph. Tost. super Iosue.

tur omnia, quę iusserat dominus, & quę dixerat Moyse Iosue.

Quę fuerunt ista quę locutus fuerat Moyse Iosue, de ijs quę postea facta sunt in transitu Iordanis. Quæst. XIII.

SE dices quę sunt hęc? Respondendum est hoc intelligi de introductione Israelitarum in terram quam possessuri erant. nam Moyse petierat, vt Deus daret ei licentiam ingrediendi in terram ultra Iordanem, vt patet Num. 27. & Deuter. 3. ideo autem noluit ei dare propter peccatum ad aquas cōradictionis in Cades, vt patet Num. 20. & dixit q; Moyse non transiret Iordanem, sed Iosue transiret, & introduceret populum illuc. Hęc eadē verba dixit Moyse moriturus Iosue, confortando ipsum ad transeundum Iordanē, vt patet Deuter. 31. c. & sic est sensus, q; non recesserunt sacerdotes de medio Iordanis alueo quousque complerentur omnia, quę Moyse dixerat Iosue, s. introductio Israelitarum in terram possessionis suę, nam prius transierunt omnes Israelitę, q; transiret arca dñi, & hoc fuit introduci Israelitas in terram possessionis suę, sicut dixerat Moyse. Ad quod sciendum, q; terra duorum regum Amorrhęorum, q; erat añ transitū Iordanis, erat pars terrę Chanaan, vt declaratum fuit supra. ca. & pars terrę promissionis. hanc autem possidebant duę tribus & dimidia, s. Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, vt patet Deute. 3. cap. & dederat hanc eis Moyse, reliqui autem Israelitę, s. nouem tribus & dimidia, nondum habebant aliquam partem possessionis suę, quia rōta terra ante Iordanē pertinebat ad Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse. cum vero transierunt Israelitę Iordanē, incoeperunt manere in terra possessionis suę: facere ergo quod transiret Iordanem, erat introducere eos in possessionem suam, & hoc fecit eis Iosue, quod impletum fuit antequam exiret arca de Iordane. Quod autem Iordanis sit medius inter terram pertinentem ad duās tribus, & dimidiam, patet ex verbis Rubenitarū, & Gaditarum, vt patet infra 22. ca. cum dicitur. terminum posuit inter nos; & vos dominus o filij Ruben, & Gad Iordanem fluum, ideo partem non habetis in domino.

Festinauitque populus, & transiit. Ista est recapitulatio superiorum. nam supradictum fuerat præcedenti c. q; transierat totus populus per arenam alueum Iordanis; & in principio huius dicitur, quibus transgressis dixit dominus ad Iosue &c. iam ergo transierat, cū post eorum transitum facta fuerint ea, quę supra enarrata sunt, fuit tamen facta ista recapitulatio ad notandum contentionē populi transeuntis, s. q; velociter transierit. dicitur populus festinauit in transeundo, quia erat magna multitudo, s. plurium, quam sexcentorum milium virorum bellatorum, præter senes & iuuenes minores anno. 20. & foeminas, vt patet in computatione: quę habetur Num. 26. ipsa enim facta fuit in fine anni 40. ab exitu de Aegypto paulo ante transitum istum, erat ergo multitudo quasi innumerabilis, & si nō trāsiret velociter, moraretur multum transeundo. Etiam festinauerunt: quia eadē die conuenerunt inter se, q; irent vsque in agrum Tericho, s. in Galgalis, & non posset illuc vsque transeunere, nisi festinauerat transiret Iordanem. patet hoc, quia non determinabatur nunc quantitas diete, & locus castrametationis a nube mota super eos, sicut in deserto, sed ipsi determinare debebant de vtroque, & tunc dicebatur portantibus arcam, q; ad talem locum figerent castrorum notam, & ibi consistebat vnuerfus Israel. Cumque transiissent omnes. Id est postquam transierunt. nam dum ipsi transiebant, manebat arca in medio Iordanis.

K Transiit.

Transiit, & arca Domini. Non est sensus, quod imme-
diatè, ut transiit populus transiret arca: prius enim cõ-
pleta sunt omnia quam transiret arca, & tamen tran-
seunte populo, nondum erant omnia completa, cum
post hoc educti fuerint lapides duodecim de Iordane,
& alij duodecim fuerint erecti ibidem, ut patet supra.
Item subintelligendum est hic id, quod infra ponitur,
scilicet præcipere Iosue sacerdotibus, quod ascenderent de
Iordane, & tunc ascenderunt. *Sacerdotesque pergebant an-
te populum.* Non potest hoc intelligi per Iordanem, quia
clum populus transibat, sacerdotes portantes arcam nõ
fuerunt in motu. Modus autem huius fuit, quia sacerdo-
tes primo intraverunt in aquas Iordanis, nondum pa-
rente aluco, sed ad eorum primum ingressum patuit:
tunc ambulantes vsque ad medium alvei Iordanis ibi
subsisterunt, & dum hæc fierent, manebat populus in
ripa Iordanis nihil gradiens. Cum autem sacerdotes
subsisterent in medio aluco, inceperunt proficisci Is-
raelitæ præcedentes Rubenitis, & Gaditis, atque di-
midia tribu Manasse, sed dum populus moueretur, man-
sit semper non mora arca in medio Iordanis. Quantũ
ergo ad hoc non præcedebant sacerdotes populum:
sed referatur ad iter post transitum Iordanis. Nam exis-
tente toto populo ad ripas Iordanis, mansit ibi diui-
sus per turmas suas, & non fuit progressus quoulsque
arca ascenderet de Iordane, & pergeret ante populum
spatio duum millium cubitorum, ut dictũ fuit supra.
*Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati
præcedebant filios Israel.* Istæ duæ tribus & dimidia præce-
debant omnia castra Israelitarum, & hoc quia sic pro-
miserant Moyfi coram toto Israel.

*Quare Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse præcede-
bant reliquis tribus. Quest. XV.*

Vide de
hoc Et su-
per 2. 2. 96.
30.

CAUSÆ autem præcessionis suæ erat duplex.
Prima erat, ut alij Israelitæ considerent mag-
is de fide eorum, nam si manerent in poste-
riori extremitate castrorum, dubitarent reli-
qui Israelitæ, an redire vellent in terram suam, quam
iam possidebant pacifice ante Iordanis transitum ad
Orientem, præcedentes autem totum exercitum tol-
lebant hanc præsumptionem.

Secunda causã erat propter hostes, quia erant iam
Israelitæ in terra hostili, in qua timebant forte subita-
neum hostium incursum ex insidijs, & quia totus po-
pulus procedebat cum vxoribus suis, & armentis, to-
taque supellectili, nõ erat promptus ad subitaneos in-
cursum bellicos. Rubenitæ autem & Gaditæ, atque dimi-
dia pars Manasse prompti ibant ad bellum, quia non
portabant paruulos, nec vxores, armenta, nec reliquã
supellectilem: omnibus quippe relictis in terra sua an-
te transitum Iordanis, accincti veniebant ad pugnam,
ut patet Num. 32. & supra primo. ideo isti conuenien-
ter erant in castrorum fronte.

Obiectio ad superiora diluitur. Quest. XVI.

SE D dices non fuisse istam causam, nam tunc da-
retur, quod sic fuerit ordo in deserto, ut isti præce-
derent omnia castra, sicut hic, sed falsum est, quia
semper præcedebat ibi vexillum filiorum Iu-
dæ, & ibi tres tribus cum eo Ruben autem, & Gad in
secundo vexillo gradiebatur: Manasse autem sub ter-
tio vexillo filiorum Ephraim, ut patet Num. 2. & 10.
cap. Responderi potest, quod in deserto non fuit ordo pu-
gnantium, sed magis itinerantium, ideo non oportuit
esse aliquos in fronte exercitus expeditos ad pugnam.
Sed adhuc non stat hoc. nam cum Israelitæ peruenie-
runt in terram duorum regum Amorrhæorum, in qua

eis pugnandum erat, & pugnaverunt contra reges il-
los, donec delerent omnes habitatores terræ illius gla-
dio, ut patet Numeri 21. & Deuteronom. 2. & 3. erat appa-
ratus bellicus Iudæis necessarius, sed non præcedebant
Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse ac-
cincti, sed semper filij Iudæ.

Dicendum ergo est, quod Rubenitæ, & Gaditæ præce-
debant accincti Israelitas propter insultus hostiles, &
hoc non fuit in deserto, non quidem quasi non esset
necessarium, sed quia esse non poterat. nulli namque
tunc erant expediti ad pugnam qui præcederent, sicut
factum est nunc. nam Rubenitæ & Gaditæ, & dimidia
tribus Manasse, nunquam fuerunt expediti ad pugnam,
quousque acquisita fuit tota terra duorum regum A-
morrhæorum: tunc enim relictis ibi cunctis que ad eos
pertinebant, potuerunt expediti transire Iordanem,
quamquam autem in toto deserto fuisset necessarius
bellicus apparatus præsentibus hostibus, tamen nulli
expediti præcedere castra poterant, cum nulli essent:
præcedebat ergo vexillum filiorum Iudæ in ordine suo.
Ex hoc autem patet, quod mutatus fuit in transitu Ior-
danis ordo castra mouendi, qui fuit in toto deserto. nõ
in deserto erant quatuor vexilla, & sub illis duodecim
tribubus distributa loca. In primo vexillo procedebat
Iudæ, & postea Isachar, deinde Zabulon. Secundum
vexillum erat tribus Ruben, in quo procedebant Ru-
benitæ, & consequenter de tribu Simeon, postea au-
tem tribus Gad.

Tertium vexillum erat in quo præcedebat Ephraim,
& postea Manasse, deinde Benjamin. Sub quarto ve-
xillo præcedebat Dan, & postea Aser, deinde Nephta-
lin, & sic ut numeratæ sunt tribus istæ procedebant lõ-
go agmine, ut patet Num. 2. & 10. cap.

Nunc autem præcedebant castra Rubenitæ, Gaditæ
& dimidia tribus Manasse. Ratio autem mutationis
huius est, quia in deserto erat processus viatorum, nunc
autem est via bellatorum, & potissime, quia in deser-
to non erat aliquis expeditus ad pugnam. ideo in præ-
cessionem castrorum tenebatur ordo secundum dignitatem.
nunc vero quia istæ duæ tribus, & dimidia expeditæ erant,
expeditæ eis committi frõtem castrorum, ut magis
attenderetur utilitas & necessitas, quã dignitas, potissi-
me quia vnum alterum nõ subuertit. ratio eius patet.

*An ideo, quod mutatus fuerit in transitu Iordanis ordo proce-
dendi duarum tribuum, & dimidia, etiam mutatus fuerit
totus ordo qui erat cum reliquis in deserto, & quid
mutatum fuerit, & quid mansit.*

Quest. XVII.

QUÆRITUR circa hoc aliquis, an cum muta-
tus fuerit hic ordo procedendi præcedenti-
bus duabus tribubus & dimidia, fuerit muta-
tus totus ordo a priori statu qui teneba-
tur in deserto. Respondendum est non posse mani-
feste patere, cum litera nihil horum expresserit.

Sed videtur dicendum rationabiliter, quod nihil de
priori ordine quantum ad alia mutatum fuerit. nam
quandocumque debet fieri mutatio priorum statuto-
rum, debet aliqua causã satis vrgens mouere ad muta-
tionem eorum, & nunquam debet mutari statutum,
vel lex, nisi pro alio manifeste meliori. Ideo si inue-
niatur alia lex, vel statutum æque conueniens, pecca-
tum est propter illud mutari priora, nisi manifeste ex-
cedat priora: sed adhuc non semper debet mutari lex,
vel statutum quandocumque inuenitur aliud melius,
sed magis debet interdum tolerari iniquitas legis si
magna non sit, ut non assuescat populus ad conti-
nuam mutationem legum. nam cum sit constitutus
sic exnere iugum legis de collo suo, sicut indomitus
& ino-

Ordo ca-
stra moue-
di mutatus
fuit in transi-
tu Iorda-
nis.

Mutatio
statutorũ,
& legũ nõ
debet fieri
nisi cũ cau-
sa vrgentiũ
sua sit pp
alia melio-
ra statuta,
& que est
causa.

& inobediens legibus bonis, quæ dantur mutatis prio-
ribus, ita ut nullam toleret legem bonam vel malam,
melius tamen est ferre aliquales leges, quam nullas:
ideo mutatio legum rara esse debet, sic declarat Arist.
2. Politic. cap. de politia hipodamij Eriphontis. sic au-
tem erat hic, quod ordo progressus Israelitarum erat
valde conueniens: si ergo debebat nunc mutari, oport-
ebat apparere aliquam causam, & conuenienterem
dare ordinem: ideo dicendum est non fuisse mutatũ,
cum nihil tale appareat. Item dato, quod Israelitas ordina-
ri sic, vel sic in processu castrorum esset indifferens, ta-
men postquam semel datus esset ordo, non deberet
mutari sine causã rationabili & vrgenti: maxime cum
differunt sic, vel sic ordinatum esse exercitum.

Erant autem ordinatæ tribus Israelitarum in proce-
dendo secundum ordinem quendam valde rationabilem, &
non erat conueniens ordinari aliã, ut particulariter
declaratũ est de quolibet tribu Num. 2. c. nõ decebat
ergo mutari, nisi ex aliqua causã multum manifeste
rationabili. In Rubenitis autem, & Gaditis, & dimidia
tribu Manasse sic erat, quod eos præcedere conueniens
erat, cum accincti forent ad pugnam, ut dictum est: al-
liæ tamen tribus, quantum ad hoc non habebant ali-
quam differentiam, ergo non debebant a priori ordi-
ne mutari. Dicendum est ergo hic duo fuisse mutata,
quantum ad ordinem præcedendi, scilicet istas duas tribus,
& dimidiam, quantum ad ordinem aliarum tribuum,
& arcam cum Leuitis, quantum ad reliqua que erant
in Sanctuario.

De duabus tribubus, & dimidia, dicendum est,
quod inceperunt præcedere, & quia tribus Ruben
habebat in priori ordine vnum de quatuor vexillis to-
tius castrametationis, quod erat in secundo loco, habe-
ret nunc alterum: sed in primo loco, & sub eodem es-
set tribus Gad, quia sub eodem in priori castrameta-
tione manebat, esset quoque sub eo dimidia tribus Ma-
nasse, quæ prius erat sub vexillo Ephraim. Alia autem
tria vexilla priora, scilicet Dan, & Ephraim, & Iudæ manebat,
ut prius: quamquam deficeret dimidia tribus ve-
xillo Ephraim, sed in hoc nihil differebat, tribus tamẽ
Simeon quæ quondam fuerat sub vexillo Ruben ma-
nebat extra illa 4. Sed dicendum est, quod reciperetur in
vexillo tribus Iudæ: quoniam sic factũ est de forte eius.
nam Simeon erat parua tribus, & Iudæ erat magna, at-
que possidens magnam sortem, ideo recepit Simeo-
nem intra sortem suam, ut patet inf. 19. cap.

Secundum quod mutatum fuit hic ab ordine prio-
ri, erat arca respectu totius Sanctuarij, ordo namque
progressus Leuitarum, & sacerdotum in deserto erat,
ut præcederent sex tribus, quæ erant sub duobus vexil-
lis, & tunc Leuitæ sequerentur portantes Sanctuarium
cum omnibus vasibus suis per officia sua, post eos vero
sequerentur alia sex tribus cum duobus vexillis, ut pa-
tet Num. 2. & 10. capitu. vnde tunc portabat arca a
Chaathitis in medio castrorum progredientium, nunc
vero ipsa præcedebat totum populum cum Leuitis
duobus millibus passuum, ut patet præcedenti c. Cau-
sã autem præcessionis arçæ laus declarata fuit præce-
denti cap.

Armati præcedebant. Dicebantur istæ duæ tribus, &
dimidia præcedere armatæ, quia accinctæ ad pugnam,
& expediti bello, reliquæ vero portabant filios, & vxo-
res, & reliqua quæ eorum erant: ideo non erant arma-
ti, id est expediti ad pugnam, vel vocantur armati, quia
vere armati ibant: nam præcedebant in fronte exerci-
tus propter subitaneos incursum hostiles, ideo conue-
niebant eis arma, sed erat leuis eorum armatura, quia
pedites erant: peditibus autem leuis conuenit expe-
ditio.

In 96. 7. &

Alph. Toft. super Iosue.

Pilebra obiectio ad quæstionem superioris conclusionem.

Quest. XVIII.

SE D dicit aliquis, quod non conueniebat Israelitis
habere accinctos viros ad pugnam in fronte exer-
citus, cum Deus dixisset eis, quia mitteret terro-
rem in omnes Chananaeos, & fugerent a facie
eorum non auderes resistere, ut patet Exo. 23. & Deu-
teronom. 7.

Respondendum est, quod quamquam Deus ista pro-
miserit Israelitis, tamen non verabatur humana caute-
la, & sedulitas in operando. promissiones enim Dei
quantum ad ea sunt, in quibus non valet humana po-
tentia: sed vbi discretio nostra & robur sufficit, nõ est
attendenda diuina operatio. ideo Iosue omnibus mo-
dis humane prudentiæ vsus est in actionibus bellicis:
ideo enim exploratores misit in Iericho, antequam
introidret in terram, ut patet supra 2. cap. & ad alia loca
mittebat exploratores, ut sciretur loca quomodo ca-
pienda forent, ut patet infra 7.

Item aliquando ponebat insidias in bello, sed ista hu-
manæ prudentiæ sunt, ut patet 7. 8. licuit ergo facere Iosue
quicquid humane fuit prudentiæ, & in reliquis de
diuina sperare bonitate: alioquin nõ debuissent Iudæi
pugnare contra Chananaeos, sed expectare, quod Deus il-
los per se deleret. sed nihil tale erat facturus, quin po-
tius daturus vires Iudæis, ut pugnarent contra eos, ut
patet Deuteronom. 8. cum dicitur. ne dices in corde
tuo, fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi
omnia contulerunt: sed recorderis domini Dei tui, quod
ipse tibi vires præbuerit, ut impleret pactum suum. cõ-
ueniens erat ergo Iudæis, ut haberent in fronte exerci-
tus sui viros expeditos ad pugnam, cum intrauerunt in
terram Chanaan.

Præcedebant filios Israel. Vocantur hic filij Israel non
omnes qui nati sunt de Iacob, sed solum nouẽ tribus,
& dimidia. nam duæ tribus & dimidia, non vocantur fi-
lij Israel, sed quod ipsi ibant ante filios Israel, alioquin
diceretur, quod filij Israel ibant ante filios Israel.

Sicut eis præceperat Moyfes. Hoc mādatum datum est
Num. 32. cap. vbi duabus tribubus & dimidia, perentibus
terram duorum regum Amorrhæorum Moyfes
dixit eis, quod præcederent filios Israel armati in terram
Chanaan, & donec haberent illi in pace terram posses-
sionis suæ non redirent. si autem recufarent pactum
istud, non poterant possidere terram duorum regum
Amorrhæorum, sed alię tribus sibi erepturę erant, ut
patet Num. 32.

Quadraginta pugnatorum millia per turmas suas. Id est de
istis duabus tribubus & dimidia, iuerunt quadraginta
millia pugnatorum.

*An de duabus tribubus & dimidia, solum quadraginta millia
pugnatorum transierint Iordanem, & an essent plures ibi
bellatores. Et quod nullus erat qui haberet sexaginta
annos completos, ut ex computationibus
ostenditur. Quest. XIX.*

SE D aliquis circa istum numerum pugnatorum
duarum tribuum & dimidię dubitabit, quo-
modo dicatur: solum quadraginta millia pro-
cessisse ad pugnam. nam omnes viri pugnato-
res ite debebant ad bellum relictis filijs, & vxoribus in
terra ante Iordanem, ut patet Numeri 32. & supra pri-
mo cap.

Ad hoc forte aliquis respondebit, quod in istis dua-
bus tribubus & dimidia, non erant viri bellatores præ-
ter quadraginta millia.

Sed falsum est, quia fuit facta cõputatio in istis tribus

K 2 anno

anno quadagesimo ab exitu de Aegypto, cfi Israelite tranfituri essent Iordanem, de qua numeratione habetur Numeri 26. cap. & in hac inuenta est summa filiorum Ruben quadraginta millia septingenti triginta. In tribu Gad quadraginta millia quingenti. In tribu Manasse erant quinquaginta duo millia septingenti, & quamquam hic assumenda esset medietas tribus, essent saltem viginti millia, coniunctis autem his tribus summis sunt plures, quam centum quinque millia virorum, non erant igitur solum quadraginta millia pugnatorum.

Ad hoc responderi potest dupliciter. Vno modo, quod quamquam esset ista summa magna viroru de tribu Gad, & Ruben, & dimidia tribus Manasse, tamen non erant omnes ad pugnam apti, quia computabantur a vigesimo anno, & supra, & inter hanc magnam multitudinem reperti solum sunt quadraginta millia virorum fortium ad pugnam, & non est hoc contra preceptum Moysi, & Iosue. nam dixit Iosue, vt patet supra primo, vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, ideo quamquam esset summa virorum magna, quia tamen non erant omnes fortes manu ad pugnam, non fuerunt inuenti vltra quadraginta millia.

Sed hoc non stat, quia isti qui computabantur a viginti annis & supra, erant apti ad bellum, quonia non computabantur illi qui valde verusti erant, & inepti, omnes ergo tam in tribu Ruben, quam Gad, quam Manasse erant apti ad bellum, & consequenter omnes transire debebant Iordanem.

Item ad huc, dato quod computaretur senes, & inepti ad pugnam, non potest dici, quod hi computati in tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse, qui habentur Numeri 26. essent ex aliqua parte inepti propter senectutem, quod patet, quia in computatione facta in exitu de deserto apud Iordanem, quae habetur Numeri 26. cap. nullus esse potuit, qui haberet annos sexaginta completos praeter Iosue, & Caleb. Quod patet, quia in principio anni secundi ab exitu de Aegypto fuit facta computatio Israelitarum, vt patet Numeri primo, & ista fuit ab anno vigesimo & supra: & sic nullus mansit tunc in Israelitis habens completos annos viginti qui non computaretur, omnes tamen isti numerati mortui fuerunt in deserto praeter Iosue, & Caleb: sic patet Numeri 14. & Deuteronomij 2. sed clarior Numeri 26. tamen dicitur, hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt ab Eleazaro sacerdote in campestribus Moab, inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt a Moysse, & Aaron in deserto Synai. praedixerat enim dominus, quod morerentur in solitudine, nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun: cum ergo nullus qui fuerit in prima numeratione potuit esse in secunda, & omnes qui in hac numeratione fuerunt computati, non dum attigerant annum vigesimum, quando fuit facta prima numeratio, alioquin numerati fuissent: sed ab illo tempore quo facta fuit illa numeratio prima vsq; ad secundam, transierunt quasi anni triginta octo, & dimidius: ergo nullus eorum, quando fuit in secunda numeratione computatus, erat annorum sexaginta, nam maior etate omnium horum qui computati fuerunt in numeratione secunda super Iordanem, non dum compleuerat annum vigesimum tempore primae numerationis. Addantur ergo anni triginta octo, & dimidius, qui intercederunt inter primam numerationem & secundam, cum vna fuerit in principio secundianni exitus de Aegypto, vt patet Nume. primo. & alia circa finem anni quadagesimi, sicut ad plus anni quinquaginta octo, & sic maior etate qui in numeratione fuit facta super Iordanem, esset annoru quin-

quaginta octo, vel quasi, sed in hac etate sunt homines adhuc conuenientes ad pugnam, potissime homines illius temporis, in quo etiam in anno octogesimo quinto, vel nonagesimo erant potentes ad pugnam, & gradiendum. Sic patet de Caleb infra 14. cap. cum dicitur, quadraginta annorum eram, quando misit me Moyses de Cadesbarne ad explorandum terram, & infra dicitur, hodie octogintaquinque annorum sum, sic valens vt eo valebam tempore quo ad explorandum missus sum: illius enim temporis in me vsque hodie fortitudo permanet, tam ad bellandum quam ad gradiendum. Nullus ergo de summa Rubenitarum, Gaditarum, & dimidia tribus Manasse, quae habetur Numeri 26. erat senex, vel indipotus ad bellum, cum nullus annum quinquagesimum octaui excederet. non potest ergo dici, quod quamquam essent plures, quam centum quinque millia computati, tamen in his solum quadraginta millia virorum fortium ad pugnam fuerunt.

Sed dicendum est, quod erant omnes hi qui computati fuerant viri fortes, poterantque de his duabus tribubus, & dimidia procedere cum Israelitis plures, quam centum decem millia virorum pugnatorum, tamen non processerunt, nisi quadraginta millia.

Sed tunc obijcies, quod fecerunt contra mandatum Iosue dicentis supra primo, vos autem praecedite armati ante fratres vestros omnes fortes manu.

Item facerent contra promissionem suam, quia non solum ipsi promiserunt Moysi, quod transirent Iordanem, quando dedit eis terram duorum Amorroru regum: vt patet Num. 32. sed etiam promiserunt hoc idem Iosue, nunc cum transirent Iordanem, scilicet, quod omnes ipsi irent quocumque mandaret Iosue, vt patet supra primo, sed Iosue mandauit, vt omnes ipsi praecederent armati Israelitas, ergo omnes praecedere debebant, & praecesserunt.

Respondendum est, quod omnes viri computati de his tribubus, quorum summa habetur Numeri 26. obtulerunt se gratis ad transeundum cum Israelitis vltra Iordanem, & pugandum pro eis, tamen Israelite ceteri viderunt sufficiens esse, vt transirent quadraginta millia pugnatorum de electis totius Israel: ceteri vero manserunt in terra possessionis suae, & proficiebant ad defensionem aliqualem terrae ab hostibus, & ad agriculturam: si tamen Israelite voluissent ducere plures pugnatores de Rubenitis, & Gaditis, plures duxissent: & iste est conuenientior modus respondendi.

Et dicendum, quod in hoc non est dubium aliquod, quia infra vigesimo secundo cap. aperte ponitur, quando consummatis bellis, & diuisione terrae dedit Iosue licentiam istis quadraginta millibus virorum de duabus tribubus & dimidia, quod redirent in terram suam, dixit illis Iosue: in multa substantia atque diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento, & auro, ac, ac ferro, & veste multiplici: diuidite praedam hostium cum fratribus vestris. Et ita significauit, quod multi alij de tribubus istis manserunt in terra duarum tribuum & dimidia, cum quibus isti diuisuri erant praedam. & sic solum quadraginta millia pugnatorum de istis duabus tribubus, & dimidia transferunt Iordanem, cum reliquo Israel, & manserunt in terra illarum duarum tribuum, & dimidia forte plures, quam sexaginta millia virorum potentium praecedere ad pugnam, qui manserunt ad custodiam terrae propter timores hostiles, & vt terram colerent, & prouiderent parualis, & vxoribus suis, & alioru: & isti quoque colentes terram illam poterant in magna parte prouidere de victualibus reliquo Israel qui procedebat ad bella, cum terra duorum regum Amorroru, in qua morabantur iste duae tribus, & dimidia, esset coniun-

De hoc et tetigit supra 1. c. 9. 78. & magis determinare loquitur auctor, nunc q. tunc pp illud de. c. 22. infra q. totius materiae decisio est.

coniuncta Iordani, & huic terrae in qua bella Chanaeos exercenda erant. Per turmas suas. In hoc designatur ordo istorum pugnatorum de duabus tribubus, & dimidia procedentium. Nam non ibant omnes sub vno globo confuso, sed per turmas suas, scilicet ipsi omnes portarent primo vnum vexillum de quatuor principalibus exercitus, quod erat vexillum Rubenitarum. dein de tribus Gad portaret alterum vexillum suum. Idem de dimidia tribu Manasse, postea quolibet istarum tribu esset distincta per familias, & familiae per domos, & in qualibet familia, & domo esset vnum vexillum, siue signum, de his magis declaratum est Nume. 2. c. & iste erat progressus ordinatus per turmas. Et cuneos. Cuneus dicitur multitudo bellatorum simul debite coniunctorum, & dicitur cuneus a coeundo, idest coniungendo, quia simul eunt, & hoc pertinebat proprie ad istas duas tribus, & dimidia praecedentes, ibant quippe dispositi modo bellico. Incedebant super plana atque campestria vrbs Iericho. Idest tam Israelite simul, quam duae tribus, & dimidia praecedentes gradebantur per plana, & campestria vrbs Iericho, totum spatium, quod a transitu Iordanis est vsq; ad urbem Iericho, quoniam haec pertinet ad territorium vrbs illius. Vocantur hic plana, & campestria loca quae totaliter plana sunt, & quae aequaliter aspera, & ista differentia obseruatur Numeri 33. vbi ponitur vna mansio in campestribus Moab, & postea ponitur alia mansio in planioribus locis Moabitarum, vbi campestria signant aliqua loca non totaliter plana: in Hebreo dicitur hic. Incedebant per valles vrbs Iericho. Hoc satis conueniebat, quia forte a Iordane vsque ad urbem Iericho, est ascensus per valles, cum Iordanis fluat per quasdam magnas valles sicut supra declaratum est, cum ageretur de ortu Iordanis. Tamen beatus Hieron. qui optime nouerat terram hanc, vt pote qui ea pedibus ambulauerat, cognoscens dispositionem locorum a transitu Iordanis vsq; Iericho, posuit plana & campestria, quia sic via disposita sit, vt aequaliter plana, & aequaliter aspera sit. In illa die magnificauit dominus Iosue. Hoc refertur ad diem transitus Iordanis: tunc enim magnificauit eum Deus, idest fecit reuerendum, vel magne existimationis apud filios Israel. nam videntes tanta mirabilia facta fore in ducatu suo, & eo praecognoscere, atque praedicente populo, existimabant omnes Israelite eum valde magnum virum, & acceptum Deo, & iure honorandum atque timendum. honorandum quidem, quia dignus erat cum amico Dei esset, & Deus cum eo tanta prospera ageret, timendum autem, quia cum acceptus Deo esset, poterat multa in virtute Dei agere, sicut erat de Elia, qui orans fecit comburi duos quinquagenarios, & centum viros eorum, vt patet 4. Regum. 1. cap.

Israelite ante hoc reputabant Iosue magnum virum, cum Deus perhibuisset testimonium, quod esset spiritum Dei habens, vt patet Numeri 27. & de eo dicitur, quod sapientia plenus fuerit, vt patet Deuteronomij 34. ca. nullum tamen gestum mirandum viderant, propter quod eum existimarent valde reuerendum, nunc autem viderunt aliquid quod eum magnum reddidit. Coram filiis Israel. Non solum coram filiis Israel magnificatus fuit Iosue, sed etiam coram Chananeis, qui auditis his timuerunt, & elanguit cor eorum, vt patet sequenti cap. in principio.

Vt timerent eum, sicut timuerunt Moysen. Dicuntur timere Israelite Iosue, idest reuereri, vel timere, quia cum nondum aliquid Deus pro eo fecisset, poterant videri praecipua sua non magne auctoritatis, & possent ea contemnere, cum autem factum est miraculum in transitu Iordanis, cognoscentes Israelite, quod Iosue esset acceptus Deo, formidarent precepta eius transgredi, ne incurrerent indignationem Dei eo faciente.

Alph. Tost. super Iosue.

Sicut timuerunt Moysen. Idest tantum quantum venerati fuerant Moysen venerati sunt Iosue, & tantum praecipua eius timuerunt. rationale quidem videbatur, cum conspicerent in ducatu suo, tam solennia fieri miracula quanta facta fuerant sub Moysse.

Cum adhuc viueret. Ista litera potest intelligi ex superabundantia locutionis, scilicet, quod nihil sententiae inducat. nam manifestum est, quod dimidia nunc Israelite timebant Moysen cum non esset.

Vel poterit sic induci, quod Israelite timebant valde Iosue, scilicet tantum, sicut Moysen.

Ad quod diceret aliquis parum, aut nihil nunc timeri Moysen cum mortuus esset. Et respondebitur non comparari Iosue Moysi nunc mortuo, sed cum viuens esset, scilicet, quod tantum nunc timebatur Iosue.

Alio modo accipi potest ista litera proprie, scilicet, quod tantum timeretur Iosue, sicut Moyses, quando erat viuens, & nunc quando erat mortuus.

Primo enim, quia poterat facere, quod velle, orando Deum, nunc autem mortuus timebatur, quia ipse praecipua, & testimonia in lege dederat quae timebantur: quoniam quod ipse praedicebat certissime euerturum erat: magis tamen timebatur cum viueret quam nunc, quia facilius poterat contra rebelles inuocare Deum, & punire, quam nunc, cum post mortem cura horum ad alterum pertineret, praecipue quia seculares sola sensibilia attendentes, magis timent quem praesentem vident, quam quem absentem nouerunt. Iosue autem timebatur ab Israelitis tantum, sicut Moyses, & non sicut Moyses mortuus, quia hoc parum foret. sed tantum quantum Moyses cum viueret.

Dixitque ad eum. Idest locutus fuit Deus Iosue, semper intelligendum est esse Angelum qui loquitur: ad Deum enim ista pertinere non possunt. De modo istius locutionis dicendum est totaliter, sicut dicebatur de alia superiori, scilicet, quod in aliqua nube Angelus fuerit locutus, & non in figura assumpta manifesta.

An vero ista locutio sit eadem cum superiori, idest, an ista verba dicta fuerint, quando dicta sunt superiori, non constat ex litera: satis tamen videtur dicendum, quod non fuerint simul dicta, quia superiora pertinent ad ingressum virorum in Iordanem, ista autem pertinent ad totalem exitum sacerdotum de Iordane, quae sunt diuersa tempora. Praecipue sacerdotibus qui portant arcam. Iosue praecipiebat omnibus, siue sacerdotibus, siue laicis, quia erat rector omnium a Deo constitutus, & non solum super minores sacerdotes, sed etiam super sacerdotem magnum Eleazarum, vt patet Nu. 27. & hoc praecipue, quia in veteri testamento non fuit distincta iurisdicatio sacerdotalis, vel regalis, vel secularis, sicut distincta est in nouo testamento, sed ad principem laicum omnia iudicare pertinebat, cause horum fuerunt assignate. ca. praeced. Qui portant arcam foederis. Hi enim manebant in Iordane, & ad hos locuturus erat Iosue.

Vt ascendant de Iordane. Idest, vt exeant de Iordane, & accipitur conuenienter ascendere, quia sacerdotes erant in parte profunda Iordanis in medio aluei, cum ergo tenderetur ad alteram ripam, ascendere erat. Iubebat autem Iosue ascendere sacerdotes, quia ipsi intrauerant in Iordanem ante populum, & manserunt in medio aluei, dum totus populus transiuit: postea quoque dum educerentur duodecim lapides ad ponendum in loco castametationis, & dum alij 12. erigerentur in medio aluei. his autem factis adhuc manebant sacerdotes cum arca nescientes, an aliquid agendum restaret, & ipsi manere deberent. omnibus ergo completis, iussit Iosue, vt ascenderent de Iordane. Iosue quoque quamquam compleuisset praedicta, non audebat sacer-

K 3 dotibus

Litera Hebraica.

In c. 3. q. 36. 37.

In q. 16.

dotibus mandare, q̄ ascenderēt de Iordane. nesciebat enim, an aliquid alterum restaret agēdum, quousque dixit Deus, ut ascenderent sacerdotes de aqua.

Qui præcepit eis. Mox ut Deus ei dixit, iussit sacerdotibus ascendere de Iordane. *Ascendite de Iordane.* Id est venite ad ripam.

An in transitu Iordanis volauerit arca super aquas Iordanis, rapiens secum sacerdotes usque ad duo millia cubitorum, ut Rabbi Salom. affirmat. Quæst. XX.

RABBI Salom. dicit, q̄ sacerdotes cum arca non venerit ad ripam illam in qua erat totus populus Iordanis transmissus, sed reuersi sunt ad ripam per quam intrauerant. & tunc cum fuerunt sacerdotes in ripa, coepit Iordanis fluere, vt ante fluebat, ideo fuit inter sacerdotes, & reliquum populum Iordanis medius, & ad hoc, quod transirent aquas, elenata est arca in sublime, & volauit super Iordanem portans secum portitores suos. & non solum volauit super aquas, sed et transiit super totum populum, vt transiret ad duo millia cubitorum ultra; quia supra iussum fuerat, vt præcederet arca populum duobus millibus cubitis. Et ex hoc dixit Rabbi Salom. q̄ peccauit Oza volens tenere arcam Domini, q̄ declinauerat eam boues calcitrantes, nam arca poterat tenere se, & portitores suos. Sed ista multum ficta esse videntur. Primo, quia nunquam est ponendū miraculum sine necessitate, cum sit peccatū per plura fieri, quod fieri potest per pauciora. vt patet 8. Topic. poterant tamen sacerdotes ascendere de Iordane per ripam illam quam ascendit populus, & non esset aliquod miraculum. cur ergo fieri debebat miraculum? hoc. n. erat multiplicari miracula inutiliter. si autem hoc volebat Deus, maius miraculum videbatur, quod aperiret Iordanem, & transiret faceret populum, deinde vt rediret, & concluso Iordane totum populum faceret volare super Iordanem, sed nihil horum fuit.

Item nō est hoc rationabiliter dictum, nam solum poterant ista sine miraculo fieri, sed etiam melius fiebant sine miraculo quam ad iussu miraculo, nā postquam sacerdotes fuerunt in medio Iordanis, ita faciliter poterant exire ad ripam in qua erat populus, sicut redire in ripam per quam intrauerāt. quod ergo post hoc ad transeundum adderetur miraculum, scilicet, quod volarent super Iordanis aquas, erat addere plura valde inutiliter.

Item non est verisimile. nam cum volatus sup Iordanem arca, & portitorum suorum magnum miraculum esset, non subiciuisset scriptura: tamen subicitur. non fuit ergo aliquid tale factum.

Inciatium autem Rab. Salom. est, quia litera ista non dixit, vt transeant Iordanem, sed vt ascendant de Iordane. Sed hoc nihil est, quia congruentius est dicere, vt ascenderent, quam transirent. nam transire Iordanem erat ab extremo in extremum. nunc autem sacerdotes erant in medio Iordanis, ideo non ponebatur valde conuenienter, melius autem ponebatur, vt ascendant, quia erant sacerdotes in medio aluei Iordanis vbi est profunditas. ad quamcunque ergo ripam irent, erat ascendere magis, quam transire.

Item inciatiuum ad hoc nullum est. nam stāte ista litera, vt ascendant de Iordane, nihil magis signatur vna ripa Iordanis, quam altera, quia alueus erat profundior alterutra riparum, ideo ad quamcunque earū pergatur de alueo, est ascensus. *Cumque ascendissent portantes arcam.* Dum sacerdotes ascenderent de Iordane portantes arcam, & postquam ascenderunt, populus nihil mouebatur, quousque arca transiret per medium populi, & antecederet per duo millia passuum.

Et siccam humum calcare cepissent. Non dicitur hoc, tanquam ante cum transirent alueum Iordanis non pergerent per terram siccam. nam non solum fuerat aqua ablata ne flueret, sed etiam desiccata est planities aluei, ne inficerentur pedes transeuntium, vt supra præcedenti capiti. probatum est. & dicitur ibidem, sacerdotes qui portabant arcam, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti: omnisque populus per arenam alueum transibat. vocatur tamen terra sicca, quam calcare coeperunt sacerdotes exiuntes de Iordane, quia illa non erat olim madens fluente Iordane super eam, sicut erat de aluei Iordanis terra quæ erat prius semper madens.

Reuerse sunt aquæ in alueum suum, & fluere coeperunt. Duo erant hic, scilicet, quod aquæ reuersæ sunt in alueum, & quod fluxerunt: nam aquæ Iordanis cessauerant fluere, vt transirent Iudei, & nunc iterum fluxerunt coeperunt, etiam quia in loco transitus Iordanis Iraelitarum eleuata fuerant aquæ in sublime pendentes, ita vt viderentur inde procul ab vrbē quæ vocatur Adom, vt patet præcedenti. c. nunc autem reuersæ sunt in alueum, id est decreuit tumor ille, & reddite sunt ad hoc, vt continerentur intra ripas suas, sicut prius. hoc autem factum est, quando sacerdotes coeperunt calcare siccam humum, quia iam non erat expediens ad aliquid impediri Iordanem a suo cursu.

Sicut ante consueuerant. Sicut omni tempore fuerat natura fluxus. In Hebræo dicitur. *Sicut heri, & nudius tertius.* Id est, sicut heri, & a tribus diebus ante. & per hoc signatur totum tempus præteritum, in quo fluebat Iordanis. similes modi locutionis sunt in sacra Scriptura, vt patet Exodi quarto, cum dicitur. obsecro domine non sum eloquens ab heri, & nudius tertius. hoc autem dicit pro tota vita sua, quoniam vox sua non erat conueniens ad proponendum coram magnis dominis ambassiatam.

Populus autem ascendit de Iordane decimo die, mensis primi: & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumplerant, posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis, quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos atque dicetis. Per arenam alueum transiit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discant omnes terrarum populi fortissimam Dei manum, vt & vos timeatis Deum vestrum omni tempore.

Hic ponitur tertium principale, scilicet determinatio, quantum ad hæc omnia quæ facta sunt, & dicitur ascendisse de Iordane, id est de ripa Iordanis, scilicet quia steterunt ibi expectantes, dum fierent positiones, & ablationes lapidum. & dicitur ascendere respectu vrbis Iericho in quā tendebant: illa enim erat altior Iordane qui in valle quadam magna atq; depressa erat. vrbis autem Iericho erat altior. Alio modo potest intelligi, q̄ ascenderunt de Iordane, id est ascendunt de alueo ad ripam, in quo erat ascensus, quia erat profundior alueus quam ripa.

Vrbis Iericho erat in altum sita.

Et istum sensum tenet Nicolaus. sed conuenientior est præcedens, quia Iraelitæ non conuenienter dicuntur ascendisse de Iordane, id est de alueo, sed transiisse Iordanem, quia ad hoc, q̄ ascenderent de Iordane, requirebatur q̄ mansissent in alueo, sed non fuerunt ibi aliquo modo stantes sicut sacerdotes, sed transeuntes. sacerdotes autem conuenienter dicuntur ascendisse de Iordane alueo, quia ibi manserunt aliquantum expectantes. Dicitur tñ Iraelitæ ascendisse conuenienter de Iordane, id est de ripa eius ad loca altiora, scilicet vrbem Iericho, quia in ripa Iordanis manserunt expectantes donec figerentur lapides duodecim in alueo Iordanis, & tollerentur inde alij duodecim ad ponendum in Galgalis. *Decima die mensis primi.* Assignantur tempora transitus, scilicet in die 10. mensis primi. Non dicitur hic cuius anni fuerit iste mensis, quia satis induci vix ex superioribus, cum dicatur in toto Pentateucho, q̄ quadraginta annis manserunt Iraelitæ in deserto, & s. in Deute, cui continuatur historia libri huius, vt patet ex principio libri, dicebatur quomodo anno 40. mensis 11. locutus fuerit Moyses verba illa quæ hñt in toto Deuteronomio, vt patet Deuter. 1. c. cum ergo successerit ei Iosue immediate, vt patet Deuter. 34. & post mortem eius Deus locutus fuerit Iosue, vt patet s. i. c. v. q̄ fuerit in 41. anno, & erat iste mensis primus eiusdem anni. Non enim potest aliquis dicere hunc esse mensis primum, anni 40. quia adhuc vivebant Aarō, & Moyses. nam Aaron mortuus est anno 40. ab exitu de Aegypto die prima, mensis quinti: vt patet Nu. 33. Moyses autem viuens erat mensis 11. anni 40. nam tunc incepit declarare legem, vt patet Deuter. 1. sed Iosue non transiit Iordanem his videntibus, vt patet s. i. c. ergo non fuit transitus iste in anno 40. Item non potest dici, q̄ fuerit iste transitus anno 42. quia tunc mansissent Iraelitæ in deserto anno 41. Sed falsum est, quia tota scriptura assignat fuisse annos solum 40. vt patet Exo. 16. & Deuter. 8. Item daretur, q̄ post mortem Moyfi mansissent Iraelitæ apud Iordanem plusquam per annum. nam Moyses accesserat vsque ad Iordanem, vt patet Deuter. 3. & ibi numerauit ipse cum Eleazaro totum Israel, vt patet Nume. 26. & hoc fuit anno 40. ergo si in principio anni 42. fuisset transitus Iordanis, mansissent Iraelitæ post mortem Moyfi circa Iordanem magis quam per annum in eadem mansione, scilicet in Sethim, vbi mortuus est Moyses. omnia tamen ista inconuenientia sunt, ergo necesse est, q̄ fuerit in anno intermedio horum duorum, scilicet in anno quadragesimo primo egressionis de Aegypto.

Quare Iraelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis, potius quam alia die. Et quare iussit Deus Iudeis, quod pararent agnum, die decimo. Quæst. XXI.

SED aliqui querunt, quare Iraelitæ transierunt Iordanem die decimo mensis. Ad hoc dicunt quidam, quod fuit, quia celebraturi erant Phase die quartadecima mensis primi, ad vesperū, & ad hoc accipere debebant agnum die decimo mensis. Exodi 12. capit. ideo vt celebrare possent, venerunt die decima. sic dicit Adamantius, & Glo. ordinar. s. nō sine causā signatur, quando venit Israel ad Iordanem. decima inquit die mensis primi, hæc est ipsa dies in qua agni mysterium præcipiebatur in Aegypto, in eandē terram promissionis intrant. Sed dicendum, q̄ nō est ista causā, quia licet verum sit, quod Iudæi celebraturi essent Phase transitu Iordane, iatus erat ad hoc, q̄ die quartadecima mensis transirent, quia illa die celebrandum erat ad vesperum. Exo. 12. & Leuit. 23. Quod autem obijciunt Exod. 12. cap. q̄ die decimo acciperetur agnus, Dicendum, q̄ in illo die nihil agendum erat, Alph. Toft. super Iosue.

quod pertineret ad festum Paschale, quia illud incipiebat quartadecima die ad vesperū, scilicet solis occasum, vt patet Deuter. 16. ca. & nunc ita factum est, vt patet infra in litera. s. fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum. & tñ Exo. 12. c. mandatum est, q̄ acciperetur agnus die decimo, nō pro alijs vicibus, sed solum pro illa, quia tunc nouiter incipiebant, & forte si expectarent diem quartadecimum, q̄ celebrandum erat Phase, obliuiscerentur parare, & non occurreret eis facere, quod debebāt, ideo voluit Deus, q̄ prius haberent paratum. Alia etiam causā fuit precipua, scilicet quia Iudæi recessuri erant de Aegypto illa nocte qua celebrauerunt Phase. Exo. 12. & Nume. 33. ca. & hoc sciebant Iudæi. Exo. 11. & 12. & cum pararent se ad recessum, forte obliuiscerentur parare ea quæ pertinebant ad Phase, vel non possent: ideo fuit conueniens, q̄ per quatuor dies ante haberet agnum in domo, vt nō impediretur cæremonia Paschalis: postea autem nō fuit aliquid tale, ideo nihil obligabatur facere die decima. Sed dicendum, q̄ ideo transierunt Iordanem die decimo, & non prius, neque postea, quia manserunt Iraelitæ apud Iordanem mortuo Moyse, quousque se ad transeundum parauerunt, & quia accidit factam esse totam parationem die decimo mensis, & nō prius, transierunt illo die, & ista est vera causā, & non aliqua pertinens ad significationem numeri denarij. *Et castra metati sunt in Galgalis.* Id est fixerunt tentoria sua in loco dicto Galgala. Est autem Galgala apud Iericho, vnde vocatur ager Iericho. sic patet sequi. c. nam cum essent Iraelitæ in Galgalis, dicebantur esse in agro Iericho. Angelus enim nudato ense apparuit Iosue in Galgalis, & tamen dicitur apparuit in agro Iericho, vt patet sequenti c. Et ponitur hic istud nomen per anticipationem, quia non fuit vocatus locus iste Galgala, ante q̄ Iraelitæ illuc venissent, sed postea fuit ab euentu sic dictus, quia ibi circuncisio facta est, vt patet sequenti c. & ibi declarabitur causā nominis huius. fuerunt autem Iraelitæ castrametati in Galgalis, quia non potuerunt venire vterius die illa. Et potissime, quia quamquam vterius potuissent peruenire, tñ non expediebat, quia ipsi pugnaturi erant primo cōtra vrbem Iericho. ideo enim miserant exploratores, & non expediebat transire ultra vrbem. Sciendum, q̄ castrametati, id est figere, vel ponere castra dupliciter accipitur, quia aliquando est vnum verbū, scilicet castrametari, alioquando autem est verbum metor metaris, id est figere, vel locare, aut ponere, & castrum. Quod autem aliquando sint duæ partes patet Nume. 1. cap. cum dicitur: metabuntur autem castra filij Israel vnusquisq; per turmas suas, id est figent, vel ponent, & iterum ibidem cum perficiendum fuerit, Leuitē deponent tabernaculum, cum castra metada fuerint, erigent. Necesse est, quod metanda sit participium illius nominis castra, alioquin non esset sensus vllus. Ideo dicendum est, quod quamquam aliqui per ignorantiam declinationis cōponant istud verbum, tamen ipsum semper est simplex, s. metor, aris, sed magis ponitur cum isto nomine castra in plurali, quam cum alijs, ideo aliqui vnum verbum per compositionem putauerunt esse.

Contra orientalem plagam vrbis Iericho. Id est Galgala est ad partem Orientalem Iericho. nam cum Iraelitæ intrauerunt in terram Chanaan transeundo Iordanem, fuit introitus per partem Orientalem procedēdo versus Occidentem, cum Iordanis sit in parte Orientali terræ huius: vt patet Numeri 32. cap. deinde cum procedebatur a Iordane in Iericho, erat ab Oriente in Occidentem. Erat tamen Galgala ante Iericho, ideo oportebat Galgalam ad Orientem esse Iericho, cum venientibus a Iordane in Iericho, Galgala sit in medio itineris.

Duodecim quoque lapides quos de Iordane alveo sumpti sunt...

An lapides duodecim qui positi sunt in Galgalis portati fuerint...

CIRCA istos duodecim lapides Iudaei dicunt, quod fuerunt portati in montem Hebal...

Benedictiones observatoribus quomodo ergo maneret memoria vlla...

Consultantur Iudaei in alia parte sua opinionis, scilicet quantum ad imerationem.

ITEM non potest stare vlllo modo istud dictum, quantum ad alterum, quod primo ierunt in montem Hebal...

Item dato, quod esset vllatenus possibile, videbatur absurdum penitus...

Item quis nos cogit ponere hanc fatuam implicationem, scilicet dicamus lapides qui educi sunt de Iordane...

Confu.

Consultantur Iudaei quantum ad constructionem altaris, de illis duodecim lapidibus Iordanis.

AMPLIUS est maior absurditas, quia debebant constructi altare de lapidibus istis duodecim...

Item quia non qualitercunque, sed lucide, & plane scribenda omnia erant...

Non est recedendum ab ordine literarum, nisi cum necessitate.

Nota quae sint connotationes temporales ordinis, aut actus, quae tollit anticipationem, aut recapitulationem.

te Hebal, ergo sequitur non posse poni factum ante suspensionem regis illius...

Solutio ad duo motiva illius opinionis Iudaeorum.

ITEM litera quam Iudaei inducunt in probatione horum nihil adiuvat eos, sed potius obstat...

Item quia totus populus dicitur fuisse in montibus praedictis, cum haec facta sunt...

Dicendum ergo est veritatem huius fuisse, quod Iudaei transito Iordane lapides duodecim inde sumptos...

Solutio ad aliud motum Iudaeorum.

Determinatio auctoris.

siue durauerint paucis diebus ista, siue multis, quomodo autem intelligatur dictum illud quod adducebant Iudaei, scilicet donec completerentur, quae ut loqueretur Iosue ad populū preceperat dominus, & dixerat ei Moyse; supra in litere prosecutione declarati est.

Posuit Iosue in Galgalis. Non posuit per se Iosue, sed Israelite iubere Iosue, dicitur enim facere aliquis quae facere iubet, ut Salomon edificauit domum domini, id est iussit edificari.

Quid senserit Iosephus circa istum transitum Iudaeorum, & circa ea quae post transitum facta fuerunt. Et quae distantia erat Iordanis a Galgala, & a Galgala ad Iericho.
Quaest. XXVI.

Sed considerandum est quid in his Iosephus dicat, ait enim lib. 5. antiquitatum, fluiuius quidem egressis Hebrais denuo creuit, & magnitudinem recepit suam, illis vero quinquaginta stadiis praecedentibus, exercitus usque ad decem stadia Iericho tunc accessit. Iosue autem altare ex lapidibus, quos singuli principes tribuum tulerunt de profundo Iordanis iubente propheta, constituens pro facto signo interrupti fluminis, super illud sacrificauit Deo. In hoc designat Iosephus distantiam Iordanis a Galgalis, & ipsius loci a Iericho. nam postquam exierunt de Iordane, processerunt illo die usque ad uesperum. nam non dederat eis Deus certum locum castrametandi, sed dixit, quod in loco in quo castrametarentur, illa nocte figerent lapides quos acceperant de Iordane, accidit autem, quod uenissent usque ad campum quendam non longe ab urbe Iericho ubi nulla erat habitatio, uocaturque est locus ille postea Galgala sequenti capitulo, & ibi posuerunt lapides. A Iordane autem usque ad Galgalam erant quinquaginta duo stadia, quae faciunt tres leucas, & quartam partem leucae. Inde autem usque Iericho erant stadia decem quae faciunt plus quam mediam leucam. nam octo stadia faciunt mediam leucam. Haec autem non habentur ex sacra scriptura, sed Iosepho erat facile hoc designare, quia cum ipse esset habitator terrae illius, sciret locorum distantias.

Quare Iudaei illo die non ambulauerunt, nisi tres leucas.
Quaest. XXVII.

Causa autem quare Israelite illo die quo transierunt Iordanem, non ambulauerunt, nisi illas tres leucas, & quartam, potuisset esse prima, quia erat populus multus virorum, mulierum, & pecorum, & paruulorum, ideo non poterat esse horum magna itineratio, & sic forte non poterunt progredi plus illo die.

Secunda causa est, quia illa die transierunt Iordanem in quo multum morati sunt manentibus sacerdotibus cum arca quando totus populus transiret, & interea expectabat foris totus populus, quousque transgressis omnibus exirent sacerdotes cum arca, & ipsa arca praecederet populum. non debet praecedere spatium duorum millium cubitorum, praecedentem. Etiam eduxerunt duodecim uiri duodecim lapides de Iordane, quos tulerunt in locum castrametationis, & alios duodecim lapides magnos extra fluiuium acceperunt, & posuerunt in fluiuo figentes eos in loco ubi steterant pedes sacerdotum, & hoc totum factum est postquam totus populus transiit Iordanem, quia dum transibat, non poterant haec fieri, quia fiebant in ipso loco in quo erat transitus, & ita magna pars diei consumetur in hoc. Tertia causa fuit, quia postquam totus populus transiit, & omnia supra posita facta sunt, exiit

runt sacerdotes cum arca de flumine, & adhuc populus manebat, & incepit sola arca cum sacerdotibus progredi, quousque distaret duobus millibus passuum a populo, non causa cur Deus iussit, quod distaret, est quod nullus auderet appropinquare ad arcam in spatio illorum duorum millium cubitorum, & dum arca pertransibat istud, adhuc expectaretur multum temporis, ideo parum possent postea Israelite ipsa die progredi.

Quarta fuit, quia Israelite erant populus multus, & indigebant loco apto ad castrametandum, ubi essent aquae, & pascua, & quia in Galgalis hoc inueniunt, etiam si possent ulterius progredi non processerunt, ut ibi conuenientius manerent. Quinta causa fuit, quia Israelite procedebant nunc uia recta in urbem Iericho ad quam iusserant exploratores, non erat autem conueniens, quod castra omnium virorum, mulierum, & puerorum, atque pecorum essent iuxta Iericho propter subitos incurfus hostiles, sed quod vel nulli ibi essent, vel soli uiri bellatores, & tamen non debuerunt nunc esse ibi uiri bellatores, quia non erat hic pugnam dum contra Iericho, sicut contra alia loca, ideo fuit conueniens, ut aliquantulum distarent castra, & ita factum est, ut distarent decem stadiis a Iericho, scilicet plus quam media leuca, ex quo loco conuenienter poterat procedi cum arca ad Iericho, & rediretur in castra iuxta urbem, ideo fuit opportunum figi castra in Galgalis, & non procedi ultra contra Iericho, licet potuissent Israelite ipsa die plus progredi.

Opinio Iosephi, quod de istis duodecim lapidibus factum est altare.
Quaest. XXVIII.

Dicit Iosephus, quod de illis duodecim lapidibus factum est altare in quo sacrificauit Iosue. Aliquis dicit, quod hoc non fiat, quia Iosue non fecit sacrificium in Galgalis, ideo neque super lapides illos, neque in alio loco illa fecit, nam non legitur hic, quod sacrificia fecerit. Dicendum est certum esse, quod in Galgalis facta sunt sacrificia. nam ibi celebratum est pascha, ut patet sequenti capitulo, & tamen Pascha non fit sine sacrificio, & hoc dupliciter. Primo, quia in festo Pascha, & azymorum praeter quasdam ceremonias frugum quae sunt in festo ipso Leui. 23. adhuc fiebant quotidie quadam sacrificia quae limitantur. Num. 28. ca. & tamen habebant nunc Israelite copiam omnium quae ad istam festiuitatem requirebantur, ut dicit Iosephus lib. 5. antiquitatum, ideo facerent illa sacrificia.

Secundo facerent sacrificia, quia immolabat agnus die quartadecima mensis ad uesperum, & illud erat Pascha. Exod. 12. & Leui. 23. cap. & tamen agnus uocatur sacrificium. Num. 19. c. & ob hoc non poterat quisquam celebrare Pascha, nisi in loco quem Deus elegisset, scilicet, ubi erat Sanctuarium. Deuterono. 16. cap. scilicet, quia immolabatur agnus in Sanctuario in altari, sicut cetera sacrificia, ideo cum nunc fieret Pascha in Galgalis, necesse erat, quod fierent ibi sacrificia super aliquod altare.

Confutatio praecedentium uerborum Iosephi.
Quaest. XXXI.

Dicendum quod certum est sacrificia multa facta fuisse in Galgalis, & tamen illa non fuerunt facta super altare factum de lapidibus illis duodecim, sed super altare holocaustorum.

Primo, quia Deus iusserat omnia sacrificia offerri super altare holocaustorum. Leuiti. 1. & 3. & 4. & 7. & tamen agnus Paschalis erat sacrificium. Num. 9. cap.

ergo

ergo super illud altare offerretur. Secundo, quia erat necesse offerri sacrificia super aliquod aliud altare quasi quis hominem occidisset. Leuit. 17. ca. & tamen Iosue custodiebat ualde legem, cum ipse uoluerit mouere bellum contra duas tribus, & dimidiam, quia fecerant altare apud Iordanem, licet nondum ibi obrulissent sacrificia infra 22. ca. ergo magis istud caueret Iosue, quod non offerret alibi sacrificia, nisi in altari holocaustorum.

Tertio, quia quomodocumque offerretur sacrificium extra locum Sanctuarii, erat graue delictum, sed grauius esset, quando praesente altari holocaustorum offerrentur sacrificia extra illud, sed ita esset hic, quia in Galgalis erat totum Sanctuarium in quo erat altare, quod ergo ibi super lapides fierent sacrificia, grauius delictum peccatum erat.

Quarto, quia uideretur superuacuum istud poni, cum scriptura non cogat ad hoc, ut patet hic, & sequenti. ideo non debet poni. Sed aliquis dicit, quod praecedentia non cogant, quia licet sit regulariter quod dictum est, tamen interdum uiri sancti offerrebant sacrificia extra locum Sanctuarii, sicut Samuel immolabat in Galgalis, & Masphath, & in Ramatha, & aliquando in Bethlehem, ut colligitur 1. Reg. 7. & 8. & 13. & 16. sed nemo dicit eum peccasse, sic esset de Iosue qui similiter erat uir sanctus, & propheta.

Iosue non immolauit extra locum Sanctuarii.

Dicendum, quod istud non excusat, quia non est simile. Primo, quia id quod est contra legem, non est concedendum esse factum, nisi sit aliquid quod nos cogat illud consistere. In Samuele autem necesse est asseri, quod immolauerit in multis locis extra Sanctuarium, ut patet ex dictis, ideo concedimus illud, sed de Iosue non constat hic, neque alicubi, quod factum fuerit sacrificium per eum in aliquo altari lapideo, ideo non est concedendum, quia exorbitantia a lege non sunt concedenda sine necessitate.

Secundo, quia Samuel, & quidam alij uiri sancti leguntur fecisse sacrificia alicubi extra locum Sanctuarii, quia ubi ipsi uolebant offerre, & erat opportunum offerri, non erat locus Sanctuarii, neque altare holocaustorum, non tamen legitur de aliquo, quod existens in loco Sanctuarii ubi erat altare holocaustorum offerret sacrificium, & non in altari holocaustorum, sed in Galgalis ubi erat nunc Iosue erat Sanctuarium, & altare holocaustorum, ideo quod ipse offerret ibi sacrificia super altare aliquod lapideum, erat aliter facere quam fecerunt alij uiri sancti, ideo neque est concedendum.

Probat, quod non immolauit Iosue super altare duodecim lapidum.
Quaest. XXX.

Amplius patet, quod non fecerit Iosue sacrificium in illo altari lapideo, quia hoc posset aliquo modo concedi, si de lapidibus illis fuisset factum altare, sed istud non patet, quia non dicitur, quod fuerit factum altare de istis lapidibus, sed solum, quod ducerentur isti duodecim lapides, & ponerentur in Galgalis, ubi castrametarentur.

Secundo, quia Deus dixit ad quid essent isti lapides, scilicet, quod essent ad memoriam transitus per Iordanem pro generatione futura, ut patet hic in litera, & ita uideretur, quod Deus dederat eis certum usum, ideo non erant ad hoc, quod de ipsis fabricaretur altare in quo fierent sacrificia.

Tertio patet, quia isti lapides erant in memoriam duodecim tribuum Israel, quod transierant per Iordanem arentem, & tamen si de lapidibus istis fieret altare, coniungerentur lapides, & aliqui eorum forte laterent, & non cognosceretur numerus lapidum, ut er-

go maneret memoria duodecim filiorum Israel, necesse erat manere duodecim lapides seorsum, & non coniunctos, ut altare efficerent.

Quarto, quia isti duodecim lapides assumpti sunt ad idem significandum, ad quod isti duodecim qui acceperunt extra fluiuium positi fuerunt duodecim tribuum filiorum Israel per Iordanem, & tamen isti lapides qui positi fuerunt intra Iordanem, fuerunt seorsum positi, & non coniuncti in modum altaris. ergo & illi qui in Galgalam ducti sunt, seorsum dispositi fuerunt, & non fuit ex eis altare fabricatum.

Quinto apparet ex litera, quia quando reddidit causa huius rei, in litera dicitur, dixit ad filios Israel, quando interrogauerunt filij uestri patres suos quid sibi uolunt lapides isti, & ita uidetur, quod lapides distincti, & seorsum positi erant, quia alias non interrogarent dicentes quid sibi uolunt lapides isti? sed quid uult iste aceruus lapidum? uel potius quid sibi uult altare istud? & tamen non sic interrogabant, ergo erant lapides seorsum.

Sexto, quia si de lapidibus illis formaretur altare, non retineretur conuenienter ibi intenta significatio. nam dato, quod omnes illi duodecim lapides apparerent in altari inde constructo, & nullus occultaretur, non uideretur signari per illos lapides coniunctos in modum altaris, nisi aliquid pertinens ad altare: nam licet signarentur duodecim filij Israel, eo quod altare erat constructum ex duodecim lapidibus, tamen signarentur quantum ad aliquid pertinens ad altare, scilicet, quod ibi obrulissent sacrificia duodecim filij Israel. Deus tamen uolebat signare transitum Iordanis, ergo non debuit constitui altare ex lapidibus illis, & consequenter neque Iosue obrulit sacrificium super illo altari.

Et dixit ad filios Israel. Hic instruit Iosue Israelitas in eo in quo erant uiles lapides duodecim qui fuerant positi in Galgalis, scilicet ad memoriam futurorum.

Quando interrogauerunt filij uestri. Omnes interrogantes uocantur hic filij, & omnes respondentes uocantur hic patres, quia pater doctrina sicut etate, & genitura dicitur, ideo non solum erant obligati respondere in hac questione de lapidibus duodecim patres filij, sed etiam omnes maiores qui aliquid nouerant minoribus. Uocantur tamen hic patres, & filij propter duo.

Primo, quia quamquam minores a maioribus querant, magis tamen filij a patribus inquirunt, quam ab alijs propter familiaritatem. Vel uocantur patres omnes qui tunc erant, quia ista uerba dicuntur ad Israel, & oes qui postea nascerentur, essent filij populi huius. Ideo quicumque postea interrogaret, diceretur filius esse istorum, scilicet alicuius eorum. *Cras.* Scilicet in toto tempore futuro, nam non potest intelligi pro die crastina, nullus enim die crastina post Iordanem transitum inquireret de lapidibus positis in Galgalis, quoniam tunc cunctis qui aderant factum cognitum fuerat, cum esset ualde recens, sed in temporibus diu post inueterato facto successu generationum, questio fieret de his lapidibus.

Patres suos. Quia magis consueuerunt filij inquirere a patribus, quam ab alijs ex causa preposita, uel quia uocantur patres omnes qui tunc erant respectu aliorum minorum qui postea nascerentur, aut nati erant, nesciebant tamen iudicare de eo, quod factum fuerat.

Quid sibi uolunt lapides isti. Id est quid signant hi lapides sic positi. Erant enim lapides duodecim positi in Galgala artificiose, ita ut uidentes illos scirent, non a casu, sed ex industria sic positos, moueretur igitur ad inquirendum quid uolebant, id est quid signabant lapides.

Docebi.

Docuistis eos. Ex hoc tenebantur patres ad erudien- dum filios in his.

Vnde si aliquis de minoribus interrogaret maiores de his, & non responderent, mortaliter peccabant, quia non annunciabant mirabilia Dei inquirentibus ad quæ annuncianda obligabantur. nam ex hoc diminuebatur honor Dei inter eos, cum non appareret id de quo Deus honoratus erat. Ideo iubet scriptura, vt filij interrogent patres, & omnes maiores, & imponit illis necessitatem respondendi, sic patet Deute. 32. ca. scilicet interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, & maiores tuos, & dicent tibi.

Per auentem alueum transiit Israel Iordanem. Istud est miraculum ad quod signandum ponuntur lapides, scilicet, quia transiit Israel Iordanem alueo arente: in quo signantur duo.

Primum erat, quod omnes aquæ Iordanis defecerant ad introitum Iudæorum, scilicet, quod non fluxerunt. Secundum erat, quod immediate fuit totus alueus deficcatus, ne transirent Israelitæ per lutosa loca fluminis, & inquinarentur, vtrunque autem erat miraculum, sic patet Deute. 32. ca. Iste est Deus, qui deficcavit aquas. Quod non est sic intelligendum. Nulla enim aqua in Iordane deficcata fuit, sed inferiores decurrerunt in mare solitudinis, superiores autem manserunt in mole magna erecta, vt patet preceden. capitu. solum enim fuit deficcata terra superficies, quoniam decurrentibus aquis, mansit imbibitus humor superficiei alvei, qui deficcatus est.

Dicuntur tamen aquæ deficcatae, quia cessauerunt a fluxu suo. & patet hoc, quia dicitur, quod dominus siccauit aquas vsquequo transirent Israelitæ, nulla tamen siccatio magis ante quam post fuit, sed detentio ne fluere, donec transirent Israelitæ. Dicuntur tamen siccae aquæ Iordanis, quoniam quilibet fluminis semper fluit, dum deficcatus non est, sed Iordanis non defluebat transentibus Israelitis, ergo dicebatur iure deficcatus a Deo.

In conspectu vestro. Idest vobis videntibus, & presentibus. Donec transiremus. Idest ista deficcatio aquarum vel detentio duravit dum transirent Israelitæ. nã postquam totus populus transiit, & sacerdotes ascenderunt de alueo, reuerse sunt aquæ Iordanis in priorem cursum, vt patet supra.

Sicut fecerat prius in mari rubro. De hoc habetur Exo. 14. Instantibus Aegyptijs a tergo, vt percuterent Israelitas, interposuit Deus nubem quæ erat tenebrosa, & illuminans noctem, scilicet ex parte Israelitarum erat clara, & ex parte Aegyptiorum atra, ita vt ad se toto noctis tempore accedere non valerent, postea autem dimisso mari, transierunt Israelitæ ad alteram partem.

Quod siccauit donec transiremus. Mare rubrum siccatum dicitur sicut Iordanis, non quidem, quod aquæ maris fuerint deficcatae, sed diuisa sunt in vnam diuisionem, vel plures, vt quidam volunt, de quo declaratum fuit Exodi decimoquarto. & ista diuisio facta est subito a Deo, deinde missus est ventus vrens tota nocte, qui siccauit alueum maris, & in vigilia vltima noctis circa matutinam horam transierunt Israelitæ. Dicitur tamẽ mare siccatum, quia diuisa erant aquæ eius, & quia stabant altrinfecus pro muro aquæ, & non iungebantur, tanquam si essent aliquid solidum, & siccum.

Vt discant omnes populi terræ fortissimam Dei manum. id est ista miraculosa diuisio Iordanis facta est, & rubri maris deficcatio, vt cognoscentes omnes populi terrarum timeant Deum, & sic factum est, nã diuisio maris rubri audita est in multis terris, & timuerunt gentes, sic patet Exodi decimoquinto, cum dicitur. Acciderunt populi, & irati sunt, & dolores obtinuerunt om-

nes habitatores Philistin, tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obrigue- runt omnes habitatores terre Chanaan. In diuisione quoque Iordanis magnus irruit pauor in omnes Chananæos, ad quos res ista attinebat, vt patet sequen. ca. & hoc est, quod cognoscerent manum Dei fortissimam, id est potentiam Dei valde magnam quæ demõstrabatur in his, non enim viderant vnquam gentiles talia a dijs suis facta.

Et vos timeatis dominum Deum vestrum omni tempore. Ex his miraculis tam gentiles, quam Iudæi erudiebantur ad Dei reuerentiam. Iudæi enim quia rudes erant, nõ cognoscebant magnitudinem potentia Dei sui, nisi factis his miraculis, ante ergo quam cognosceret hæc facta, non valde reuererantur, cognitis vero illis timuerunt, scientes eum esse Deum potentem mala infligere non colentibus eum, vel offendentibus.

C A P. V.

D O S T Q U A M ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccaisset dominus fluentia Iordanis coram filijs Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel.

P O S T Q U A M. Actum est in superioribus quod Israelitis in transitu Iordanis, & ante eueniret, nunc autem inquiritur quid post transitum ante pugnam cum gentilibus egerint. nam non immediate, vt Israelitæ transierunt Iordanem progressi sunt cum hostibus, sed quædam intermedia acciderunt, scilicet, quod celebrauerunt pascha, & quod circuncisi fuerunt, de quibus in hoc capitu.

Ideo primo agitur hic de eo, quod Israelitæ præmiserunt.

Secundo de eo quod postea pugnantibus egerunt sequenti capitu. Prima diuiditur in tres partes.

Primo agitur de Israelitarum omnium circuncisione.

Secundo de paschali celebratione. Tertio de populi confortatione. Secunda ibi. Manseruntque. Tertia ibi. Cum autem esset Iosue.

Circa primum ponitur quid ex superioribus consecretum sit, cum dicitur. Postquam ergo audierunt omnes reges. Hic ponitur timor immissus a Deo super Chananæos, quorum terram Iudæi possessuri erant, scilicet, quod omnes timuerunt valde ad ingressum Iudæorum. Postquam igitur audierunt. Cum Iudæi transierunt Iordanem, cito cognitum est per omnes Chananæos de diuisione aquarum, & timuerunt.

Quomodo poterant cognoscere reges Amorrhæorum, quod transiissent Iudæi per Iordanem deficcatum. Quæst. I.

S E D dicit aliquis, quomodo reges Chananæorum cognoscere poterunt, quod Iudæi transiissent Iordanem diuisum, & deficcatum?

Respondendum est hoc cognitum fuisse, quia alii qui

qui de Chananæis hoc viderunt, non enim per relationem ab alijs factam cognoscere poterant, nemo quippe eorum ad Iudæos accedebat, vt ex eis addisceret quomodo transiissent, omnes enim Chananæi fugiebant a facie Iudæorum: nec poterit dici legatos esse intermedios. Iudæi enim non mittebant aliquos nuncios, quia erant istæ ciuitates quas possessuri erant, ideo non poterant cum eis inire aliquod fœdus pacis, aut vitæ, potuissent tamẽ si fuissent de ciuitatibus illis, quas Iudæi non erant suscepturi in possessionem, vt patet Deute. 20. cap. Chananæi quoque non mitterent legatos aliquos ad Israelitas, ex quibus cognoscere possent per relationem transitum Iordanis, quia audierant isti quid fecerant Israelitæ duobus regibus Amorrhæis quomodo deleuissent eos cum populis suis non dimittentes vllas reliquias, vt patet Num. 21. & Deute. 2. & 3. nec vllum pactum cum eis inire volebant: sic ergo certissime credebant sibi euenturum, ideo credentes inducias, aut pacis fœdera se inutiliter petitueros, si peterent nihil petebant, quod colligitur ex eo quod fecit Balach rex Moabitarum, qui cum timuisset Israelitas, non petiuit ab eis aliquam confederationem, nec rursus pugnavit, quia non poterant Moabitæ eorum impetum sustinere, vt patet Numeri 22. non petiit pacis pactum, sed misit pro Balaam ad maledicendum eis, vt sic eos posset abigere, vt patet eodem cap.

Item clarius patet hoc ex eo, quod fecerunt Gabonitæ nam scientes, quod non componerent cum eis Israelitæ pacem, finxerunt se de terra longinqua, & ad hoc habitum mutauerunt, de quo infra nono capitulo.

Ecce igitur qualiter isti Chananæi intellexerunt nõ posse esse pacem sibi cum Israelitis, si essent de terra illa, hoc autem ceteri cognoscentes Chananæi nõ mittebant legationem pacis ad Iudæos, sed magis congregabantur in vnum ad delendum Israelitas, vt patet infra 9. & 10. non poterant ergo Israelitarum transitum per arentem Iordanem cognoscere Chananæi per relationem a Iudæis, cum nulla in alterutrum collocutio fuerit.

Sed dicendum est, quod cognouerunt hoc per visionem, scilicet, quod quidam de Chananæis viderunt Iudæos transeuntes per alueum Iordanis arentem, latebant enim in locis secretis, cum terra non esset cognita Iudæis, & inde videbant transeuntes Iudæos. Poterat etiam fieri visio ex aliquo loco terre Chanaan. Nam tumor aquarum visus fuit ex aliquibus locis Chananæorum, scilicet ab vrbe quæ dicitur Adom, vt patet supra 3. cap. scilicet ad instar montis in tumefcentes apparebant præcul ab vrbe quæ dicitur Adom vsque ad locum Sarthan: sicut ergo videbatur ex vrbe illa tumor aquarum, ita viderentur transeuntes Iudæi qui erant in valde magna multitudine, potissime, quia viso tumore aquarum, quamquam non videretur locus diuisionis Iordanis, satis poterat intelligi, alioquin non cõsisteret moles fluctuum penduntium in sublimi.

Item poterant Chananæi cognoscere hoc argumẽtatiue. nam sciebant, quod transiissent Iordanem, & cognoscebant esse tumorem, & nullo modo tunc vadamẽ Iordanem, necesse erat ergo imaginari aliquem modum fuisse transitus miraculosum.

Hoc patet ex tumore aquarum quem sciebant Chananæi aduenire Iordani tempore illo, cum dicitur supra 3. cap. secundum literam Hebraicam, quod omnibus diebus messis Iordanis implet ripas suas. Sed magis dicendum est primum, scilicet aliquos de Chananæis vidisse transeuntes Iudæos Iordanem, & annunciasse reliquias, ita vt cito fama in tota terra Chanaan crebresceret: Omnes reges Amorrhæorum qui habitabant trans Iordanem.

Quomodo reges Amorrhæorum poterant audire hæc: cum iam fuissent occisi per Moysen. Et quod Amorrhæi sumuntur dupliciter. Et quod multi reges erant in terra Chanaan. Quæst. II.

A R G U T aliquis non posse stare hanc literam. nam reges Amorrhæorum iam mortui fuerant, vt patet Numeri 21. occiderat enim eos Moyses, & totum populum eorum, quomodo ergo nunc audire poterant hæc?

Ad hoc forte aliquis respondebit, quod Amorrhæi accipiuntur dupliciter. Vno modo pro omnibus habitatoribus terre Chanaan, qui vocantur in speciali nomine septem populorum, & hoc modo dicitur Gene. 15. ca. nondum completae sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in presentem diem. ibi nõ solum vocauit Amorrhæos omnem populum Amorrhæorum in speciali, sed omnes Chananæos, quia iniquitates eorum complẽde erant, sic patet Gene. 48. vbi vocant Amorrhæi ipsi qui sunt Heuæi, scilicet habitatores Sichem, cum dicitur, do tibi partem vnam extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi i gladio, & arcu meo. Et loquitur de vrbe Sichem quam filij sui depopularant, & postea non ausi sunt habitatores terre illius venire super eum, vt patet Gene. 34. & 35. constat tamẽ, quod Sichem non erat in potestate Amorrhæorum, sed Heuæorum. rex enim eius Heuæus erat, vt patet Gene. 34. non tamen esset Heuæus rex, nisi terra esset Heuæorum, dicuntur tamen Amorrhæi isti generaliter, sicut omnes septem populi vocantur generaliter Chananæi, quamquam sit inter hos vnus populus qui dicitur Chananæorum.

Alio modo Amorrhæi accipiuntur pro vno populo speciali istorum septem. cū enim numerantur, ponitur ibi Amorrhæus, vt patet infra 9. & Exodi 3. & 6. secundum hoc soluent isti argumẽtum, scilicet, quod quando dicitur, quod Moyses accepit terram regum Amorrhæorum ante Iordanem, vocantur Amorrhæi specialiter, prout sunt vnus de septem gentibus, & habebant duos reges, scilicet Schon, & Og, cum autem dicitur hic, quod audierunt reges Amorrhæi, accipiuntur Amorrhæi pro omnibus populis, sumendo large Amorrhæos, sed non potest hoc stare, quia quando Amorrhæi sumuntur generaliter, non distinguuntur contra alios sex populos. hic tamen distinguuntur Amorrhæi ab alijs, cum dicitur, postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum, & omnes reges Chanaan, non ergo potest sic accipi.

Sed dicendum est, quod Amorrhæi assumuntur hic pro vno septem populorum Chananæorum, sicut cum dicimus duos reges Amorrhæorum Schon, & Og, sed iste Amorrhæorum populus, vel gens diuisa erat, quia quedam pars Amorrhæorum morabatur ante transitum Iordanis ad partem Orientalem, & erant ibi duo reges, scilicet Schon, & Og. tota autem Amorrhæorum multitudo quæ erat ante Iordanem, sub his duobus regibus distributa erat: post Iordanem autem erat alia pars Amorrhæorum: & isti non audierunt ea quæ dicuntur hic, quoniam iam occiderat eos Moyses, cū nondum transisset Israel Iordanem. Et de his primo dicitur, quod audierunt quam de alijs, quia primo audire poterant cum essent propinquiores Iordani quã ceteri populi. nam cū Amorrhæi diuisi essent in duas partes, solum diuidebantur Iordane intermedio. Poterat ergo isti primo audire de transitu Israelitarum per arentem alueum Iordanis quã ceteri Chananæorum populi.

Et si dicas, quod necesse est accipi hic reges Amorrhæorum pro omnibus regibus Chananæorum, non enim potest stare, quod illius populi qui Amorrhæus vocaba-

Determinatio auctoris.

vocabatur essent tot reges, cum duo essent interfecti ante transitum Iordanis, & hic ponantur plures.

Respondendum est, quod quilibet horum septem populorum Chananeorum habebat multos reges. nam Iosue occidit 31. reges, vt patet infra 12. cap. & tamen non subiecit sibi omnem terram Chananeorum, vt patet Iud. 3. cap. dicitur ibi. he sunt gentes quas Deus reliquit, vt in eis experiretur Israel, s. quinque sarrapas Philistinorum, omnemque Chananeum, atque Sidonium, & Heuam, qui habitabant in monte Libano de Baal Hermon vsque ad introitum Emath.

Poterat ergo quilibet horum populorum habere septem, vel octo reges. nam fere singule vrbes habebant singulos reges. Iericho enim habebat regem, & ciuitas Hay, quae ei propinqua erat, atque modica habebat regem, vt patet infra. 7. & 8. ideo Amorrhoeus populus qui erat vnus de septem multos reges habere poterat, saliquos ante transitum Iordanis, & alios post.

Qui habitabant trans Iordanem. Ad differentiam illorum regum qui erant de Amorrhoeis, & morabantur in parte ante Iordanem transitum. Ad Occidentalem plagam. Hoc ponitur ad maiorem euidenciam. nam quamquam dicatur istos reges fuisse, vel esse trans Iordanem, tamen non constat ad quam partem Iordanis sint. Nam illi qui sunt in parte Orientali Iordanis respectu eorum qui in Occidentali plaga morantur, dicuntur esse trans Iordanem.

Et qui sunt ad plagam Occidentalem respectu Occidentalium, dicuntur trans Iordanem. Et vterque modus frequentatur in sacra Scriptura. Quod accipitur trans Iordanem pro parte Occidentali Iordanis, patet Num. 32. cum dicitur, nec quicquam quaramus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in Orientali eius plaga.

Ecce quia ibi trans Iordanem, Occidentalem dicit partem Iordanis. ideo enim non querebant aliquid duae tribus, & dimidia in parte Occidentali Iordanis, quia erat possessio eorum Orientalis. Si tamen acciperetur ibi trans Iordanem pro parte Orientali, ille duae tribus, & dimidia ineluderent conditionem in verbis suis dicentes se nihil querere in parte Orientali Iordanis, cum in ea haberent possessionem suam.

Aliquando accipitur trans Iordanem pro parte Orientali Iordanis, vt patet in eo. c. cum dicitur, & possessionem nos suscepisse consistemus trans Iordanem, in parte Orientali. sic enim ipsi supra eo. ca. confessi fuerant, sic accipitur supra 1. ca. vbi Iosue dicit duabus tribubus, & dimidia, quod dedit eis possessionem trans Iordanem Moyses, scilicet Orientem eius. ideo conueniens fuit tolli hanc ambiguitatem per istam connotationem ad plagam Occidentalem Iordanis. nec vocantur isti reges Amorrhoeorum Occidentales respectu totius terrae promissionis, quia alij sunt magis Occidentales in ea, scilicet Philistini, & Sidonii qui sunt apud mare magnum quod ponitur terminus Occidentalis terrae Chananae, vt patet Exo. 23. & Deut. 1. c. sed vocantur Occidentales respectu Iordanis, qui est in fronte terrae Chananae Orientali, vt patet Num. 34. c.

Et cum isti reges Chananae. Hic assumuntur generaliter reges Chananae pro omnibus septem populis, vel magis pro sex populis qui relinquuntur praeter Amorrhoeos.

Et adhuc magis patet in hoc nomine Chananae, quod in isto nomine Chananaeus, nam in hoc nomine Chananaeus est ambiguitas, quia interdum accipitur pro vno populo, vt cum numerantur septem populi, & inter eos ponitur vnus Chananaeus, aliquando generaliter, vt cum dicitur hic omnes reges Chananeorum, & in alijs similibus locis, sed istud nomen Chananae semper assumitur generaliter. Ideo cum dicimus ter-

ram Chananae, omnium septem populorum intelligimus regionem.

Qui propinqua possidebant magni maris loca. Idest reges Chananeorum qui erant apud mare magnum, vocatur mare magnum non Oceanus, quia iste non tangit terram Chananae, sed solas terras quae sunt ad extremi tates mundi, sed mare magnum ipsum Mediterraneum quod licet comparatum ad Oceanum paruum mare sit, ad alia tamen maria quae sunt in terra Chananae collatum, magnum est, & istud ponitur tanquam terminus Occidentalis Chananeorum populorum, sic patet Num. 34. & Deut. 1. c. & supra 1. c. vocatur autem istud mare Palestinorum, idest Philistinum, quia isti habitabant in ripa eius. erant autem alia parua maria in terra Iudae, quae magis sunt lacus magne, quia ibi aliqua flumina stagnantur, sic est de mari salissimo, vel mari solitudinis, siue mari mortuo, quod est apud Sodomam, in valle illa Pentapolis, de quo Numer. 34. & supra 3. Aliud est mare Cenereth, de quo Num. 34. & vocatur in Evangelijs mare Genesareth, vel mare Tyberiadis, vt patet Io. 6. & 21. & multis locis. hic agit de regibus habitantibus apud mare magnum, scilicet de regibus Philistinorum, & aliarum gentium. nam mare illud vocatur mare Palestinorum, vt patet Exo. 23. c.

Et non dicitur hic de omnibus regibus terrae Chananae, sed de regibus Chananeis qui tenebant loca propinqua maris magni. Et hoc refertur potest ad duo, scilicet ad signandum magnam propinquitatem ad Iordanem, vel magnam distantiam, si postquam auiderunt transitum Iudaeorum per Iordanem reges Chananeorum qui valde propinqui erant, & poterunt cito hoc cognoscere, liquefactum est cor eorum, vel postquam reges qui fuerunt, vel qui erant in fine terrae Chananae, auiderunt, etiam confirmati sunt mente. potest autem induci vtrumque ex litera.

Si volumus signare magnam distantiam a Iordane, designabitur in hoc, quod dicitur de regibus habitantibus apud mare magnum. erat enim mare magnum Occidentalis terminus terrae Chananae, vt patet Deut. 11. cum dicitur. A deserto, & Libano, & flumine magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erunt termini vestri. habitates ergo apud id mare essent maxime Occidentales, & nouissimi in tota terra Chananae, cum mare ipsum esset nouissimum, vt patet supra 1. cum dicitur, omnis terra Ethaeorum vsque ad mare magnum contra solis occasum, erit terminus vester, & tunc dicitur de istis regibus habitantibus apud mare magnum, ad signandum, quod iam auiderant omnes reges terrae Chananae, cum isti ultimi essent, & perueniret ad eos sonitus transitus Iordanis, & tunc generaliter dissolutum est cor omnium habitantium in terra illa.

Alio modo intelligi potest, vt referatur hoc ad paruum distantiam a Iordane, scilicet quod postquam auiderunt illi reges Chananeorum, qui erant apud loca propinqua maris magni, transitum Iudaeorum, expauerunt totaliter.

Sed dicet aliquis, quomodo potest hoc refertur ad paruum distantiam, cum reges habitantes apud mare magnum, sint maxime distantes a Iordane, cum sint maxime Occidentales, & nouissimi, vt supra declaratum est? Respondendum est, quod quamquam mare magnum, scilicet Mediterraneum sit terminus Occidentalis terrae Chananae, & maxime distans a Iordane, tamen in quibusdam locis per subintrationes, & flexuras arcuatas subintrat terram. & in his flexuris appropinquat valde Iordani, & parti Orientali terrae Chananae. Et tales subintrationes vocantur linguae maris, sicut patet infra. 15. & in diuisionibus terrae promissionis. per has linguas maris Iordanis, qui est terminus Orientalis Chananeorum, & mare magnum, quod est terminus Occidentalis,

Quare mare Mediterraneum appellatur mare Palestinorum.

Multa maria sunt in terra promissionis, & quae.

Mare Mediterraneum versus hae plures flexuras arcuatas.

orientalis, satis sibi in quibusdam locis appropinquat. Et hoc conuincitur aliquoties Nume. 13. c. cum dicitur. Amalech habitat in Meridie. Iebuseus, & Ethaeus in montanis. Chananaeus vero moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. ecce enim Chananeus apud mare, & Iordanem posuit, sed hoc non stare, nisi ex aliqua parte mare magnum, & Iordanis sibi appropinquarent.

Quod autem vterque horum sensuum ex litera possit haberi, forte aliquis dubitabit, quia non dicitur hic reges Chananae qui possidebant loca maris magni, ita vt possit indifferenter vtrumque signari, sed sola propinquitas videtur signari, quia dicitur propinqua loca maris magni.

Respondendum est in hac litera totum signari posse secundum variam punctuationem. nam si litera sic punctuetur, vt referatur illa propinquitas ad Iordanem, habetur vnus sensus, scilicet isti reges possidebant loca maris magni propinqua, Iordani quem transierunt Iudaei. Si autem punctuetur, vt propinquitas referatur ad mare magnum, scilicet isti reges possidebant loca propinqua mari magno, erit sensus secundus, est autem verus huius literae sensus, quod isti reges Chananae possidebant loca coniuncta mari magno sicut Palesthini, & Sidonii, & tamen ista ex aliqua parte non multum distabant a Iordane.

Quod siccaisset dominus fluenta Iordanis. Non fuit vlla desiccatio fluentium Iordanis. nam aquae superiores steterunt semper erecte in vnum cumulum nihilo deficiente de eis, aquae autem inferiores decurrerunt vsque ad mare mortuum, vt patet supra 3. cap. & hoc non est siccatum. Sed dicitur fluenta Iordanis desiccata, quia fluenta semper fluunt quando non desiccata sunt, & quia in transitu Israelitarum non fluxerunt superiores aquae Iordanis dicuntur desiccatae, vel Iordanis desiccatus. Coram filiis Israel. Idest antequam intra rent Israelites, & tunc coram non stat proprie, sed pro ante. Alio modo coram filiis Israel, idest videntibus filiis Israel. donec transierunt. Idest desiccatio Iordanis solum mansit, dum transierunt Israelites. ex quo patet accipi hic desiccationem pro statu, vel non fluxu aquarum, quia hoc durauit transeuntibus Israelitis, desiccatio tamen nulla magis fuit ante transitum, & post, quam dum transierunt, & e contrario. Dissolutum est cor eorum. Idest totaliter perijt animositas eorum, ante enim Chananaei erant populi animosi ad expugnandum gentes alias, & maxime ad se defendendum, & hoc quia erat in eis animositas quaedam, nunc autem erat dissolutum cor eorum, idest effuse vires animi, ita quod nihil remaneret. animositas autem est ex collectione animi, cum vero laxatur, pereunt vires, sic videtur innuere Boetius de consolatione, lib. 1. Prosa. 4. f. tunc ego collecto in vires animo, idest, quod animositas erat per collectionem, ergo Chananeorum dissolutio erat per laxationem totius animositatis.

An timor de quo hic fuerit a Deo inflatus Chananeis ne auerent pugnare contra Iudaeos nouiter circumcisos, vt putat Nicolaus. Et quod timor a Deo incussus sit maximus, & quare. Quaest. III.

ISTE timor Chananeorum fuit ex his quae auiderunt, magnitudo enim harum rerum narratarum conturbabat eos, & potissime quia non erat ista res gesta ampla, & magnifica humana magnitudine, sed diuina: Deus enim fecerat haec, & ita cognoscebant Chananaei. vnde nimis terrore concutiebant, quia videbant sibi non contra homines, sed contra Deum pugnandum. Ecce iam superueniebat Chananeis multiplex timor.

Primo enim timuerunt, quia auiderunt fuisse diuisum mare rubrum, & quia postea auiderunt atrociam bella eorum contra duos reges Amorrhoeorum, vt patet supra 2. cum dixit Raab ad exploratores, audivimus quod siccauerit dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum, & quae feceritis duobus regibus Amorrhoeorum qui erant trans Iordanem quos interfectis, haec audientes pertimimus, & elanguit cor nostrum, & non remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Nunc vero nouus superaddebat timor, quia Iordanis desiccatus est sicut quondam fuerat desiccatum mare rubrum.

Sciendum tamen, quod iste timor non solum erat, quia auiderunt Israelitas transisse aluicum arctem, sed erat a Deo magis inductus eis in penam. Ipse enim mouet corda viroium, & facit pauitate quos vult, & quos vult fortes animo reddit. sic enim Iudaeis in penam pauor incussus est, & Deus eis incutiendum praedixit, vt patet Leui. 26. c. f. & qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum, & in regionibus hostium terrebunt eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes, simile patet Deutero. 28. capitu.

Iste timor a Deo incussus, maior est interdum, etiam si nulla res formidanda exterius sit, quam si omnia terribilia quae apponi possunt naturaliter apponerentur. Cuius causa est, quia formido magna est secundum speciem, quae nimis mouet phantasia, & dum species fuerit atrocior in phantasia fortiores sunt motus secundum timorem, Deus tamen potest formare in phantasia speciem quantumcumque terribilem voluerit, etiam si extra nihil subsit, ideo timor ab eo inflatus maior est quocumque timore proueniente de rebus visis, aut auditis solum.

Nicolaus dicit fuisse istum timorem nunc incussum a Deo Chananeis, ne auerent in surgere contra Iudaeos nouiter circumcisos qui pugnare non possent, viri enim qui sunt circumcisi per aliquot dies tanquam ceteri vulnerati, nihil agere possunt bellicum, immo nec libere se mouent, ideo si eis circumcisos per vnum vel duos dies post superueniret hostilis impetus, subito delerentur non valentes resistere, sic patet de viris Sichimitis quos dolose filij Iacob circumcidi fecerunt, & postea die tertio, quando grauis vulnerum dolor insurgit, arripientes gladios, ipsi pauci viri, & quasi nulli deleuerunt totam urbem Sichem in ore gladij, vt patet Gene. trigesimo quarto. & si alijs diebus filij Iacob pugnam commisissent contra Sichimitas, subito delerentur.

Sed forte aliquis dicet non multum stare istam rationem datam, quia Iordanis apertus est, vt transierunt Israelites, ad apertionem autem Iordanis, secutus fuit iste timor in Chananeis, etiam si Deus specialem timorem non incuteret, & hoc, siue Iudaei circumcisi di essent, siue non.

Item non multum videtur, quod Chananaei insurgerent contra Iudaeos, quamquam non incuteretur iste timor. nam audita apertione maris rubri, & atrocibus bellis contra Amorrhoeos conterriti sunt, & non mansit in eis spiritus, vt ex verbis Raab patet supra capitu. secundo. ergo quamquam non superuenisset iste timor, non auerent Chananaei insurgere in Iudaeos.

Sed non multum ista cogunt, quia quamquam vterque superueniret terror, tamen commoti sunt Chananaei contra Israelitas, vt omnes pariter venirent ad delendum eos, vt patet infra 9. & 10. ideo satis stat dictum Nicolai, magis tamen est indifferens, quam habes euidenciam veritatem.

An conuenienter incussus fuerit timor Chananaeis de apertione Iordanis, & an ad aliquid profecerit, & ad quid. Quæst. IIII.

Sed aliqui quærit, an iste timor incussus de apertione Iordanis, uenienter inflatus fuerit Chananaeis, & an aliquid profecerit. Videtur enim, quod sufficisset timor incussus de transitu maris rubri per siccum, & de pugna contra Amorrhæos, sicut patet supra. 2. ubi his duobus auditis elanguit cor Chananaeorum, & non manserunt in eis ullæ vires. Respondendum est profecisse timorem in Iordanem, aut consequentem in Chananaeis de hac diuisione Iordanis.

Primo, quia quamquam timor de apertione maris rubri secundum se sufficeret ad dissoluendum Chananaeorum corda, ita ut nullæ vires manerent, tamen erat factum nimis antiquatum. 40. enim anni ab eo tempore fluxerant, vetera tamen non tantum mouent, quam res habent magnam efficaciam in mouendo, sed sunt in sensu, res autem quanto veteriores sunt, tanto a sensibus magis distant, qui solum presentia contemplantur, noua autem magis immutat. Item causa huius est, quia motus in nobis fit efficacior, aut minus efficax secundum vigorem specierum retentorum in phantasia: species autem dum veteriores sunt debiliores sunt, & facilliter debiles, appropinquantes ad non esse, dum autem recentiores sunt, maiorem habent efficaciam; ideo magis moueri poterant Chananaei per aliquem timorem nouiter superduatum, quam per antiquum de diuisione maris rubri timorem. Item Chananaei existimabant ista esse a Deo quæ fiebant Israelitis, & quia Deus propitiatus bona nobis agit, offensus autem nobis penas irrogat, quamuis aperuerit mare rubrum Iudeis nunc ab eo tempore defluxis. 40. annis poterant Israelitæ offendisse Deum, propter quod non adiuuaret eos, sed magis traderet in manus hostiles, sicut aliqui in deserto factum est. Et hoc bis, scilicet primo cum Amalechitæ, & Chananaei persecuti sunt eos usque in Horma, ut patet Numeri 14. capitu. Et secundo, quando Chananaei victores existentes ceperunt prædam de Israelitis, ut patet Numeri 21. capitu. nunc autem cum nouiter Deus pro Iudeis miraculum efficeret diuidendo Iordanem, non intelligerent Chananaei Deum illis offensum fore, sed magis adiuturum eos, ideo valde timerent, valde ergo profecit timor nouiter incussus propter apertionem Iordanis.

Et non remansit in eis spiritus. Id est non mansit anima, & est metaphora, sicut consueuimus, quando aliqua terribilia subito videmus, dicere, non mansit mihi anima in corpore. Vel accipitur spiritus pro animositate, animositas enim est per collectionem irascibilis ad aliquid aggrediendum, cum laxatur, vel effunditur spiritus, non manent vires, nec animositas, sicut patet si quis irascatur nimis, & cõineat in se spiritum iræ suæ, erit ira fortis, & ad aliquid aggrediendum, cum vero effunduntur spiritus iræ, non manet vlla animositas, vel impetus ad aggrediendum, sic patet de iratis qui effundunt per verba iram suam, vel per punitionem, & tunc quiescunt, antea vero in eis motus difficilis, est: ut patet in amaribus, & difficilibus atque acrocolis, ut patet 4. Ethicor. cap. de mansuetudine. Hoc etiam patet in iratis si plorent, nam per lachrymas ira emittitur, & non sunt ira irati cum fleuerint sicut antequam fleant, quia emiserunt spiritus iræ suæ, ita in Chananaeis non mansit vllus spiritus, id est vlla animositas, quoniam tota per magnitudinem terribilium defectit.

Timentibus introitum filiorum Israel. Timor istorum erat de malo per eos concepto, quod sibi affuturum expectabant, ad timendum autem mouebat eos apparitio diuina in apertione Iordanis, non erat tamen illud

Ira intra animam re-tenta adiuuat ad fortitudinem, emissa vero dissipat.

malum, quod ipsi formidabant, sed aliquid infligendum ab Israelitis cum introirent, ideo erant Chananaei timentes introitum Israelitarum. Et intelligitur non de introitu in terram suam, quia iam iste fuerat, quando transierunt Iordanem, sed de introitu in terram ciuitatum, & locorum suorum.

Eo tempore ait dominus ad Iosue. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel. Fecit quoque quod iusserat dominus, & circuncidit filios Israel in colle præputiorum. Hæc autem causa est secundæ circuncisionis.

Postquam descriptus est timor secutus in Chananaeis ad transitum Iordanis, ponitur quid Israelitis tunc euenerit, & ponitur primo de circuncisione, & ponitur hic de circuncisione in introitu terre Chananae post Iordanem. Causa autem quare circuncisi fuerint omnes Hebræi, in littera ponitur, vel subditur, scilicet, quia non fuerant circuncisi in toto deserto, & manebant omnes incircuncisi.

Quare circuncisi sunt Iudæi immediate post transitum Iordanis. Et quod in deserto omnes Iudæi comedentes pascha erant circuncisi, & quare nullus incircuncisus fuit prohibitus. Quæst. V.

Sed nunc quæritur, quare facta fuerit circuncisio hoc tempore, scilicet immediate post transitum Iordanis. Aliqui dicunt hoc fuisse factum, quia Hebræi in 14. die mensis eiusdem primi erant celebraturi pascha, ut factum fuit postea, & patet infra in littera, nemo tamen incircuncisus poterat comedere de agno paschali, ut patet Exodi 12. cap. omnes tamen Israelitæ, aut fere omnes incircuncisi erant, ergo nisi immediate post transitum Iordanis fuissent circuncisi, non potuissent celebrare pascha.

Sed contra hoc obijciatur, quia in toto deserto nemo circuncisus fuit, sed manebant omnes in præputio, sicut nascebantur, ut patet infra in littera, & tamen ibi pascha celebratum est secundum omnes ceremonias suas, ut patet Numeri 9. ita ergo poterat hic.

Ad hoc forte aliquis respondebit, quod facta fuit celebratio paschalis, & non ab omnibus Israelitis, sed solum ab illis qui erant circuncisi, scilicet qui sic exierant de Aegypto, qui autem incircuncisi in deserto erant, non gustauerunt ex eo.

Sed contra hoc dicitur non posse stare, quia hoc modo multi fuisset prohibiti, ne comederent de agno paschali, cum multi essent incircuncisi, pro hoc tamen nemo legitur prohibitus, sed solum duo viri fuerunt prohibiti comedere pascha, quia erant contaminati super animam, id est in contactu hominis mortui, ut patet Num. 9. ca. de incircuncisus autem non legitur aliquis vetitus comedere, ergo nemo fuit vetitus. Aliquis forte dicet non tenere probationem, quia licet non exprimat aliquos propter incircuncisus esse, fuisse prohibitos, tamen non ex hoc inducitur, quia non tenet in his argumentum negatiue per locum ab auctoritate. Respondendum est sufficienter hic argui. nam si aliqui de Israelitis fuissent vetiti comedere propter esse incircuncisi, illi conquererentur: sicut fuerunt conquesti polluti super animam, nam equum ius erat ad non comedendum, sed non exprimitur, ergo nihil tale accidit. Dicendum ergo est, quod Israelitæ celebrauerunt pascha in deserto, & nullus incircuncisus comedit pascha, nec tamen aliquis fuit vetitus comedere propter esse incircuncisus. Modus autem est, quia istud pascha so-

Determinatio auctoris.

lum

lum fuit celebratum in monte Synai, in principio anni secundi ab exitu de Aegypto. nam die quartodecimo, mensis primi, anni secundi ab exitu de Aegypto, factum est pascha, & tunc erat vnus annus plenus, quod de Aegypto recesserant, ubi omnes qui inde exierant, fuerant circuncisi, ut patet infra in littera. In anno autem illo forte nulli nati sunt, vel dato, quod multi nascerentur, & non circunciderentur, non prohiberentur ab agno paschali: ipsi enim prohibitione non egebant, quia nondum poterant comedere carnes propter tenuitatem: non enim essent tunc ablactati: soli autem dicuntur prohiberi ne comedant, qui aliter comesturi erant, nisi prohiberentur. si autem in annis medijs, scilicet decimo, & duodecimo, & omnibus alijs facta fuisset paschalis celebratio in deserto, necesse erat, ut multi prohiberentur a comestione carnum agni, vel comederent incircuncisi, quod non licebat. Et forte ista fuit vna de causis, quare Israelitæ non celebrauerunt in deserto pascha, nisi in anno secundo ab exitu de Aegypto. In transitu autem Iordanis, non potuit fieri celebratio paschalis, nisi ante circunciderentur, quia rarissimi circuncisi erant, ut patet infra. Alia erat causa, quare in transitu Iordanis circuncisi sunt, quia ingrediebantur in terram nouam, quam possessuri erant, & in qua custodiuntur leges Dei, sicut patet in toto Pentateucho: cum enim datur aliqua lex, dicitur, cum ingressi fueritis terram Chanana, &c. quasi dicat, quod ibi obseruari erant, & ante non obligabantur, sic concluditur Deuter. 12. c. & quia circuncisio est principium totius status veteris testamenti, & per quam inducitur obligatio ad obseruandum totam veterem legem, ut patet ad Gal. 3. c. ego Paulus testificor omni homini circuncidenti se, quod debitor sit vniuersæ legis faciendæ, sicut in nouo testamento baptismus est inuicem omnium sacramentorum, & totius status noui testamenti: ideo in introitu terre promissionis. debuerat inchoari legis obseruatio, quantum ad principium suum, quod simpliciter est in circuncisione, & ista etiam fuit causa, quare fuit celebrata pascha, quia erat vna de primis ceremoniis veteris testamenti, cum fuerit data ad signandum, & commemorandum primum beneficium a Deo datum, scilicet educationem de Aegypto. Eo tempore dixit dominus ad Iosue. In eo tempore quo timuerunt reges Amorrhæorum, & Chananaeorum per transitum per arenam Iordanis alueum. Vel eo tempore quo transierunt Israelitæ Iordanem.

Quo die isti Iudæi fuerunt circuncisi, quia die 11. 12. 13. mensis primi, anni 41. & non ante nec post. Quæst. VI.

De tempore autem quo fuerit facta circuncisio, non multum potest dubitari. constat enim factam post transitum Iordanis. In Galgalis: nec etiam multo tempore post transitum Iordanis. nam antequam veniret ad urbem Iericho facta est. De die tamen factæ circuncisionis, vel tempore strictè sumendo dubitabitur. Et dicendum est, quod fuerit circuncisio facta in mense primo, anni quadragesimi primi, quia in hoc fuit transitus Iordanis, ut supra patet: fuit etiam in die vndecimo, duodecimo, & terdecimo mensis eiusdem: nam neque ante esse potuit, nec post. Quod patet, quia Israelitæ iubente Deo receperunt circuncisionem in Galgalis, ut patet hic, & ista fuit castrametatio, quam fecerunt Israelitæ die qua transierunt Iordanem, ut patet præcedenti c. sed ista fuit decima die, primi mensis, anni quadragesimi primi: ergo in eadem die decima: nec ante eam non potuit fieri ista circuncisio: cum decima die ad noctem venerint in Galgalam.

Alph. Toft. super Iosue.

Nō potuit etiam fieri in quartodecimo die per totum. nam ibi erat celebratio pasche, & comestio: ante tamen quam quisque celebraret pascha circuncisus esse debebat: manserunt ergo tres dies medii inter decimum, & quartumdecimum, & in his potuit fieri circuncisio. Credendum est autem, quod in his diebus tribus & parte diei quartodecimi expleta fuerit circuncisio, quia in vno compleri non poterat, cum tot millia Israelitarum circuncidendi forent: facta autem circuncisione cepit paschalis celebratio. Ait dominus ad Iosue. Quo locutus fuerit dominus hic responderi potest, sicut præcedenti c. responsum est. scilicet apparuerit in nube: non enim potuit hic apparere in assumpta figura corporis humani, quia vocatur Deus secundum probationem factam in principio præcedenti c. q. 2. De loco autem in quo fuerit ista locutio: Dicendum est, quod fuerit in Galgalis, ibi enim facta est circuncisio. Fac tibi cultros lapideos. Quidam de hebræis dicunt fac tibi, sicut pro te, quasi dicat, quod Iosue fecit istos gladios pro se, quia ipse circuncidebat omnem Israel. Quod autem solus Iosue circunciderit omnem Israelitæ non stat, quia ipse solus non poterat circuncidere tot millia populi in magnis, & paruis: an vero ipse fuerit aliquis de circuncisoribus non patet. Et si obijciatur, quod infra dicitur Iosue circuncidisse omnem Israelitæ, non arguitur ipsum fecisse, quia dicitur ipse facere, quæ fieri iubet: forte dici posset, quod ipse neminem circuncidit, sed magis sacerdotes, & Leuitæ fecerunt hanc circuncisionem, quia erat aliquid pertinens ad religionem veteris testamenti, sicut ceteræ ceremoniæ. Sed etiam hoc non constat. nam ex nullo loco demonstrari potest in sacra Scriptura actum circuncidendi magis pertinere ad sacerdotes, quam ad alios. Qualitercumque ergo se habeat res, dicendum est, quod Iosue nullum circuncidit, vel saltem non omnes.

Fac tibi cultros lapideos. Ex hoc patet, quod non solum Iosue circunciderit Israelitas, sed multi fuerint circuncisores. nam pro vno non oportebat fieri multos cultros, sed sufficiebat vnus, siue ergo Iosue fuerit de circuncisoribus, siue non: multi fuerunt circuncisores.

Cultros lapideos. Ex hoc aliqui dicunt fuisse datum præceptum de circuncisione in cultris lapideis: littera tamen hebraica dicit secundum quod exponunt Iudæi, non uacuas acutas, quia est equiuocatio nominis.

An de necessitate sacramenti circuncisionis fuerit, quod fieret cultro lapideo, & quid est in quo circuncidebantur Iudæi. Ex sententia Magistrorum sententiarum. Quæstio. VII.

Trica hoc dubium est, an de necessitate sacramenti circuncisionis fuit, quod fieret in determinato instrumento, scilicet in lapide, vel ferro. Et ad hoc respondet Sanctus Thomas, in quarto sententiarum, distinctione prima, & ibi vide argumenta: concludit autem, quod non fuit sub necessitate danda in circuncisione determinatio instrumenti.

Sed adhuc hoc dato dubium est, quid esset in quo circunciderentur Israelitæ, an gladio, vel lapideo cultro, & hoc quantum ad omnia tempora. Teneat autem Magister sententiarum, dist. 1. 4. quod esset in lapideo cultro dicens: fiebat autem circuncisio die octaua lapideo cultro, ut in octaua resurrectionis per petram Christum omnis ab electis abscederet corruptio. Sed hoc non tenetur a doctoribus, ut patet per Sanctum Thomam in quarto dist. 1. Fundamentum tamen eorum, qui dicunt circuncisionem iussam fieri lapideo cultro, est id quod fecit Sephora vxor Moyssi veniens de Madian in Aegypto.

In q. 2.

An Iosue solus potuit circuncidere omnes Iudæos.

Adus circuncidendi non magis pertinet ad sacerdotes quam ad alios.

Aegyptum, cum enim Angelus Dei vellet percutere Moysen virum eius, arripuit subito acutissimam petram abscindens preputium filij sui Eliezer, vt patet Exo. 4. capit. Ex hoc tamen nihil inferitur si respiciamus: soluitur enim dupliciter. Primo, quoniam hebrei respondere poterunt, circuncisionem Eliezer non fuisse factam in lapide acuto, sed nouacula: nam quamquam litera nostra dicat, tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit preputium filij sui, tamen in hebreo ponitur, cor: vbi nos ponimus petram, & est dictio equiuoca ad petram, & ad nouaculam, quod et patet ex litera nostra. nam Psal. 51. qui incipit, quid gloriaris in malitia, vbi litera nostra dicit, sicut nouacula acuta: ponit ista hebraica cor: eandem scilicet dictionem, quae hic habet, ex illo ergo loco non magis probatur esse factam circuncisionem lapideo, quam ferreo cultro. vnde Iudaei cum exponunt particulam illam, non magis dicunt de nouacula acuta, quam de lapide acuto. Adhuc autem dato, quod dicamus non factam fuisse circuncisionem istam nouacula acuta, sicut hebraei exponunt, sed acutissima petra, sicut habet in litera nostra, non sequebatur ex hoc, quod omnes successores nouacula acuta lapidea vti deberent in circuncidendo, nec quod praecedentes ex tempore Abraham, vsque tunc lapide acuto vti sint. hoc enim, ex indeliberatione factum est. Erat enim Sephora tranquilla, nihil futuri suspiciens mali, & vt subito angelus domini arripuit Moysen torquens eum, attonitam eam reddidit: ipsa igitur succurrere curans, ne angelus virum suum occideret nesciens quid faceret, forte non habens gladium, vel attonita non respiciens, videns acutissimum lapidem, circuncidit filium suum: nihil enim forte tunc promptius reperit: si tamen promptiorem sibi gladium reperisset circuncidisset filium suum, iniustum ergo est, vt quod indeliberate gestum est, ceteris ad consequentiam sit trahendum.

Adhuc solidius fundamentum his est: ex eo, quod hic dicitur, nam cum essent in Galgalis Iudaei iussit Deus Iosue, vt circuncideret hebreos cultris lapideis: non potest tamen hoc dici fuisse in consulte factum, sicut dicitur de vxore Moysi: cum iubente Deo factum sit: ergo istud mandatum fuit in prioribus seculis, & debuit manere in successoribus.

Determinatio aufloris. An fieret circuncisio cultris lapideis: an aliter. Et quibus ritantur Iudaei moderni. Quae. VIII.

AD hoc respondendum est, praecipuum de circuncisione non magis obligauisse in cultro lapideo, quam ferreo. nam istud praecipuum datum est Abraham primo, & declarati sunt omnes ritus eius. Gen. 17. inter eos tamen non ponitur instrumentum an ferreum, vel lapideum. Ad neutrum ergo erat determinate obligatio, nec quantum ad ipsum actum circuncisionis, nec quantum ad principalem significationem. nam non magis differt in lapideo, quam ferreo cultro fieri. Ad istam istam traheri potest eo modo quo superius dicebatur. scilicet per litteram hebraicam ponitur hic dictio equiuoca, quae nihil magis ad lapidem, quam ferrum applicatur. Hieronymus tamen lapideos cultros transtulit: hebrei vero indifferenter lapideos cultros, vel nouaculas acutas dicunt: ideo nihil magis ad vnum quam ad alterum cogimur. Si autem velimus tenere applicationem litterae nostrae adhuc poterit responderi factum fuisse hoc, non quia necesse esset sic fieri, vel quia sic fecissent priores, sed quia sic nunc specialiter Deus fieri voluit. Causa huius fuit ad significationem, & memoriam: ea quippe, quae Iudaei in futurorum memoriam relinquebant, lapidibus efficiebant: sic patet de duodecim titulis erectis lapideis in monte Synai, in

Quare Iudaei nunc circuncisio sunt cultro lapideo potius quam ferreo.

F die confirmationis legis, ad recordationem duodecim tribuum Israel. Idem patet in duodecim lapidebus erectis in alveo Iordanis intra aquas. Idem in duodecim lapidibus eductis de alveo Iordanis, ad ponendum in Galgalis: de quibus praecedenti. c. Idem patet, quia totum Deuteronomium. Iudaei tamen scripserunt in lapidebus calce litis, vt patet Deutero. 27. & infra 8. in hac tamen vice, quamquam lapideis cultris circuncisionem factam dicamus, tamen aliis temporibus magis gladiis, quam lapidibus facta est. Quod apparet ex modo circuncidendi hebreorum modernorum, qui nunquam lapideis cultris, sed ferris circunciduntur: quae a principio sic fecerunt, quia alias caeremonias ita obseruauerunt, vt in lege iussit fuerunt. Nec valet si dicas, quod Iudaei permutauerint caeremonias suas post mortem Christi in odium christianorum. nam nihil proficiebat eis hanc permutasse in isto lapideo, vel ferreo, quia nulla eis maior defensio a nobis, vel impugnetur quod nos habet. Et dato quod aliqualem haberent defensionem, non est verisimile, quod mutauerint. Et tamen adhuc nullatenus dici potest, quod Iudaei obseruantias suas a ritu priorum mutauerint, quod patet aspiciendo totum Pentateuchum: in quo omnes caeremoniae descriptae sunt hebraeorum, & tamen non reperitur modernorum Iudaeorum ab his, quicquam delirasse. Tenent ergo Iudaei eundem modum in caeremoniis nunc, quem tenuerunt priores, praeterquam quod aliqua omittuntur, quae impleri lex veterat existentibus extra terram Chanaan.

Circuncisio Iosue fuit facta cultris lapideis: & quare non gladiis. Et quare idem senserit, & transtulerit Hieronymus. Quae. IX.

Nunc cum constet aequaliter dici posse, quod ista circuncisio facta a Iosue, fuerit lapideis cultris, vel gladiis, quaeritur quid magis dicendum sit, an lapide, vel ferro hoc actum sit. Respondendum est, rationabilius esse dici factum lapideis, quam gladiis. Primo, quia dicitur hic Iosue: fac tibi cultros, quicquid ergo istud factum fuerit, quo facta est circuncisio, siue lapideo cultro, siue ferreo, nondum factum erat, sed fieri iubetur: manifestum tamen est, quod si de gladiis ferreis intelligeretur, non diceret Deus Iosue, quod faceret tunc illos cultros, quia multi cultri essent in Israel facti, & non expediebat fieri de nouo: ergo cultri lapidei fuerunt. Item cum conseruetur esset a principio fieri circuncisionem gladiis illis, dato quod nulli gladii essent in toto Israel, non iuberet Deus, quod fierent, quia iubendo fieri circuncisionem, nullo addito, intelligebatur solitum instrumentum, sed Deus iussit fieri hic cultros ad circuncidendum: ergo rationabile videtur hoc fuisse aliquid differens a priori instrumento circuncisionis, sed priores in gladio hoc faciebant: ergo Iosue mandatum est illud facere cultris lapideis: forte enim has rationes habuit littera nostra scriptor, vt cum in hebraeo equiuocationem inueniret: magis applicaret ad lapideos cultros, quam ferreos.

Circuncide secundo filios Israel.

An liceret bis circuncidi in veteri lege. Et quid bis baptizari est grauissimum peccatum, & quare. Quae. X.

Dicitur aliqui, quod licebat bis circuncidi eosdem Iudaeos, cum dicitur circuncide secundo, & consequenter dicunt, quod liceat eidem homini bis baptizari. Est enim circuncisio similis baptismi: si igitur duplicari licebat circuncisionem: ergo & baptismum.

An

An istud argumentum teneat, non est multum insistendum; cum baptizari denuo nulli liceat, quia iniuria sit sacramento, cum semel collatum plenissimam tribuat efficaciam, ita vt postea datum nihil magis efficere queat. Sed adhuc difficultus est de circuncisione, quam de baptismo. nam baptismus corporaliter nihil tollit, aut apponit, ideo quamquam non debeat, tamen possibile est millesies tribui: in circuncisione autem secus accidit, nam sit in membro determinato, & tollitur solum preputium, qui ergo semel circuncisus est, amplius circuncidi non potest. Potissime, quia isti qui nunc circuncisi fuerunt, nunquam fuerant circuncisi, vt patet immediate in littera, necesse est ergo has duas circuncisiones, non referri ad eandem personam.

Quare circuncisio quam nunc fecit Iosue vocetur secunda. Et quod non omnes Iudaei in nocte qua exierunt de Aegypto fuerint circuncisi. Quae. XI.

Sed adhuc quomodo ista circuncisio dicatur secunda, difficultas est. Quidam Iudaei dicunt istam circuncisionem dici secundam respectu circuncisionis factae in Aegypto: astruunt enim, quod in nocte qua Israelitae de Aegypto exierunt, fuit circuncisus totus populus, qui circuncisus non erat, & hoc quia Deus eos educebat de loco seruitutis, & incipiebat sibi assumere in populum, & ibi fuit facta circuncisio multorum simul. Ita fuit hic totus Israel fere circuncisus, ideo dicitur secunda circuncisio. Et de hoc exponunt dictum illud Zachar. 9. c. tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vincetos de lacu, in quo non erat aqua, vocauit Aegyptum lacum sine aqua per metaphoram. vincetos vocauit hebraeos qui in Aegypto vinceti erant, vt patet Exo. 6. c. & Leui. 26. c. sanguinem testamenti vocat sanguinem circuncisionis, quia in circuncisione sanguis effunditur, iuxta illud Exo. 4. cap. quod dixit Sephora Moysi viro suo: sponsum sanguinis mihi es, & sequitur ibidem: hoc dixit propter circuncisionem. Vocatur circuncisio pactum, vel testamentum, vel fœdus: sic patet Gene. 17. & est sensus secundum illos, quod per sanguinem circuncisionis eduxit Deus Israelitas de Aegypto. Ad hoc respondendum est stare non posse. Et primo dicitur ad auctoritatem Zachariae 9. c. quod non intelligatur de aliquo horum, nec de circuncisione, nec de agni Paichalis sanguine, sed de sanguine Messie, vt Deo dante declarabitur cum illuc deuenitum sit. Quod autem non fuerit facta circuncisio nocte, qua exierunt Israelitae de Aegypto patet, quia sciebant se tunc inchoaturos iter, tamen circuncisus si confestim itinerent pedibus suis, mortis periculum est propter quantitatem sanguinis effluentis de vulnere, potissime in genitali parte ad quam multa sanguinis concurrunt vasa, & ob hoc fuit impedita circuncisio in deserto, quia nesciebant determinatum tempus motus sui, non ergo tunc circunciderentur, quia oportebat eos per dies aliquot manere in Aegypto. donec sanarentur: sic patet infra de Israelitis circuncisus in Galgalis, qui expectauerunt ibi donec sanarentur, vt patet infra cum dicitur. postquam autem omnes circuncisus fuerunt, manserunt in eodem castrorum loco donec sanarentur. Item quia per duos vel tres dies post circuncisionem, sequitur ita grauis dolor in circuncisus etiam quando vni sunt, vt se mouere nequeant, nec resistere alicui laedenti, sicut patet de viris Sichimitis quos dolose circuncidi fecerunt filij Iacob, & postea die tertio cum grauissimum vulnere dolor insurgit, duo filij Iacob Symeon, & Leui deleuerunt omnes habitatores vrbs Sichem in ore gladii, vt patet Gene. 34. ergo post istam circuncisionem oportebat, vt manserunt Israelitae aliquibus diebus in Aegypto, quod

Alph. To. super Iosue.

A falsum est. Item non est hoc verisimile, quia Iudaei non poterant habere spatium circuncidendi aliquos in exitu: nam etiam ad fermentandum panem habere rempus nequieuerunt vrgentibus Aegyptiis, & ad recedendum compellentibus dicendo omnes moriemur, vt patet Exo. c. 12. Item non videtur esse aliqua causa, quare Israelitae nocte qua exituri erant, vellent circuncidere filios suos, nisi forte dicatur, quod dum fuerunt sub potestate Pharaonis, non permisit eos circuncidi, & nunc cum eam exierent circuncidebantur, sicut fuit de Antiocho rege qui vetuit circuncidi paruulos Iudaeorum. sic patet primo Macha. 1. c. mulieres, quae circuncidebant filios suos, trucidabantur secundum iussum regis Antiochi, & suspendebant pueros a ceruicibus per vniuersas domos eorum, & eos qui circunciderant illos trucidabant: sed nihil tale in Aegypto a regibus iussum fuit: ideo non erat vlla occasio Iudaeis ad circuncidendum omnes paruulos suos, vel totum populum nocte qua exierunt de Aegypto.

An ex Aegyptiis fuerint circuncisi multi in egressu de Aegypto. Et an vocetur circuncisio secunda propter duos actus qui in ea sunt, secundum Rab. Salo. Quae. XII.

Alii dicunt, quod in nocte qua Israelitae exierunt de Aegypto, non fuerunt circuncisi Israelitae, sed Aegyptii ascendentes cum Iudaeis: multi enim Aegyptii cum Israelitis ascendebant, vt patet Exo. 12. c. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: hi autem non fuerant ante circuncisi, sed in nocte qua exierunt de Aegypto: cuius causa est, quia isti Aegyptii praecedentibus diebus non fuerant circuncisi timentes ne alij Aegyptii recedere velle eos cognoscerent cum Israelitis, & impedirent, aut laederent. Sed dicendum est stare non posse, quia omnes rationes, quae contra superiora militabant, & inconuenientia sequuntur ad hoc.

Item quia non videbatur quomodo conuenirent omnes Aegyptii, qui exituri erant cum Israelitis, vt omnes nocte praecedenti recessum circunciderentur, quoniam sic notum fieret aliis Aegyptiis, & impedirent eos scientes conspirare cum Iudaeis conuerentes se ad eorum ritum. Non stat ergo expositio istorum, scilicet prima circuncisio dicitur facta in Aegypto nocte qua inde exierunt, & secunda sit quae hic nunc facta est. Item patet non posse stare. nam quamquam fuerit facta circuncisio talis qualis dicitur in Aegypto, siue de Israelitis, siue de conuersis, tamen non vocabitur ista secunda circuncisio, quia illa non fuit prima, cum ante illam alij praecesserint circuncisiones.

Et si respondeas hoc intelligi de circuncisionibus solennibus, & in his fuerit prima in Aegypto existentibus Israelitis, & secunda hic ingredientibus terram Chanaan: sunt enim solennes circuncisiones, quando multi simul circunciduntur, sicut hic.

E dicendum est adhuc non stare, quia hoc modo non fuit prima solennium circuncisionum ea quae facta diceretur in Aegypto, sed prima fuit ea quam primo fecit Abraham, ipse enim omnes de domo sua, & seipsum, eadem die circuncidit, cum prima a domino circuncisio facta est, & pactum cum Abraham. Aliter dicit Rab. Sa. istam vocari circuncisionem secundam, propter duos actus qui nunc facti sunt, scilicet, quod preputium abscinderetur, & quod postea extremitas pelvis manentis replicaretur. Et dicunt, quod Abraham data fuit prima circuncisio, & non secunda, quia ipse non replicauit preputium.

Iosue autem accepit secundam circuncisionem, scilicet quae & abscidit preputia, & replicauit. Sed hoc nihil est, nam replicatio

L 2 replicatio

plicatio pellis manentis nihil operatur ad circuncisionem: sed Iudei illud faciunt, vt decentius, & sanius pellicule extremitas maneat. ideo non debet vocari aliquid circuncisionis. Item dato, qd ad circuncisionem esset aliquid accessorium ista replicatio pellicule, tamen non poterat vocari secunda circuncisio, sed secundus actus circuncisionis, nam primus actus circuncisio vocari potest, secundus autem nequaquam.

Item adhuc dato, qd iste actus secundus in circuncisione vocaretur circuncisio, tamen non diceret Iosue, qd faceret secundam circuncisionem, sed qd faceret primam, & secundam. Item patet hoc, quia dicitur infra, ista est causa secundę circuncisionis: ergo videtur, qd ista circuncisio facta a Iosue, secunda fuerit, & non prima, sed factum est, quia vtrunque simul fuit. Item patet hoc non conuenire literę, quia cum dicitur immedie, hęc est causa secundę circuncisionis, subditur, qd populus egressus de Aegypto, fuit circuncisus, & in deserto nemo circuncisus est: ideo hic oēs circuncisi sunt. Ecce qualiter secundam circuncisionem, simplicem circuncisionem vocat, cum dicat eos nunc fuisse circuncisos, quia in deserto non fuerunt. Aliter dicit Ra. David Canhi, istam vocari circuncisionem secundam, quia non solum Iosue circuncidit vnum, sed multos, & post vnum alios circuncidebat, iteratio autem illa circuncisionis faciebat circuncisionem esse secundam. Sed hoc non stat, quia sic non solum fuisset ista vocata secunda circuncisio, sed etiam Abraham diceretur secundo circuncidisse, quia die circuncisionis suę omnes vernaculos domus suę circuncidit, vt patet Gene. 17. tamen non vocatur illa secunda, sed magis prima omnium. Item quocunq; tempore fierent multę circuncisiones simul, diceretur secunda circuncisio, quia post vnam circuncisionem erat alia: et tunc poneretur aliqua circuncisio secunda ad distinctionem, & esset frustra dictum Iosue: circuncide secundo filios Israel, sed circuncide eos: cũ ista connotatio secundo nihil addat.

Quinta opinio Nicolai de Lira. san vocetur circuncisio secunda, quia solennis fuit. Quęst. XIII.

ALITER dicit Nicolaus istam vocari secundam circuncisionem. qd circuncisiones nominantur hic solennes solum: est autem solennis qđ multi simul, vt populus, aut gēs, vel domus circunciditur, & ad hunc modum non pertinebant quotidiane circuncisiones, & in his non ponitur numerus: de solennibus autem dicitur esse ista secunda.

Primam dicit fuisse Nicolaus tempore Abraham. nā cum data fuit circuncisio Abraham, nemo circuncisus erat, & fuerunt circuncisi simul eadem die omnes vernaculi domus eius cum ipso & filio suo Imaele, nondum nato Isaac, vt patet Gene. 17. Postea autem non fuit facta alia circuncisio solennis. Nūc autem in exitu de deserto, & transitu Iordanis fuerunt fere omnes Israelitę circuncisi, vt patet infra, & hoc simul, scilicet die vndecima, & duodecima, atq; terdecima, mensis primi, anni 41. egressionis de Aegypto.

Sed dicendum est hoc rationabilius esse omnibus suprapositis, sed adhuc non totaliter accedere ad intentionem literę, nām non multum conuenit intentioni literę in qua redditur causa huius circuncisionis cũ dicitur, hęc est causa secundę circuncisionis, & postea dicitur, qd in deserto nemo circuncisus fuerat, ideo circuncidit Iosue nunc omnes: hoc autem nihil magis reddit causam secundę circuncisionis solennis, quam tertię, quam primę.

Sexta opinio, Et est Adamantij, san lex Christi vocetur secunda circuncisio. Et septima opinio Augusti, quia fuerit. Quęst. XIII.

ALII dicunt, qd vocatur secunda circuncisio lex Christi. nam per legē Moyfi est prima circuncisio a quibusdam peccatis, sed per legē Christi, quę est spiritalis, plenius auferuntur peccata: ideo secundo dicitur ibi homo circuncidi, sic dicit Adamantius. Dicant Iudęi quō potest qđ secundo circuncidi in circuncisione carnali? semel. n. circuncisus non habet quid secundo possit auferri: a nobis vero quibus dicitur, quia lex spiritalis est, digne & conuenienter ista soluntur, qui. n. in lege p. Moysen eruditus est, idolatrię errorem cultumq; deposuit, hęc est prima circuncisio p. legem: si vero ad euangelium perueniat, secundam circuncisionem accipiet per petram, qđ est Christus, & auferetur ab eo opprobrium Aegypti. Sed dicendū, qd iste sensus non est literalis, neq; esse potest, sed mysticus: Primo, quia populus ille manebat in lege Moyfi, immo nūc erat quasi inchoatio obseruationis eius, & sic non ageretur de aliquo, quod pertineret ad legem euangelij, sed solū ad legē Moyfi. Secundo, & precipue, quia adhuc istud posset hęc colorem aliquem, si istud esset preceptum solum, ita vt posset aliquid signare, quod esset futurum, & pertineret ad legem Christi, sed est historia, quia sicut dicitur ad Iosue, circuncide secundo filios Israel, ita sequitur in litera, qd circuncidit eos, ideo non potest intelligi, nisi de vera circuncisione carnali. Alij dicunt, qd vocat secundam circuncisio non respectu eorundem hominū, sed eiusdem populi. nam idem homo non potest bis circuncidi: populus autem non est vnus vir, sed multi: ideo possunt multi circuncidi. & dicitur ille populus circuncidi, & manentibus quibusdam in circuncisus, si ipsi postea circuncidantur, dicitur ille populus secundo circuncidi, & ita erat in populo Israel, quia quidam illorum circuncisi erant, & alij non, qui nunc a Iosue circuncisi fuerunt: ideo dicitur populus secundo circuncidi. Sic dicit Aug. si queritur cum dixerit circuncide iterum, non enim vnus homo bis circuncidendus erat, sed quia vnus populus erat in quibusdam circuncisus, & in quibusdam incircuncisus. ideo dictum est iterum, vt circuncisus iterum circuncideretur, nō homo, sed populus: quidam ex euntium de Aegypto filij in illo populo incircuncisi erant, quos circuncidere potuit Iesus: illorū. s. filios quos genuerunt in deserto, & contempserunt eos circuncidere. Dicendum, qd ista expositio fati accedit ad rationem, & tñ hoc modo quocunq; circunciderentur aliqui Iudęi, diceret populus Israel circuncidi secundo, quia pro illis qui incircuncisi erant circuncidebantur secundo, & tñ circuncisio secunda, nunquam dicitur facta, nisi nūc, & quasi esset quid nouū & singulare, redditur ratio de illo in litera cum dicitur, hęc est causa secundę circuncisionis.

H ad Iosue, circuncide secundo filios Israel, ita sequitur in litera, qd circuncidit eos, ideo non potest intelligi, nisi de vera circuncisione carnali. Alij dicunt, qd vocat secundam circuncisio non respectu eorundem hominū, sed eiusdem populi. nam idem homo non potest bis circuncidi: populus autem non est vnus vir, sed multi: ideo possunt multi circuncidi. & dicitur ille populus circuncidi, & manentibus quibusdam in circuncisus, si ipsi postea circuncidantur, dicitur ille populus secundo circuncidi, & ita erat in populo Israel, quia quidam illorum circuncisi erant, & alij non, qui nunc a Iosue circuncisi fuerunt: ideo dicitur populus secundo circuncidi. Sic dicit Aug. si queritur cum dixerit circuncide iterum, non enim vnus homo bis circuncidendus erat, sed quia vnus populus erat in quibusdam circuncisus, & in quibusdam incircuncisus. ideo dictum est iterum, vt circuncisus iterum circuncideretur, nō homo, sed populus: quidam ex euntium de Aegypto filij in illo populo incircuncisi erant, quos circuncidere potuit Iesus: illorū. s. filios quos genuerunt in deserto, & contempserunt eos circuncidere. Dicendum, qd ista expositio fati accedit ad rationem, & tñ hoc modo quocunq; circunciderentur aliqui Iudęi, diceret populus Israel circuncidi secundo, quia pro illis qui incircuncisi erant circuncidebantur secundo, & tñ circuncisio secunda, nunquam dicitur facta, nisi nūc, & quasi esset quid nouū & singulare, redditur ratio de illo in litera cum dicitur, hęc est causa secundę circuncisionis.

Nota qđ auctor nō stat cũ ista expositio ne Augusti sed suam propriam, vide infra q. 43.

Quid senserit Historia Scholasti. de secunda circuncisione. Quęst. XV.

AD HUC dicit circa hoc Historia Scholastica, qd vocatur secunda circuncisio, non quidem intelligendo, qd idem homo bis circuncideretur, sed paruuli qui nati fuerat in deserto, per quadraginta annos incircuncisi erant, alij ex mandato domini, alij ex parentum negligentia, alij vero ex eorundem cautela, ne forte mox circuncisus attollerentur nubes, & necesse haberent progredi, & sic periclitarentur paruuli.

Ex verbis istis adhuc non colligitur, quomodo vocetur secunda circuncisio, vel dicantur secundo circuncidit.

circuncidi filij Israel, sed solum semel, quia dicit, qđ illi qui non fuerant in deserto circuncisi, fuerunt nūc circuncisi per Iosue. Sed assumenda est causa addendo ad verba ista, scilicet paruuli in deserto per quadraginta annos non fuerunt circuncisi, & toto illo tēpore quadraginta annorum nemo circuncisus fuit, & quia nūc circuncisio a quadraginta annis omissa repetita fuit, dicitur secunda circuncisio, quia continuatio actus facit actum esse vnum, vel vocari eūdem, interruptio autem eius facit multiplicari, vel dici plures, & tamen nunc fuerat circuncisio omissa, & repetitur: ideo vocabitur secunda.

Examinat verba Historię Scholasticę. Et quod paruuli in deserto manebant incircuncisi propter periculum, quod sequebatur. Quęst. XVI.

CVM autem dicit, qđ paruuli in deserto manebant incircuncisi ex triplici causa. scilicet ex mandato Dei, ex negligentia parentum, ex cautela eorum refertur ad diuersos, quia negligentia & cautela non se compatiuntur.

Et dicendum, quod causa vera, aut saltem principaliter motiua quare non circunciderent paruuli in deserto fuit cautela parentum, scilicet ne sequeretur periculum paruulis: nam ipsi mouebantur ad motum nubis, & oportebat statim moueri, vt illa moueretur, & manere cum illa staret. Exo. 40. & Num. 9. c. Si autem accideret aliquem nouiter circuncisum esse, quando moueri incipiebat nubes: oportebat non obstante circuncisione, quod portaretur in via: sed istud erat magnum periculum paruulorum, scilicet, quod propter motū effunderetur sanguis ex vulnerē, & morerentur, vel sequeretur magnus dolor; quę etiam causa periculi est. Nam non solum statim, vt quis circuncisus est, periculum est ei, si moueatur, sed etiam post aliquot dies, & non solum in paruulis, sed & in viris, vt patet Genes. 34. capit. quando filij Iacob in dolo fecerunt circuncidi omnes Sichimitas, & dicitur, quod in die tertio, quando est grauissimus dolor vulnerum, Symeon, & Leui occiderunt omnes Sichimitas, scilicet, quia non poterant se mouere, sed erant quasi mortui, sed paruuli magis ista sentiunt; & facilius periclitantur, quam viri: ideo periculum erat eis si circunciderentur; & statim mouerentur portati per viam, & tamen non poterat aliter fieri, si circuncisio fieret in deserto, quia nunquā erat Israelitis certa mutatio nubis, sed erant semper expectando quando moueretur, & ob hoc dicebantur semper esse in excubiis domini. i. vigilando attente quando Deus, si angelus eius moueret illam nubem. Exo. cap. 40. ergo non poterat sine periculo circuncidi in deserto.

Item dato, quod esset notus motus nubis, non tolleretur omnino periculum paruulorum circuncisorum, & hoc erat, quia circuncisio non fiebat ad placitum quocunq; tempore quis vellet anticipando, vel differendo tempus, sed oportebat fieri octauo die. Gene. 17. capit. & non poterat preueniri, vel tardari. si autem posset fieri quocunq; tempore, & esset certus motus nubis quando fieret, poterat fieri circuncisio sine periculo paruulorum, anticipando vel posteroando ad motum nubis, cum tamen oporteret fieri die octauo, adhuc sepe accideret periculum circuncisus, scilicet cum eueniret octauus dies in quo circuncisio celebratur tempore quo mouebatur nubes, & ita erat ista causa sufficiens ad hoc, qđ nemo circuncideretur in deserto, quia omnibus erat istud periculum, si accideret moueri nubem tempore circuncisionis, vel ante citationem vulnerum.

An Iudęi manebant incircuncisi in deserto ex mandato Dei, scilicet, quod Deus voluit, quod non circunciderentur: quia sic secundum positionem Historię Scholasticę. Quęst. XVII.

CVM autem dicitur, qđ ex mandato Dei aliqui manebant incircuncisi. Dicendum, qđ non legitur aliquod tale mandatum de aliquo factū a Deo. Sed considerandum, quod istud est verisimile. qđ Dens mādasset non seruari circuncisionem in deserto, quia mandatum de circuncisione valde ardebat Israelitas, quia dicebatur, qđ anima, quę non circuncideretur, periret de suo populo. Gen. 17. c. ideo Israelitę nō auderent omittere illud sine Dei auctoritate, ne ex hoc sequeretur indignatio super omnes & morerentur, & tamen generaliter oēs omitterent circuncisionem in deserto: ideo credendū est, qđ auctoritate Dei factum est. Secundo, quia si difficile esset haberi super hoc diuinum responsum, sicut & nobis nūc, forte Israelitę videntes periculum circuncisorum committerent se diuinę dispositioni, & dimitterent filios incircuncisos, non habito diuino responso: & tamen erat facillimum illis habere diuinū responsum in quacunq; re vellent, quia habebant secum Moysen, qui loquebatur cum Deo, quando cunq; volebat, siue in sanctuario super propitiatorium. Num. 7. c. siue ad ostium tabernaculi descendente columna nubis. Exo. 3. c. nam tam familiariter ibi quotidie loquebatur Moyses Deo, & audiebat verbū eius, qđ dicebatur loqui ei, sicut solet homo loqui ad amicum suū. Cum ergo tanta facilitas esset Israelitis consulendi dominum, non est verisimile, qđ in tam graui re procederent eo inconsulto, sed consultauerunt eū, & responderet, qđ cessarent a circuncisione in deserto, & licet hoc scriptum non sit, credendum est ita factum fuisse. Tertio patet, quia cum preceptum de circuncisione obligaret sub magna necessitate. Gene. 17. c. dato, qđ aliqui non consulto Deo cessare vellent ab obseruatione huius precepti, sicut & multi negligentes sunt nūc in obseruatione diuinorum preceptorum, non erat tamen verisimile, qđ in tanta multitudi- ne omnes vellent contemnere mandatum de omittere circuncisionem, cum essent multi viri sancti in tanta multitudine, & tamen omnes omitterent circuncisionem, quia vt dicitur hic in litera, natos in deserto nemo circunciderat: ergo non factum est sine diuino consensu. Quarto, & potissimum, quia in ista multitudine erat Moyses, tanquam dux & rector vir sanctus, & legis Dei zelantissimus, qui nullo modo pmitteret Israelitis agere contra legem Dei, sed vindicaret in transgressores, & tamen viuentē eo in toto tempore deserti per quadraginta annos nemo circuncisus est, & ipse hoc pariebat, neq; obiurgabat uadōs super hoc: ergo videtur, qđ ipse consuluerat deum super hoc, & responderat ei, & ita ex Dei consensu omitterebatur circuncisio. Quinto patet, quia Deus dixit Iosue, circuncide filios Israel, & aliter ipse non circuncideret eos: cum ergo nunc mandauerit, & antē hoc non mandabat, videtur qđ ex consensu suo toto tempore procedenti cessauerunt a circuncisione, quia alias sicut nunc mandauit circuncidi Israelitas, mandauisset quocunq; tempore ante hoc. Sexto patet ex modo imperandi. nam dixit circuncide secundo filios Israel, & non dixit cum obiurgatione aliqua. si tamen omitterentibus Iudęis circuncisionem contra voluntatem Dei ipse mādaret, qđ seruarent illam, obiurgaret eos pro praterita transgressione, sed non fecit, ergo videtur, qđ toto tempore praterito cessauerunt ab ista obseruatione de voluntate Dei.

CVM autem dicit, qđ paruuli in deserto manebant incircuncisi ex triplici causa. scilicet ex mandato Dei, ex negligentia parentum, ex cautela eorum refertur ad diuersos, quia negligentia & cautela non se compatiuntur. Et dicendum, quod causa vera, aut saltem principaliter motiua quare non circunciderent paruuli in deserto fuit cautela parentum, scilicet ne sequeretur periculum paruulis: nam ipsi mouebantur ad motum nubis, & oportebat statim moueri, vt illa moueretur, & manere cum illa staret. Exo. 40. & Num. 9. c. Si autem accideret aliquem nouiter circuncisum esse, quando moueri incipiebat nubes: oportebat non obstante circuncisione, quod portaretur in via: sed istud erat magnum periculum paruulorum, scilicet, quod propter motū effunderetur sanguis ex vulnerē, & morerentur, vel sequeretur magnus dolor; quę etiam causa periculi est. Nam non solum statim, vt quis circuncisus est, periculum est ei, si moueatur, sed etiam post aliquot dies, & non solum in paruulis, sed & in viris, vt patet Genes. 34. capit. quando filij Iacob in dolo fecerunt circuncidi omnes Sichimitas, & dicitur, quod in die tertio, quando est grauissimus dolor vulnerum, Symeon, & Leui occiderunt omnes Sichimitas, scilicet, quia non poterant se mouere, sed erant quasi mortui, sed paruuli magis ista sentiunt; & facilius periclitantur, quam viri: ideo periculum erat eis si circunciderentur; & statim mouerentur portati per viam, & tamen non poterat aliter fieri, si circuncisio fieret in deserto, quia nunquā erat Israelitis certa mutatio nubis, sed erant semper expectando quando moueretur, & ob hoc dicebantur semper esse in excubiis domini. i. vigilando attente quando Deus, si angelus eius moueret illam nubem. Exo. cap. 40. ergo non poterat sine periculo circuncidi in deserto.

Nullus mansit in deserto incircuncisus negligentia parentum, sed ex mandato Dei. Quæst. XVIII.

CVm autem dicitur, qd aliqui parvuli manebat incircuncisi ex negligentia parentum non est concedendum. Primo, quia ubi erat causa legitima, non potest imputari negligentia, & tamẽ oes Israelitæ habebant causam legitimam in deserto ad non circuncidendum filios, s. propter periculũ incertitudinis motus nubis, vt dictũ est. s. q. 1. 6. ergo non poterat alicui eorum imputari negligentia, & ita non poterat dici manere aliquis puer incircuncisus negligentia parentum. Secundo, quia si aliquis diceret manere incircuncisus negligentiam parentum, oes dicerentur manere incircuncisi negligentia parentum, cũ oes similiter dimitterent filios incircuncisos, & tñ nõ dñ de omnibus hoc; ergo non poterat dici de aliquo. Tertio, quia illi qui manebant incircuncisi auctoritate Dei, non poterant dici incircuncisi negligentia parentum, & tñ quantum ad omnes Israelitas fuit consensus Dei, qd cessaret circuncisio toto tempore deserti, vt ostensum est præced. q. quia mandatum non erat speciale quantum ad aliquos, ergo de nullo potest dici, qd manebat incircuncisus negligentia parentum. Dicendum ergo, qd illa distinctio non est conuenienter posita, s. qd quidam ex mandato Dei, alij ex negligentia parentum, alij ex cautela ipsorum manebant incircuncisi. Sed est dicendum, qd oes parvuli manebant incircuncisi ex cautela parentum, & Dei mandato, & nemo manebat incircuncisus ex parentum negligentia. Pri- mũ patet, qd omnes parentes cupiebant salutẽ parvulorum suorum, & providebant circa pericula, ne in illa incurrerent, & tñ oibus parvulis erat æquale periculũ si circunciderentur, & tunc mota nube deberet portari per viam: ergo oes dimittebant parvulos suos incircuncisos ex conuenienti cautela. Secundum patet, quia mandatum Dei, vel consensus de omittendo circuncisionem, nõ erat specialiter ad aliquos Israelitas, sed ad oes: cũ causa esset æqualis omnibus; ideo non manerent quidam incircuncisi ex mandato Dei, & alij qd mandatum ex negligentia parentum. Tertium patet, quia ubi obseruabatur mandatum, non poterat signari negligentia, sed mandatum Dei erat omnibus Israelitis de omittendo circuncisionem illo tempore, vt dictum est, ergo nullus manebat incircuncisus ex negligentia.

Quod fuit motuum Historiæ Scholasticæ, vt diceret aliquos incircuncisos fuisse negligentia parentum. Quæst. XIX.

MOTIVVM autem ad dicendum circuncisionem omiffam fuisse ex negligentia in quibusdã, potuit hère Historia Scholastica ex eo, quod dñ hic in litera: nec aliquis eos in via circunciderat, & sic vt notari negligentia, s. qd non curauerat aliquis circuncidere istos. Sed dicendum, qd hoc non stat. Primo, quia si istud poneretur ad notandum negligentiam parentum, non ascriberet specialiter quibusdã, sed oibus Israelitis, quia de oibus dñ, neque aliquis eos in via circunciderat, & tñ Historia Scholastica non attribuit negligentiam omnibus, sed quibusdã; ergo non est illud conueniens motiuũ. Secundo, quia litera magis signat dictũ esse de omnibus natis in deserto, cum ait, populus autẽ, qd natus est in deserto p. quadraginta annos itinere latissimæ solitudinis incircuncisus fuit, & ita nemo natus fuit in deserto, qui circuncideretur, & additur, neque enim aliquis eos in via circunciderat, ergo non potest hoc induci pro quibusdã specialiter eorum signando ne-

gentiam, sed vel omnes ostenduntur negligentes, vel nullus. Tertio, quia neque omnibus potest imputari negligentia ex litera illa, quia si ad signandum negligentiam poneretur, esset cum quadam obiurgatione, tamen non est, sed plane legitur litera. Et debet accipi dictum, qd nemo eos circunciderat, ad ostendendum veritatem facti, & reddendum causam præcepti, quia Deus dixit Iosue generaliter, qd circuncideret filios Israel, quasi oes essent incircuncisi, nam nõ dixit: circuncide istos, vel illos, sed generaliter omnes. Ad ostendendum autem, quomodo omnes indigebant circuncisione, dicitur omnis populus qui natus est in deserto incircuncisus fuit, neque enim quisquam eos circunciderat. i. quia nullus fuit in deserto, qui circuncideret filios suos, manserunt omnes incircuncisi, & ita omnes egebant circuncisione, & Deus de omnibus dixit, qd circunciderentur.

Cum manserint Iudæi quadraginta annis in deserto in circuncisi, quare iussit Deus omnes circuncidi transire Iordane. Quæst. XX.

SEp dicitur cum toto tempore 40. annorum Deus passus fuerit in deserto manere Israelitas incircuncisos, quare nunc mandauit, qd circunciderentur? Aliquis dicit, qd hoc fuit, quia in deserto non obligabantur Iudæi ad obseruantiam legis, transito autem Iordane obligabantur: ideo cum nũc transierint Iordanem, debuerunt circuncidi. Hoc colligitur Deuter. 12. c. vbi dixit Moyses, qd in deserto faciebat quilibet, qd sibi rectum videbatur, & tamen nõ sic facturi essent, cum venirent ad hereditatem suam, quam transito Iordane haberent, & ideo erat nunc tẽpus obseruandi legem, & consequenter circuncidendi incircuncisos, cum prima cetera ritus Iudaici sit circuncisio. Sed dicendum, qd non stat. primo, quia non est verum, qd circuncisio in deserto omiffa fuerit, quasi tunc non obligaret, & postea ceperit obligare, sed quia erat causa multum virgens in deserto ad hoc, qd non fieret circuncisio, s. periculum parvulorum, & ideo non resumetur nunc, quasi nõ inciperet obligare, & non prius. Secundo, quia non est verũ, qd non obligabat lex in deserto, nam si lex non obligaret, nõ darentur penę transgressoribus legis, & tñ dabantur, qd qui blasphemauit nomen domini lapidatus est. Leui. 24. c. Etiam circa cetera ritualia illud erat, quia mandabat Deus, qd in deserto non colligerent ligna de agro. Exo. 16. c. & quidã et, quia inuentus est colligens ligna in sabbato lapidatus est. Numer. 15. c. ergo lex obligabat in deserto, & ita obligaret circuncisio.

An lex Moysi obligaret ad obseruantiam sui in deserto.

In lege Moysi, quæ præcepta obligabant Iudæos in deserto, & quæ non. Quæst. XXI.

CVm autem dicitur, qd non obligabat lex in deserto, sed faciebat quilibet quod sibi rectũ videbatur. Dicendum, qd non intelligitur de tota lege, sed solũ de quibusdã ceremoniis, s. de sacrificiis, & decimis, & primitiis, & hmõi. Nam ista non poterant seruari Israelitæ in deserto, eo qd non habebant ibi, quæ necessaria erant ad hoc. s. vinum, farinam, & thus, & quedam alia libamenta, quæ erant, quasi quedam necessaria condimenta sacrificiorum, Numer. 15. Cum autem essent in terra Chanaan, possent ista habere: ideo tñ possent seruare istas ceremonias, & obligarentur ad eas. Quantum ad cetera autem, quæ non requirebant sacrificia, neq; sacrificiorum apparatus, obligati erant Israelitæ in deserto in omnibus generibus præceptorũ. s. tñ in moralibus, quam ceremonialibus, & iudicialibus. De moralibus patet,

A Deut. 12. c. Prima, qd transissent iam Israelitæ Iordanẽ. Secunda, qd possiderent terram, quam Deus promiserat eis. Tertia, qd possiderent pacifice sine timore hostium. s. qd iam cessatum esset a bellis. Quarta, qd iã esset designatus locus in quo sanctuarium manere deberet. Et tñ nunc sola prima conditio extabat. s. quod Israelitæ transierant Iordanem. Alię autẽ nondum impletę erant. immo nec inchoatę, quia nondũ possidebant terram, nec pacem habebant, aut securitatẽ a bel- lis. immo nec adhuc inceperant bella contra Chanaanos, quę longo tempore postea durauerunt. j. 11. c. Etiam nondum fuerat positum sanctuarium dñi in vrbe aliqua terræ Chanaan, sed multo tempore post hoc factum est, qñ cessato a præliis tempore Iosue, & diuisa tota terra per sortes, cõuenit totus Israel, & posuit sanctuarium domini in Sylo. j. 18. c. ergo illa lex, quæ in deserto obligabat, etiam non obligaret, nunc quando Israelitæ transierunt Iordanem, & fuerunt in Galgalis. & ita si circuncisio non obligabat in deserto, nõ inciperet obligare statim transito Iordane. Quarto, quia etiam si verum esset, qd lex Moysi nõ obligaret in deserto, obligaret circuncisio, quia non erant eiusdem conditionis, cum neque pertinerent ad eandem legis dationem: ideo non est verũ, qd ideo nunc circuncisi fuerunt, quia nũc inciperet obligare de nouo, vel iterum circuncisio, & in deserto non obligasset.

Determinatio auctoris ad quæsitum de secunda circuncisione hic statuta a Deo, Et quare eam præceperit. Quæst. XXI.

DICENDVM ergo, qd Deus iussit nunc circuncisionem, & non prius, cũ essent Israelitæ in deserto. & hoc primo, quia Deus volebat, qd statim celebrarent phasẽ transito Iordane, sicut factũ est, vt patet in litera. tamen non poterat aliqs manducare phasẽ, nisi prius circuncideret Exod. 12. c. ideo vt oes possent manducare phasẽ, debuerunt omnes circuncidi, cum essent oes incircuncisi, vt patet in litera. Sed obijcietur, qd istud non virgeat, quia in toto deserto, nunquam aliquis circuncisus est, vt patet hic in litera, & tamen in deserto iussit Deus celebrari phasẽ Nume. 10. c. & non iussit ibi circuncisionẽ fieri ad manducandum phasẽ: ergo neque nunc mandaretur circuncisio propter celebrationem phasẽ. Dicendum, qd pp hoc fuit, vt non deesset aliqua cetera necessaria ad manducationem phasẽ, & in phasẽ celebrato in deserto in monte Synai, fuerunt seruatae omnes ceremonię necessarię, vt patet Nume. 9. c. s. faciant filij Israel phasẽ in tempore suo quartadecima mensis huius ad vespertũ, iuxta omnes ceremonias, & iustificationes eorum, & nõ solum fuerit obseruata ceremonia, quæ requirebantur ex parte ipsius agni paschalis, sed etiam omnes dispositiones, quę se tenebant ex parte manducantium. s. omnis munditia, & puritas requisiti. nam eo. c. dñ de duobus qui erant immundi, quia contigerant mortuum, an manducarent phasẽ, & respondit Deus, qd non manducarent tunc propter immunditiã, sed manducarent mensẽ sequenti quartadecima die mensis ad vespertũ, sed circuncisi esse erat ceremonia magis necessaria ad manducandum, quam quæcunq; munditia. Et de ista specialiter fit mentio. Exod. 12. cap. ergo ista seruaretur.

Cum autem obijciatur, qd Deus non iussit tunc fieri circuncisionem propter phasẽ. Dicendum, quod non fuit necessarium, quia omnes qui manducaturi erant I phasẽ,

patet, quia illa semper obligauerunt etiam antequam darentur Israelitis, & nõ est aliquis locus, aut tempus in quo obseruari non possunt, cum non exigat aliquas determinationes particulares, quæ non possint haberi vbique, & semper: & ita debet cessare aliquãdo obseruatio eorum. Item patet, quia si non obligaret moralia, non daretur pena violatoribus eorum: blasphemia autem est cõtra moralia præcepta, & punitus fuit in deserto blasphemus. Leuitic. 24. nam lapidatus est: ergo obligabat ibi moraliter. Etiam si quis velit cõputare obseruationem sabbati inter moralia in quantum est in decalogo præceptorum, adhuc dicemus, qd obligabat, quia lapidatus est, qui colligebat manna in sabbato. Num. 15. c. De iudicialibus etiam qd obligaret apparet, quia iudices in deserto audiebant semper causas inter Israelitas. nam Moyses a mane, vsq; ad vespertum audiebat causas populi, vt pater Exo. 18. c. certum est ergo, qd in procedendo, & sententiando seruarent aliqua præcepta, quia alias iudicia nulla essent, & tamẽ non est rationabile dici, qd seruarent aliquas leges, & non illas quas Deus dedisset: ergo oportet dici, qd seruarent præcepta iudicialia, & in illa iudicabant, & sic patet, qd iudicialia obligabant in deserto. De ceremoniis, qd obligaret apparet, quia præcepta de excludendo de castris leprosos, & de proiciendo immunditias: erant ceremonialia, & tñ ista seruabantur in deserto, nam leprosi iubebantur exire de castris. Leu. 14. c. Et ita seruatum est, quia qñ Maria soror Moysi incurrit plagam lepræ, eiccta fuit de castris, & mansit foras septem diebus. Num. 12. c. Etia de fluentibus sanguinem, & semen dñ, qd eijcerent eos extra castra. Nume. 5. c. & ita apparet, qd in deserto seruabatur ista lex, quæ ibi erant castra, & sic habetur intentio. nam si ista nõ obseruarentur in deserto, sed solum in terra Chanaan, non diceretur de eijciendo istos extra castra, sed solũ extra vrbes, vel populos. & tñ in omnibus legibus de purificationibus dñ de castris. Fuit ergo intentio Dei, qd ista seruarentur in deserto, ubi erant castra, & ita dato, qd obligarent ad obseruationem sui in terra Chanaan, directius obligabatur in deserto. Et ita apparet de omnibus præceptis legis, qd omnia obligabant in deserto, & obseruabantur alia, nisi quedam ceremonialia de sacrificijs, & decimis, aliisque dependentibus ex his, quæ in deserto non poterant seruari, tam propter motus castrorum, quam etiam propter nõ esse in deserto materiam, quæ ad hoc requirebatur. & ita circuncisio, quæ non requirit materiam, quæ non possit haberi in deserto, obligaret in deserto.

Falsum est dicere, quod lex non obligat in deserto. Et quod erant quatuor conditiones requisitæ ad hoc, quod lex obligaret. Quæst. XXII.

TERCIO quantum ad principale dicendum, qd illa solutio non tenebat, cum dicebatur, qd in deserto non obligaret lex, & transito Iordane obligaret. Quia istud non est verũ: nam illa lex, quæ non obligabat in deserto, et nõ obligabat transito Iordane: sed solum obligaret, postquam transito Iordane possiderent Israelitæ terram pacifice, quæ eis Deus daturus esset, & esset sanctuarium dñi positũ in aliquo loco quem Deus elegisset. sic pater Deu. 12. cap. s. transibitis Iordanem, & habitabitis terram, quã dñs Deus vester daturus est vobis, vt regeratis a cunctis hostibus per circuitum, & absque vilo timore habitetis in loco quem dñs Deus vester daturus est vobis, vt sit nomen eius in eo. illuc oia, qd præcipio confertis holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuũ vestrarum. Et ita requirebantur, quatuor cõditiones ad hoc, quod inciperet lex illa obligare, de qua Alph. Test. super Iosue.

phafe, erant circuncisi, nam illud phafe factum fuit anno secundo ab exitu de Aegypto. nam factum est in monte Synai mense primo, quartadecima mensis. Num. 9. & in secundo mense, anni secundi, die decimo mensis recesserunt hi Israelitae de monte Synai. Num. 10. c. & ita pascha quod prius fuit, Nume. 9. fuit mense primo, anni istius secundi. Ex quo sequitur, quod erat vnus annus integer quo recesserant de Aegypto: nam in die phafe, scilicet quartodecimo ad noctem, vel quintodecimo in aurora recesserunt Israelitae de Aegypto. Exo. 12. & Num. 33. cap. & sic transferat solum vnus annus integer a die exitus de Aegypto, vsq; ad diem quo celebratum est phafe. Ex quo patet, quod non erat necessaria circuncisio, tunc quia omnes, qui exierunt de Aegypto circuncisi erant, sicut dicitur hic in litera. scilicet omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vnuerſi bellatores mortui sunt in deserto per longissimos viae circuitus, qui omnes circuncisi erant, & tamen illi manducare poterat phafe. Relinquebantur illi soli, qui nati fuerant in deserto. nam isti non erant circuncisi, quia nemo in deserto circuncisus est, vt patet hic in litera, sed illi non poterant comedere etiam si circuncisi essent, quia erant paruuli, nondum vnus anni: ideo pro istis non fuit conueniens, quod Deus iuberet fieri circuncisionem: si tamen essent ibi aliqui viri nondum circuncisi, cerum est, quod Deus iussisset illos circuncidi ad hoc, quod manducarent phafe, sed nunc cum transitu Iordane celebratur essent phafe, erat totus populus incircuncisus, quia per 40. annos nemo circuncisus fuerat inter Israelitas, vt patet hic in litera, ergo opus erat, quod omnes circunciderentur, & ita factum est.

Secunda causa principalis eiusdem quaestii, cur scilicet hic fuerit praecipua secunda circuncisio.
Quaest. XXIIII.

ALIA causa circuncisionis fuit nunc, quia licet Israelitae non obligarentur nunc ad totam legem, sed solum ad illud ad quod obligabantur in deserto, quia nondum possidebant terram pacifice, neque erat locatum sanctuarii in aliqua vrbe, vt ostendimus supra. q. 2. tamē Deus voluit, quod inciperet aliquid obseruare de eo, quod prius non obseruabant in deserto, quia intrabant nunc in terram illam in qua lex seruanda erat, quando in ipsa pax haberetur. Et hoc non erat inconueniens, quia sic fecit Deus in deserto in monte Synai. nam ibi data fuit rota lex, Exod. 19. & 20. & Deu. 4. & 5. & non erat lex ista quantum ad se totam, scilicet quantum ad sacrificia, & festiuitates obseruanda in deserto, sed quilibet faciebat quod sibi rectum videbatur, Deute. 12. cap. Et tamen voluit Deus, quod in principio quando data fuit lex ista in monte Synai, tota inciperet obseruari, & ita facta sunt sacrificia, & obseruatum est phafe, Leui. 8. & 9. & Nu. 9. c. & 7. Postquam autem recesserunt Israelitae de monte Synai, neque fuerunt facta sacrificia, neque obseruatae festiuitates aliquae, sed vnusquisque faciebat, quod sibi rectum videbatur, Deut. 12. c. Ita ergo voluit Deus in introitu in terram Chanaan transitu Iordane, quod fieret. nam in terra illa obseruanda erat lex, licet non posset statim obseruari. Ideo statim, vt transferant Israelitae Iordanem, voluit Deus, quod inciperent totam legem obseruare, licet postea non obseruaturi essent eam. Vnde nunc iussit Deus, quod circunciderentur, & facerent phafe, quia erat tempus faciendi illud. & non occurrebant aliqua alia seruanda, quia aliter etiam illa iussisset, & ista obseruata fuerunt in Galgalis, sed postea cum inciperent pugnare Israelitae contra Chanaanos, non obseruabant totam legem,

scilicet quantum ad sacrificia, & festiuitates, & decimas, & primitias, & huiusmodi, quousque data pace locauerunt tabernaculum Domini in Sylo, infra 18. Nam tunc ceperunt obseruare totam legem, ista tamē parua obseruatio facta in Galgalis, & statim post transitu Iordanis fuit quaedam protestatio, quod in terra illa, quae erat transitu Iordane, obseruanda erat lex Dei.

Tertia adhuc causa est praecipua, quare circuncisionem iussit Deus fieri statim post Iordanem. Quaest. XXV.

ET licet due cause praecedentes vere sint, quare circuncisionem iussit Deus fieri statim post Iordanem, tamen causa tertia est praecipua, scilicet quod circuncisio erat ceremonia multum necessaria in statu, & ipsa erat prima omnium per quam est introitus ad statum, & professionem Iudaicam, sicut per baptismum est introitus ad professionem Christianam. Et data fuit ante totam legem, quia non fuit data Moyſi, sed Abrahae, & obseruatio eius erat sub magna poena, scilicet quod masculus cuius preputij caro non esset circuncisa periret de populo suo. Gen. 17. c. Ideo debebat semper obseruari. In deserto autem non potuit obseruari propter periculum paruulorum, vt ostensum est supra q. 16. & illa causa erat summe necessaria contra quam non obligabat aliqua caeremonia legis: ideo cessante causa illa, scilicet periculo paruulorum, debuit rursus obseruari. ideo debebant circuncidi. Praedicta patet, quia periculum paruulorum, in deserto si circunciderent erat propter incertitudinem motus, quia mouebantur Israelitae ad motum columnae nubis. Exo. 40. & Num. 9. c. & si contingeret nubem moueri quando erat aliquis nouiter circuncisus, oportebat portari illum per viam, quia omnes sequebantur nubem, & tamen erat periculum mortis noniter circuncisio si moueretur itinerando: ideo non circuncidebat tunc aliquis, quia omnibus erat incertus motus nubis. Sed nunc transitu Iordane, non erat istud periculum, quia non mouebantur Israelitae itinerando ad motum nubis. nam post transitum Iordanis non fuerant Israelitae directi a nube, immo ante transitum Iordanis cessauit, quod patet, quia iussit Deus, quod iam arca dirigeret Israelitas in via. 3. cap. motus autem arcae non erat dubius, quia fiebat per homines, & non per angelum, sicut motus columnae nubis. Ideo non erat periculum circuncidi cum arca praecederet: erat autem periculum circuncidi, quando columna nubis praecedebat. Secundo, quia quando manebat Israelitae in deserto, licet non semper actualiter mouerentur, tamen erant semper in statu viatorum. transitu autem Iordane, non erant iam viatores, quia non erant ad aliam terram ituri, sed in illa mansuri: ergo cum esset locus quietis, poterant paruuli sine periculo circuncidi. Sed obijcietur, quod nec esse possent sine periculo circuncisi, quia licet non itineraturi essent ad aliam regionem, processuri tamen erant per terram Chanaan faciendos bella contra Chanaanos, & ita redit id quod prius.

Dicendum, quod non stat, quia in terra Chanaan iam nunquam mouerent paruuli itinerando, sed semper manerent securi in castris. Quia modus fuit iste cum transferunt Iordanem, fixerunt castra in Galgalis, vt praecedenti c. & hic, & cum bella agenda essent, procedebant viri soli bellatores de castris, vel omnes, vel quaedam pars ipsorum: reliqua autem multitudo, tam mulierum, & paruulorum, quam virorum manebant semper in castris Galgalae, & ita non erat aliquod periculum circuncisionis, cum non mouerentur circuncisi, & ista fuit causa praecipua quare circuncisi fuerunt statim transitu Iordane, scilicet, quia toto tempore quo fuerunt ante Iordanem erant sub incertitudine motus, erantque viatores.

viatores: transitu autem Iordane cessauit motus castrorum, sed non bellatorum: ideo fuit plena securitas tunc, & nunquam prius.

An hic in Galgalis quando nunc fuerunt circuncisi omnes Israelitae, etiam fuerint nunc circuncisi viri de duabus tribubus, & dimidia. Et arguitur quod non.
Quaest. XXVI.

SE D quæretur an nunc, quando insit Deus fieri circuncisionem, fuerint circuncisi omnes viri de duabus tribubus, & dimidia. nam de noue tribubus, & dimidia nullum dubium est, cum essent nunc cum Iosue. Aliquis dicit, quod non fuerunt circuncisi. Primo, quia ista circuncisio fuit facta in Galgalis, & ibi sepulta sunt praepudia in colle praepudiorum, vt patet hic in litera, & tamen non erant in Galgalis duae tribus & dimidia, quia manserant ad orientem Iordanis in terra duorum regum Amorrhæorum. Num. 32. & supra primo capit. ergo non fuerunt circuncisi. Secundo patet, quia ista circuncisio facta fuit per Iosue, quia Deus iussit ei, quod circuncideret filios Israel, & tamen non erant duae tribus & dimidia cum Iosue, sed in terris habitationum suarum: ergo non fuerunt circuncisi per Iosue. Tertio, quia ista circuncisio facta fuit die vndecimo, & duodecimo, atque tredecimo mensis primi, vel in aliquo istorum, sed in his diebus non potuerunt esse praesentes viri de duabus tribubus, & dimidia: ergo non fuerunt circuncisi. Primum istorum patet, quia transitu Iordanis fuit die decimo mensis primi, praecedenti cap. phafe autem fuit celebratum die quartodecimo mensis eiusdem, vt patet infra in litera, sed circuncisio fuit post transitum Iordanis, cum fuerit facta in Galgalis, vt patet hic in litera. ergo fuit post diem decimum. etiam fuit necessario ante diem quartumdecimum, quia illo die fuit celebratum phafe, vt patet hic in litera. & tamen circuncisio quaedam dispositione praui necessaria in illis, qui manducaturi erant phafe: manent autem intermedij dies vndecimus, duodecimus, & tredecimus mensis eiusdem primi. ideo in aliquo istorum, vel in ipsis tribus facta est ista circuncisio. Secundum patet, quod non poterant praesentes esse viri de duabus tribubus & dimidia, quia non poterant vocari, vt tam cito venirent. nam praecipuum de circuncisione faciendâ videretur datum fuisse Iosue die vndecimo mensis, quia datum fuit in Galgalis, & tamen venerunt Israelitae in Galgalis die decimo mensis primi, praecedenti cap. & circuncisio facta est in ipso die, aut in duodecimo, vel tredecimo, quia necesse fuit fieri ante quartumdecimum, vt ostensum est hic, ergo non possent conuocari duae tribus & dimidia, qui erant dispersi per ciuitates suas in tota terra duorum regum Amorrhæorum. Num. 32. c. vt venirent statim omnes viri, & paruuli: ergo non fuerunt nunc circuncisi masculi de duabus tribubus & dimidia.

Arguit pro parte affirmatiua antecedentis quaestii. Et quod viri de duabus tribubus & dimidia, tam qui manserunt intra Iordanem, quam qui erant in Galgalis fuerunt circuncisi. Quaest. XXVII.

ALIV dicunt, quod fuerunt circuncisi viri de duabus tribubus & dimidia, quia erant nunc cum Iosue viri de duabus tribubus & dimidia. nam illi praecesserunt ceteros in transitu Iordanis praecedenti cap. ergo ipsi cum ceteris circunciderentur hic. Dicendum, quod de duabus tribubus & dimidia, soli quadraginta milia virorum transferunt nunc cum Iosue, & reliquo Israel, vt patet praecedenti

ti cap. ceteri autem viri bellatores, & paruuli manserunt in terra sua ante Iordanem, vt colligitur s. 1. & j. 22. c. De quadraginta millibus virorum qui transferunt Iordanem, & erant nunc cum Iosue in Galgalis, non est dubium quin circuncisi fuerint. omnes illi de eis, qui nati fuerant in deserto, & erant incircuncisi, & tamen de illis qui non transferunt Iordanem, sed manserunt in terra duorum regum Amorrhæorum, est dubium an fuerint circuncisi nunc. Dicendum, quod non debet dubitari, an circuncisi fuerint illi, immo asserendum est, quod tam illi qui erant nunc in Galgalis, quam illi qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum, circuncisi fuerunt. Primo, quia istud mandatum videretur datum de omnibus. nam dixit Deus ad Iosue, circuncide secundo filios Israel, & ita generaliter dixit, ac si diceret circuncide omnes filios Israel, qui incircuncisi sunt, & non dixit: circuncide istos qui tecum sunt. ergo etiam qui erant in terra Amorrhæorum, cum essent de filiis Israel, circuncisi sunt. Secundo videretur hoc innui ex causa, quae redditur in litera pro circuncisione. nam dicitur omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vnuerſi bellatores mortui sunt in deserto, qui omnes circuncisi erant. populus autem qui natus est in deserto per 40. annos latissimi solitudinis incircuncisus fuit, quia neque aliquis eos in via circunciderat, & ita de omnibus Israelitis natis in deserto loquitur qui erant incircuncisi. ergo videretur velle reddere causam, quod omnes fuerint circuncisi. Tertio patet, quia Israelitae erant eadem gens, & habebant eandem legem, atque obligabantur ad eadem praecipua, cum omnes accepissent legem in monte. ideo posuerunt ibi duodecim titulos, pro duodecim tribubus Israel. Exo. 24. c. Circuncisio autem erat, quae maxime obligabat, tanquam prima, & fundamentalis caeremonia, quae omnia fuerat in deserto ex causa necessaria, vt ostensum est supra q. 16. Nunc vero cessante illa causa, iubeat Deus obseruari circuncisionem. ergo omnes illi qui prius obligati erant ad illam, & in quibus cessabat causa omissionis rursus obligabantur seruare illam. omnes tamen Israelitae tenebant ad circuncisionem, cum essent de stirpe Abraham. Gen. 17. & omnibus his data fuit haec lex, quae erat fundamentum totius legis, sicut dicit Apostolus ad Galat. 5. c. quod qui se circuncidit debitor est vnuerſe legis seruandae. ergo duae tribus, & dimidia tenebantur ad circuncisionem, cum cessabat in illis causa omissionis circuncisionis: sicut in alijs nouem tribubus, & dimidia. incertitudo motus columnae nubis, & periculum paruulorum. immo in istis duabus tribubus, & dimidia magis cessabat ista causa, quam in alijs Israelitis, quia isti erant iam in vrbus suis, quas possidebant pacifice ad Orientem Iordanis. Nume. 32. c. ergo isti circunciderentur nunc, sicut & aliae nouem tribus, & dimidia. Quarto, quia si isti non circunciderentur nunc, quando alij Israelitae signarent se, viderent non pertinere ad eundem Deum, neque ad eandem legem, eundemque ritum colendi, & tamen hoc abominabantur valde duae tribus & dimidia, & ob hoc fecerunt altare magnum apud tumulos Iordanis, vt maneret in testimonium, & non possent dicere filij nouem tribuum, & dimidia filij duarum tribuum, & dimidia, quod non habebant partem in Deo Israel, j. 22. c. ergo nunc et si non maderetur alijs Israelitis circuncidi, ipsi se circunciderent: ne viderentur pertinere ad alium Deum, & aliam gentem. Quinto, quia 40. milia virorum de duabus tribubus, & dimidia, qui transferunt Iordanem cum Iosue, & reliquo Israel, circuncisi fuerunt per Iosue, vt dictum fuit. Ergo ceteri de duabus tribubus & dimidia, qui manebant in terra duorum regum Amorrhæorum, qui erant filij, & fratres istorum et circunciderent, quia alias viderent valde absurdum.

An parvuli, & alij qui remanserunt intra Iordanem, fuerunt circumcisi eodem loco, & tempore, quo alij. Quæst. XXVIII.

EST dicendum de masculis duarum tribuum & dimidiæ, qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum, q non est dubium, quin omnes circumcisi fuerint, postquã Deus istud præcepit Iosue, & tamen an circumcisi fuerint statim. Ieo tempore quo alij, & in eodem loco, est dubium. Dicendum autem videtur, q non fuerint circumcisi statim, neque in eodem loco: sed Deus dedit istud mandatum Iosue in Galgalis, & ibi statim circumcisi sunt ante diem quartumdecimum mensis primi, omnes de nouem tribubus, & dimidia, qui erant in circumcisi, & cum eis. 40. nulla virorum de duabus tribubus, & dimidia, qui cõ Iosue erãt, & post hoc nunciauerunt istud omnibus viris de duabus tribubus, & dimidia, qui erant in terra duorũ regum Amorrhæorum, quomodo Deus istud iussisset, & q ipsi quoque circumciderentur, quod statim illi fecerunt per totam terram suam. Et secundum hoc potest responderi ad rationes factas infra q. 26. Ad primam cum dicitur, q illi non fuerint circumcisi, quia illa circumcisio fuit facta in Galgalis. Dicendũ, q masculi de duabus tribubus, & dimidia circumcisi fuerunt, sicut oēs alij, & tñ non fuerunt circumcisi in Galgalis, sed in terra sua, & vrbibus suis: neque oportebat, q conuenirent in aliquem locum ad hoc, q ibi circumciderentur in terra duorum regũ Amorrhæorum, sed ibi quilibet in loco suo circumcideretur missõ mandato per Iosue. Ad secundũ dicendum, quod ista circumcisio facta fuit per Iosue, non quidem, quod Deus iussisset circumcidere oēs Israelitas manu sua, quia forte nullum circumcidit. immo nec fieri poterat, quia oportebat expectari longo tempore si hoc per se facturus esset Iosue, cũ esset tanta multitudo incircuncisorum, sed quicumque indifferenter circumcidere poterat alterum, ita vt intra vnã diem, vel quasi posset hoc totum compleri. Dicebatur tamen circumcidere Iosue Israelitas, quia eo iubente, & auctore circumcidebantur, & in Israelita de duabus tribubus, & dimidia, qui in terra duorũ regũ Amorrhæorum erant, dicuntur circumcisi per Iosue, sicut ceteri, s. quia Iosue mandante circumcisi sunt, missõ mandato in terram eorum. Ad tertium concedendum est totũ, quod dicitur. s. q non circumcisi fuerunt masculi de duabus tribubus, & dimidia eo tempore, quo alia nouem tribus, & dimidia, quia ista nouem & dimidia, cum essent in Galgalis cum Iosue, potuerunt circumcidi ipso die quo datum est mandatum de circumcidẽdo. s. die vndecimo, mensis primi. Ad masculos autem de duabus tribubus, & dimidia, qui erant dispersi per vrbes, & loca terræ duorum regum Amorrhæorum, non potuit ita cito perferri mandatum, neque ita cito tradi executioni. Sed dicendum, q facta circumcisio in Galgalis annunciatum fuit in totã terra duorum regum Amorrhæorum, & tunc omnes masculi qui incircuncisi erant, circumcisi fuerunt.

An viri de duabus tribubus, & dimidia, qui erant in terra Amorrhæorum obligabantur ad celebrandum nunc phasẽ, & an liceret eis celebrare in terra sua. Quæstio. XXXIX.

CASIONE præcedentium cum dictum fuerit, q viri de duabus tribubus, & dimidia circumcisi fuerunt, licet non in Galgalis, sed in terra sua, eo q illi qui in Galgalis erant cum Iosue circumcisi fuerunt, est dubium, an sicut celebrauerunt phasẽ, qui erant in Galgalis, celebrarent

etiam phasẽ qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum. Aliquis dicit, quod nõ est dubium, quæ eadẽ rationes manent ad illud, quæ manebant ad circumcisionem faciendam. Et primo, quia præceptum de faciẽdo phasẽ, erat datum omnibus Israelitis, quia erat præceptum legis Moyssi, quæ obligabat omnes duodecim tribus, & tamen qui erant in terra duorum regum Amorrhæorum, erant de duodecim tribubus: ideo obligabantur, & patet de hoc Num. 9. c. l. si quis non fecerit phasẽ, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium non obtulit domino tempore suo, peccatum suum portabit ipse. peregrinus quoq, & advena si fuerit apud vos faciet phasẽ domino, iuxta caremonias, & iustificationes eius. præceptũ idẽ erit apud vos, tam advena, quam indigena. Secundo, quia tota erat eadẽ gens, & debebat sequi eadẽ caremonias, quia habebat eundem Deum, & sub eadẽ lege. ideo etiam si viris de duabus tribubus, & dimidia non iuberetur facere phasẽ, si ipsi scirent, quod viri de aliis tribubus celebrabant phasẽ in Galgalis, ipsi quoque celebrarent in terra duorum regum Amorrhæorum, quæ erat terra sua, vt non posset dici alieni a reliquo Israel, & non habere partem in Deo Israel, infra 22. c. Tertio, quia quadraginta millia virorum de duabus tribubus, & dimidia, qui erant cum Iosue in Galgalis, celebrauerunt ibi cum reliquis phasẽ. ergo illi qui manebãt in terra duorum regum Amorrhæorum, cum essent filii, & fratres istorum, sequerentur caremonias illorum, & facerent phasẽ, sicut ipsi.

Determinatio auctoris super quæstio præcedenti. Et quod qui erant in terra duorum regum non celebrauerunt nunc phasẽ celebrantibus alijs in Galgalis propter septem rationes. Quæst. XXX.

DICENDUM, quod Israelitæ de duabus tribubus, & dimidia, qui manebant in terra duorum regum Amorrhæorum, non celebrauerunt nunc phasẽ celebrantibus alijs in Galgalis. Et patet primo, quia scriptura videt innumerum solum de illis qui erant in Galgalis, q celebrauerunt phasẽ, & non de alijs. nam dicitur infra in Ista. manserunt filii Israel in Galgalis, & fecerunt phasẽ quartadecima die mensis, ad vesperum, & sic solũ de Galgalis innuit, quod ibi fuerit factum phasẽ. non ergo in terra Amorrhæorum. Secundo, quia dicitur, fecerunt phasẽ die quartodecimo in campetribus Iericho. & ita qui in illis campetribus erant, signant fecisse phasẽ, & non alii: sed duæ tribus, & dimidia non erant in campetribus Iericho, sed in terra duorũ regũ Amorrhæorum, ergo non celebrauerunt phasẽ. Tertio, quia additur ibi in litera, & comederunt de frugibus terræ Chanaan. & ponitur istud ad signandum opportunitatem ad faciendum phasẽ. s. quia habebant fruges ad faciendum panes azymos. dicitur tamen de frugibus terræ Chanaan, sed terra duorum regum Amorrhæorum non vocatur terra Chanaan, sed solum illa, quæ est ad occidentem Iordanis, vt colligitur. Gene. 10. & infra 13. & 14. c. ergo signatur solum celebratam phasẽ in Galgalis, quæ erat in terra Chanaan. Quarto, quia non videtur quare vellent duæ tribus, & dimidia in terra duorum regum Amorrhæorum celebrare phasẽ. Et non est simile de circumcisioe facta a nouem tribubus, & dimidia, quam imitate fuerunt duæ tribus & dimidia. Primo, quia de circumcisioe fuit datum mandatum per Iosue, & ideo obligabat. de celebratione autem phasẽ non fuit datum mandatum aliquod, sed videtur sponte facta, quia dicitur in litera, q celebrauerunt phasẽ filii Israel: ideo circumcisionem, tanquam necessariam assumerent, celebrationem autem phasẽ

phasẽ velut spontaneam, & non necessariam nõ imitarentur. Secundo, quia videbatur illud mandatum datum Iosue extendi ad viros duarum tribuum, & dimidiæ habitantes in terra duorum regum Amorrhæorũ, cum dictum fuerit ei, circumcide filios Israel, & tamẽ illi erant filij Israel. De celebratione aut phasẽ nullum mandatum fuerat nunc datum, quod ad istos, vel ad alios solum extenderetur, nõ non erat simile. Tertio, quia ista duo inter seipsa nõ erant equalia, quia magis obligabat circumcisio Israelitas, & magis sine limitatione, & additione aliqua, quam celebratio phasẽ. ideo licet in vno imitarentur, non facerent in alio.

phasẽ velut spontaneam, & non necessariam nõ imitarentur. Secundo, quia videbatur illud mandatum datum Iosue extendi ad viros duarum tribuum, & dimidiæ habitantes in terra duorum regum Amorrhæorũ, cum dictum fuerit ei, circumcide filios Israel, & tamẽ illi erant filij Israel. De celebratione aut phasẽ nullum mandatum fuerat nunc datum, quod ad istos, vel ad alios solum extenderetur, nõ non erat simile. Tertio, quia ista duo inter seipsa nõ erant equalia, quia magis obligabat circumcisio Israelitas, & magis sine limitatione, & additione aliqua, quam celebratio phasẽ. ideo licet in vno imitarentur, non facerent in alio.

Quinta, & sexta, & septima ratio principalis ad quæstum antecedens. Quæst. XXXI.

A DHUC autem quantum ad principale videtur, q non possent viri de duabus tribubus, & dimidia in terra duorũ regũ Amorrhæorum celebrare phasẽ, quia phasẽ celebratur determinato tempore, & non alio. s. die quartodecimo, mensis primi ad vesperum. Exo. 12. & Leuitic. 23. c. & tamen hoc tempore non potuerunt illi celebrare, quia si illi celebrarent, hoc esset, quia viderent, q celebrabat phasẽ qui erant in Galgalis, sed illi celebrauerunt die quartodecimo mensis, vt patet infra in litera, & ita quando alij de hoc audirent, iam esset præteritum tempus celebrandi, & non possent celebrare. Idem esset si celebrare vellent admonere Iosue. ille enim voluit celebrare phasẽ, postquam fuit in Galgalis, sed postquam ibi fuit, non fuit tempus annunciandi manentibus in terra Amorrhæorum, quia die decimo, mensis primi castrametati fuerunt Israelitæ in Galgalis, præc. c. & phasẽ fuit celebratum die quartodecimo, & sic interim non esset tempus annunciandi eis, vt illi possent se disponere ad celebrandum phasẽ. Potissime, quia iam erant 39. anni, q non celebrauerunt phasẽ. s. anno secũdo ab exitu de Aegypto in monte Synai. Num. 9. c. De circumcisioe nõ fuit sic, quia illa non requirebat nunc certum tempus, sed poterat fieri quacunque die. ideo postquam viri de duabus tribubus, & dimidia audierunt, q reliqui Israelitæ, qui erant in Galgalis circumcisi fuerant, ipsi quoque circumcisi fuerunt. Prædictæ rationes sunt probabiles ad ostendendum, q duæ tribus, & dimidia non celebrauerunt phasẽ, sed si quis velit proteruire non concluderent. sunt autem aliæ duæ, quæ illud necessario probant. Est autem sexta, quia nemo potest celebrare phasẽ, nisi fuerit circumcissus. Exo. 12. c. & tamen viri de duabus tribubus, & dimidia in terra Amorrhæorum, non erant circumcisi, ergo non poterant celebrare phasẽ. Hoc patet, quia isti viri circumcisi fuerunt quando audierunt, q alij fuerant circumcisi in Galgalis, sed qui erant in Galgalis fuerunt circumcisi die vndecimo, & duodecimo, & celebrauerunt phasẽ die quartodecimo. non potuit autem peruenire istud tam cito ad omnes habitantes in terra Amorrhæorũ, ita vt possent circumcidi ante diem quartumdecimũ, cum mandatum de circumcidendo in Galgalis fuerit datum die vndecimo, & tamen celebrandũ erat phasẽ die quartodecimo, & qui ante illum diem nõ esset circumcissus, non poterat celebrare phasẽ. ergo nõ potuerunt isti de duabus tribubus, & dimidia esse circumcisi ad hoc, q celebrarent phasẽ, quia post diem quartumdecimum nõ poterant celebrare, etiam si postea circumciderentur. Septima ratio, & adhuc magis conuincens, quia dato, q duæ tribus, & dimidia habitantes in terra Amorrhæorum essent circumcisi, & mundi, & nullum impedimentum habentes ad celebrationem phasẽ, non licebat eis celebrare phasẽ: sed pecca-

rent valde si facerent, quia phasẽ non poterant celebrare in quocunque loco, sed solum in loco quem dominus elegerat, vt esset ibi sanctuarium eius. Deuter. 16. c. & tñ in terra Amorrhæorum nõ erat sanctuarium domini. ideo neque in omnibus, neque in aliqua vrbe terræ illius poterat nunc celebrari phasẽ, poterat autem celebrari in Galgalis, quia ibi erat nunc arca domini, & totum sanctuarium. ideo licite poterat ibi fieri phasẽ, & quæcunq, sacrificia, & celebrari quæcunque festiuitates.

Distinctio eiusdem quæstio præcedentis, & determinatio redeundo simul ad argumenta posita supra q. 29. & primo ad primam. Quæst. XXXII.

DICENDUM ergo, q si queratur de quadraginta millibus virorum, qui erant de duabus tribubus, & dimidia, nunc cum Iosue in Galgalis, an celebrauerint phasẽ, concedendum est, q sic. Si vero queratur de viris, & foeminis harum duarum tribuum, & dimidiæ manentibus in terra duorum regum Amorrhæorum an celebrauerint phasẽ nunc. Dicendum, quod nec nũc, nec postea in mense secundo, quia non licebat eis, cũ essent extra locum sanctuarij. Et ita potest responderi ad rationes in contrarium positas supra q. 29. ad primã, cũ dicitur, q præceptum de celebrando phasẽ erat commune omnibus duodecim tribubus. concedendum est, & tamen non ideo sequitur, q tenerentur qui manebant in terra duorum regum Amorrhæorum, quia ad celebrandum phasẽ requirebantur multe dispositiones, & quæcunque illarum deficeret, non licebat celebrari phasẽ. Erat vna, quod esset quis circumcissus. Exo. 12. c. & tamen isti non potuerunt esse circumcisi, vsque ad diem quartumdecimum, quando celebrandum erat phasẽ, vt ostensum est præceden. q. ideo non licebat celebrare. Alia dispositio erat, q celebrans esset in loco sanctuarij. Deut. 16. & hoc q phasẽ erat sacrificium. Nu. 9. s. quia agnus paschalis immolabatur, & nõ poterat fieri immolatio, nisi in altari holocaustorum. Leui. 17. & Deuter. 12. c. & 7. 22. ideo oportebat omnes celebrantes phasẽ esse in loco sanctuarij. Et ob hoc Num. 9. c. iubetur, q omnes Israelitæ, & advena, qui erant inter eos celebrarent domino phasẽ tempore suo. s. die quartadecima, mensis primi ad vesperum. Et excipiuntur duo casus. s. si quis esset immundus, quia tetigerat immundum, vel ob aliã causã immunditiã, aut si quis esset in itinere procul. & tamen istud secundum nõ poneretur, si liceret in quolibet loco celebrare phasẽ. ideo innuit in solo loco sanctuarij immolandum, atque manducandum esse phasẽ, sed duæ tribus, & dimidia non erant nũc in loco sanctuarij, sed in terra duorum regum Amorrhæorum. ideo non obligabantur celebrare phasẽ: immo non licebat eis celebrare etiam si vellent.

An teneantur illi de duabus tribubus, & dimidia, qui remanserunt in terra duorum regum venire in Galgalis ad celebrandum phasẽ cum eis non liceret in terra sua celebrare. Quæst. XXXIII.

ED manet nunc dubium, cum non liceret illis duabus tribubus, & dimidiæ celebrare phasẽ in terra duorum regum Amorrhæorum, an tenerent venire in Galgalam ad celebrandum ibi phasẽ. Aliquis dicit, q sic, quia obligabantur Israelitæ ter in anno venire omnes masculi in locũ sanctuarij ad celebrationem trium festorum, & præcipuum erat festum phasẽ. Exo. 23. & 34. c. nunc autem erat prima illorum festorum. s. phasẽ, & erat sanctuarium domini in

in Galgalam, ergo obligabantur illuc ire. Dicendū, q̄ vni de duabus tribubus, & dimidia non obligabantur nunc venire in Galgalam ad celebrandum phafe.

Primo, quia nō erat notum, an talis celebratio futura erat, quia ante hoc nunquam fuerant soliti Israelitę celebrare phafe, quia solum bis celebrauerant, scilicet semel in Aegypto in nocte illa qua egressuri fuerunt inde, vt patet Exo. 12. & Nume. 33. c. & secundo celebrauerunt in monte Synai anno secundo ab exitu de Aegypto. Nume. 9. & 10. ca. manserunt autem postea triginta nouem annis in deserto non celebrantes phafe, neque faciētes aliquas cęrimonias sacrificiorum: nunc autem quasi ex accidenti celebratum est tertio phafe in Galgalis: & quia istud non fuit p̄nunciatū, q̄ deberet celebrari, & Israelitę essent disuerti ab ista celebratione, non obligabantur venire ad celebrandū in Galgalam: nam non potuerunt scire, qui erant in terra Amorrhęorum, an celebrandum esset phafe: & Iosue nō potuit p̄monere eos ante transitum Iordanis, quia Iosue tunc nesciebat an celebrandum esset phafe. & patet hoc, quia non licebat Iudęis celebrare phafe cum manerent incircuncisi. & tamen Iosue non sciebat, an circuncidendi essent, quousq; fuit in Galgalis, & ibi iussit ei Deus, quod circuncideret filios Israel, ergo ante diem vndecimum, mensis primi, in quo fuit datum mandatum de circuncidendo, vt s̄, ostensum est, non potuit scire Iosue, an phafe celebrandum esset, & ita non potuit p̄monere ante transitū Iordanis Israelitas manentes in terra duorum regum Amorrhęorum, vt venirent in Galgalam ad celebrandum phafe.

Secundo, quia etiam si vellent venire, & celebrare non possent obstante Iordane, quia illi habitabant ad partem orientalem Iordanis, supra primo c. Num. 32. & ideo ad veniendum in Galgalam oportebat transire Iordanem, sed Iordanis nūc intumuerat, supra 3. c. ita vt Israelitę non potuerint transire sine miraculo, ergo si non transiret cum eis illę duę tribus, & dimidia non possent transire postea. Quia isti transierunt die decimo, mensis primi, p̄ceden. c. & celebratum est phafe die quartodecimo, ideo qui transaturi essent ad phafe, oportebat, quod transirent tunc, vel ad plus tribus diebus post. & tamen tunc adhuc esset imperus magnus Iordanis, & non esset fluuius transibilis: ideo non possent transire, nisi transuissent simul cum aliis Israelitis, sed cum illis non transierunt, quia solū transuerunt 40. millia virorum, de his duabus tribubus, & dimidia p̄ced. c. ergo non potuerunt transire Iordanem reliqui ad celebrandum phafe.

Tertio, quia videbat p̄intentionē Moyfi, & Iosue, q̄ illi venirent nunc ad celebrandū phafe. nā Moyfes concessit illis duabus tribubus, & dimidia terrā duorum regum Amorrhęorū, vt ibi manerent, & solū viri bellatores de eis transirent Iordanem cū aliis tribubus ad obtinendū terrā Chanaan. Num. 32. c. & istud fuerat paucō tpe ante transitū Iordanis. deinde Iosue eū transaturi essent Israelitę Iordanē, cōcessit duabus tribubus, & dimidia, q̄ aliqui de ipsis manerent in terra ad defensionem ipsius contra hostes. solū autē 40. millia virorum de ipsis transierunt Iordanem cum aliis tribubus, supra 7. c. ergo videtur, q̄ oibus aliis mandabat Iosue manere in terra illa, & sic non venturi erant in Galgalam ad celebrandum phafe.

Ac essent hic obligati ex lege Israelitę ascendere ad locum sanctuarij p̄ celebrando phafe. Quęst. XXXIII.

CVm autem obijcitur, quod Deus iusserat ter in anno omnibus masculis de Israel ascendere in locum sanctuarij, Dicendū, quod festiuitas phafe erat

principalis, in qua ascendere debebant Israelitę in locum sanctuarij. Sed dicendum, quod ista lex nondum incipiebat obligare, quousque traderetur terra pacifice in manus Israelitarum, & sanctuarium esset in aliqua vrbe, quam elegisset dominus, vt colligitur Deur. 12. c. & hoc nondum factum fuerat, vt ostensum est, supra q. 22. immo, & cum agitur de ascensu Israelitarum ad festiuitatem istam in locum sanctuarii dicit, cum abstulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terra tua ascendente, & apparen te in cōspectu domini Dei tui ter in anno. Exo. 34. c. & ita ad hoc, q̄ Israelitę obligarentur ascendere ad istam festiuitatem in locum sanctuarii, oportebat, q̄ iam dominus abstulisset gentes a facie eorū, & dilataisset terminos eorum, & tamen nunc neutrū erat factum: ergo lex ista non obligabat.

Respondet ad secundam, & tertiam argumentationem quęstionis 29. nām ad primam iam responsio data est q. 32. Quęst. XXXV.

NVc respondendum ad alias duas rationes factas, supra q. 29. Ad secundam ipsarum, cum dicebatur, quod ista duodecim tribus erant vna eademq; gens, ideo deberēt sequi eadem cęrimonias. Concedendum est, & ita dicendum, quod lex de faciēdo phafe erat communis omnibus Israelitis, sed illa habebat certas limitationes ex parte personarum, quę deberent celebrare phafe, vt colligitur Num. 9. & ostensum est, s̄. q. 32. & non concurrebant istę cęrimoniarum conditiones manentibus in terra duorum regum Amorrhęorum. quia non erant circuncisi, & etiā quia erant extra locū sanctuarii in quo solo licebat celebrare phafe in Galgalis, non licebat istis duabus tribubus & dimidia, quę erant de eadem gente celebrare phafe in terra Amorrhęorum. Ad tertiam rationem dicendū, q̄ erant illi qui manebant in terra duorū regū Amorrhęorum filii, & fratres istorum quadraginta millium qui transuerant Iordanem cum Iosue, & tamen nūc non poterant imitari celebriatē ipsorum, quia isti quadraginta millia erant circuncisi per Iosue nunc.

etiam erant in loco in quo erat sanctuarium. & sic nō deerat eis dispositio aliqua ad celebrandum phafe. illi autem qui manebāt in terra regum Amorrhęorum, licet essent fratres, & filii istorum, non erant dispositi ad istam celebriatē, quia non erant circuncisi, neq; erant in loco sanctuarii: ideo non licebat eis celebrare phafe. vnde si isti quadraginta millia virorum, qui erāt nunc cum Iosue in Galgalis, manerent in terra duorū regum Amorrhęorum, nō liceret eis celebrare phafe, sed quia accidit eos esse in tali loco, & esse dispositos, celebrauerunt illud. Amplius autem dicendum, q̄ sicut non pertinebat ad manentes in terra Amorrhęorum celebrare phafe, ita neque pertinebat ad terram ipsam, quod in ea celebraretur. vnde si accidisset, quod Israelitę tempore huius celebriatē. i. die quartodecimo, mensis primi, nondū Iordanem transissent, sed manerent in terra regum Amorrhęorum in qua erant in oriente Moyse: non celebrassent ibi phafe, licet venisset tempus in quo celebratur festum illud.

Sed istud factum est specialiter, quia illa festiuitas accidit tunc quando Israelitę transierunt Iordanem, illa autem terra, quę erat ad occidentem Iordanis, erat in qua Israelitę mansuri erant, & obseruari legem: ideo in protestationem obseruationis illius future statim vt transierunt, cęperunt obseruare legem totam, quantum pro tempore obseruari poterat. scilicet circuncidendo se, & celebrando phafe, quia tunc illa festiuitas accidit.

accidit. & tamen non fuit continuata ista obseruatio legis, ita, vt postea semper obseruaretur, sed interrupta est, & supersedebatur vsquequo capta est terra de manu hostium, in qua possent habitare Israelitę, & cessatum est a p̄lisis, de quo infra. 11. & postea locatū est sanctuarium domini in Sylo, infra. 18. tunc enim completa fuerunt omnes conditiones, quę requirebātur ad hoc, q̄ Israelitę obligarent ab obseruandam legem totam, vt ostensum fuit supra q. 22. ergo tunc cępit totaliter obseruatio eius. Ad terram autem duorū regum Amorrhęorum, non pertinebat talis protestatio, quia non erat illa terra quam directe, & principaliter promiserat Deus Israelitis habitandam, sed terra ad occidentem Iordanis, vt patet Nume. 34. cap. ideo non debuit fieri obseruatio aliqua legis in terra duorū regum Amorrhęorum in protestationem obseruationis ibi futura. nam ex accidenti videbatur provenisse illa terra Iudęis, aut saltem non principaliter, & ob hoc licet ibi aliquando manserint, non inceperūt ibi aliquam obseruationem legis. nam & Moyse uiuente manserunt ibi Israelitę aliquanto tempore, & tamen nulla obseruatio legis ibi facta legitur, potius quam in aliis partibus deserti. nam neq; fecit ibi Moyse circuncidi Israelitas qui manebant incircuncisi in deserto, neque Iosue illud p̄cepit. Ideo, dicendum, q̄ si accidisset aduenire diem quartodecimum, mensis primi manentibus Iudęis in terra Amorrhęorum, non fuisset ibi facta celebratio phafe. multo ergo minus habitantes ibi deberent celebrare illud quando alii Israelitę celebrabant in Galgalis, aut deberent illuc ire, vt cum eis phafe celebrarent.

An cessauit manna duabus tribubus, & dimidia, qui erant in terra duorum regum Amorrhęorum, tunc quando cessauit alijs Israelitis in Galgalis, vel cessauit post. Quęst. XXXVI.

AD complendum autem ea, quę pertinent ad habitudinem duarum tribuum, & dimidię, qui manebant in terra duorum regum Amorrhęorum, ad nouem tribus, & dimidiam, quę nunc erant in Galgalis: adhuc manet aliud dubium, circa cessationem manna. nam dicitur infra in litera, q̄ filii Israel fecerunt phafe die quartadecima mensis primi ad vesperum in campestribus Iericho, & comederunt de frugibus terre die altero azymos panes, & potentiam eiusdem anni defecitq; manna postquam comederunt de frugibus terre, neque vsi sunt ultra cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terrę Chanaan. cum ergo appareat, q̄ cessauit manna nouem tribubus & dimidia, qui erant in Galgalis die altero. i. quintadecima mensis primi, est dubium: an tunc cessauit manna etiam duabus tribubus, & dimidię, quę erant in terra Amorrhęorum regum. Dicendum, q̄ aut petitur, an cessauerit manna duabus tribubus, & dimidię, quasi sit dubiū, an eis plus durauerit, vel q̄ sit dubium, an minus durauerit, & cessauerit illis, prius quam istis nouem tribubus, & dimidię, quibus nunc cessauit manna in Galgalis.

De primo dicendum est, q̄ certum est non durasse plus duabus tribubus & dimidia in terra Amorrhęorum, quam nouem tribubus, & dimidia manentibus in terra Chanaan in Galgalis. Et patet primo ex causa pro qua cessauit manna. nam dicitur hic, quod cessauit manna, postquam comederunt de frugibus terre, & tamen qui erant in terra duorum regum Amorrhęorum, etiam comedeant de frugibus terre: ergo non duraret eis manna vterius.

Secundo, quia dicitur Exo. 16. & Deute. 13. q̄ Israelitę manducauerunt manna quadraginta annis, & ta-

men nunc complebantur quadraginta anni. ideo dicendum, q̄ sicut neq; isti qui erant in Galgalis, ita neque illi qui erant in terra duorum regū Amorrhęorum comederint ultra manna, sed cessauerit.

Tertio, quia in litera dicitur, neque vsi sunt ultra cibo illo filii Israel, & tamen duę tribus, & dimidia manentes in terra regum Amorrhęorum erāt filii Israel: ergo non manducauerunt ultra manna, sed cessauit quando cessauit illis, qui erant in Galgalis, id est saltem non plus durauit.

An cessauerit prius manna eis, qui erant in terra Amorrhęorum, quam nouem tribubus, & dimidia. Quęst. XXXVII.

SECVNDVM dubium erat, an cessauerit prius manna eis qui erant in terra Amorrhęorum, quam nouem tribubus, & dimidia. Aliqui dicunt, q̄ non: quia si cessasset, fuisset scriptum, sicut scriptum fuit nunc de istis nouem tribubus, & dimidia, quę erant in Galgalis, q̄ cessauerit illis manna, & tamen non fuit scriptum: ergo nō cessauit prius. Secundo, quia si cessasset istis manna, videt, q̄ cessasset statim, vt fuerunt in terra sua, sed falsum est; quia ibi erat totus Israel simul cum duabus tribubus, & dimidia, quando capta fuit terra illa de manu hostium, & quando postea Moyse dedit eam duabus tribubus, & dimidię. Numeri 32. cap. & tamen tunc non cessabat manna: neque cessauit, quia omnes Israelitę comedebant manna: ergo non cessauit postea, quousq; cessaret etiam alijs Israelitis in Galgalis. Tertio, quia si cessauisset illis manna, antequam cessauerit in Galgalis, non duraret manna quadraginta annis, & tamē durauit 40. annis. Exod. 16. & Deute. 14. c. ergo non cessauit illis manna vsquequo cessauit in Galgalis.

Dicendum, quod hoc est aliquid dubium, quia sacra illud Scriptura non declarat aperte, & tamen potest dici satis rationabiliter, quod manna cessauit duabus tribubus, & dimidię, prius quam cessaret nouem tribubus, & dimidię in Galgalis. Primo, quia in illis fuit causa cessandi manna, antequam in alijs nouem tribubus, & dimidia, nam illis cessauit manna quando manducauerunt de frugibus terre, vt patet infra in litera, & tamen duę tribus, & dimidia, quando inceperunt habitare dispersa: per vrbes terrę duorum regū Amorrhęorum comedebant de frugibus terrę: ergo cessare debuit illis manna. Secundo, & principaliter, quia si non cessasset manna duabus tribubus, & dimidię, quando inceperunt habitare in terra illa Amorrhęorum, non videtur, q̄ aliquando cessare debuisset. nam non superuenit postea causa aliqua de nouo p̄ quam cessare deberet: manna enim, sicut ex causa inceperit, ita ex causa cessare debuit. cum autem inceperunt habitare duę tribus, & dimidia terrę regū Amorrhęorum, habuerunt omnem, quod postea habere poterant. quia habitabant pacifice in terra, & comedebant de fructibus eius. ergo cum postea lapsu temporis non superueniret aliqua noua causa ad hoc, quod cessaret manna, oportet, q̄ vel tunc cessauerit, vel postea nunquam cessaret, sed hoc est falsum, quia aliqui cessauit, ergo tunc cessauit. Tertio, quia viderentur esse maioris priuilegij duę tribus, & dimidia, quam nouem, & dimidia, quia nouem tribubus, & dimidia cessauit manna statim, vt comederunt de frugibus terrę Chanaan in qua habitatura erant, vt patet in litera. ergo & cessaret duabus tribubus, & dimidia, quando comederent de frugibus terrę Amorrhęorum habitando in ea, & ita prius cessaret eis, quam alijs nouem tribubus, & dimidię. Quarto, & magis fundamentaliter, quia Israelitę manducabant manna eo modo quo habetur

An debuerit plus durare manna duabus tribubus, & dimidia, triplex solutio. Quest. XLII.

Sed adhuc aliquis dicet, qd plus debuit durare manna duabus tribubus, & dimidia, qa Exod. 16. c. dicit, qd hoc cibo aliti sunt filii Israel, quousq; attingerent terminos terrae Chanaan, & tñ nō tetigerunt terminos terrae Chanaan, quousq; trāsierunt Iordanem, quia Iordanis est terminus orientalis terrae Chanaan. Nu. 34. c. ergo vsque ad tempus illud debuit durare manna duabus tribubus, & dimidia. Dicit pōt vno modo, qd verum est, qd manna comederunt filij Israel, vsque ad terminos terrae Chanaan. s. vsque ad Iordanem: non solum vsquequo accederēt ad illū, sed ēt vsquequo trāsirent. nam post transitum Iordanis quinque diebus durauit manna; quia transitus fuit die 10. p̄ced. c. & cessatio fuit die 15. vt patet J. in litera, & ita comederunt manna ēt postquam tetigerunt terminos terrae Chanaan. Si vero duē tribus, & dimidia cessauerunt prius comedere manna, non fuit hoc, quasi non haberent manna, sed quia diuerterunt a loco in quo erat manna. Secundo potest dici, qd etiam in terra duarum tribuum, & dimidię semper fuit manna, quousq; Israelitae tetigerunt terminos terrae Chanaan. nam semper steterunt Israelitae in terra duorum regum Amorrhęorum, siue in terra duarum tribuum & dimidię, quousq; transferunt Iordanem, quia terra illa vsque ad Iordanem pertingit. & ita cum caderet manna in terra istarum duarū tribuū & dimidię, poterant comedere de illo si vellent. Tertio pōt dici, qd illa auctoritas non facit in p̄rium: nam etiam si cessasset manna quātum ad duas tribus, & dimidiam multo tempore ante, esset vera illa auctoritas, quia ibi dicit, qd filij Israel comederunt manna quadraginta annis, & hoc verum est, quia filij Israel nominant totum illum populum, & nō specialiter duas tribus, & dimidiam. & verū est, qd ille populus comedit manna vsque ad terminos terrae Chanaan, qa semper in circuitu castrorum cadebat manna vsquequo transierunt Iordanem, & fuerunt in Galgalis.

Respondet secundum propriam opinionem ad questionem de secunda illa circuncisione hic instituta positam, supra q. 11. & digressio ista curiosa fuit multum necessaria, ideo lector attende. Ratio ad hoc etiam potest sumi ex 6. Physicor. ubi ad unitatem motus requiritur continuus, & unitas termini ad quē & temporis, &c. Quest. XLIII.

Nunc autem redeundo ad id, quod dicebamus. Si q. 14. & 15. dicendum, qd modi p̄cedentes aliquo modo possunt stare. Sed melius aliter dicendum est, qd vocatur hic secunda circuncisio a. iterata, vel nouiter incēpta: qñ. n. aliquis actus incipit, & nunquam intercipitur, quamquam ille actus per multa valde tempora duret, tamē non est iteratus, nec dicitur plures, sed vnicus. si autem actus ille interpolatur, & postea redeat, dicitur esse iteratus, vel secundus. ita fuit de circuncisione ex tempore quo data est, vsque ad exitum de Aegypto. nunquam enim cessauit, sed cum aliquis nascebatur, obseruabatur in eo oēs ritus circuncisionis. Et modus iste non interpolatus mansit etiam in Aegypto, vsque ad exitum de Aegypto, in deserto autē cessauit circuncisio, qa est plorimi nascerentur, tamen in 40. annis, nemo circuncisus est. postea autē in transitu Iordanis iterata est circuncisio mandante Deo. necesse est igit istā circuncisionē iam non esse vnam, qa non fuit cōtinuata, sed iam esse hanc secundam, & iteratam, & si iterū interpolēt circuncisio necesse erit fieri tertiā circuncisionē, & sic de pluribus p̄ multas interpolationes, & iste

est conueniens sensus Iſræ. Circuncide secundo filios Israel. Id est iterata circuncisionem in Israelitis, que interpolata fuerat interiectis 40. annis, in quibus nemo fuerat circuncisus. si autē toto medio tempore durauisset circuncisio, qñ nunc in exitu Iordanis multi simul circunciderentur, non vocaretur secunda circuncisio, sed circuncisio simpliciter. Fecit quod iusserat dominus. i. fecit Iosue, qd dominus iusserat. s. cultros lapideos ad circuncidendum, & hoc dicendum est factum fuisse die 11. mensis primi, anni 41. Et circuncidit filios Israel. Non intelligitur, qd Iosue circunciderit, s. qd ipse oēs circunciderit, quia vel nullum ipse circuncidit, vel paucos. alij enim plures circuncidiores fuerunt.

An in lege veteri esset determinatus minister circuncisionis, & quod vir, vel femina, pater & mater, vel quicumque poterat illam conferre. In nouo testamento nemo potest sibi ipsi conferre sacramenta, bene tamen in veteri, & quae est causa. Quest. XLIII.

Et forte alij dicēt sacerdotes, & Leuitas fuisse istos q ad circuncidendum adiuuerunt, quia magis ministerium cærimoniale ad eos videbitur pertinere, q ad alios, sicut in baptismo cōferendo est. nam quamquam ex necessitate quilibet baptizare possit. nemo tñ solenniter cum catechizatione baptizat, nisi sacerdos: ita de circuncisione, sed circuncisio, vt fere semper dabatur solenniter, cum esset declaratum tempus ad dandū, s. die octauo, vt patet Gene. 7. c. ergo vñ, qd sacerdotes dabant, & Leuitę. Ad hoc aliquis arguet, qd non solum hi, sed quilibet indifferenter conferebat, siue masculus, siue femina, & sic de cæteris differentiis. nec attenditur an sit pater, vel mater, aut aliquis non cognatus, qd in baptismo conferendo attendit, vt patet de Sephora vxore Moy si, que Eliezer filium suum circuncidit, vt patet Exo. 4. Respondendum esset ex hoc nihil induci. nā istud ex necessitate temporis factum est, quia cum angelus domini in diuersorio torqueret Moysen persequens ad mortem, Sephora attonita intelligens hoc esse p̄ necessitatem circuncisionis, qua ommissa fuerat, illico arrepta petra acutissima præcidit filij sui præputiū. si tñ non fuisset necessitas illa, non circuncidisset mater, sed alius. Ad quęsitum dicendū est, qd circuncisio non requirebat speciale ministerium. nam a principio cū data fuit circuncisio, non erant aliqui sacerdotes, vel Leuitę, sed cuiuslibet circuncidere se, vel alterum licebat. nam Abraham seipsum circuncidit. In nouo autē testō sacramenta requirunt specialem modum. nō enim pōt idem sibi conferre sacramenta, qñ aliis conferre possit, sicut nemo potest seipsum absoluere, qñ quis alios absoluat, vt Papa seipsum absoluere nequit, sed ab alio in confessione absoluitur. Idem in baptismo, cōfirmatione, vñctione, ordine, & cæteris. & hoc est ex conditione formę, vel institutionis sacramentorum, vt sine ministris conferri nequeant. & ob hoc est perfectior modus sacrorum noui testamenti, q veteris. Cum ergo in sua institutione non fuerint distincti ministri in circuncisione, non fuerunt quoque distincti adueniente statu sacerdotali, & Leuitico, sed sicut a principio poterant viri, & feminae, & quicumq; circuncidere, ita & postea poterunt, & circuncidebant matres suos paruulos, vt patet 1. Machab. 1. c. cū dicitur, sed mulieres, que circuncidebant filios suos, trucidabatur secundum iussu regis Antiochi, & suspendebant pueros a ceruicibus per vniuersas domos eorum, & eos qui circunciderant illos trucidabant. hic videtur, qd omnes Israelite poterant circuncidere alios, & multi eorum qui circuncidebantur, circuncidebant alios, antequam circunciderentur, nihilque magis ad sacerdotes

Determinatio auctoris.

facerdotes, & Leuitas pertinebat, quam ad ceteros. In colle præputiorum. Iste est locus in quo circuncisi sunt Israelitę scilicet in galgalis, & infra patet. Et uocatur hic collis præputiorum. habet enim iste locus hæc duo nomina a circuncisione imposita.

Primum est, qd vocatur collis præputiorum scilicet locus altus in quo præputia Israelitarum secta sunt. & in hebræo dicitur in valle præputiorum, quia nomen positum est æquiuocum ad vallem, & collem. littera nostra posuit collem: quoniam Hieronymus cognouit locum istum circuncisionis, quia perambulauit pedibus suis cum peritissimis hebræorum totam terrā sanctam, ut patet in prologo super Paralipom. qui incipit. Eusebius dicitur autem collis præputiorum, qa non fuit aliquis collis in quo tot præputia abscinderetur sicut ibi.

Secundum nomen huius loci est galgala, quod impositum est, quia in circuncisione abstulit Deus imperium, & opprobrium Aegyptiorum, ut patet in fra. & galgala ad ablationem pertinet, de quo infra de clarabitur.

Quid factum est de rot præputijs hebræorum. Quest. XLV.

Circa præputia istorum hebræorum multorum circuncisorum in galgalis, aliquis inquireret quid de eis factum est.

Respondendum est, qd illa sepelierint velut cadauera sepeliuntur: & adhuc honoriori loco videbantur reponendæ istæ particulae. tum quia istæ erant abscissæ propter sedus Dei cum Israelitis. tum quia erant carnes viuientium hominum. cadauera vero uirorum mortuorum carnes sunt. ideo minus honorabilia, quanto minus ad naturæ humanæ veritatē pertinent. sic quoque iudæi moderni faciunt quando circuncidunt præputia paruulorum, ponunt ea in arena, vt ibi desiccentur, & deficient resoluta.

Hæc autem est causa secunda circuncisionis. Posito mandato, & executione eius, subsequitur causa mādati. & dicitur: hæc est causa secunda circuncisionis id est ista quæ sequitur est causa quare facta fuit secunda circuncisio, quasi dicitur circuncisio, quæ a tempore Abraham vsque ad exitum de Aegypto semper fuerat continuata, in toto deserto interpolata est. Cum ergo tempore Iosue cepit, vocatur secunda circuncisio id est iterata. causa autem quare secunda fit ponitur hic scilicet, qa non fuerit semper continuata a tempore dationis, sed nunc nouiter incipiat.

Omnis populus, qui egressus est de Aegypto generis masculini vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos vię circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autem, qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimę solitudinis, incircuncisus fuit, donec confumeretur, qui non audierunt vocem domini: & quibus ante iurauerat, vt ostenderet eis terram lacte, & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circuncisi sunt a Iosue: qui sicut nati fuerant in præputio erant, nec eos in via aliquis circunciderat.

Omnis populus, qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & vniuersi bellatores. i. omnes exeuntes de Aegypto. Alph. Ios. super Iosue.

pto circuncisi erant. nam non prohibebat rex Aegypti iudęos circuncidi, sicut vetuerat Antiochus rex, vt patet 1. Mach. 1. c. libere ergo poterant circuncidi: dicitur hic vniuersum populum, atq; viros bellatores circuncisos fuisse in Aegypto, quia bellatores dicebantur viri computati ab anno vigesimo, & qui ad bellū potentes erant ut pater Num. 1. & 2. c. hi circuncisi erant. vocatur omnis populus tota alia multitudo, paruulorum nondum attingētium annum vigesimum, & senum qui non computantur inter viros bellatores. hi omnes erant circuncisi, nisi forte aliquis natus fuisset ante exitum de Aegypto per. 4. vel quinque dies, ita ut non potuisset ei impleri tempus circuncisionis in Aegypto. hi enim, vel incircuncisi mortui sunt, vel in transitu Iordanis in galgalis per Iosue circuncisi sunt. Potest etiam intelligi per omnem populum tota multitudo Aegyptiorum ascendentium cū iudęis. multi quippe eorum cum iudęis exierunt de Aegypto: ut patet Exo. 12. cum dicitur: sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis.

An Aegyptij ascendentes cum iudæis circuncisi fuerint, & quando. Et an cogerentur conuersi ad circuncisionem. Quest. XLVI.

Sed circa Aegyptios ascendentes cum iudæis, aliquis inquireret an circuncisi fuerint, & quando circuncisi fuerint.

Aliquis forte dicet, qd circuncisi sunt in via post ipsum exitum de Aegypto, nam in Aegypto non auerent.

Respondendum est non posse stare: quia in toto deserto nullus circuncisus est, ut patet infra. sed in præputio omnes manserunt, sicut a principio fuerant.

Si autem aliquis respondere vellet, istam litteram solum dici de eis, qui nati fuerint in deserto, sed non de eis, qui intrauerunt incircuncisi in desertum.

Respondendum est eandem fore causam. nam qui nati sūt in deserto, nō frustra manserunt in præputio, sed ex causa, quæ infra declarabit. Ista autem cā, quæ fuit i natis in deserto, fuit in eis qui intrauerunt incircuncisi in desertum, quia postea non fuerunt circuncisi, nemo enim eos circuncidit. Alio modo potest dici, qd Aegyptij ascendentes cum Israelitis nunquam fuerunt circuncisi, sed fuerunt mortui in præputio, sicut nati fuerant: erat. n. eadem causa nō circuncidendi in eis, & ceteris Israelitis. Et si obiiciatur, qd in deserto fuit celebratio paschalis facta anno secundo ab exitu de Aegypto in monte Synai, vt patet Num. 9. c. & tñ nemo poterat comedere de agno paschali, nisi eēt circuncisus vt patet Exodi. 12. ergo Aegyptij ascendentes cum iudęis non poterant comedere paschale: quod erat inconueniens.

Ad hoc rñdebitur, qd non comederint de agno paschali, nec fecerint aliquam harum cærimoniarū, sed soli iudęi ex genere. Et si obiiciatur, qd isti morerentur incircuncisi, & damnarent æternaliter. Rñdēdū est, qd omittebāt circuncisio in his. 40. annis ex necessitate, vt infra patebit ex Dei approbatione: ideo non peccabant, qñ ergo morerentur in præputio nihil peccabāt nec condemnabantur æternaliter: ut infra magis dicitur. Et si obiiciatur, qd habetur Nu. 9. c. s. peregrinus, & aduena si fuerint apud vos, faciēt paschale in xra cærimonias, & iustificationes eius. p̄ceptum idem erit apud vos tam aduena, qñ indigenę: ergo fecerunt isti paschale sicut Israelitę. Rñdēdū est, qd istud erat p̄ceptum ad futura & non ad præterita, & p̄sentia. tñ adhuc Aegyptij, qui tunc ascenderant cū iudæis si circuncisi forent, comederunt de agno paschali, sed non erāt, iō non poterāt.

M vt

vt patet Exod. 12. Sed obijcietur ex eodem scilicet, quod cogenerentur conuersi ad circumcissionem, & tunc ad expletionem omnium ceremoniarum: respondendum est, quod obligatio erat in iudæis ad circumcissionem: & magis in iudæis ex genere, quam in conuersis, nam conuersi nondum circumcisi poterant respicere, & non fieri iudæi: & erat hoc impune, si tamen aliquis de iudæis ex genere non susciperet circumcissionem, mortis reus erat. sic patet Gene. 17. capitulo, sed Israelitæ ex necessitate cause, quæ infra exprimitur, non tenebantur ad circumcissionem: ergo valde minus tenebantur conuersi circumcidi.

In quibus ab aliis dici posset, quod isti conuersi ascendentes cum iudæis de Aegypto circumcisi fuerint in Aegypto, per aliquot dies ante exirent, nam cum vidissent mirabilia Dei percutientis Aegyptios in plagis multis, desiderauerunt exire de terra illa cum Israelitis, qui prædicentes eis per aliquot dies ante exitum, fecerunt illos circumcidi: & fuerunt omnes circumcisi. Et tunc non habetur aliqua de prioribus obiectionibus, quia comederunt in phasæ in monte Synai cum Israelitis, de quo Num. 9. c.

Item non potest argui quod perierint, cum non essent circumcisi, quia circumcisi fuerunt.

Et cum dicitur, quod non potuerunt isti in Aegypto circumcidi, quia alii Aegyptii uiderent, & impedirent.

Respondetur, quod potuerunt Aegyptii cum iudæis ascensuri circumcidi nihil scientibus aliis iudæis, nam quilibet secrete per aliquot dies ante exitum de Aegypto circumcidi potuit.

Nunc autem cum utrunque fuerit satis probabiliter dictum scilicet, quod Aegyptii ascendentes cum hebræis circumcisi fuerint in Aegypto, vel quod non: queritur quid eorum verius videatur.

Respondendum est rationabilius esse, quod fuerint circumcisi, quam oppositum, quod patet: quia circumcisio est ianua status totius veteris testamenti, sicut baptismus est ianua sacramentorum noui, & si non fuissent circumcisi isti ascendentes, non permitterentur comedere de agno paschali, qui solum licebat circumcisis: etiam non permitterentur accedere ad offerendum nec intrandum in Sanctuarium, quia ista solis illis licebant qui pertinebant ad statum veteris testamenti: vt declaratum fuit Leui. 22. c. quod tamen ascendentes de Aegyptiis cum iudæis non permitterentur comedere de agno paschali, nec accedere ad sacrificia, vel facere alia, quæ pertinebant ad iudæos, nimis contristarentur videntes se valde abiectos esse a ceteris. Ideo credendum est, quod cum eis istas festiuitates, & ceremonias celebrauerint, alioquin non crederent se pertinere ad Deum iudæorum, cum non permitterentur agere ceremonias, quas ipse Deus hebræorum iubebat fieri.

Mortui sunt in deserto.

Sententia data in Cadesbarne de non intrando terram promissionis nullam faminam ligauit: nullum Leuitam nullum paruorum 20. annis minorem, de quo q. 50. Quæst. XLVII.

NON est intelligendum, quod scriptura velit significare omnes, qui exierunt de Aegypto mortuos fuisse. Sed omnes, qui exierunt de Aegypto, siue mortui fuerunt in deserto, siue non, fuisse circumcisos. nati autem in deserto non fuerunt circumcisi. multi quippe exierunt de Aegypto, qui transierunt iordanem introeuntes in terram Chanaan. nam Israelitæ manserunt 40. annis in deserto: ut consumerent omnes viri, qui murmurauerunt de Deo. isti autem erant omnes, qui fuerant computati

a 20. annis, & s. vt patet Num. 14. de istis nemo potuit transire iordanem, sed de ceteris multi transierunt. nam ista sententia non dabatur super paruulos, qui nondum compleuerant annum. 20. in principio mensis secundi anni secundi ab exitu de Aegypto, quæ fuit facta computatio in monte Synai. & isti paruuli erant in valde magna multitudine. nam ubi erant plura, quæ sexcenta tria millia pugnantium virorum, essent multi paruuli, cum in populis consueuerint esse tot aut plures paruuli, quæ viri. oēs autem isti poterant intrare in terram Chanaan, non obstante hac maledictione, & tunc exierunt de Aegypto. Item ista maledictio non fuit data super feminas quantum apparet ex forma verborum, cum dicat solum de viris pugnantibus, qui computati sunt a 20. annis, & s. ut patet Num. 14. Tamen multa de feminis mortuæ sunt per eandem causam, per quam ista sententia data est super viros bellatores. ipsæ. n. murmurauerunt sepiissime. Quod sicut viri: quia natura importuna, & impatientes feminæ sunt. Item non ligabantur hac sententia aliqui de Leuitis, quia fuit data sententia super viros bellatores, nec computantur Leuitæ cum eis a 20. annis, ut patet Num. 1. sed computati sunt ab uno mense, & s. ut patet Num. 3. Et iterum ab anno. 30. vsque ad. 50. vt patet Num. 4. Aliqui tamen de istis mortui sunt. multi ergo de eis, qui exierunt de Aegypto introierunt in terram Chanaan transito iordane. Et quæ dicitur de exeuntibus de Aegypto nullus ingressus fuerit in terram Chanaan præter Iosue, & Caleb: ut patet Num. 14. & 26. Respondendum est: quod intelligendum est de viris bellatoribus numeratis ab anno. 20. vsque ad magnam ætatem, de quibus erant Iosue, & Caleb, quæ apparet ex littera Num. 26. cum dicitur. hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse, & Eleazaro sacerdote in campibus Moab super iordanem: inter quos nullus fuit, eorum, qui ante numerati sunt a Moyse, & Aaron in deserto Synai. prædixerat enim dominus, quod omnes morerentur in solitudine, nullusque remansit ex eis nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. de aliis autem scilicet de his, qui paruuli egressi sunt de Aegypto, nondum completo anno. 19. & de mulieribus, & Leuitis, multi intrare potuerunt, quamquam exierint de Aegypto: & intrauerunt, quod patet in Eleazaro sacerdote, qui intrauit: & post mortem Iosue mortuus est, & sepultus in terra Chanaan, ut patet infra ultimo. Iste tamen exiit de Aegypto. nam in exitu de Aegypto habuit Aaron quatuor filios scilicet Eleazar, Ithamar, Nadab, & Abiu. ut patet Exod. 6. capitulo. Et patet maxime: quia in principio anni secundi nondum completo uno anno ab exitu de Aegypto, iste & fratres sui consecrati sunt in sacerdotes, ut patet Exod. 29. & Leuiti. 8. quod autem consecratio fuerit in principio anni secundi ab exitu de Aegypto declaratum fuit Exodi quadagesimo, & Leuitico octauo, & tamen tunc consecrati filii Aaron ministrauerunt coram eo: quod esse non poterat, nisi essent viri ætatis maturæ.

Item quia tunc Eleazar filius Aaron fuit constitutus princeps super principes Leuitarum. tamen hoc non fuisset, nisi esset uir discretionis, ut patet Numeri tertio capitulo. cum ergo ponitur in littera, quod omnis populus, & viri bellatores mortui sunt, debet ibi poni (&) expositiue magis, quam copulatiue scilicet, quod totus populus uirorum bellatorum mortuus fuerat, potissime, quia quamquam in quibusdā bibliis per errorem ponatur hic. *Omnis populus, qui egressus est ex Aegypto generis masculini, & omnes bellatores viri.* Tamen communiter non ponitur (&) hic. & ista est ueritas litteræ. tunc enim non est aliqua difficultas in littera, quia intelligitur: ois populus, qui egressus est de Aegypto uniuersi viri bellatores mortui sunt. ois populus uirorum bellatorum mortuus est in deserto.

ferto. & hoc verum est. præter Iosue, & Caleb, ut patet Numeri. 14. & 26. ca. *Mortui sunt in deserto.* Quia Deus tenuit eos in deserto non permittens transire in terram promissam donec morerentur omnes super quos sententia data fuerat, quæ habetur Num. 14. & hoc patet Deuteronomio. secundo cum dicitur. tempus autem quo ambulauerimus de Cadesbarne, usque ad transitum torrentis Zareth. 38. annorum fuit, donec consumeretur ois generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat dominus, cuius manus fuit aduersus eos ut interirent de medio castrorum.

Per longissimos via circuitus. Iudæi cum uenerunt in Cadesbarne in anno secundo exitus de Aegypto, quæ alias uocatur Cades deserti Syn, erant conuerti terram Chanaan, & miserunt exploratores, erantque immediate in eam ingressuri, nisi murmurauissent. Quod autem istud desertum Syn sit coniunctum terram Chanaan, patet Numeri. 34. cap. ubi cum ponantur termini terræ ipsius, ponitur Cades deserti Syn vel Cadesbarne, aut desertum Syn terminus a parte meridiana, quia tamē murmurauerunt, fecit Deus vagari toto residuo tempore Israelitis per desertum scilicet annis. 38. & amplius: vt patet Deuteronomio. secundo scilicet tempus quo ambulauimus de Cadesbarne, usque ad transitum torrentis Zareth annorum. 38. fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, & in his temporibus non ambulabant aliquid uicere, sed per circuitus longos vagantes. ita ut non dicatur ambulare, sed vagi esse. sic patet Numeri. 14. cap. scilicet filii vestri erunt vagi in deserto quadraginta annis: & portabunt fornicationem uestram, donec consumantur cadauera patrum in solitudine, unde quando fuit data ista sententia contra murmuratores, iustum fuit Moyse, quod non procederet uia qua tendebat sed reuertetur, ut patet præallegato. 14. c. scilicet quoniam Amalechites, & Chanaanæi habitant in vallibus, cras mouere castra, & reuertimini in solitudinem per uiam rubri maris. Postea enim inceptum circuire terram magnam in deserto. sic patet Deuteronomio secundo, quod consequitur ad hoc, & dicitur. profecti; inde uenimus in solitudinem, quæ ducit in mare rubrum sicut mihi dixerat dominus circuitum montem Seyr longo tempore. Isti autem circuitus, quia non erant ad procedendum, nec transeundum aliquid de uia recta, magis pertinebant ad stare, quam ambulare, quamquam ueri motus forent, ideo scriptura sedere uocat istos motus. sic patet Deuteronomio primo scilicet sedistis ergo in Cadesbarne longo tempore.

Qui omnes circumcisi erant. Id est omnes isti bellatores, qui exierant de Aegypto erant circumcisi, quia quando exierunt de Aegypto erant magni scilicet ad minus annorum. 19. nam viri bellatores computabantur ab annis. 20. vt patet Numeri primo, & 14. sed computatio bellatorum fuit facta solum in deserto Synai, ut patet Num. 1. & ista fuit in secundo anno exitus de Aegypto prima die mensis secundi scilicet anno. 8. & 15. diebus post exitum de Aegypto, quia exitus iste fuit die 15. mensis primi, ut patet Num. 33. c.

Quilibet ergo numeratus inter bellatores tempore illo necessario fuit in exitu de Aegypto annorum. 19. completorum, uel ad plus deficiabant eis dies. 15. Isti autem in Aegypto circumcisi fuissent.

Populus autem qui natus est in deserto. Hoc dicitur tam de iudæis ex genere, quam de Aegyptiis ascendentes cum eis, & conuersis ad iudaismum: nulli enim horum fuerunt circumcisi, ut infra patet.

Per 40. annos latissimæ solitudinis. Id est ista circumcisio durauit per omnes. 40. annos. Ex quo patet, quod in toto deserto nullus unquam circumcisus est, quamquam in quibusdā mansionibus magno tempore

Alph. Toft. super Iosue.

A manserint Israelitæ, ut patet de Cadesbarne Deuteronomio primo, & de monte Synai, & similibus. Vocatur hic latissima solitudo, quia ista terra, per quam tunc procedebant iudæi, erat desertum usque ad terminos terræ Chanaan, qui possunt accipi in principio terræ regis Sehon apud torrentem Arnon, & sunt ista magna deserta Arabiæ, quæ tunc nullis habitabant, nunc uero habitantur. fuerunt quippe a principio in aquosa, & habitationi inepta. Postquam uero Moyses excussit aquas de petra Oreb in Raphidim mansit fons ille in terra irrigans magis partem illius deserti deriuatus in fluuium, de quo in libro nostro de diuisione terræ sanctæ, sic quoque de fonte, qui factus est percutiente Moyse ad aquas contradictionis in Cades deserti Syn, de quo Numeri uigesimo capitulo. Alia autem uia erat, quæ modicum habebat deserti, & erat breuior scilicet per terram Philistin: sed fecit Deus ascendere Israelitas per uiam deserti, ut transirent mare rubrum ne reuerti possent commoti tedio itineris, & insurgentibus bellis in eos: sic patet Exodi decimotertio cum dicitur. igitur cum emisisset Pharaon populum non duxit eos dominus per uiam terræ Philistin, quæ uicina est, reputans ne forte periret eum, si conspiceret contra se bella consurgere, & reuertentur in Aegyptum, sed circumduxit per uiam deserti, quæ est contra mare rubrum.

Incircuncisus fuit. Quia non circumcidebantur in die octauo, ut iustum erat hebræis, nec postea.

Donec consumerentur, qui non audierant uocem domini.

C *Quæ fuerit ista uox, quam non audierunt iudæi pro qua susceperunt penam. Sola murmuratio de Cadesbarne fuit causa, quod non intrarent terram promissionis. Quæst. XLVIII.*

NON refertur hoc ad immediata scilicet in circumcisus fuit, quia hoc nihil agit: sed ad superiora scilicet 40. annis scilicet, quod populus uagatus est quadraginta annis per longissimos uia circuitus, donec consumerentur, qui non audierant uocem domini quasi dicat non ambulauerunt Israelitæ. 40. annis per desertum ab Aegypto in terram Chanaan, quasi esset magnum iter annorum. 40. non est enim tantum spatium, etiam si quis decies circueret terram totam uel multoties. potissimum, quia inter Aegyptum, & terram Chanaan satis modicum distat. Philistini enim sunt coniuncti terræ Chanaan, tamen Philistini sunt coniuncti terræ Aegypti. Non erat ergo iter decem dierum per uiam rectam, ut dicunt, qui uiderunt, & dato, quod uenirent per iter Arabiæ solitudinis, quod longius est, quia est in circuitu: tamen non erat iter mensis unius nec 20. dierum: tamen faciebant multos circuitus: egrediebatur per uias quibus uenerant Deo ueritate procedere, ut supra declaratum est: & hoc ut in hoc tempore consumerentur illi, qui repugnauerant Deo, ne uiderent terram, quam daturus erat Deus.

E Dicuntur non audiuissē quidam uocem domini, quia non obedierunt ei: non tamen est intelligendum, quod quilibet, qui non audierunt uocem domini, mortui sunt in deserto. nam antequam hebræi uenirent in Cadesbarne, tentauerant Deum multoties. super mare rubrum dicentes, nunquid deerant sepulchra in Aegypto: ideo tulisti nos, ut moreremur in hac solitudine. Et iterum Exo. 15. murmurauerunt pro aqua in Marath. Iterum autem pro manna in deserto Syn. ut patet Exo. 16. Iterum pro aqua in Raphidim.

Pro his tamen non dederat deus sententiam quod Israelitas, ut manerent in deserto quadraginta annis, & exiissent in secundo anno, nisi murmurassent uel

M 2 nientibus

ni entibus exploratoribus: de quo Nume. 13. & 14. Iterum etiam facta sunt murmurationes, vt in deserto ad aquas cotradictionis: cum populus pro aqua murmurauerat, vt patet Numeri. 20. tamen non perierunt omnes illi: sed post parum introierunt in terram Chanaan, ista enim murmuratio facta est anno. 40. vt colligitur eodem. c.

Item in eodem anno. 40. post dimidium circa terram Amorrhorum regum, cum taderet populum itineris, & laboris, ceperunt de manna murmurare dicentes esse cibum leuissimum, & animam suam nauifcare: vt patet Nume. 21. & tamen isti ingressi sunt in terram Chanaan: solum enim habuerunt serpentes ignitos tanquam vindicantes peccatum, ut patet eod. capitu. sola autem inobedientia, vel murmuratio habita in Cadesbarne venientibus exploratoribus de cotemplanda terra est, qua hoc promeruit: ibi enim clamauerunt, atq; fleuerunt dicentes. Vtinam mortui essemus in Aegypto: & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram: ne cadamus gladio, & vxores, ac liberi nostri ducantur captiui: nonne melius erat nobis reuerti in Aegyptum: dixeruntq; alter ad alterum: constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Pro hac murmuracione imposta est pena, qd nullus de viris numeratis ingrederetur in terram promissionis: hi autem quamquam mortem mererentur infligendam a domino, sicut decem de exploratoribus, qui subito mortui sunt coram toto populo. ut patet Numeri. 14. tamē non occidit Deus illos subito, sed paulatim vsque ad 40. annos: ante completionem autem anni 40. omnes fuerunt mortui: vt patet Deuter. 2. & tunc inceperunt residui pergere recto itinere in terram Chanaan.

Sex causa sunt, propter quas quamquam Iudei peccauerunt in Cadesbarne non fuerunt illico deleti: sed successine per 40. annos. Quæst. XLIX.

CAUSAE autem quare non mortui fuerunt subito omnes Israelitae murmuratores, sicut mortui fuerunt decem de exploratoribus, est multiplex.

Prima causa, quia Deus distinguit quantitatem peccatorum p quantitatem culpam, sed non rñ peccauerant ceteri Israelite, quantum exploratores: ideo non eque puniri debuerunt, patet, quia cum uisissent exploratores terram bonam, & detraherent de ea, grauius peccabant, quam alii Israelite, qui nihil viderant. Etiam quia exploratores non solum murmurauerunt, sed ad murmurandum ceteros Israelitas impulerunt: ergo grauius peccabant, & consequenter maiori pena plectendi erant: unde data fuit decem viris exploratoribus, mors subitanea, & poenalis: Israelitis autem ceteris post aliquanta tempora successiue mors eueniebat, & velocius eis, qui magis murmurando peccauerant.

Secunda causa quare non subito mortui sunt, fuit, ne maneret populus Dei redactus in nihilum. nam si omnes viri bellatores computati a. 20. annis, & supra morentur subito in loco murmuracionis, soli paruuli manerent de populo Israelitarum: ita qd de manētibus nullus esset annorum. 20. præterquam Leuitae, quod patet: quia illa sententia data fuit contra omnes viros bellatores computatos ab anno. 20. ergo omnes manentes minores 20. anno essent, quod nō decebat, quia hi non sunt viri, necdum ad uirorum numerum transeunt, cum transitio ad numerum fiat ab anno. 20. vt patet Exo. 30. quāmq̄ ergo totius populi peccatum graue foret, non occideret omnes.

Causa tertia est, quia paruuli manerent sine parentibus, & nullus esset, qui eos aleret: cum illi, qui mane-

rent, non essent viri prudentes ad aliquid adhuc disponendum: & qd magis est, isti visa tanta suorum strage parentum, atque maiorum, tum magnitudine rei per moti, tum deficientis ætatis excedenti patore, atque disperatione, mente confecti deficerent: & ita finis esset totius populi Israelitici.

Quarta causa: quia tanta audita strage gentes, quae circuitu essent, irruerent super reliquos iudæorum: tum quia pauci erant, & nullatenus ad bellum apti, sed magis ad prædam hostilem: præter paucos de Israelitis, tum quia intelligerent Deum illos habere exofos, qui tantam multitudinem occidisset peccantem in se, & crederent alios faciliter manibus eorum Deo non protegente subiiciendos: si autem irruerent, delegerent superstites.

Quinta causa fuit propter gloriam nominis Dei. nã si tantam multitudinem Deus occidisset subito sibi in deserto peccantem, gentes quae in circuitu erant, dicerent, qd Deus hebræorum non poterat introducere in terram, quam promiserat populum illum: ideo occidit illos in deserto, & hoc cedebat Deo ad dedecus. Ideo Moyses cum orauit Deum, ne occideret totam illam multitudinem simul ait: ut audiant Aegyptii, de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terrae huius &c. & sequitur, qd occideris tantam multitudinem sicut hominem vnum, dicant: non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: iccirco occidit eos in solitudine: ut ergo non dicerent hoc gentes, non perierunt subito iudaei.

Sexta causa, & principalissima fuit, quia multi gignendi erant de istis, qui postea futuri erant in populo Dei: si autem isti subito mortui fuissent, non nasceretur de eis filij: ideo paulisper mortui sunt p successiones usque ad quadraginta annos, in quo tempore nasci poterant omnes, qui ab eis nascituri erant. Aliæ causæ ad hoc possunt signari, quæ cuilibet patere possunt.

Si autem he non fuissent, forte Deus subito occidisset omnes Israelitas murmuratores, sic patet ex verbis Moyfi Nume. 14. capitulo scilicet, quod occideris tantam multitudinem tanquam unum hominem. Ecce inducit Moyses inconueniens, si occideret Deus totam multitudinem Israelitarum simul, tamen hoc valde esset impertinens, & inconueniēter dictum, nisi Moyses intelligeret Deum velle occidere totam multitudinem.

Item patet hoc ex uerbis Dei præallegato. c. Dixit. n. dimisi iuxta verbum tuum. Ecce Deus remississe dicit penam Israelitarum sicut rogauerat Moyses, tñ immediate subditur, qd dixit qd oēs morerentur in solitudine, vñ ergo qd alia pena erat, quam volebat infligere & hanc remisit. f. qd demonstrabat se velle omnes occidere simul in deserto, & occidisset nisi ex supra dictis causis. Ecce igitur, qd uox Dei, quam non audierunt Israelite, pro qua susceperunt penam prædictam, est qd non crediderint ei, & murmurauerint in Cadesbarne uenientibus exploratoribus.

Donec consumerentur, qui non audierant vocem domini.

Qui præcise fuerint illi qui consumerentur in deserto, & qui similiter fuerunt alij, qui ea sententia de non intrando terram promissionis non fuerunt ligati. Quæst. L.

NON dñ hic, qd manserunt Israelite in deserto, donec consumerent viri bellatores numerati a 20. annis q murmurauerunt, sicut Nu. 14. c. de his dñ, qd de viris bellatoribus, numeratis nullus intraret in terram promissionis, & ob hoc ista littera magis signat, q̄ illa q̄ hñ ibidem. nam ibi signatur de solis viris bellatoribus, tamen

De hoc est sup. q. 47.

tamen plures fuerunt, qui non intrauerunt in terram promissionis, & verum est qd eodem cap. dicitur: nullum de eis, qui murmurauerunt intraturum in terram Chanaan: tamen magis determinando ponitur regula de bellatoribus, qd intraturus de eis nullus foret: causa est, quia omnes peccauerant murmurando: nec solum isti, sed fere omnes alij. sic patet Numeri. 14. cum dicitur: igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filij Israel. omnes ergo viri bellatores mortui sunt, & consumpti: & nō soli ipsi, sed & plures alij. Nam multi sunt, qui non includuntur sub regula bellatorum virorum, & peccare poterant.

Primo ipsi Leuitae: qui non erant de bellatoribus. Secundo sceminae, siue Leuitarum, siue de aliis tribubus.

Tertio paruuli ante annum vigesimum.

Quarto conuersi de Aegyptiis ad iudaismum, & ascendentes cum eis cuiuscunque ætatis: isti enim nō poterant comprehendi nomine bellatorum virorum computatorum a. 20. annis, quia soli Israelitae erant, qui computabantur: vt patet Numeri primo. & secundo capitulo, omnes autem hi poterant peccare. Et primo ipsi Leuitae: erant enim inter eos viri magni, sicut in aliis tribubus, qui murmurare poterant, & peccare & forte non est negandum Leuitas aliquos murmurasse, & ob hoc impeditos simpliciter ne intrarent in terram Chanaan. De eis tamen non dicitur sicut de viris bellatoribus, quia illi vniuersaliter peccauerunt, & perierunt: nullus enim fuit de illis, qui non murmuraret in Cadesbarne. De Leuitis autem quamquam quidam murmurauerint, tamen non fuit generale: si autem omnes peccauissent, ita fuisset de eis data regula sicut de viris bellatoribus.

Secundæ, quæ non comprehenduntur nomine bellatorum sunt femine, & de his, quod aliqua peccauerint, immo forte plures, quam viri, cum naturæ instabilis, & impatientis sint, & ad murmurandum faciles, omnes etiam de his, quæ murmurauerunt, defecerunt in deserto.

Tertii, qui non comprehenduntur nomine virorum bellatorum sunt paruuli minores. 20. anno: & quamquam non possent peccare murmurando, qui valde paruuli erant, tamen multi erant, qui nō computabantur inter bellatores, & poterant murmurare scilicet attingētes annum. 15. & vltra vsque ad viginti: in his enim peccatum consummatum est sicut in maioribus. Ideo de his quoque dicendum uidebitur, qd multi murmurauerint, & in deserto mortui sunt, tamen non fuit regula generalis sicut de viris bellatoribus, quia qui valde paruuli erant, murmurare non poterant.

Quarti sunt conuersi ad iudaismum de Aegyptiis, de his dicendum satis uidebitur, qd multi peccauerint murmurando, cum recordarentur natalis patriæ Aegypti, in qua quiescebant: & nunc in tantis angustiis positi erant per desertum: sic enim paulo ante hoc isti murmurauerant desiderantes carnes in solitudine, ut patet Numeri. 11. & isti videntur mouisse Israelitas ad desiderium carnium, de his quoque multi perierunt magis ergo exprimit ista littera scilicet donec consumerentur, qui non audierant uocem domini. nam cuiuscunque conditionis fuerint, omnes mortui sunt in deserto ante finem anni. 40. ante transitum torrentis Zareth, ut patet Deut. 2. c.

Quibus ante iurauerat. Quasi dicat, quia Deus promiserat sub iuramento his dare eis terram lacte, & melle manantem, & non crediderunt uerbis eius, murmurantes increbantur, vt non uiderent eam, sed moreretur in deserto. Est enim graue malum Deo non credere, cum summa ueritas sit: potissime cum iurat: Deus tñ Alph. Tost. super Iosue.

A nihil magis ueritatem suam solidat, qd eam iuramento fulciat, quā si simpliciter proferat: sed quantum ad nos differt. Nos enim securiores nobis esse uideamur de diuinis promissis quando iuramento sulca sunt, q̄ si sint simpliciter prolata. Ideo Deus interdum uolens condescendere modo humano firmandi pacta atque promissa, iuramento fulcit, quæ promittit. Etiam differt, quia ea, quæ Deus nobis sine iuramento promittit, tum quia conditionaliter intelliguntur, tum ex aliis causis variata leguntur, quæ tamen Deus iuramento firmavit, non reperiuntur mutata. Quid autem profit Deum nobis iurare, quæ promittit, declaratum fuit Ge. 22. cap.

Dicitur, qd Deus iurauerat istis dare terram hanc: in quo non est intelligendum, qd istis particulariter Deus iurauerit, sed iurauit patribus eorum: nemini namque horum legitur quomodo Deus iurauit nisi Abraham, postea autem Isaac, & Jacob filiis eius non iurauit personaliter, sed promittebat eis terram, quam promiserat patri eorum, referens se ad iuramentum factum Abraham. Sic enim patet de Isaac Gen. 26. c. cum dicitur: apparuitque ei dominus, & ait: ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra hac, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim, & semini tuo dabo uniuersas regiones has complens iuramentum, quod ipsepondi Abraham patri tuo. De Jacob idem modus est: ita ergo, & de his dicebatur, qd iurasset Deus illis, quia promissiones factæ illis personaliter erant, quamquam iuramento uallatæ non essent, quia tamen referebantur ad iuramentum præstitum Abraham, dicebantur omnes iuratæ. Alio modo dicitur Deus iurasse istis, quia in iuramento præstito Abraham fuit expressum semen eius, cum magis terra danda pertineret ad semen Abraham, quam ad ipsum, ut patet Gen. 15. & 22. c.

An Deus violauerit pactum suum, s. quod promissit introducere iudeos in terram Chanaan, & occidit in deserto. Et qd pacta Dei semper intelliguntur cum conditione. Quæst. LI.

ARGVET aliquis ex hac littera, qd Deus uiolauerit pactum, & iuramentum suum, quia iurauit his, qd introduceret eos in terram Chanaan, & factum non fuit.

Respondetur, qd pacta Dei de beneficiis conferendis, & penis infligendis, quamquam simpliciter proponantur, intelliguntur cum conditione. s. si res manserit in eodem statu bonitatis, aut prauitatis: in quo sit comminatio malorum, aut promissio bonorum. Mutato autem statu rerum, mutatur diuina promissio. Sic autem in his fuit, quia intelligebantur si manerent in mandatis Dei nō offendentes eum: nunc autem murmurauerunt, ut patet Nume. 14. ideo poena hæc eis inflata est. Hoc patet 1. Reg. c. 2. cum dicitur: loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsq; in sempiternum. Nunc autem dicit dominus, absit hoc a me, sed quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum, & qui contemnuunt me erunt ignobiles. Sic, & Hieremi. 18. dicitur repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud, si penitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego penitentiam de malo, qd cogitavi ei vt facerem. Et subito loquar de gente, & regno, vt edificet, & plantet illud, si fecerit malum in oculis meis, vt nō audiat uocem meam, penitentiam agam super bono, qd locutus sum, vt facerem. Hæc tanquā conditionalia quantum ad promissiones, & comminationes intelligunt. In his autem, quæ prauitatem futuram nō præntia ad aliquid istorum, nunq̄ intelligitur conditio, sed im-

M 3 mutabi.

mutabiliter proueniunt, ut dicta sunt: sicut predicatur quod virgo concipiet, vel quod venit Saluator, & similia. De quibus magis declaratum est Deuteronomio. 18. cum agebatur de propheta secundum predestinationem certam, vel secundum presentem iustitiam aut iniquitatem.

Ut ostenderet eis terram lacte, & melle manantem. Dicitur, quod irruerat ostendere his terram: non accipitur ostendere pro ostensione ad videndum, sed pro ostensione in possidendo. nam si solum ostendisset eis terram, & non introduceret eos illuc, non complebat pactum: sic fuit in Moyse, cui Deus ostendit terram ultra iordanem de cacumine montis Abarim in vertice eius Phasga, & non introduxit eum in illam dicens: uidebis eam oculis tuis, sed non ingredieris in illam, quia ego tradam filijs Israel: sic patet Deuteronomio tertio & 32. & tamen in Moyse non fuit completum pactum hoc de ostendendo terra, quia in penam ei datum est: quod non impleverit in eo, quod cum ceteris implebatur: dicitur ergo ostendere id est dare ad possidendum, & patet, quia in omnibus promissionibus Dei, quae habentur in toto Pentateucho, dicitur de dando terram, & nunquam de ostendendo.

Lacte, & melle manantem. Metaphora est: dicitur manare lacte, & melle ad notandum ubertatem eius in fructibus, & dulcedinem, quod patet Numeri. 13. ex verbis exploratorum dicentium, venimus in terram ad quam misisti nos, quae reuera lacte, & melle fluit, ut ex his fructibus cognosci potest. Et sic ex abundantia & magnitudine fructuum, dicebant terram vere lacte & melle fluentem.

Horum filij successerunt in locum patrum. Istud demonstratum horum, non demonstrat omnes exeuntes de Aegypto, sed bellatores, & ceteros, qui non audierunt vocem domini. nam non fuerunt mortui in deserto omnes, qui exierunt de Aegypto, ut supra declaratum est: nullus tamen alteri succedere dicitur, nisi quando non est: filij tamen bellatorum, & aliorum omnium, qui non audierunt vocem domini, dicitur successisse patribus, quantum ad ingressum in terram Chanaan. nam omnes, qui exierunt de Aegypto intraturi erant in eam, nisi offendissent dominum in deserto, quia ergo hi non ingressi sunt, fuerunt filij eorum ingressi loco eorum. Et hoc est quod filij successerunt loco patrum.

Aliquando dicitur filij succedere loco patrum ad peccandum. sicut patres fuerunt peccatores, ita & filij sunt: sic locutus fuit Moyse ad Rubenitas, & Gaditas, ut patet Numeri. 32. cum dicitur, cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis Deus daturus est: nonne ista egerunt patres vestri? Et postea sequitur: & ecce inquit vos sur rexistis pro patribus vestris incrementa, & alumni hominum peccatorum.

Et circumcisi sunt a Iosue. Scilicet in Galgalis post transitum iordanis: non quidem a solo Iosue, sed mandato eius ab eo, cum aliis executoribus huius precepti circumcisi sunt.

Quia sicut nati fuerant in praputio erant. Quilibet in praputio natus est, habens pelliculam, quae postea abscinditur in circumcissione: ita iudaei nati in deserto in praputio, manserunt in eo toto tempore, quo ibi fuerunt, vique ad transitum iordanis.

Nec eos aliquis in via circumciderat. Id est dum veniret Israelita per desertum in terram Chanaan, nemo circumciderat paruulos ibi natos, nec etiam aliquos conuersos ad iudaismum: qui, n. de Aegyptijs ascenderit cum iudaeis, non fuerunt circumcisi in deserto sed in Aegypto: ut supra declaratum est.

An iudaei peccauerint, quia non sunt circumcisi in toto tempore quo fuerunt in deserto. Et quod ibi diuersimode alias puniti fuerint. Quae. LII.

QUAE ET aliquis, an Israelita peccauerint in deserto, quia nunquam circumcisi sunt.

Respondet aliquis, quod peccauerint, quia violauerunt pactum domini: qui enim de iudaeis non circumcidebatur, dicebatur infringere foedus Dei, & perire de populo suis: ut patet Gen. 17.

Dicendum tamen est, quod non peccauerint, quia si peccauissent, cum hic scriptura agat de circumcissione eorum, argueret eos: tamen nequaquam increparet, nec aliquis propheta aut uir sanctus eos unquam increpauit.

Item Moyses erat durus zelator pro lege Dei, ut patet ex toto processu Pentateuchi, cum fortiter redargueret male agentes, sicut patet in immolantibus uitulo, & fabricantibus eum. nam occidit tunc pro reatu hoc viginti tria millia, ut patet Exod. 32. Si ergo iudaei in hoc peccauissent, argueret eos: sed nequaquam arguit, ergo non peccauerunt.

Item si iudaei in hoc peccauissent, Deus illos puniisset: sed non puniuit: ergo non peccauerunt. Antecedens patet, quia Deus puniebat peccata Israelitarum in deserto etiam si parua forent, ut cum murmurabat contra eum. Et quando populus genuit pro labore itineris, multi consumpti sunt igne. Et quando desiderauerunt carnes, mortui sunt omnes, qui desiderauerant, & pro eis murmurauerant, sic patet Numeri 11. capitulo. Et Maria, quia iurgata fuit contra Moysen, lepra percussa est, ut patet Numeri 12. Exploratores, quia detraxerunt terram mortui sunt. Et Israelite, quia murmurauerunt, ad mortem condemnati sunt, & priuationem ingressus terrae Chanaan, ut patet Numeri 14. de aliis similibus punitionibus habetur Numeri 16. & 21. & 25. Istud tamen factum si esset peccatum, maxime esset puniendum, quia erat de maximis peccatis. nam peccatum, quanto maiori tempore durat tanto maius est: sic dicitur extra de consuetudine. c. vlt. stantio grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicitatem detinet alligatam, sed istud maximo tempore durauit inter iudaeos. l. annis. 40. quia dicitur hic, quod in uia nemo circumciscus est: ergo maius esset ceteris: & consequenter grauius puniendum. Quod autem non fuerit puniunt, satis patet ex diuerso totius Pentateuchi: quoniam cum per alios plerisque actibus reperiantur puniti, pro hoc tamen nunquam puniti sunt. Item si iudaei peccauissent omittentes circumcissionem omnibus tribus, quibus fuerunt in deserto, non introduxisset eos Deus in terram Chanaan quam promiserat. Sed introduxit: ergo non peccauerunt patet hoc, quia ideo detinuit eos Deus. 40. annis in deserto, quia peccauerunt in eum. Et ad extremum, eos qui peccauerant non introduxit in terram promissam, sed in solitudine mori fecit: ut patet Numeri. 14. si ergo in circumcissione peccatum foret tamen in tempore non introduxisset eos in terram Chanaan, cum tempore introductionis in peccato illo manerent. Dicendum ergo, quod nequaquam peccauerunt Israelite in omnia circumcissione, nam ex causa hoc agebant vigente, sed ex necessitate omnia omittenda sunt.

An Leuita circumcisi fuerint in deserto, ut iudaei affirmant. Quae. LIII.

QUAE ET aliquis circa id quod dicitur de Leuitis secundum iudaeos, an circumcisi fuerint in deserto. Dicitur. Rab. Dauid Canhi, & plures alij iudaeorum, quod quod omnes Israelite reliquerint circumcissionem, Leuita tamen illam obseruauerunt, sic probant ex eo, quod habetur Deuteronomio. 37. cum agitur de Leuitis dicitur, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.

An Leuita circumcisi fuerint in deserto, ut iudaei affirmant. Quae. LIII.

QUAE ET aliquis, cum preceptum de circumcissione esset primum in statu veteris testamini, sicut baptismus in nouo testamento est inuicem sacramentorum, & totius status nostri, & sub tanta pena impositum esset: quare iudaei omiserunt eam. 40. annis in deserto.

Respondet contra iudaei, quod non fuerunt isti circumcisi, quia in 40. annis quibus Israelita ambulauerunt per

seruauerunt.

seruauerunt iudicia tua o Jacob, & legem tuam o Israel. Dicunt autem ista iudicia, & legem intelligi quantum ad circumcissionem, quae erat data in pactum, & legem, & ipsi eam seruauerunt.

Sed dicendum est, quod Leuita non fuerunt circumcisi sicut nec alij Israelita, quia hic dicitur de omnibus qui exierunt de Aegypto, quod erant circumcisi, filii tamen eorum manserunt in praputio, quia nemo eos circumciderat: ergo non magis Leuita, quam ceteri hoc fecerunt.

Item aut non circumcidi in deserto erat peccatum, aut non. si erat peccatum, non uideretur quomodo magis Leuita hoc obseruauerunt, quam ceteri, quia eodem modo alij cauerunt peccatum, maxime quia probatum est non fuisse peccatum esse in circumcissione in deserto. Ideo non uidebatur causa quare Leuita circumciderentur exponentes se labori, cum peccatum nullum esset manere in circumcissione.

Motium namque iudaeorum est: quod ceteri Israelita infringent legem Dei cum non circumciderentur: Leuita autem, ut non peccarent circumciderent filios suos, & ob hoc allegant id quod dicitur Deuteronomio. 33. Hi custodierunt pactum tuum, & eloquium tuum seruauerunt quasi dicat ceteri, qui non fecerunt sicut isti, non custodierunt pactum Dei. Sed eorum fundamentum ablatum est scilicet, quod non erat peccatum omittendo circumcissionem hoc tempore.

Item iudaei omiserunt circumcissionem in deserto ex causa necessaria, quae infra declarabitur, sed ista non solum erat in aliis Israelitis, sed etiam in Leuitis: ergo non circumciderentur. Omittent enim Israelita circumcissionem in deserto ad euitandum periculum mortis, siue esset propter ventum, siue propter motum itineris, ut infra declarabitur, sed hoc erat in Leuitis: ergo si circumciderentur, multi eorum morerentur, non igitur se circumcidebant.

Ad auctoritatem qua fundantur scilicet hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt &c.

Respondendum est, quod ista auctoritas nihil agit, non enim loquitur quicquam de circumcissione, sed de occasione ipsorum idolatriam, & de cauendo ab idolatria. nam, ut iudaei dicunt, & declaratum fuit Exo. 32. c. Leuita non peccauerunt in fabricatione vituli, & adoratione eius, & postea Moyses dicente ex parte Dei. Qui domini est, iungatur mihi, uenerunt ad eum omnes Leuitae unusquisque stricto gladio super femur suum, & occiderunt de aliis Israelitis. 23. millia: ut patet Exo. 32. c. & in hoc obseruauerunt dupliciter preceptum, & pactum Dei scilicet non peccando, & peccantes iussu Dei exterminando. Quod autem intelligatur de hoc patet ibidem ex littera praecedenti: cum dicitur. Qui dixit patri suo, & matri suae nescio vos, & fratribus suis ignoro illos: & nescierunt filios suos. hoc tamen necesse est exponi de nece facta in monte Synai super peccantes in uitulo, & sic omnes iudaei exponunt. Patet ergo ex praedictis, quod Leuita non circumciderunt filios suos in deserto, sicut nec alij Israelita.

Quare cum circumcissio esset ceremonia summe necessaria in ueteri testamento, iudaei omiserunt illam. 40. annis in deserto. Quae. LIIII.

QUAE ET aliquis, cum preceptum de circumcissione esset primum in statu veteris testamini, sicut baptismus in nouo testamento est inuicem sacramentorum, & totius status nostri, & sub tanta pena impositum esset: quare iudaei omiserunt eam. 40. annis in deserto.

Respondet contra iudaei, quod non fuerunt isti circumcisi, quia in 40. annis quibus Israelita ambulauerunt per

Alph. Toft. super Iosue.

A desertum, non flauit uentus aquilonaris, quem nos Boream appellamus, aut septentrionalem. Fundamentum horum est in conditione eorum, qui circumcidentur quantum ad sanguinis effusionem. s. quod si de uulnere facto per circumcissionem sanguis multus effluerit, morientur: & quia fluxus sanguinis est si uenae mollescentur, & debilitetur vis retentiva, quod fit per tempus pluuiale, aut per uentum austrum, notum, vel libicum, quod aliter affricus dicitur, qui pene nobis ab eadem orbis parte efflat. Isti. n. humida complexionis sunt, quorum actus est mollificare, & humiditates augere: & consequenter vires retentiuas dissolueret. Ideo tunc uentus australis periculosa est circumcissio. Flatus autem Borealis, & omnium uentorum flantium ab eadem parte mundi est valde frigidus, & siccus: ideo humiditates sua siccitate desiccant: & sua frigiditate congelat, atque consolidat, & indurat, sicut patet in aqua. nam tempore quo uentus Borealis fortis est, aquae gelidae sunt, & redactae ad lapideam duritiam. consequenter ergo ista uentus contra fortare habet potentiam retentiuam indurando uenas, & capita earum, in quibus retinetur sanguineus humor ideo tunc fluere ita cito non poterit, sicut tempore flatus australis, & magnarum pluiarum, sed hoc toto tempore. 40. annorum flauisse Boream nequaquam dicitur ideo quia nubes gloriae eum detinebat: ideo non fuit conueniens tempus ad circumcissionem.

Improbatur Rabbi Dauid praemissa positio de circumcissione omis- sa in deserto. Quae. LV.

SE D ista positio multum deficit. Primo quia praesupponit, quod in toto tempore quo non flat uentus aquilonaris, non sit facienda circumcissio, sed falsum est, quia tempore estatis raro flat aquilo, sed magis zephirus, aut alij venti. Item tempore hiemis cum sunt magna pluuia, auferat flat, & non aquilo, qui aquas ligat: tunc tamen infantes circumcidentur, nec iudaei negant tunc esse circumcidendos, cum ipsi hoc obseruent. nam quocumque tempore nascatur infans, iussu est, ut octauo die circumcideretur. sic patet Gen. 17. Siue ergo auferat, siue aquilo perfleret, non impediret circumcissio, nisi alia causa subter: nec igitur in deserto ob hoc impedita est.

Similiter arguit Ra. Dauid Canhi dicens, quod fiat quotidie circumcissio, & tamen non sit quotidie aquilo flans.

Respondet: quod secundum Doctores suos quotidie flant quatuor venti, & cum eis aquilo: qui unus de principalibus est: ideo quando cumque fiat circumcissio, sit flante aquilone. Sed hoc non stat: quia nemo dicere poterit quotidie flare aquilonem. isti. n. venti flant secundum eleuationem materiae illius ad locum superiorem, ubi per concussionem causatur uentus, sed quibusdam temporibus materia eleuatur, aliquando autem nulla, sicut ad sensum patet certissimis experimentis. Itaque dato, quod quotidie flaret quatuor isti venti, & cum eis aquilo: nihil inde solueretur, quia cum auferat fortissimus est, nihil aquilo agere potest, cum sint ab oppositis mundi partibus, & habeant oppositas qualitates in efficiendo. Sed fundamentum est horum, quod flante aquilone deat fieri circumcissio, ut frigiditate sua stringat, & solidet capita uenarum, & siccitate sua desiccet humiditatem, ne sanguineus effluat humor: sed flante validissimo austro omnia sunt ex opposito quamquam fleret tenuis aquilo. Ideo tunc deberet impediri circumcissio, ac si nullus flaret aquilo: cum nihil, & inutile equiparentur, & non uideatur habere maiorem caliditatem talis aquilo, quam nullus. Iudaei tamen ut imperitiam suam priorem tenerent, fixerunt quotidie quatuor flare uentos: sed tam quod dicunt, quam quod intendunt, falsum est. Ideo ad ultimum Ra. Dauid Canhi

M 4 cogitur

cogitur dicere, quod quamquam non fiat aquilo quotidie, Deus custodit paruulos circuncisos ne pereant, allegans illud Pl. 14. Custodiens paruulos dominus: sed omnia hec nihil sunt.

Item quod dicitur non habet vllam apparentiam. scilicet quod nubes glorię impedierit aquilonem flantem, nam non videtur esse talis dispositio nubecule apparentis, & dirigentis Israelitas, illa enim erat parua, & in forma columnari erecta erat in sublime, unde semper manebat super tabernaculum, ut patet Exod. 40. & Numeri. 9. Posset ergo ventus aquilonis uenire, & persflare omnia castra hebræorum, non impediente columna.

Item si columna illa nubis impediēbat ventum aquilonem, ita impediēret ventum australem, & ceteros: & sic non esset tempus de qualitate alicuius venti, sed medie temperatum: ideo circuncisus non noceret, quia non erat facta in conditionibus austrini flatus.

Item hebræi sibi repugnant. dicunt enim, quod in quadraginta annis non flauit aquilonaris ventus, & rursus dicunt quod nubes glorię impediēbat ventum illū: ista tamen implicat, quia nubes glorię non poterat impediēre aquilonem, nisi detinēdo eum ut transiret; si ergo non stabat, non impediēbat eum.

Item non est habēs aliquam probabilitatem, quod nubes impediēret transire vētos, aut persflare castra iudeorum, nam tollere naturalia nunquam concedendum est accidere sine causa aliqua, sed hic non erat aliqua causa ad impediendum flatus ventorum, quia non erat nociuum, quod flaret alicuius ventus in castris, immo eō trario valde vtile erat: quia ventorum flatus renouant aerem nostrum, & faciunt varias mutationes in corporibus nostris: & nisi venti essent, calore deficcarentur, vnde sanius uiuunt, qui sunt in locis patentibus vento saltem aquilonari, quam ubi nulla aura persflat. Potissime, cum ad circuncidēdos conferret flatus aquilonaris, non est ergo rationabiliter dictū, quod nubes glorię impediēret ventum aquilonarem 40. annis in deserto.

Item assumptum huius positionis nullo modo est verisimile scilicet, quod in quadraginta annis nunquā flauerit ventus aquilonaris, nulla enim hiems est, in qua parum aut multum Boreas non persfleret, cum tēporis conditio hoc exigat. ideo dato, quod ex aliquo euentu mirabili in aliqua hieme nunquam flaret Boreas: adhuc posset aliquo modo stare; quod tamen in quadraginta annis continuis nunquam persflauerit, monstrum quoddam temporis uidebatur: immo aliquid monstrum maius. Cmutatio totius naturę.

Item videtur ista positio multum conficta, & ab intentione: nam concedunt in anno quo Israelitę exierunt de Aegypto, antequam exirent persflauisse aquilonem, & in anno exitus de deserto immediate, ut iordanem transierunt, concedunt eundem flatum, quis ergo abstulit eum annis quadraginta mediis cōtinuis? Nullam enim probabilitatem habet ista positio, sed magis totaliter quasi struola abiicienda est.

Secunda opinio eorum, qui omissam dixerunt in deserto circuncisionem eo, quod non egerunt ibi tali signo distinctiuo. Quest. LVII.

ALIORUM positio est circa impediētum circuncisionis dicentium, quia circuncisio fuit data tanquam signum distinctiuum populi Dei a ceteris gentibus, ut colligitur Genesis decimo septimo, & magis ad Roma, quarto capitulo. Populus tamē iudaicus manens quadraginta annis in deserto non eguit distingui a cete-

ris populis, cum nullus ibi esset, ideo non fuit tunc circuncisio ad distinguendum: cum uero transiit iordanem Chanaan, quia conuerfaturus erat inter populos gentium, indigebat distinctione, ideo tunc erat circuncisio necessaria. Et ob hoc transito iordane fecit circuncidi omnes in Galgalis, ut patet hic. Ratio autē fundamenti horum est, quia distinctio ponitur inter extrema distinguibilia: cum autem solum vnum extremum est, distingui non potest. Sicut vnum solum non est simile, nec dissimile: maius nec minus. Iudæi autem erant vnum extremum distinguibile, qui cum erant in deserto, soli erant: nec ibi gentiles aliqui erant, a quibus distinguerentur, ideo non erat opus poni distinctiuum signum.

Sed ista responsio non stat.

Primo, quia circuncisio dabatur propter duos, scilicet propter causam presentem, & propter significationem futurorum.

Causa presens erat distinctio istius populi a ceteris populis: & ista est causa literalis.

Causa significatiua futuri erat, quia circuncisio cū sit abscissio cuiusdam particule superflue carnis nostrę, signat amputationem mortalitatis: & hoc fit in octaua die, quia in octaua etate, quę in sanctorum requie clauditur, abscipitur ab electis omnis mortalitatis corruptio, quoniam iam non erit iustus, neque clamor, nec vllus dolor, nec tanget eos sol, nec cadet super eos æstus: quoniam priora transierunt, ut patet Apoca. 7. & Esa. 55. Significatio autem multum attenditur in sacramentis testamenti veteris, cum status ille vmbraicus foret, & omnia penē ad significandum ponebantur, sic patet prima ad Corin. 11. Omnia in figura continebantur illis. oportebat ergo, ut illi qui erant de populo Dei, semper tenerent significationem, quę in eis intendebatur.

Item circuncisio non solum Israelitas ab aliis distinguebatur, & futura designabat, sed etiam efficiebat. nam a peccato originali soluebat: licet non panderet ianuā vitę eternę, sicut nunc facit baptismus, qui est sacramentum perfectum nouę legis. Si ergo existentes in deserto non circunciderentur, nulla existente causa, rei efficerentur contempti præcepti: & non abolerentur in eis culpa originalis, quod erat magnum inconueniens. nam hoc eis datum est in remedium abolerende culpe: dicēdo ergo hoc modo oporteret, quod omnes, qui in deserto mortui fuissent, æternaliter perirent, cum ex solo contemptu omisissent sacramentum remissionis originalis culpę: hoc tamen valde durum est.

Item tertia ratio istorum fundamentalis non stat. dicunt enim ob hoc Israelitas non eguisse circuncisionem in deserto, quia erant separati a gentibus. & circuncisio erat data in signum distinctiuum. Si tamen hoc modo arguatur, dicendum est, quod iudæi non egerint circuncisionem cum fuerint in terra Chanaan, nam non habitabant tunc inter gentes, cum iussisset Deus, ut in locis, quę ipsi possiderent, nullum omnino vinere permitterent, ut patet Deuteronomii 20. & Numeri 40. & tamen nemo concedet non eguisse eos circuncisionem in terra Chanaan.

Item si hoc modo arguatur, dato, quod habitarent iudæi mixti gentilibus, quod amplius erat, non esset necessaria aliquando circuncisio. nam circuncisio, quamquam signum distinctiuum sit, non est ita distinctiuum, ut extra patens sit, & manifeste distinguat, sicut ea quem apparent in habitu. nam si aliquis gentilis uideret iudæum, aut econtra: rior, nunquā cognosceret eum esse iudæum, si sola circuncisio poneretur signum distinctiuum. nō. n. patet tale signum, cū sit in secretissimo loco, quia talia membra verenda

verenda sunt. Data ergo hac cognitione, non magis quis cognosceret per circuncisionem quam sine circuncisione. non est ergo sic accipiendum, quod circuncisio sit signum distinctiuum, id est, quod manifestet distinctionem inter eos qui circuncisi sunt, & qui nō: & hoc palam. sed quod quamquam publice non distinguantur Iudęi ab alijs, satis est, quod per circuncisionem ipsi se cognoscant distinctos ab alijs. & quod Deus uoluerit eos distinctos esse a ceteris faciens eos circuncidi. Ceteros autem nequaquam, & ipsi Iudęi cognoscunt se distinctos a ceteris, cum sciant se circuncisos, alios autem audiunt incircuncisos esse. & ipsi sepe hoc videntur, sicut cum Dauid tulit ducenta preputia Philistinorū Sauli regi, vt fieret gener eius: vt patet primo Regum, cap. 18.

Signum autem ad cognoscendū Iudęos distinctos a ceteris gentibus in actu interiori, erat in modo colendi Deum, & iurandi, atque faciendi singulas ceremonias.

Erat autem aliud signum adhuc manifestius in habitu distinctiuum Iudęorum a ceteris in fimbrijs palliorum. Iussit enim Deus, vt Iudęi per quatuor angulos palliorum portarent quatuor fimbrias hiacinthinas, vt patet Nume. 15. ideo cum aliquis istas fimbrias portans videretur, iudicabatur Hebręus, cum vero nō portaret, iudicabatur gentilis.

Item si ista causa staret, sequeretur quod si tempore quo Iudęorum lex obligabat, aliquis Iudęus esset in terra multum solitaria, in qua nulla vnquam esset communicatio aliarum gentium, non teneretur circuncidere filios suos, quia iam non erat ibi aliquis, a quo per circuncisionem differret. & sic de omnibus Iudęis si habitarent in locis separatissimis mundi inaccessibilibus ab alijs gentibus, nunquam fuisset eis necessaria circuncisio, hoc tamen nullus concederet, quia hoc modo daretur penitus exclusum præceptum de circuncisione.

Item hoc modo esset alterum concedendum, scilicet daretur, quod omnes gentes conuerterentur ad Iudaismum, sequeretur non esse amplius necessariam circuncisionem. & sic si quando Deus dedit Abrahę circuncisionem, fuisset conuersę omnes gentes ad credendum, quod credebatur Abraham, & expectandum, quod expectabat, sequeretur quod non fuisset vllō tempore circuncisio necessaria, nec conueniēs. hoc tamē falsum est, nec quisquam concedet. ergo quamquam Iudęi existentes in deserto non distinguerentur ab alijs gentibus per circuncisionem, quod adhuc falsum est, indigerent circuncisione. Non stat ergo vllatenus ista positio.

Cessauit circuncisio in deserto propter periculum quotidiani motus, ne circuncisi morerentur. Quest. LVII.

DICENDUM ergo, quod causa propter quam non fuerint circuncisi in deserto, per quadraginta annos fuit periculum motus: nam caput virge virilis, siue preputium, est extremas membri, & in magna venarum cōgerie finitur, quę propter debilitatem suam multum sanguinem interdum fundere possunt, & moreretur circuncisus. Fluxus autem huius sanguinis prouocatur per calorem subtiliantem humorem sanguineum, & propter apertionem venarum, quę a calore soluantur, & debilitatur sic vis retentiuę, calor autem iste prouocatur nimis per motū, ideo motus itinerationis circuncisus nimis obest. vnde contingit sepe in estate, quod cū quis multum laborauerit, & velociter motus fuerit, largū sanguinem de naribus effluere, quod raro contingit frigore brumę, fluxus iste sanguinis per calorem ma-

xime causatur in motu, quia motus calefacit ab intrinseco, & subtiliat interius maxime, & hoc, quia per motum causatur confictio partium, & diffusio: in calore autem solis, & ignis, si ille qui calefit non mouetur, non est huiusmodi periculum, ideo nihil magis nouiter circuncisus obest quam motus itinerationis. illi tamen qui in deserto progrediebantur, erant continue in hoc periculo, quia nesciebant, quando castra mouenda forent: sed ad motum nubes mouebantur erantque illam expectantes: sic patet Exod. 40. & Nume. 9. capit. cum dicitur. Cumque ablata fuisset nubes quę tabernaculum protegebat, tunc proficiscebatur filij Israel, & in loco in quo stetit, castrametabatur. ad imperium domini proficiscebatur, & ad imperiū illius figebant tabernaculum &c. His ergo sic habētibz, si circuncisio facta fuisset in deserto, aliquando contingeret, quod dum aliquis circuncidebatur, inciperet moueri columna, & immediate oportebat moueri post ipsam, tam circuncisum, quam circuncisores: quod in periculum manifestum eius qui circuncidebatur redundabat, maxime, quia circuncisi essent tenerę etatis, scilicet octo dierum: & ex debilitate venarum, & paruitate potentię retentiuę, a peritis capitibus venarum terminatis ad preputium, vigente motu itineris, necesse erat sanguinem effluere, & hoc ipsis nō dubiam mortem efficeret.

Arguit contra prædictam conclusionem. Et an peccaret Moyses quia non circuncidit filium in via. Quest. LVIII.

SED contra hoc aliquis arguet de Eliezer filio Moysi, nam cum portaret duos filios suos Gerison, & Eliezer cum vxore in Aegyptum, & esset in diuersorio, Angelus Domini voluit eum occidere, quia erat incircuncisus Eliezer, & cum circuncidisset eum Sephora vxor Moysi, cessauit Angelus persequi Moysen, vt patet Exodi 4. cap. Videtur ergo, quod in itinere peccatum erat pueros portare incircuncisos, & non obstante motu itineris circuncidi deberent, alioquin Angelus non torxisset Moysen volens eum occidere, cum poena sine peccatis nō sit, potissime illa quę a solo Deo est, qualis hec erat.

Ad hoc respondendum est, quod Moyses non obligabatur circuncidere Eliezer filium suum in itinere, nec ob hoc Angelus eum occidere volebat, quia in via non circuncidebat, sed quia in terra Madian antequam inde recederet, non circunciderat, cum tempus habuisset. Vxor tamen Moysi vidēs eum torqueri ab Angelo, circuncidit filium sciens ob hoc venisse poenam illam.

Sed adhuc videbitur alicui semper manere argumentum, scilicet quod in itinere positi circuncidendi sint, quamquam periculum mortis eis immineret, sicut fuit circuncisus Eliezer. Ad hoc responderi posset, quod non peccabat Moyses, quamuis non circuncideret filium suum in via, sed Sephora vxor eius vidēs illum torqueri, recurrens ad hoc circuncidit filiū propter quem putabat hec venisse, tamen quamquā tunc non circuncidisset, non peccabat Moyses.

Sed tunc obiiciet, quare tunc dabatur ei poena. Respondendum est, quod pro omissione quam fecerat in terra Madian, non tamen pro hoc, vt nunc circuncideret.

Aliter responderi potest, & valde conuenienter, quod in rebus dubijs homines agere debent secundum prudentiam suam: & maxime in periculosis debēt se caute habere a periculis deviando. si tamen circa aliquod agibile dubium, vel periculosum diuina sententia habeatur, non debet inquiri vltius aliquod consilium humanę prudentię circa factum, vel modum agendi, sicut

sicut declaratum fuit Deuteronomio. i. cap. Sic autem in proposito, filij Israel in deserto existentes videbant manifestam imminere puerorum mortem, si eos circumciderent: secuti ergo humanam prudentiam euitantesque manifestum periculum, cum non haberent aliquam diuinam sententiam specialiter ad hunc casum, scilicet utrum tunc deberent circumcidere, vel non, minime circumcidebant. si tamen Deus mandasset, tunc omnes circumcidi, ipsi non curassent de quocunque periculo, quantumcunque manifesto. Sic ergo Moyses videns filium suum Eliezer in periculo esse, si eum in via circumcideret, dimittebat eum in præputio, quousque veniret in Aegyptum, & ibi sine periculo puer in quiete manens, circumcideretur. Deus tamen aliter præiudicabat, scilicet quod deberet reuerti vxor Moyfi, cum liberis in terram Madian. ne ergo maneret tanto tempore incircuncisus, voluit ut in itinere circumcideretur, & reduceretur in terram suam. Nam si Moyses recessisset puero incircunciso, nunquam circumcidisset eum mater, quæ erat Gentilis, de circumcissione modicum curans, immo inuita hoc faciens. quod patet ex verbis suis, cū circumcidit puerum, & dixit. sponfus sanguinis tu mihi es, vt patet Exo. 4. capi.

Sciendum, quod istæ duæ rationes conuenientes sunt, tamen procedunt ex contrariis fundamentis. superior enim præsupponit, quod Eliezer compleuerat octauum diem, in quo circumcidi deberet in terra Madian: & tamen in via angelus eum voluit occidere. id eod fecit, quod omiserat circumcidere filium in terra Madian.

Alia ratio præsupponit, quod Eliezer compleuit diem octauum in itinere, cum esset Moyses in diuersorio, & ipse volebat differre circumcissionem vsq; in Aegyptum. Deus autem voluit immediate cõpleri. Item non est simile de circumcissione Eliezer filij Moyfi, & puerorum natorum in deserto: nam manentes in deserto mouebantur ad motum nubis. ideo quamquam in quibusdam mansionibus aliquanto starent tempore, tamen nesciebant quantum ibi mansuri essent, vel an immediate recessuri. Moyses autem cum mouebatur in itinere pergens in Aegyptum, poterat circumcidere filium suum, & manere aliquot diebus: donec sanaretur puer, & esset aptus ad itinerandū, cū eo. & angelus, ideo percutiebat Moysem, quia poterat filius eius conuenienter in itinere circumcidi, sicut postea factum est: quoniam recedente Moyse, vxor ipsa recessit in terram suam Madian, cum filiis suis, & ante hoc potuit manere, & credendum est, quod manserit aliquot diebus in diuersorio, in quo filium suum circumciderat, donec sanaretur. hoc nõ contingeret in manētibus in deserto, quia si moueretur columna, non poterant postea expectare, nec per mediam horam.

Quare cum Iudæi manebant in aliqua mansione deserti magno tempore non circumcidebantur, vt in monte Synai, & in Cadesbarne. Quæst. LIX.

SE D aliquis forte arguet, quod ista ratio teneret in anno primo, quo egressi sunt Israelitæ de Aegypto, in parte quadam anni secundi, quousque exploratores missi de Cadesbarne iustrata terra redierunt, vt patet Numeri 13. & 14. & in anno quadragesimo egressionis. in his duobus annis, vel duobus & dimidio, Israelitæ moti sunt per desertū. in primo nãq; anno & fere dimidio, venerūt in Cadesbarne, vt patet Nu. 13. In 40. anno ab eodẽ loco vsq; ad planiora loca Moabitū circa ripam Iordanis puenerūt, vbi mortuus est Moyses: toto autẽ medio

tempore quod fuit annorum fere triginta octo, non processerunt quicquam propter maledictionem eis a Deo datam, scilicet quod distarent quadraginta annis in deserto: vt patet Num. 14. & hoc toto tempore fixi steterunt, vt patet Deuter. 1. scilicet, Sed istis ergo in Cadesbarne multo tempore, scilicet annis triginta fere. poterant ergo in hoc tempore circumcidere omnes qui in anno & dimidio præcedenti nati fuerant, & omnes qui in eo tempore nascerentur. manerent autem hoc modo incircuncisi soli qui nati fuerunt anno quadragesimo quo processerūt de Cadesbarne vsque ad planiora loca Moabitum super Iordanem.

Ad hoc respondetur falsum præsupponi. si enim Israelitæ triginta octo annis vt dicitur mansissent in Cadesbarne, & ibi tam diu mansuros se cognouissent, debuissent circumcidere omnes prius incircuncisos: & qui tunc nascerentur: tamen nec tanto tempore Israelitæ ibi manserunt. & tamen quamquã aliquanto manserint tempore, nihil se tamen ibi mansuros cognouerunt secundum certitudinem: sicut Israelitæ manserunt fere vno anno in monte Sinai, scilicet demptis decem diebus, scilicet a prima die mensis tertij anni primi egressionis de Aegypto, vsque ad diem vigesimū mensis secundi anni secundi: vt colligitur Exo. 19. & Num. 10. & tamen Iudæi nesciebāt an essent mansuri ibi, saltem per duos dies. Et si aliquis obijciat: quod Iudæi sciebant se mansuros in Cadesbarne vsque ad annum quadragesimum, quia dixerat eis Deus, quod manerent quadraginta annis in deserto. Respondendum est: quod non concluditur ex hoc aliquid, sed magis oppositum. nam Numeri 40. dicitur. Quadraginta annis erunt filij vestri vagi per desertum: & portabunt fornicationem patrum suorum. qui tamen vagus est, non manet, sed mouetur: motus tamen suus non est reclus ad eam partem in quam tendere debet. in hoc autem differt motus istorum triginta octo annorū fere a reliquis: quia in primo anno mouebantur directe per solitudinem versus terram Chanaan: & in fine huius anni & dimidij fere venerūt in Cadesbarne. In anno quadragesimo q̄ erat vltimus annus egressionis de Aegypto mouebantur Israelitæ directe versus terram Chanaan, & accesserunt ad ripas Iordanis, qui est terminus terre huius ab oriente. In triginta octo annis nihil directe processerunt, sed fuerunt vagi toto tempore. verum est autem quod in his triginta octo annis contrahebant maiorem moram in mansionibus, quam cum procedebat de Aegypto in terram Chanaan: an vero vagantes Israelitæ per desertum maiorem numerum mansionum fecerint, quam continerentur in catalogo Numeri 33. ibi declarabitur.

Secundum erat, quod quamquam isti manserint magno tempore in Cadesbarne & quibusdam alijs mansionibus, tamen nesciebant quanto tempore ibi mansuri essent: quia Deus eis nihil prædicebat, sed cum fieri debebat indicabat per motum nubis: vnde semper incerti erant quando castra mouenda forent expectantes motum colūnæ. ideo quamquam manerent in aliquo loco, vno vel duobus annis, aut pluribus semper erāt expectantes motum nubis nescientes, an immediate moueretur. ideo non erat secuta circumcissio.

Idem argui potest de deserto Sinai, in quo manserunt Israelitæ anno vno demptis decem diebus: vt supra probatum est, & magis declaratur Exo. 18. & tamen ibi non fuit facta circumcissio, quia nesciebant, an in craftinum recederent.

Aliquis contra hoc arguet dicens Iudæis cognitū fuisse, quod in monte Sinai multo tempore mansuri forent

forent, quia ibi iussit fieri tabernaculum cum ornamentis suis, & tamen ista erant tanti laboris, quæ manifeste in tribus, vel quatuor mensibus finiri non poterant: ergo tunc securi de motu debuissent circumcidere omnes paruulos natos post exitum de Aegypto, adhuc manentes in præputio, & omnes qui ibi nascerentur.

Respondendum est, & etiam hoc stante, non erant Israelitæ certi, quanto tempore mansuri essent in monte Sinai. nam dato, quod inchoata forent opera Sanctuarij, poterat inde moueri nubes, & moueretur omnia inchoata, atque in alijs mansionibus finirentur. Nulla ergo mansio fuit in toto deserto, in qua Israelitis certum esset, quod aliquanto tempore mansuri forent. si tamen quis circumcideretur, & moueretur nubes immediate, erat periculum circumcisi propter motum, ergo non debebat fieri circumcissio.

Alia cautela erat propter dolorem, nam postquam aliquis circumcissus est, die tertio euenit ita magnus dolor, quod ille qui circumcissus est, etiam si sit robustus & tatis, erit quasi mortuus, vt nequaquam moueri possit, & si moueatur, erit periculum mortis. patet hoc de viris Sichem vrbs, quos in dolo fecerunt circumcidi filij Iacob, vt secure eos occidere possent, & tunc dicitur, quod die tertio, quando nimis esse solet dolor vulnerum, arreptus gladijs Simeon, & Leui duo filij Iacob intrauerunt confidenter vrbs, tanquam pugnaturi contra mortuos, & occiderunt omnes viros Sichem, ita quod nec vnus ex eis resistere possit, vel potuit: erant enim velut exanimati. non ergo decebat tali tempore circumcissos moueri, quia eis esset certissimum mortis periculum. Ex superioribus ergo patet, quare Iudæi in deserto per quadraginta annos non circumciderunt filios suos, & quomodo non peccauerunt.

Postquam autem omnes circumcisi fuerunt. Scilicet, tam Leuitæ quam Israelitæ, omnes enim in deserto nati in præputio, adhuc manebant.

Et non est intelligendum, quod omnes Israelitæ transeuntes Iordanem fuerint circumcisi. nam ipse Iosue non fuit ibi circumcissus, cū de Aegypto ipse egressus sit, & qui in Aegypto nati fuerunt circumcisi erāt, vt patet hic in litera.

Item non fuit ibi circumcissus Caleb, qui de Aegypto quoque egressus est. hi duo enim inter viros bellatores computatos in monte Sinai intrauerunt in terram Chanaan, vt patet Num. 14. & 26.

Item multi de alijs, nunc ingressi sunt in terram Chanaan, qui circumcisi non sunt hic, scilicet illi, qui non fuerunt computati inter viros bellatores in monte Sinai. nam sententia vniuersalis data est cõtra viros bellatores a viginti annis supra, vt patet Numeri 14. & fuit facta computatio illorum bellatorum vno anno, & 15. diebus post egressum de Aegypto, vt supra declaratum est. ergo illi qui in exitu de Aegypto, nondum compleuerant annum 19. non poterunt computari inter hos viros bellatores contra quos sententia data est, & tamen omnes hi erant circumcisi in Aegypto, ergo isti omnes qui essent in satis magna quantitate ingredienti in terram Chanaan, non circumciderentur in Galgalis.

De istis enim omnibus qui nondum compleuerāt annum decimum nonum, cum egressi sunt de Aegypto, dicendum est, quod potuerint ingredi in terram Chanaan, quia non obfistebat eis aliqua diuina sententia. Sed an omnes illuc intrauerint non constat. satis enim verisimile est, quod multi eorum perierint in deserto ex frequentibus murmurationibus, & tamen multi de eis ingrederentur, & non circumciderentur in Galgalis.

Hoc fuit dictum die 11. vel 12. mensis primi anni 41. egressionis de Aegypto, tunc enim facta est circumcissio, vt supra declaratum est. Hodie abstulisti opprobrium Aegypti a vobis. Multipliciter enim hanc literam quidam interpretantur.

Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. Dixitque dominus ad Iosue.

Hodie abstulisti opprobrium Aegypti a vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala vsque in præsentem diem.

Postquam omnes. In duobus, scilicet tribus diebus, vt supra declaratum est vsque ad diem 14. mensis eiusdem primi, in quo transierunt Iordanem. Manserunt in loco castrorum. Scilicet in Galgalis: ibi enim castrametati fuerant prima die qua recesserunt de Iordane, vt patet præceden. cap. & ibi postea circumcisi sunt, vnde ex circumcissione dictus est locus Galgala, vt infra patet.

Donec sanarentur. Scilicet a vulneribus circumcissionis. nam erant inepti tunc ad motum, sicut supra declaratum est: cum ex hoc Israelitæ 40. annis in deserto manserint in præputio, quia non erant certi de temporibus manendi, & mouendi castra, durabat autem sanatio ista per aliquot dies. nam vsq; ad tertium diem semper augebatur dolor, cum in tertio die maximus sit, ita vt ipsi circumcisi mortui videantur, sicut dictum est de viris Sichemitis, vt patet Gen. 34. cap.

Cur Iudæi post transitum Iordanis immediate circumcisi sunt, cum tunc etiam pergerent via sua, & eadem causa manere videbatur. Quæst. LX.

QUARE ET aliquis quomodo Israelitæ post transitum Iordanis immediate circumcisi sunt, cum tunc procederent via sua, & propter motum cessauerat in deserto circumcissio, hic autem eadem causa manere videbatur.

Respondendum est, non manere eandem causam hic, & in progredientibus per desertum: non enim impediabat in deserto motus circumcissionem, sed incertitudo motus, quia nesciebant quando castra mouenda essent. Si enim cognouissent Israelitæ quanto tempore mansuri essent in quolibet castrorum loco, etiam si non mansissent maiori tempore quam manserunt, potuissent circumcidere omnes filios suos, erāt tamen semper incerti, vt supra declaratum est. cū vero transierunt Israelitæ Iordanem, velocius mouebantur quam per multa loca deserti, tamen iam nõ erat eis incertitudo motus, cum non mouerentur nube mota, sed ad voluntatem suam præcedente arca. iam enim nubes cessauerat, vt patet supra 3. c. ex ibi declaratis, mouebantur ergo quādo volebant, & manebāt ad libitum, ideo potuerunt manere in Galgalis quantum voluissent ad sanationem vulnerū. vnde quamquam in deserto non fuit peccatum manere in præputio ex causis supra datis propter motum, tamẽ si post transitum Iordanis cessante nube, quisquam propter motum bellicum, aut itineris in præputio maneret, reus legis esset, quæ exterminandos de populo incircuncisos dicit, vt patet Gene. 17. Ideo data certitudine motus cessante nube, iussit Deus Israelitis, quod circumciderentur. Dixitque dominus ad Iosue. Modus locutionis iste fuit, vt supra declaratum est, scilicet in nube aliqua, sicut declaratum fuit præceden. c. quamquam pluribus alijs modis Deus loqui poterat Iosue, de quibus dictum est supra primo capitu.

Hodie abstuli. Hoc fuit dictum die 11. vel 12. mensis primi anni 41. egressionis de Aegypto, tunc enim facta est circumcissio, vt supra declaratum est. Hodie abstulisti opprobrium Aegypti a vobis. Multipliciter enim hanc literam quidam interpretantur.

Quomodo

An oēs generaliter fuerint circumcisi, post transitum Iordanis.

D

E

Quomodo opprobrium Aegypti ablatum fuit ab Israelitis die quo circumcisi sunt post transitum Iordanis. Quæstio. LXI.

QUIDAM de nostris expositores dicunt, quod istud opprobrium Aegypti est incircuncisio, & quâdo Israelitæ manebant in Aegypto erant circumcisi, ut patet in litera. omnibus populis qui egressus est ex Aegypto, & uniuersi viri bellatores mortui sunt in deserto, qui omnes circumcisi erant, & quia Aegyptij erant incircuncisi, Iudæi improperabant eis, quod essent incircuncisi, sed quia in deserto Iudæi erant incircuncisi, ipsi erant exprobrabiles, sicut exprobrabant Aegyptios, sed in ingressu terræ Chanaan Deus fecit circumcidi illos, ergo abstulit opprobrium Aegypti. i. quod ipsi Aegyptij infligebant. Sed iste sensus nullo modo stat. Non enim erat verisimile modo vilo, quod Israelitæ in Aegypto exprobrarent Aegyptios esse incircuncisos. nam ipsi erant in seruitute, & durissima quidem, quia affligebant eos, perducentes vitam eorum ad amaritudinem operibus duris lutu & lateris, omnique famulatu quo in terræ operibus premebantur. Sed magis verisimile est, quod Aegyptij exprobrarent Iudæis, quod essent circumcisi: nam erant domini eorum, & illudebant eis. sic patet Exodi primo. cum dicitur. Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, & multum videbatur hoc probabile, sicut inter conuersos de Iudaismo ad Christum, qui circumcisi sunt, opprobrium est quoddam, vel saltem in opinione sic tenetur, ita ut nullo modo arbitrarentur alij qui de parentibus christianis nati sunt, illos ad honores aliquos vel beneficia suscipiendos: Papa tamen censuit ob hoc non esse expellendos, ut patet extra de rescript. c. eam te. cum dicitur: pro eo, quod Iudæus extiterit eum dedignari non debes.

Item dato, quod Iudæi non essent serui Aegyptiorum in Aegypto, sed essent æquales: non erat verisimile, quod Iudæi in opprobrium ducerent Aegyptios, quia non erant circumcisi. nam quando aliquis debet exprobrare alteri, vel qualitercunque illudere, si colorate, vel non totaliter irrationabiliter illudit, debet habere aliquem colorem, ex eo quod secundum naturam, vel secundum commune iudicium est exprobrabile. Iudæi autem contra Aegyptios non habebant hoc, quia esse incircuncisum secundum naturam non est vituperabile, etiam secundum iudicium commune nequam exprobratur, quia fere omnes gentes incircuncisæ sunt. ergo non habebant Iudæi aliquem colorem illudendi vel exprobrandi Aegyptijs, dato quod æquales essent. sed magis e contrario Aegyptij habebant aliquem colorem exprobrandi Iudæis. nam natura hominem incircuncisum producit, & ista pellicula quæ tollitur in circuncisione, non est aliquid superfluum monstruosum, sed de integritate & pulchritudine corporis. si cui ergo particula illa abscisa sit, videbitur exprobrabile, sicut si quis naso careat aut digitis, quamquam in magnitudine deformitatis differt ex conditione membrorum. Item ex cõi iudicio gētium erant Iudæi exprobrabiles inter Aegyptios, quia cum omnibus gentibus visitatum sit esse incircuncisum, cū contrarium viderint, iudicabunt vituperabile fore: inter solos Iudæos incircuncisum esse est vituperabile, quia sancitum erat inter eos quemlibet debere circumcidi. dato ergo quod Iudæi & Aegyptij se haberent in equalitate, maiorem causam exprobrandi habebant Aegyptij super Iudæos, quam e contrario. nullatenus ergo tenere potest ista expositio.

Secunda expositio aliorum catholicorum super quæstio. LXII.

ALII de expositoribus nostris dicunt aliter, intelligendum esse istud opprobrium active, scilicet, quod Aegyptij illudebant Iudæis exprobrantes, quod serui essent: & præter angustiam, quam infligebant in operibus duris, adhuc maiorem infligebant illudendo. sic innuitur Exo. i. cap. f. oderantque filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis: atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum. Istud improprium duravit in Aegypto postquam surrexit rex nouus, qui non cognoscebat Ioseph usque ad exitum de terra ipsa: cum autem Israelitæ erant in deserto, non penitus videbatur ablatum: quia nondum introducti fuerant in terram quam Deus eis promiserat: sed nunc introducti fuerunt: ergo nunc fuit ablatum opprobrium Aegypti, scilicet in seruitute. Sed iste sensus non potest stare: quia cum hic dicitur, hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis: non agitur de liberatione a seruitute, sed de circuncisione: ut patet ex litera: ergo ad eam referendum est istud opprobrium.

Item patet hoc ex nomine quod imponitur loco huic. fuit enim vocatus Galgala: & dicunt hi quod signat liberationem, quia Israelitæ liberati sunt a seruitute. Sed falsum est, ut patet ex omnibus interpretationibus, s. Hieronymi & Remigij. Sed magis ad rotam vel ablationem pertinet, ut infra declarabitur: & omnes sic istud nomen exponunt. Item non applicatur sensus istorum. nam dato quod opprobrium Aegypti esset seruitus, tamen non fuit ablatum istud in Galgalis: sed magis in exitu de terra Aegypti. Et cum dicis: quod nondum erant perfecte liberati a seruitute quousque introducerentur in terram promissam, non habet aliquem colorem. Nam quæ maior liberatio a seruitute esse poterat, quam quod viderent Israelitæ omnes oppressores suos pristinos mortuos super littus maris rubri, scilicet Pharaonem & exercitum eius? ut patet Exo. 14. & postea populus iste nulli per desertum subiectus est, sed magis conturbabat gētes finitimas faciens eas timere, & faciēs pugnas magnas contra eas, ut patet ex processu libri Numerorum. Ideo tunc debet dici ablatum opprobrium Aegypti ab eis, & non in Galgalis. Item dato: quod concedatur id quod isti dicunt, scilicet, quod non fuerit Israelitæ liberati perfecte a seruitute quousque ingrederentur in terram promissionis, non stabit dictum istorum. quod patet: quia quando Israelitæ ingressi sunt terram duorum regum Amorrhæorum, & inceperunt eam possidere, intrauerunt in terram suam. nam Amorrhæi erant vna de gentibus quas Deus promiserat tradendas in manus Iudæorum: ut patet Gen. 15. & sepiissime per totum Petateuchum. Ita ergo dicerentur liberati cum fuerunt in torrente Arnon, qui est principium terræ Amorrhæorum: sicut cum fuerunt in Galgalis.

Item patet hoc, quia terra duorum regum Amorrhæorum cessit in possessionem Israelitarum cum diuisa fuerit duabus tribubus & dimidia: ut patet Deuteronomij 3. cap.

Item adhuc dato quod acciperetur terra promissionis stricte pro terra quæ est ultra Iordanem, sicut sepe accipitur in sacra scriptura: ut patet Numeri 34. & ponitur ibi terminus eius ab oriente Iordanis, non deberet dici, quod opprobrium seruitutis ablatum esset cum Iudæi fuerunt in Galgalis, sed cum transierunt Iordanem. nam transitu Iordane dicebantur Iudæi esse in terra promissionis vel possessionis suæ. sic patet Deuteronomo. 4. cap. scilicet, testes innoci hodie cælum

cælum & terram cito vos perituros esse de terra, quam transitu Iordane possessuri estis, sed non dictum fuit hoc in Iordane, quin potius in Galgalis, ideo non dictum fuit de liberatione ab opprobrio seruitutis, sed de circuncisione.

Tertia expositio Iudæorum, & Nicolai de Lyra ad idem. Et an Aegyptij prouiderint multum sanguinem fundendum esse de corporibus Iudæorum, & completum fuerit hoc in circuncisione. Et an sanguis iste fundendus poterat cognosci per astra. Quæst. LXIII.

ALITER exponunt Iudæi, & Nicolaus cum eis. s. quod in Galgalis in circuncisione fuit ablatum opprobrium Aegypti, id est opprobrium, quod Iudæi susceperunt ab Aegyptijs in exitu. dicunt enim, quod Aegyptij dixerunt Iudæis. ecce miseri, qui egredi vultis, quia si egrediemini multus sanguis super vos venturus est. Et tunc facta circuncisione in Galgalis effusus est multus sanguis de Iudæis, ergo completum erat, & ablatum opprobrium Aegypti. Sed ista expositio forte minus constat, quam præcedentes: errat enim multipliciter. Primo, quia dicitur Aegyptios dixisse Iudæis, quod multus sanguis venturus erat in per eos. hoc enim inducitur ex auctoritatibus quæ nihil agunt. Primo ex eo, quod habetur Exo. 10. vbi dicitur in litera, cui dubium est, quod pessime cogitetur.

In Hebræo habetur, ecce malum in oculis vestris, quod ad idem pertinet, s. ecce vos habetis oculos uestos ad faciendum malum. & patet, quia immediate subditur, non fiet ita. Iudæi autem dicunt: ecce malum in oculis vestris, id est, quod videbant Aegyptij per astrorum iudicium multum sanguinem futurum super Iudæos. & de hoc dixerunt: ecce malum in oculis vestris id est ecce malum est coram oculis vestris, s. quod si exieritis veniet super vos. Sed iste sensus manifeste est extortus, quia si cõsideretur litera, satis plane exprimitur, quomodo Pharaon volebat tollere Iudæis occasionem recedendi totaliter de Aegypto. & ad hoc volebat, ut taliter permittenterentur ire ad sacrificandum, ut cogenterent redire in Aegyptum pro eis quæ relinquebant. Ideo dixit Pharaon, qui de ipsis erant ituri ad sacrificandum. Respondit Moyses. cum paruulis nostris, & senibus pergenus cum filiis, & filiabus, & omnibus armentis: est enim solennitas domini magna. Respondit Pharaon ironice, sic dominus sit vobiscum, quomodo dimittam vos, & paruulos vestros. & sequitur in litera nostra, cui dubium est, quod pessime cogitetur, quasi dicat, manifestum est, quod malum agere vultis, s. ut non redeatis in Aegyptum. Et idem signat litera Hebræica dicens. Ecce malum in oculis vestris, id est ecce manifestum est, quod oculi vestri ad malum faciendum respiciunt. & patet ex adiuncto cum dicitur. non fiet ita, quia si dicat, non ibitis cum paruulis, & armētis. cum ergo non dixerint hoc Aegyptij Iudæis in opprobrium, nec signantes aliquid malum futurum super eos, non diceret Deus in Galgalis, quod abstulerit opprobrium Aegypti hoc modo intelligendo. Aliam auctoritatem habent ad hoc Iudæi cum dicitur in litera nostra Exo. 32. ne quod loquantur Aegyptij, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus. in Hebræo dicitur in malo eduxit eos. sed eodē modo improbanimus ibi hunc sensum, & ibi vide,

Præmissæ opinionis confirmatio per rationes, quod Aegyptij non poterant cognoscere Astrologice multum sanguinem per circuncisionem effundendum. Et ad quid se extendat cognitio astrologica. Quæst. LXIII.

ITEM errant, quia dato quod litera posset hoc signare, tamen non potest stare, quod Aegyptij co-

gnoscerent per iudicia astrorum multum sanguinem esse effundendum de Iudæis per circuncisionem. nam corpora cælestia non habent significationem super illud in quo non habent efficaciam, ut declaratum fuit Gen. 40. & latius Leuit. 19. sed corpora cælestia non habent efficaciam super ea quæ sunt pure libera, cum corpora cælestia habeant causalitatem naturalem, voluntas autem nullo modo dependet ex causis nature, sed circuncisio erat in Iudæis pure libere inducenda, ergo non poterat signari in astris.

Item principaliter patet hoc, quia quamquam omnis voluntas sit libera, liberior tamen est voluntas diuina in quantum magis distat a conditionibus materiae quæ determinat voluntatem ad aliquod genus volubilitatis, sicut intellectus est magis vniuersalis, & indeterminatus quam potentia sensitua, quia sensitua cum sint organice, determinantur ad certum genus obiectorum ex conditione organi. Intellectus autem quia nulli parti corporis alligatus est, non determinat sibi aliquod speciale genus obiecti. sed sic erat, quod voluntate Dei, & non humana fuit facta circuncisio post transitum Iordanis: ipse enim hoc præcepit Iosue, non poterat ergo vllatenus ista circuncisio per astra signari, & consequenter non poterat eam præcognoscere, & prædicere Aegyptij. & Deus ergo non diceret se abstulisse opprobrium Aegypti, cum hoc Aegyptij, non præcognouerint. Item dato, quod fuisset cognoscibilis circuncisio per astra, & præcognita, atque prænunciata Iudæis in vniuersali, s. de multo sanguine effundendo, tamen Deus in circuncisione facta non replicaret hoc Iudæis, sed magis subitendo dissimularet, quia si prædiceret hoc fuisse signatum per astra, & prædictum ab Aegyptijs, daret eis occasionem attribuendi virtutem diuinam corporibus cælestibus quæ hæc contingentia, & libera possent causare, & signare. ipse tamen vetuit valde hæc, dicens non esse curandum de iudicijs astrorum, nec de modo iudicandi gentium circa hoc, ut patet Hieremiæ. 10. cum dicitur. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis cæli nolite timere quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt.

Et non solum vetuit respici ad iudicia astrorum, sed etiam ne eleuarent oculos ad videndum corpora cælestia in pulchritudine sua, ne inducerentur ad colendum ea. Sic patet Deute. 4. f. caue ne eleuatis oculis in cælum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus colas ea, atque adores quæ creant dominus Deus tuus in ministerium cunctis gētibus. Nullo modo ergo Deus faceret hic mentionem de opprobrio ablato, si illud Aegyptij prænunciasset Iudæis. Item dato, quod Aegyptij cognouissent multum sanguinem venturum super Iudæos, & prædiceret, & postea Deus hoc repeteret, non videretur intelligendum de sanguine effuso in circuncisione in Galgalis, sed magis de sanguine effuso in fabricatione vituli. tunc enim Moyses cum Leuitis transeuntes per medium castrorum occiderunt viginti tria millia virorum gladio. ut patet Exo. 32. vbi manifestum est multipliciter amplius de sanguine fuisse effusum, quam si circuncideretur totus Israel vigesies, cum per vulnera totus sanguis humanus idolatrarum efflueret. ibi ergo diceret Deus hodie abstuli opprobrium Aegypti, & non in Galgalis. Dicendum ergo est, nullatenus stare istam expositionem.

Opprobrium Aegypti quid erat. Et est quarta, & vera expositio auctoris. Quæst. LXV.

SED est alius sensus, quod Deus abstulit ab Israelitis opprobrium Aegypti, id est incircuncisionem quæ erat opprobrium Aegypti, id est Aegyptiorum. nam esse incircunc-

incircuncisum erat magnum opprobrium inter Iudæos, & reputabant alias gentes valde vituperabiles, quia incircuncisæ erant. & cum vellent eis dicere aliquod vituperium, vocabant eas incircuncisas. sic dixit Ionathas ad armigerum suum: transeamus ad stationem incircuncisorum horum, vt patet primo Regum. 14. & Dauid cum vellent pugnare cōtra Goliath Gethæum volens ei improperare, vocauit eum incircuncisum, vt patet primo Reg. 17. cap. cum dicitur. erit ergo Philistæus iste incircuncisus, quasi vnus ex illis. sed Aegyptij erant incircuncisi, ergo erant exprobrabiles secundum legem Dei & opinionem Iudæorum. In deserto autem quadraginta annis manserunt Iudæi in p̄putio. ideo sic exprobrabiles erant, vt Aegyptij, quia tamē in Galgalis ablata fuit incircuncisio, dicitur, q̄ De⁹ abstulerit hodie, scilicet in die circuncisionis in Galgalis opprobrium Aegypti de Iudæis.

Quare incircuncisio dicebatur opprobrium Aegypti, pro confirmatione positionis modo dictæ. Et quare locus circuncisionis vocatus fuit Galgala, & in Hebræo Guilgala. Quæst. LXVII.

Sed dicit aliquis: quomodo incircuncisio dicitur opprobrium Aegypti, cum non solum Aegyptij, sed etiam oēs aliæ gentes incircuncisæ essent? Respondendum est, incircuncisionem esse opprobrium omnium gentium, tamen Deus vocauit hic opprobrium Aegypti, quia Iudæi steterant solum inter Aegyptios, & cognoscebant de eis quomodo essent incircuncisi. de ceteris autem gentibus non tantum cognoscebant. De his ergo magis dici debuit opprobrium esse incircuncisionem.

Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Antequam circuncisi essent Israelitæ in loco hoc, non habebat nomen speciale, sed vocabatur ager ipsius vrbis Iericho, quia erat circa urbem illam. sic patet infra. nam cum esset Iosue in Galgalis dicitur de eo, cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho. accepit autē postea duo nomina hic ab ipsa circuncisione.

Primum est, quod vocatus fuit collis præputiorum, vt patet supra cum dicitur. circuncidit Iosue filios Israel in colle præputiorum. & hoc quia ibi fuerunt abscisa præputia totius populi.

Secundum nomen fuit Galgala. Et hoc etiam venit propter circuncisionem. interpretatur enim Galgal, vel Galgala rota. & sic vocant Iudæi quodlibet cęlum Galgal, idest vnam rotam, & omnia cęlestia corpora vocant Galgalin, idest rotas, quia sunt rotę vel orbis, aut spherę. & applicatur istud nomen ad circuncisionem, quia in circuncisione abscinditur pellicula de capite virgę, quę vocatur præputium, & illa rotunda est: pp̄ illam autem rotunditatem abscisam vocatus est locus Galgala, idest rota. sic tenet Nicolaus.

Tamen secundum veritatem in hebræo non ponitur hic Galgala, sed Guilgala. vt inque enim est nomen apud hebræos, & non signat idem: quia Galgala signat rotam, & Guilgala significat ablationem. & istud nomen Galgala nullo mō conuenit literæ huic, quia dicitur in littera: hodie abstuli opprobrium: iō Galgala cum ponatur propter hanc ablationem debet significare ablationem, vel aliquid pertinens ad ablationem. & hoc nullo modo significat Galgala, sed Guilgala. & tunc est propria causalitas, & sic voluit ponere litera nostra in latino: tamen non cōsentit idioma latinū oēs prolaciones, quę in hebræo sūt. & econuerso: quædam. n. magnę aspirationes sunt, q̄ mos latinus nō toleraret. nullę. n. literę apud latinos talis sonoritas sunt. Et rursus apud latinos sunt quæ prolaciones quę apud Hebręos sunt impossibiles, vt

F cum adiungitur nostrum I, alicui vocali in eadem syllaba, vt maior vel eius. nihil enim tale Hebræus sonare potest. ita & in differentia prolacionis vulgaris ad latinam patet. quamquam ergo in Hebræo ponatur guilgala, quia tamen talis sonoritas & prolacione non coaptatur latinis, non dictum fuit guilgala, sed galgala. sensus tamen debet reduci ad guilgala. Simile patet in hoc nomine Israel: quod Hebręi, Zrael, & adhuc expressius, & maiori collisione in dentibus proferunt. sed ista non idem signant, quia, Zrael, vt Hebręi pronūciant, est fortis Domini, vel fortis cum Domino. Israel vt nos dicimus signat virum videntem Deum quod longe distat. Sensus tamen est q̄ vocatum est nomē loci illius Guilgala, idest ablatio, scilicet, quod ibi ablata est exprobratio vel opprobrium Aegypti, vt dicit litera.

Sed Iosephus lib. 5. antiquitatū, vult galgala signare libertatem, cum ait. nomen galgala signat libertatem: transeūtes enim fluium iam semetipsos ab Aegyptijs, & ab arumnis deserti confidebant esse securos. *Vsq̄ in presentem diem.* Refertur hoc ad tempus quo scriptus est iste liber. non enim fuit scriptus a Iosue, sed a quodam de prophetis: vt declaratum fuit Deutero. vii. cap. & tunc adhuc vocabatur locus ille galgala: vt patet 1. Reg. 11. ibi enim innouatum fuit regnum Saulis: & postea semper inter Iudæos mansit istud nomen in memoriam rei ibi gestę.

Manseruntque filij Israel in Galgalis: & fecerunt phasē quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho: & comederunt de frugibus terrę die altero, & azymos panes, & polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terrę: nec vli sunt vltra cibo illo filij Israel: sed comederunt de frugibus præsentis anni terrę Chanaan.

Hic ponitur secundū principale huius cap. de paschali celebratione. *Manseruntque filij Israel in Galgalis.* Scilicet a die 10. mēsis primi egressionis de Aegypto anno 41. vsque ad diem 14. in qua fecerunt phasē. cōueniebat. n. nāsiō in Galgalis ad duo. Primo ad sanationē a vulneribus: quia sic dictū fuit supra māserūt in eodem castrorū loco, donec sanarētur. & necesse erat esse hoc in tpe q̄n pascha celebrādū erat. celebratas. n. paschalis fiebat die 14. mensis primi. Circuncisio tñ inchoari non potuit ante diē 11. mensis eiusdem. nam die 10. mensis ipsius trāsierūt Israelitæ Iordanē, & venerunt in Galgalam: vt patet præced. c. & tñ in Galgalis facta est circuncisio. Dato ergo q̄ circunciderentur oēs die vndecima, esset maximus dolor die 14. & 13. quia in die tertio est nimius dolor in circuncisio, ita vt tunc exanimis videātur: sicut patet de Sichimitis Gen. 34. cap. ergo tpe celebritatis paschalis erat maximum impedimentū in Iudæis itinerandi pp̄ circuncisionem. non enim sanati fuerunt vsque ad aliquot dies post. erat ergo ista cā necessaria manēdi in Galgalis. Erat alia causa manēdi celebritas paschalis. voluit enim Deus vt inciperent obseruare aliqua de cęrimonialibus. nam leges datę in deserto nō tenebantur ibi locum: vt patet Deuter. 12. sed manebat obligatio eorū vsq; post ingressum terrę Chanaan & transitū Iordanis. quia ergo nunc trāsierāt Iordanē, cęperūt obseruare quędā de cęrimonialibus. nec tñ intelligēdū est, q̄ essent Iudęi obligati ad obseruationē cęrimonialium veteris testamenti immediate post transitum.

transitum Iordanis, sed vsquequo pacifice possiderēt. Tempore enim bellorum non vacabat eis intendere cęrimonialibus operationibus. habita autē pace fuerunt totaliter obligati. sic colligitur Deuter. 12. propter formam tamen cęperunt tenere quasdam obseruationes, sicut cęperant obseruare circuncisionem, quam ante nullo tempore tenebant. *In Galgalis.* Iste locus aliquando vocatur Galgala singulariter, aliquando pluraliter Galgalæ. arum, sicut aliquando dicitur apud Hierosolymam, & aliquando Hierosolymis.

Et fecerunt phasē. Idest celebrauerunt festiuitatem Paschalem. iam enim habebant opportunitatem ad faciendum aliquas cęrimoniales obseruationes: habebant enim Israelitæ hic omnia quę necessaria erant in celebratione hac, de quibus Exodi 12. c. Dicēdo, q̄ fecerunt phasē: non intelligitur, q̄ celebrauerint dies azymorum, nisi specialiter exprimat, quia ista erant duo festa distincta, & in significationē distinctorū beneficiorum, sicut satis declaratum fuit Leuitic. 23. vbi agitur de omnibus solennitatibus Hebręorum. Ad celebrationem autem phasē solum pertinebat agnus cū cęrimonijs suis. & ista solēntas expletur decimaquarta die, mensis primi. deinde die 15. est solēntas azymorum, & ista durat per dies septem, vt patet Exo. 12. Iudæi autem hic non solum celebrauerunt phasē, sed etiam solēntatem azymorum, vt patet infra.

Quartadecima die mensis. Ista erat dies signata ad faciēdum phasē, & non dicitur hic, cuius mēsis sit ista dies 14. Et respondetur, q̄ erat mensis primi, sed non exprimitur propter duo. Primo, quia intelligitur ex præcedentibus cum præcedenti c. dictum sit, q̄ die decima, mensis primi trāsierunt Israelitæ Iordanem, & eadē die venerunt in Galgalam. & hic dī, q̄ in eodem loco celebrauerunt phasē, ergo in eodem mēse esset, cum nihil interpositum fuerit. Secundo, quia dicitur de celebratione phasē. festum tamen istud habebat determinatum tempus in quo fieret, s. die decimaquarta, mensis primi, & non poterat anticipari, vel posteriorari, vt patet Num. 9. c. nisi ex duabus causis. Prima erat si aliquis esset immundus, quia tunc debebat facere phasē. 14. die, mensis secūdi. Secunda erat, si fuisset in itinere extra terram promissionis, & tunc in secundo mense eodem modo fiebat. quicumque alias anterioraret, vel posterioraret, peribat de populis suis, vt patet Num. 9. cap.

Ad vesperum. Vocant Iudæi vesperum, postquā Sol descendit a puncto circuli Meridiani vergens ad Occidentem, & tunc expurgant totam domum suam, ne maneat in ea aliquid fermentatum. nam in festo isto non solum non comedebantur fermentata, sed etiam non licebat esse in domo. sic patet Exo. 12. Et quando occidebatur agnus paschalis non licebat esse fermentatum in domo. sic innuitur Exo. 23. c. non immolabis super fermentatum sanguinem hostiæ meę: idest manente fermentato in domo non immolabis agnū Paschalem, qui vocatur hostia Dei. postquam autem exclusum esset fermentatum post Meridiem, dicunt Iudæi licere hostiam Paschalem immolari, sed nō immolabatur quocumque tempore post Meridiem, sed solum ad solis occasum. sic patet Deuterono. 16. cum dicitur. immolabisque phasē domino vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et hoc vesperum signatur hic.

In campestribus Iericho. Hic signatur quomodo Galgala sit apud urbem Iericho, quia Israelitæ in Galgalis circuncisi sunt, & fecerunt phasē, vt patet supra. & tamen dicitur hic, quod fecerunt in campestribus Iericho. erat enim Iericho habens apud se locum qui dicitur Galgala, quod etiam patet, quia cum adhuc essent in hoc loco Iudęi, apparuit Angelus Domini Iosue, &

A dicitur apparuisse ei in agro Iericho, vt patet infra. *Et comederunt de frugibus terrę.* Scilicet de frugibus terrę illius. nam si significaretur, quod comederūt de frugibus terrę simpliciter superuacū erat. nemo enim de hoc dubitabat. iste cibus erat de frugibus anni eiusdem, vt infra patet.

Quid comederunt Iudæi cum celebrauerunt phasē, post transitum Iordanis. Et quid non erat de necessitate celebrationis phasē, quid comederunt azyma.

Quæst. LXVII.

Sed dicit aliquis, quid comederūt Iudæi in die decimaquarta, cum celebrauerunt phasē? nam hic dicitur, quod die altero, scilicet post celebrationem phasē comederunt de frugibus terrę. Responderi posset, q̄ Iudæi die 14. mensis primi celebrantes phasē non comederunt panem aliquem cū agno Paschali, cum dicitur hic, q̄ die altero comederunt panes, quasi dicat, ante tempus illud non comederunt panes de frugibus terrę. Sed dicendum est, q̄ comederunt de manna, sicut comedeant in deserto. Sed dices, quomodo isti celebrauerunt phasē non comedentes azyma? nam iubebatur, q̄ cū agno Paschali comederentur azyma, vt patet Exo. 12. ergo panes comederent. Respondendum est, q̄ non erat de necessitate celebrationis phasē, q̄ comederēt azyma, sed q̄ non comederentur fermentata, vt declaratum fuit Exodi 12. sed Iudæi comedentes manna solum nō comedebant fermentatum, ergo non transgrediebātur legem agni Paschalis. Item posset aliter responderi, quod dato, quod esset de necessitate celebrationis Paschalis comedere cum azymis, impossibilitas habendi excludit omnem obligationem. Iudæi autem non poterant habere tunc, ergo nihil transgrediebātur de celebritate. Sed adhuc aliquis dicit, q̄ in die decimaquarta, mensis primi in Paschali celebritate comederunt Israelitę azyma de frugibus terrę, quia sicut in die decimaquinta, poterant de frugibus nouis habere aliquid ad comedendum, ita potuissent habere die præcedenti 14. ergo comederunt.

Respondendum est, quod non comederūt de frugibus terrę vsque ad diem decimum quintum, mēsis primi. nam manna cessauit illico, vt Israelitę comederunt de frugibus terrę, vt hic dictum est in littera. sed cessauit manna die altero post celebrationem phasē, vt patet hic. ergo in ea die cęperūt comedere de frugibus terrę, & in decimaquarta die, non comederant. *Die altero azymos panes.* Scilicet in die decimaquinta: ista enim erat dies prima azymorum, & cum istę duę festiuitates sint simul, scilicet phasē, & azymorum, cū celebrauerint phasē Israelitę, celebrauerunt immediate festum azymorum. iste dies est in quo fuerūt completi anni quadraginta ab exitu de Aegypto. nam die decimaquinta, mēsis primi fuit egressio de Aegypto, vt patet Num. 33. c. & Exo. 12. sed de anno. 41. trāsierant etiam dies 15. mensis primi, ergo complebantur anni quadraginta, cum esset iste annus quadagesimus primus.

Azymos panes. Fiebant isti panes azymi de farina facta de ipicis nouis, scilicet, quod cremaretur, & excusata in de grana iam torrida tererentur mola, atque fieret farina qualiscunque, & inde panes azymi formabantur. Iste est modus quo in festo azymorum die secundo, scilicet 16. die mensis primi, quando offerebatur manipuli spicarum, conterebantur in farinam, & offerebatur inde simila, vt patet Leuitici 2. capitu. & vigesimortorio.

Et polentam eiusdem anni. Non sufficiebat populo conuertere spicas in farinam ad comedendum azymos,

Phasē pp̄ duas causas poterat anticipari, & posteriorari.

Panes azymi qualiter fiebant de nouis frugibus.

mos, quia hoc erat magni laboris, ideo comedebant polentam quæ facilius parabatur. Dicebatur esse polenta...

Quare est Iudæi comedere panem in terra Chanaan...

Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terra. In toto deserto comederunt Israelitæ manna...

Causa diuersitatis est, quia quamquam in deserto Israelitæ comederunt panem, tamen non erat ei permanens...

Quid factum est de manna existete in arca.

Defecitque manna. s. non descendit amplius in circuitu castrorum per noctem, sicut descendere solebat...

fuertur, vel alias habuerint calamitates, manna nunquam habuerunt. Sed comederunt de frugibus presentis anni...

Cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se euaginatam tenentem gladium...

Exo. 3. Actu. 7.

Hic ponitur tertium principale, scilicet confortatio populi. fuit enim Iosue confortatus ab angelo...

Cum autem esset Iosue in agro Iericho. In Hebreo dicitur. Cum esset Iosue in Iericho. Sed non potest sic intelligi...

Hieronymus fuit diuinus & irrefragabilis interpretis...

Quomodo

Quomodo angeli in sacra scriptura appellantur viri, & quando Deus. de quo uide etiam supra 4. c. q. 2. & infra 6. c. q. 2.

IN quo considerandum est angelos Dei in veteri testamento, raro angelos appellari, sed aliquando viri, & aliquando Deus. Unde angeli aut apparent in corporibus assumptis figuratis ad humanam effigiem...

Contra se stantem. Idest a fronte sua vel ex opposito. Angelus enim ille posuerat se a fronte sua, ut videretur a Iosue...

An apparitio facta Iosue fuerit multum conueniens Iudæis, & ad quid. Quest. LXIX.

CONSIDERANDUM, quod ista apparitio facta Iosue fuit multum conueniens Iudæis, & hoc tam ex parte totius populi, quam ex parte ducis. Primo ex parte ducis, quia Iosue erat nouus dux...

Item credens hoc conueniens ex parte populi. nã prioribus temporibus fuerant Israelitæ in deserto, vbi raros habuerant confectus hostiles, quia distabant a terra habitata...

Perrexitque ad eum. Vt sciret quid sibi vellent gladium euaginatam, in quo Iosue monstrauit se impauidum, quia cum esset extra castra sua, & solus atque inermis...

in agro medians, occurrit viro armato, nesciens an hostis esset.

Noster es an aduersariorum. Idest nunquid es de nostris vel de aduersarijs. Iosue nesciebat quorum esset vir iste. in quo datur intelligi, quippe non cognoscebat omnes viros bellatores Hebræorum...

Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini. Ista negatio potest dupliciter referri. Vno modo, quod sit sensus, nequaquam. i. nequaquam sum de aduersarijs, & ita negauit vltimam partem quæstioni...

Angeli vocantur milites, & castra, & exercitus. Quomodo angeli dantur ad custodiam singularum personarum, & archangeli, & maiores dantur ad custodiam vrbium, & prouinciarum. Quest. LXX.

Hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, quod iste angelus esset princeps exercitus dñi. i. exercitus Iudæorum, qui erat exercitus Dei. si quia Deo ducente venerant in terram illam, & ipse traditurus erat eis terram omnium illarum gentium Chanaanarum...

Et hoc modo contingit esse pugnam & resistentiam. N. inter.

Qñ inter angelos e pugna, & pro quib' rebus.

inter angelos diuersorum hominum & gentium super statu illorum, sicut ipsimet homines & gentes in alterutrum depugnant. sicut fuit de Michale & Gabriele contra principem Persarum. nam cum Deus vellet educere Iudæos de Babylone reducendo in terram suam, princeps Iudæorum, scilicet Michael angelus & Gabriel, qui erat reuelator visionum Danieli, insisteret, vt liberarentur Iudæi. angelus autem, q' erat princeps regni Persarum, videns ex hoc diminuit statum regni Persarum, nolens eos inde exire. durauerat autem ista pugna duorum principum populorum coram domino diebus viginti vno, & adhuc non erat consummata, sic patet Daniel. 10. cum dicitur. exaudita sunt verba tua, & ego veni, ppter sermones tuos. princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti vno diebus. & ecce Michael vnus de principibus vestris primis venit in adiutorium meum, & ego remanui iuxta regem Persarum.

Iterum autem iste angelus reuersus est, vt pugnaret contra principem Persarum coram Deo, donec Deus declararet eis quid diffiniret, & tunc etiam vidit ibi angelum principem grecorum, qui pugnabat contra Principem Persarum coram Deo, vt Perficū dominium subderetur grecis, quod & factum est, sic patet Daniel. eodem cap. 10. cum dicitur. nunquid scis quare venerim ad te, & nunc reuertar, vt præliar aduersus principem Persarum, cum enim egrederer, apparuit princeps grecorum veniens. veruntamen annuncio tibi quid expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Hoc ergo modo intelligi poterit, scilicet quod fuerit princeps exercitus domini, id est Iudæorum, & veniebat ad adiuvandū eos in bello.

Si autem accipiatur alio modo, scilicet quod iste sit princeps exercitus domini, id est princeps angelorum qui vocantur exercitus, erit iste nobilissimus inter angelos, quia principatus semp in ordinatissimis politijs traditur nobilissimo. & tunc esset aliquis de Seraphin, qui tenent superiorem ordinem, & excellentiam inter angelos. Sed primus sensus conuenientior est. nam principem omnium angelorum mitti ad Iosue nihil attinebat, quia non habebat specialem curam populi illius, potissime, quia spiritus de supremis ordinibus non mittuntur, aut raro, vel si mittantur est hoc ad aliquem actum conuenientem ordini suo, sicut fuit de Seraphin qui volauit ad Isaiam, vt patet Isa. 6. scilicet volauit ad me vnus de Seraphin. veniebat enim ad purgandum & incendendum Isaiam, quod patet, quia dicitur ibidem. volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit. ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, quamquam de hoc an fuerit de supremo ordine Seraphin, vel de minoribus, & quomodo hoc factum fuerit, ibidem dicitur. Magis ergo dicendum est fuisse hunc angelum, qui princeps erat exercitus dñi. f. cui commendatus erat a Deo exercitus Iudæorum, vt defenderet eum, & nunc tempus erat defendendi.

Quis angelus fuerit iste, qui apparuit Iosue, an fuerit Michael an Gabriel. Et quod Gabriel erat princeps curam agens Iudæorum: Michael vero eius adiutor. Quæstio. LXXI.

ET tunc hoc dato dubitatur, quis fuerit angelus iste. Quidam volunt, q' fuerit Gabriel. & ista est intentio Ra. Sal. quamquam non hic, & hoc quia vocatur vir. sic enim dicit de illo viro, qui apparuit in agro Iosue erranti, & misit cum

in Dothain ad fratres suos, vult enim eum fuisse Gabrielem apparentem: solum quia vocatur vir. Daniel namque eum semper virum vocat dicens, & ecce vir Gabriel, vt patet Daniel. 9. c. & 10. & vsque ad finem libri. Sed ista ratio nulla est, nam angeli, qui hominibus in forma humana, siue figura visi sunt, in sacra scriptura viri vocantur, vt patet de tribus viris apparentibus Abrahæ in cōualle Mambre: quos sacra scriptura angelos prodit, vt patet Gen. 18. & duo angeli eorum apparuerunt in Sodomis, & vocantur duo viri, vt patet Gen. 19. manifestum tamen est, q' isti tres non fuerint Gabriel, aliquando, ergo apparent angeli qui vocantur viri, & non sunt Gabriel. Vocatur autem Gabriel vir, non tanquā specialiter, sed quia omnibus angelis assumētibus humanam effigiem, istud nomen commune est.

Alia causa est rationabilior, q' iste fuerit Gabriel. f. quia iste specialiore curam gerebat de Iudæis quā alij angeli, nam quamquā alij essent principes Iudæorum, & Michael de principibus magnis: nullus agebat causam Iudæorum pugnantem contra principē Persarum, nisi Gabriel. Et si obijciatur de Michale. Respondendum est, q' ille non erat principaliter curam gerens, aut causam agens contra principem Persarum: sed erat fautor & adiutor Gabrielis, vt patet Danielis. 10. f. & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum. Et iterum in fine eiusdem, cap. dicitur, & nemo est adiutor meus in omnibus, nisi Michael princeps vester. Erat ergo Gabriel curam principalem agens gentis Hebræorum. vnde ipsi videtur conuenire, quod nūc veniret auxiliator Iudæorum. Alij volunt, quod fuerit angelus iste Michael, quia ipse vocatur princeps Hebræorum, vt patet Daniel. 10. f. & nemo est &c. nisi Michael princeps vester. Quid autem tenendum sit, non multum differt, si tamen dicere velis, quod fuerit Gabriel, satis stabit. Et si obijcias, quod dicitur hic princeps exercitus domini. i. Hebræorum, tamen Gabriel non erat princeps Iudæorum, sed Michael.

Respondendum est, quod satis stare potest esse Gabrielem principem & Michaelem etiā: sed Michael vocatur princeps Iudæorum, quia erat de maioribus principibus Hebræorum, & conuenit sibi nomē per excellentiam, quod satis colligi potest Danielis. 10. cū dicit. & ecce Michael vnus de principibus primis. i. quod ipse principalis erat. Gabrielem autē esse principem Iudæorum, etiam si non maximum, satis appareret, quia satis efficacius & diligentius procurabat causam Hebræorum, quā ceteri, vt colligitur Danielis. 10. cap. Tamen non esset hoc, nisi pertinerent Iudæi ad eum.

Et forte dici debet conuenienter, q' iste est angelus qui ducebat columnam nubis per desertum ad dirigendum Iudæos, de quo Exo. 14. & ipse loquebatur Moyfi, atque faciebat omnia quæ pertinebant ad illū populum, sicut ibidem declaratum est.

De modo quo animæ, vel angeli formant corpora de aere, in quibus appareant. Et quod angeli, siue boni, siue mali possunt facere naturaliter multa quæ ignaris videntur miracula. Quæst. LXXII.

SCIENTVM autem de isto angelo, quod apparuerit Iosue in figura assumpta, formando corpus de aere & apparendo, & de eadem materia assumptis ad formationem gladij euaginati. est enim aer materia multum obediens ad omnes istas transmutationes, quia est humidus & delicatus, cum autē condensatur, possunt in eo quicunq; figuræ formari, & cuiuscunq; coloris: inducitur tamen

De quo videtur de sup. 4. c. q. 2.

Quis erat angelus q' ducebat columnā nubis per desertum.

color varijs in aere ex varia mixtione, & condensatione, sicut in omnibus elementalibus corporibus ex diuersitate mixtionis sequitur varietas colorum tā specifica quā gradualis, ita & in condensatione aeris varie condensando causantur varij colores, & possunt ibi colores apparere multum viuidi, quia est materia delicata, & non porosa, multum obediens agentis ad quemcūq; gradum mixtionis. vnde in talibus formationibus corporum, nihil supra naturę vires fit, sed omnia secundum principia qualitatum naturalium. Differt tamen in hoc, quia angeli sapientes artifices sunt cognoscentes secreta naturę, ideo possunt varia efficere ex ipsis visceribus naturæ matris, quæ nobis ignaris horum, vera miracula comprobarentur. Ideo corpora illa velociter ad quamcunq; figuram & colorem effingere poterant. si autem nobis aliquid de absconditis naturę cognosci daretur, similia faceremus. Patet autem naturaliter hæc effecta fore, quia demones hæc efficiunt: per quos nulla miraculosa operatio administratur directe vel indirecte. Hæc autem admiranda celeritate fiunt, quia causas nouerunt propinquas, & passiuæ existentia in potentia propinqua, vt sic quasi sine motu produncantur tales effectus. Et ob hoc dicimus operari angelos repente. nos autem qui non sumus ita experti, per causas naturæ magis remotas, atque minus efficaces operantes, cum immediatas reperire nequeamus, tardius efficimus, qd optamus.

Angeli possunt formare corpora in presentia illorum, quibus apparent illis non videntibus, vel in absentia. Et moueri in illis, & quomodo. Quæst. LXXIII.

SCIENTVM autem circa formationem corporum aereorum quæ ad angelos pertinent, esse hoc accidens, q' ipsi corpora illa in presentia eius cui apparent formare possunt, vel aliunde formata adducere. Quod autem aliunde ducant formata, patet de viris, qui apparuerunt Abrahæ sedenti sub ilice Mambre: nam visi sunt venientes ad eum.

Cum autem apparent stantes, sicut hic, potuerunt corpora in eodem loco formari. & in hoc non multum differt, sed tamen licet illa corpora aliunde formata veniant, & nos respiciamus contra illam partē vnde veniunt, non videbimus, nisi illi angeli in corporibus assumptis videri velint.

Et licet formentur coram nobis illa corpora, non videbimus immutationes, quæ in aere fiunt ad tales formationes, sed videbimus ea, cum formata sunt.

Fortē aliquis existimabit hoc fieri, quia mutationes istę sunt repentine, & non sunt perceptibiles. Sed non potest stare, quia non pateretur natura rerum tantam velocitatem in transmutatione ad inducendas tales figuras, & colores, & condensationes, vt percipi non possent motus. sed ista nobis occulta sunt, quia angeli ea nobis occultare volunt. non est enim decēs vt nos videamus tales mutationes fieri in aere, quia tunc reducens ista ad operationem naturæ, minus veneremur apparentes angelos, & mysteria Dei, q' per eos geruntur. Vult ergo Deus nobis quædam occulta esse, vt eum maiori colamus honore. ad hoc enim pertinebat occultatio arcæ in sancto sanctorū, & velatio corporis latentis inter alas Cherubin super propitiatorium, de quo grandis est sermo, vt dictum fuit Exodi 25. Modus autem quo possunt ista coram nobis fieri, & non videamus, scilicet vt moueatur angelus in corpore assumpto, & non videatur, vel formentur coram nobis, & occultum sit: est percutiendos nos quadam passione quam arosiam vocant, vt ait Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei. vel latinam cecitatem Alph. Toit. super Iosue.

Passio aerosia qd.

dicunt non quidem quod vera cecitas sit: sed quod dum omnia videamus quocunq; nos conuerterimus, aliquid coram nobis positum non videamus, de quo Gen. 19. De sodomitis percussis cecitate, qui cū omnia viderent, non videbant ostium domus Loth. Et nunc venio. Quasi dicat ante non eram hic, sed nunc venio ad adiuvandum.

An angelus veniens ad Iosue dixerit, quod veniebat tunc ad redargutionem Iudæorum de transgressione caeremoniarum. Et an angelus veniens ad Iosue dixerit, quod Moyses noluerat eum recipere, ideo nunc veniebat. Quæst. LXXIII.

VIDAM Iudæi dicunt, quod angelus dixit nunc venio, scilicet ad increpandum vos, quia non obseruaueritis legem sacrificij vespertini & matutini, scilicet quod in die illa qua erat celebratio phase, non fuerant obseruati ritus sacrificij matutini & vespertini. Vel quod venio nunc, scilicet ad increpandum vos, quod non obseruatis legem Dei vniuersaliter.

Sed ista nihil attinent, nam si ad hoc venisset, non monstraret euaginatam gladium, quia iste magis est bellicus apparatus.

Item si hoc foret: posita fuissent aliqua verba de errore populi, & verba emendationis angeli, alioquin superuacua esset talis apparatus, sed nihil tale ponitur.

Item ad increpandum Iudæos de transgressione in sacrificijs, non vocasset se principem exercitus, quia ista pertinent ad ordinem bellicum, sed vocauit se sic.

Item non erat aliquid quare increparet angelus Iudæos ex omissione sacrificiorum, quia nondum erāt obligati ad faciendum sacrificia & cæteras caeremonias: quousque pacifice possiderent terram Chanaā, vt colligitur Deuteronom. 12. sed hoc nondum eis prouenerat, ergo non erant digni reprehensione.

Alij Hebræi, vt Ra. Salomon dicunt, nunc venio, quasi dicat, ego veni ad magistrum tuum Moysen, & noluit me recipere, ideo nunc nouiter venio ad te, quasi dicat, si ille me recepisset, non venissem nunc nouiter: sed semper mansissem cum illo & tecum. Inducunt autem hoc, ex eo quod habetur Exodi 33. cum dixit Deus Moyfi, & mittam præcursorem tuum angelum meum. & post multa sequitur in litera. facies mea præcedet te: & respondit Moyses, si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto.

Sed ista infania sunt, quia non præcessit Deus magis Israelitas, quā ante præcedebat, & angelus semper præcessit eos in columna, per totum enim desertum nubes præcessit, vt patet Exodi 13. & tamen angelus mouebat nubem, quia ipsa non poterat moueri motu naturali, sic vt mouebatur, nisi ab aliquo moueretur. de hoc patet Exodi 14. & ibi declaratum est.

Est igitur sensus, nunc venio, scilicet ad adiuvandū, quasi dicat ante non erat necesse, nunc vero, quia oportunitum fuit, veni.

Non est tamen intelligendum, quod angelus nūc nouiter veniret ad Iudæos, quia ante stabat cum eis, sed dicitur nunc venisse, quia nunc nouiter visibilis apparuit, ante hoc enim eos protegebat, sed visibilis eis non erat, nunc vero apparuit, quia ad confortandum necessarius fuit, erāt enim Iudæi positi in loco maioris terroris, q' fuissent ante hoc. Iō non solū egebant defensore, sed etiam cōsolatore, angelus autē inuisibilis existēs Iudæos ptegebat, sed eos non cōsolabatur, ideo Deus, tunc fecit apparere angelum suū: N 2 Sicut

Determinatio auctoris.

Sicut Iacob veniens de Mesopotamia custodiebatur ab angelo, qui apparuit Laban in itinere exterris eius...

An Iosue ceciderit coram angelo pronus ad adorandum, vel ex timore, quasi non valens se continere. Et an adoravit Angelum adoratione latræ.

Cecidit Iosue pronus in terram. Idest prostravit se in terram, ut adoraret angelum principem iudaici exercitus honore debito...

Sed dicendum est, quod Iosue non cecidit pro timore, quia iste angelus veniebat ad confortandum, non ergo esset terrificus.

Item quia cum vidit Iosue virum statem euaginato gladio non timuit, sed perrexit contra eum inquirens, an esset ex aduersariis, postea ergo non corruii timore.

Sed dicit aliquis, quod potuit Iosue a principio non timere, cum putaret esse virum illum quem viderat, cum autem cognouit esse angelum fortassis contremisceret.

Respondendum est, quod Iosue antequam cognosceret hunc virum esse angelum, vel postquam cognouit, non timuit, & cum cecidit, non cecidit timore prostratus, sed ex reuerentia, quod patet, quia dicitur, & adorans ait.

Item si Iosue corruisset timore, non potuisset loqui, tamen cum cecidit in terram locutus est dicens, quid dominus meus loquitur ad seruum suum?

Item dato, quod Iosue cognosceret hunc esse angelum, non est verisimile, quod timuisset, quia timor fit ex insolito. Iosue tamen non erat insolitum audire verba Dei cum sepissime ad eum fieret diuina locutio...

Fram eis inclinantes, & sic dicitur Gen. 23. quia Abraham adorauit regem, & alibi saepe dicitur adorasse, ut quando venerunt ad eum viri tres sub ilice Mambre...

Angeli in veteri testamento magis se permittebant adorari, quam nunc, & cur hoc causa afferatur pulcherrima. Et quod debemus adorare angelos dulcia.

Considerandum autem, quod aliquis arguet circa istam adorationem, si fuerit adoratione latræ, nam non licet adorari angelos, nunc in statu noui testamenti, sicut licuit in veteri...

Respondendum est, quod in veteri testamento nemo angelos adoratione latræ coluit, semper enim illicita fuit adoratione dulciæ semper licuit adorari angelos, nec magis nunc vetitum est exhiberi dulciæ reuerentiam angelis, quam in veteri testamento...

Respondendum est, quod Iosue antequam cognosceret hunc virum esse angelum, vel postquam cognouit, non timuit, & cum cecidit, non cecidit timore prostratus, sed ex reuerentia, quod patet, quia dicitur, & adorans ait. Cui adorauit Iosue angelum non adoratione latræ, quia hanc soli Deo impendere tenemur...

ipsum non permiserint, iam quod arbitrij nostri est, executi sumus.

Solue inquit calciamentum de pedibus tuis. i. angelus inquit ad Iosue: solue calciamentum tuum. tolle cito soluales. hoc fiebat in reuerentia...

Locus enim in quo stas sanctus est. Non erat locus iste sanctus ex aliqua qualitate sanctificationis, quæ ibi esset, vel propter aliquam quæ præcessisset ibidem, sed ex præsentia angeli apparentis...

Utsquequo Iosue tenuit pedes nudos. Quæst. LXXVII.

Sed dices vsquequo tenuit Iosue pedes nudos. Respondendum est semper dum angelus ei loquebatur in reuerentiam, cum autem cessauit loqui, atque disparuit, resumpsit Iosue calceos suos.

Sciendum etiam, quod iste locus non fuit semper sanctus, ita quod semper haberetur in reuerentiam, & non accederent ad illum viri calciati, sed solum dum angelus locutus est...

Quid fecit angelus apprensus circa Iosue, & ad quid ei calceos soluere fecerit. Quæst. LXXVIII.

Sed quæret aliquis quid iste angelus circa Iosue fecerit, vel ad quid ei calceos soluere fecerit. Respondendum est, quod fuit ei locutus, quid autem fuerit locutus, aliquis dubitabit dicens hæc subtrahere.

Alph. Toft. super Iosue.

Sed dicendum est non esse hoc conueniens, nam cum sacra scriptura descriperit apparitionem, & eius apparatus, debuit describere quid inde secutum sit...

Dicendum ergo est, quod ea quæ locutus fuit angelus, sunt ea quæ habentur sequenti c. de Iustratione Iericho per septem dies, & consonat valde...

Quando facta est apparitio angeli Iosue. Quæst. LXXIX.

Circa istam apparitionem aliquis dubitabit, quando facta est. Respondendum est necessario fuisse factam post diem decimum mensis primi anni...

C A P. VI.

ERICHO autem clausa erat, atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat, aut ingredi. Dixitque Dominus ad Iosue: Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius...

23. q. 5. c. remittunt. s. si ibi pp filios Israel.

vestris increpauerit: conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis. Ingenturque singuli per locum contra quem steterint.

IERICO *autem*. In superioribus autem actum est de ingressu Israelitarum in terram Chanaan. Hic agitur de secundo principali huius libri. s. de conflictu contra hostes & terræ acquisitione. Et diuiditur in quatuor partes. Primo agitur de acquisitione Iericho. Secundo de acquisitione vrbs Hay. Tertio de bello contra quinque reges simul. Quarto de pugna contra multos congregatos in vnum.

Secunda infra. 8. cap. Tertia infra. 10. cap. Quarta infra. 11. ca. Prima in duas. Primo ponitur pars principalis de Ierichontine vrbs destructione. Secundo de anathematis deprehensione. cap. sequenti. Prima in duas. Primo ponitur anathemata præceptio. Secundo subditur Iudeorum executio, ibi. *Cumque Iosue.*

Circa primum. *Iericho autem clausa erat.* Considerandum autem circa introductionem principij c. huius, quod angelus apparens Iosue in agro vrbs Iericho. s. in Galgalis, erudiuit eum in modo capiendi Iericho, vt habetur hic. & debebant ista quæ sequuntur de captiōnis modo poni tanquam verba dicta ab angelo. sed sit hic quædam interpositio ad introducendum ea quæ angelus locutus fuit Iosue. *Ierico autem clausa erat.*

Quasi dicat quamquam Deus vellet dare modum capiendi vrbs Iericho Iudæis: tamē non dedisset hūc modum qui infra sequitur de lustratione per septem dies, & ruina vrbs in septimo, nisi esset clausa vrbs. nam si egredierentur Ierichontini ad pugnam cum Israelitis, sicut egressi sunt viri de vrbe Hay, non dedisset Deus hunc modum ad capiendum vrbs, & delendos habitatores, sed dedisset modum quem dedit pro habitatoribus vrbs Hay, vt patet infra 8. cap. vel aliquem alium. quod patet, quia si Ierichontini egredierentur in pugnam contra Israelitas in campo, eos deleret vel conuerterent in fugam. vel si ipsi aliquo modo se possent viribus tueri a Iudæis, dato qd corruerent muri vrbs Ierico, intra vrbs compugnantes se tuerentur. nihil ergo proderat ruina vrbs.

Ad hoc ergo profuit iste modus, quia Ierichontini non sufficiebant pugnare contra Israelitas in campo nec in vrbe. quia tamen nullus ingrediebatur, nec egrediebatur clausa vrbe, fuit conueniens modus, vt caderent muri vrbs, vt sic Israelitis esset aditus ad pugnam contra Ierichontinos. & sic factum est, quia ingressis eis per ruinas murorum, non fuit vllus vigor in Ierichontinis ad resistendum. alioquin autem oportebat manere Israelitas magno tempore in obsidione vrbs Iericho: quousque vel diruerent muros eius, vel fame confecti ciues ad deditiōem cogerebantur.

Atque munita. Id est tota in circuitu firmis defenfaculis cōstans, vel non solum portæ clausæ erant, sed etiam sic munita & firmata, vt aperiri non possent.

In hebreo dicitur. Iericho autem clausa erat & reclusa.

Id est clausa & magis quam clausa. quod notat dictio hebraica repetita in modum additionis, & loco huius dixit litera nostra, & munita. s. portæ nō poterant aperiri, vt cum portæ vrbs interdum post clausiōnem lapidibus vel parietibus appositis obstruuntur & obferantur ad maiorem firmitudinem.

Timore filiorum Israel. Qui erant in Galgalis apud vrbs Iericho, cum ibi existentibus dicerentur esse in agro eius, vel etiam in campestribus, vt patet præcedenti cap. & hoc quia sciebant eos. hostes esse publicos, cum totam terram delenturi venirent, quod cognouerunt ex his, quæ fecerant duobus regibus Amor-

reorum Schon, & Og, vt patet supra secundo cap. In hebreo dicitur. *Ante filios Israel.* Id est Iericho erat clausa ante filios Israel, scilicet propter eos vel timore eorum.

Et nullus egredi audebat. Scilicet ad pugnandum cum filijs Israel. Obtrunuerat enim eos timor, ita vt non remaneret in eis spiritus. vnde non audebant se opponere certamini, sed quomodolibet intra vrbs suæ menia, se ab hostibus contueri. sic patet supra secundo capitulo.

An viri vrbs Hay robustiores erant, quam viri vrbs Iericho & animosiores, vel econtra. Quæst. I.

IN quo apparet robustiores valde, & animosiores fuisse viros vrbs Hay quam Iericho. nam Ierichontini nō audebant egredi, nec egressi sunt. Habitatores autem vrbs Hay egressi sunt bis ad Israelitas, & semel expugnauerunt eos, vt patet infra octauo.

Et adhuc apparet ex alio fuisse animosiores viros vrbs Hay quam Ierichontinos, quia Ierichontini nō audierant tanta de Iudæis propter quæ timerent, sicut viri vrbs Hay. ipsi enim audierant de transitu hebreorum per arentem alueum Iordanis, & cætera quæ Ierichontini. Amplius autem cognouerant aliud miraculū, quomodo cecidissent muri vrbs Iericho Iustrantibus Israelitis cum arca, quod erat satis stupendum. & hoc nondum visō, Ierichontini non audebant congredi.

Sed dicit aliquis forsitan hoc euenisse, quia erant Ierichontini pauciores viri vrbs Hay. iō isti confisi multitudine bellatorum egressi sunt ad pugandum contra Iudæos.

Respondendum hoc non stare. plures enim valde fuerunt Ierichontini. viri autem vrbs Hay valde pauci erant, vt patet sequenti cap. cum dixerunt exploratores: non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria millia pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus frustra vexatur contra hostes paucissimos? ipsi tamen pauci ausi sunt congredi cum tota multitudine Hebræorum, vt patet infra octauo cap.

Sed forte dicit aliquis Ierichontinos conterritos fuisse valde visā arca domini Iustrante vrbs, & audito clangore buccinarum, de quo infra. & hoc non viderant viri vrbs Hay.

Respondendum est non fuisse ex hoc conterritos Ierichontinos, quia antequam Israelita Iustrarent vrbs, erat Iericho clausa muris, & non audebat quiscquam ingredi, nec egredi, vt patet hic. & ob hoc fuit Iustratio vrbs per dies septem.

Dicendum ergo necessario fuisse animosiores viros vrbs Hay quam Ierichontinos. Vel dicitur. *Nec audebat egredi.* Id est nullus de existentibus in vrbe Iericho, audebat egredi, vt euaderent mortem. erat enim verisimile, quod posuisset Iosue in circuitu vrbs aliquos vigiles, & custodes prohibentes ingredi, aut egredi. Ierichontini autem tanto fuerant timore conterriti, vt libenter recessissent de vrbe, si eis daretur fugiendi locus, sed non erat egrediendi via.

Nec ingredi. Id est nullus de exterioribus audebat ingredi vrbs Iericho ad defendendam eam. licet enim aliqui de finitimis vellent introire vrbs, vt ibi securius manerent, eamque tuerent: non audebāt accedere timore circumstantium hebræorum.

Dixitque dominus ad Iosue. Ista sunt verba quæ dixit angelus qui apparuerat Iosue, de quo supra præcedenti cap. non est enim intelligendum, quod esset ista locutio distincta a superiori, quia tunc daretur, quod angelus apparens præcedenti cap. nihil fuerit locutus, quod

quod non conuenit, sicut ibi declaratum est: debuerant autem subiungi immediate ista verba ad illud, quod dixerat angelus supra. s. solue calciamentum de pedibus tuis, sed fuerunt interposita ista quæ dicta sunt. s. Iericho clausa erat &c. & hoc vt introducerentur ista quæ dixit angelus de modo capiendi vrbs Iericho, vt introduximus supra, & tūc quia illis verbis interpositis illa, quæ sequuntur, non viderentur pertinere ad superiora, positum est hic tanquam caput orationis. s. dixitque dominus ad Iosue. Quod autem ista locutus fuerit angelus non est dubium, quia Deus illa loqui non poterat cum ei repugnet, vt probatum est Exo. 23. & 25. cap.

An angelus qui supra apparuit locutus fuerit hic. Regula data supra quarto cap. q. 2. quomodo intelligitur: quando scilicet angelus apparens uocetur Vir aut Deus. Quæst. II.

SED an angelus qui supra apparuit Iosue ista locutus fuerit aliquis dubitabit. Sed dicendum est eundem hæc dixisse, immo nisi ista dixisset, nihil diceret, vt inductum est præcedenti cap. Sed tunc arguetur ex dictis supra 4. c. ibi enim data est regula, qd quando apparebat angelus in humana figura assumpta, nūquam vocabatur Deus, sed vir vel angelus. Cum vero loquebatur occultatus nube, vel aliis non apparens, interdum vocatur Deus, & interdum homo.

Respondendum est tenere semper verum regulam illam in eodem contextu orationis, in quo dicitur apparuisse angelum in figura viri: ibi enim non vocabitur Deus, sed vir vel angelus. Sed iterum in alio contextu qui iam videatur ad alterum pertinere, bene vocabitur Deus, & sic factum est hic, quia præcedenti. c. vbi dicitur apparuisse virum, non vocatur Deus, sed vir: nunc vero quibusdam interpositis, quasi iam ad alterum pertineat ista narratio, vocatur Deus.

Eccc dedi in manu tua Iericho & regem eius. Id est nihil tibi pugnandum est, vt capias vrbs Iericho, quia ego tradidi eam. i. iam habes eam in manu tua, eo qd paruo labore habenda erat, & modicum distabat, vt haberetur. *Et regem eius omnesque fortes viros.* Nomine Iericho sola munitio, vel locus intelligitur: ideo exprimuntur hic viri per se, & hanc tradiderat Deus in manu Iosue, quia nihil agentibus Iudæis muri vrbs corruerunt. Vel potest accipi Iericho, pro toto vulgo seminarum & masculorum, non potentium pugnare, & isti tradita vrbe capti erant, non habentes vires resistendi. Viri autem fortes & rex non intelligitur nomine vrbs, quia capta vrbe, vel diruptis muris, non erant capti isti. erat adhuc in eis vis aliqua resistendi: sed non restiterunt, quia nimis conterriti fuerant, elanguerat enim cor eorum, liquefactum instar aquarum.

De rege Iericho dicendum est, qd mortuus fuerit morte cōi. s. in ore gladij, sicut cæteri ciues sui, nec factum est ei vllum supplicium, aut dedecus speciale, sicut regi vrbs Hay, qui viuus comprehensus appensus est patibulo, vt patet infra 8. cap. & sic factum est quinque regibus pugnantis contra Israelitas, & postea latentibus in spelunca, educti enim inde extensi sunt in terram, & Israelita posuerunt pedes super colla regum illorum. Postea vero appensi sunt in patibulis vsque ad vespertum, vt patet infra. 10. cap. Cuius causa est, quia rex vrbs Hay mouit populum suum in pugnam bis contra Israelitas, & alij quinque reges monerant multam terram. debuerunt ergo luere specialem poenam. Ierichontinus autem rex nihil egerat contra Iudæos: non enim fuerant congregati.

Alph. Toft. super Iosue.

Asi cum eis, sicut viri vrbs Hay, vt patet hic: ideo non debuit aliqd tolerare magis quam ciues sui. *Omnesque fortes viros.* Nomine virorum fortium vel ciuium vrbs, non intelligitur rex: quia princeps non est pars ciuitatis, sed caput, & nomine vniuersi non intelligitur Deus, quia ipse non est pars vniuersi, sed dominus vel rector.

Circuire vrbs cuncti bellatores. Iste est modus quo capienda erat Iericho: non enim in clypeo & hasta: sed Deo pugnante pro eis, & diruente muros vrbs, ipsi nihil agentibus iuxta illud Exodi 14. dominus pugnet pro vobis, & vos tacebitis: iubebat dominus, qd circuirent vrbs. s. faciendo circulum perfectum redeundo a porta vrbs vsque ad eandem portam.

Cuncti bellatores. Secundum Hebræos quosdam vocantur hic bellatores viri de tribu Gad, & Ruben, & dimidia tribu Manasse, quia de istis dicitur supra quarto, quod præcedebant de tribu Gad, Ruben, & dimidia Manasse. 40. millia virorum armatorum, & reliquum vulgus sequebatur: sed non solum vocantur isti bellatores, sed omnes viri potentes pugnare de omnibus tribubus, & isti circuibant vrbs, & non solum procedebant isti in circuitu ciuitatis, sed etiam: tota alia multitudo Israelitarum virorum, siue potentium pugnare, siue non potentium. Etiam cum eis ibant sacerdotes portantes arcam. nam quidam præcedebant, alij sequebantur: hic tamen solum dicitur de viris bellatoribus, quia sacra Scriptura est breuiloqua deuotans frequentes repetitiones, & quia immediate repetendum erat istud præceptum in executione, non fuerunt hic omnes clausula posite, sed quædam, & postea suppleuntur omnes. Sic fit Exo. 12. vbi agitur de caeremonijs agni paschalis; & primo ponuntur quædam cum datur præceptum, deinde superadduntur omnes quæ deserunt, & si semper deberet enarrare res integre, cogere tur facere frequentes repetitiones inutiliter.

Semel per diem. Dicitur hoc, quia ciuitas multoties Iustranda erat, scilicet tredecim vicibus, vt colligitur infra, & tamen non deberent omnes simul fieri continuato processu, sed qualibet die solum. semel fiebat circuitus.

Sic facietis septem diebus. Id est quod qualibet die horum semel circuirent, nec fiebant aliqua alia caeremonia, sed cum semel Iustrata esset vrbs fiebat regressus in castra.

Septimo autem die. Aliqui dicunt, quod iste dies septimus erat sabbatum, sic enim vult R. Salomon. & necessarium quidem est, quod aliquis dies horum septem esset sabbatum, sed an vltimus horum non constat. Dicunt tamen fuisse septimum diem sabbatum ad maiorem honorem sabbati, quia tunc plures circulationes factæ sunt, & quia tunc muri corruerunt a sedibus. Quicquid autem sit patet, quod licebat in die sabbati tractare negotium bellicum, quia quilibet Iustratio harum ad bellicum apparatus pertinebat: tamen in die Sabbati aliquis circuitus horum factus est, cum fuerint dies isti continui.

Quare Deus iusserit toties circuire vrbs Iericho, cum vnicus circuitus sufficisset. Et quod quatuor signa, quæ Deus dedit concludebant, quod ista ruina vrbs erat a Deo. Quæst. III.

QUAREB aliquis: quare dominus iusserit fieri tot circuitus, cum sufficeret vnus. Respondendum est hoc fuisse factum ad monstrandum, quod ruina murorum Ierichontinorum non fuisset a casu per aliquem terræ-

N 4 motum:

An septimus dies circuitus Iericho esset sabbatum.

motum: sicut alijs vrbes diruta sunt, & magna edificia a sedibus erata. Hoc ram ex historijs gentium, quam experientia ipsa teste didicimus: Christus etiam cum ceteris incommodis, quae finitimum orbem preuentura sunt, terramotum posuit, vt patet Luc. 21. cap. scilicet surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terremotus magni erunt per loca. Hac tamen naturaliter euentura sunt, quia cetera signa, quae ibi Christus praedixit, naturaliter eueniunt, & philosophi ipsi horum manifestam causam tribuunt, vt patet per Aristot. 2. Meteo.

Volsit ergo Deus dare signum, per quod videretur ista murorum ruina fieri ab intentione, & virtute alicuius spiritualis agentis, & ad hoc dedit multas coiecturas, quae simul collectae efficerent probationem.

Primum erat, quia arca domini praecedebat, cum Israelitis in lustratione vrbs Iericho: ipsa tamen non erat ad opus bellicum, quantum attinebat ad apparatus modo humano: sed quantum ad operationem diuinam, si forte quid efficeret propter eam, quia in illa erat gloria sui decoris.

Item si vna vice Israelitae circumirent ciuitatem portantes arcam, & tunc uerentur muri vrbs: videretur factum a casu. Etiam videretur, quod non circuibant hac intentione Israelitae, vt rueret, sed forte vt circumdantes inuestigarent locum infirmiore murorum, vt ex ea parte obsiderent depugnantes: cum autem sex diebus circumdarent, & quotidie semel, nihil vltorius bellicae operationis praetendentes, viderentur aliquid alterum praestolari, & cum fieret casus murorum, cognosceretur quod ad hoc intendebant, qui toties circumdederant vrbs.

Item alia coniectura huius est, quod in die septimo quo muri conuerunt, non fuit facta lustratio simplex, vt praecedentibus diebus, sed septies repetita est. Videntes ergo hoc Ierichontini muratum a praecedentibus diebus, suspicarentur aliquid velle breuiter concludi per hanc frequentem repetitionem circuitus, & cum factum viderent, suspicarentur Israelitas ad hoc attendisse vt fieret.

Item aliud signum est, & satis causat praesumptionem forem, quia finito circuitu cum subsisterent, quasi iam nolentes amplius ambulare, corruerunt muri: in quo argueretur facta ruina murorum, & quae isti perceperant futuram ruinam, & ad hoc hac faciebant, & ab hoc septimo finito circuitu subsistisse, ga sciebant tunc diruendam a sedibus vrbs munitione. Si autem tunc circumstantibus, nec habentibus imaginem standi fuisset facta ruina murorum, non tantum appareret eos attendisse ad hoc, vt caderent, vel si attendissent, non praecognouisse tempus futurae ruinae.

Item aliud signum est magis signans determinate, quod Iudaei ad ruinam murorum hoc facerent, & praecognoscerent, scilicet quia cum murus cadere debuit, totus populus Israel ad praecceptum Iosue cepit clamare, & ante semper subtruerant: illico autem muri corruerunt. Quod ergo per sex dies ante nunquam clamassent, & die septimo cum omnes clamare ceperunt, caderent muri: signum erat Ierichontinis videntibus ea, quae fiebant, cognouisse Iudeos futuram murorum ruinam, & ob hoc tunc fortiter clamasse tanquam vocantes Deum suum, ad diruendum muros a sedibus. Si autem quolibet praecedentium dierum clamassent, vel saltem aliquo eorum, clamor diei septimi non fuisset euidentis argumentum horum: sed taciturnitas praecedentium dierum, cum valido clamore totius plebis cum cadere debuerunt muri, signum magnum est ab intentione hac fieri, & cum praecognitione futuri euentus.

Amplius autem aliud efficacissimum in demon-

strando signum est, quod Israelitae corruentibus muris, illico vrbs ingressi sunt ex ea parte qua quisque stabat. Nam si Israelitae non cognouissent ista facta a Deo suo, & hoc a principio intendissent, cum caderent muri atroniti essent, sicut Ierichontini, quia erat aliquid mirabile, existimantes hoc prouenisse naturaliter ex terramotu, timerent ne etiam loca, in quibus ipsi erant, mouerentur sub pedibus, & ipsa terra voragine absorberentur. & dato quod hoc non formidaret, tamen timerent transire per locum ruinae murorum, suspicantes ne aliqua ibi vorago pateret, non bene solidata terra. Et tamen Israelitae illico intrauerunt in vrbs per loca contra quae quilibet stabat. Ergo videtur, quod cognoscerent istam ruinam murorum, & scirent non prouenisse ex terramotu, aut aliqua naturali causa, sed ex Deo operante, & praemonstrante illis, quae effecturus foret: singula ergo, quae facta sunt in circulationibus repetitis murorum fuerunt ex aliqua causa, vt ex praedictis patet: nihilque supernacuum in his fuit.

Quare magis fuerunt septem circulationes, quam 5. vel 20. Et quod regula generalis Theologorum & iuristarum est, quod de taxationibus certorum numerorum non potest ratio reddi. Quae. 1111.

Si autem queras: quare magis fuerunt circulationes septem dierum, quam quinque solum vel 20. & quare in die septimo fuerint septem circulationes determinate, & in diebus alijs quotidie vnica.

Ratio reddi non potest: istud enim quasi commune est tam apud iura humana, quam diuina, & quolibet praeccepta, quod de taxationibus certorum numerorum non possit ratio reddi. Vt quare magis denuntietur decem dies ad appellandum, quam vndecim vel nouem. Et quare magis praescriptio rerum immobilium decem annis inter praesentes fiat, & non requirantur duodecim, vel sufficiant octo. Et quare fiat vsucapio rerum mobilium per tres annos, & sic de similibus, causa nulla est, quia quod principi placuit, legis habet vigorem, vt patet. ff. de constitutionibus omnium principum. l. quod principi. & instituta de iure naturali & ciuili. §. principum quoque placita. nam non omnium quae a maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest, vt ff. de legibus. l. non omnium.

De similibus, in iure diuino satis patent exempla in taxationibus preciorum pro redemptione primogenitorum, & pro votis, vt patet Leuit. 27. & sere in pluribus caeremonialium praecceptorum. Hic autem similiter patet, quia aliquis numerus circuituum dandus erat, quicunque ergo ille esset, quaereretur quare ille magis quam alius numerus, & sic non poterit de aliquo reddi causa determinate: poterit tamen reddi ratio, quare pluries & non semel tantum, vel quare multoties, & non paucis vicibus.

Septimo autem die. In hoc erat specialis apparatus qui sequitur, scilicet. Sacerdotes tollant septem buccinas. Non est intelligendum, quod in die septimo solum sacerdotes tollerent buccinas ad clangendum, quia in quolibet septem dierum etiam clangebant praecedentes arcam lustrando ciuitatem. De die enim secundo & primo, in litera expresse ponitur quomodo clangerent, & subditur, quod in alijs diebus sic factum est: hic tamen non exprimitur praecceptum datum per singula, quia postea declaratur, cum repetitur in executione, vt supra declaratum est.

An cla-

An clamor buccinarum fuerit ante diem septimum. Quae. V.

Sequitur dicit aliquis: forte ideo dici hic de buccinis in die septimo, quia non fuit clamor vllus vsque ad diem septimum, sicut enim iussit Iosue.

Non clamabitis nec audietur vox vestra, nec vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies, in quo dicam vobis, clamate & vociferamini: & hoc fuit in die septimo cum fieri debuit ruina murorum Iericho: ergo recte dicitur de buccinis quod tolli deberent die septimo.

Respondendum est non posse stare, quia litera declarat infra, quomodo quolibet die fuerit clangor buccinarum. Quod autem dixit Iosue, non clamabitis, nec audietur vox vestra &c. Respondendum est, hoc non intelligi de clangore tubarum, sed de vociferatione populi, & ista non fuit vsque ad diem septimum in fine septime lustrationis, cum praecipit Iosue vt clamarent: & vociferante toto populo muri illico corruerunt: clangor tamen tubarum quotidianus erat.

Tollant septem buccinas quarum vsus est in iubileo. Id est accipient septem buccinas de illis quae paratae sunt ad tempora iubilei.

An festiuitas iubilei poterit aliquando obseruari in deserto: quia non propter quatuor rationes. Et iubileus quid erit apud Iudeos. Et quando fuit primus annus eiusdem. Quae. VI.

Pro quo sciendum est, quod inter Iudeos erat vnum festum vel annus remissionis, qui erat de quinquaginta in quinquaginta annos: & in hoc tempore exhibant in libertate omnes qui fuerant in seruitute quocunque modo, si de genere Israelitarum essent: secus de conuersis ad Iudaismum qui non gaudebant hoc privilegio. De modo & causa festiuitatis iubilei & vtilitatis eius habetur Leuit. 25. & ibi late declaratum est: vocatur autem annus iste quinquagesimus iubileus, id est annus tubae: quia iouelis in Hebreo signat cornu vel tubam: & in hoc anno clangebatur tuba, nam erat iubileus, & clangebatur tuba mense septimo per vniuersam terram Iudeorum die decima mensis septimi in festo propitiationis: vt patet Leuit. 25. cap. vt omnes scirent aduenisse annum libertatis. De istis tubis dicitur, quod assumerentur septem tubae, quarum erat vsus in iubileo. Ex quo necessario concluditur, tales tunc tubas extitisse, cum eas assumerent sacerdotes. Etiam alicui videtur colligi ex hoc, quod iam facta fuerint festa iubileorum, cum assumentur tubae, quarum vsus est in iubileo.

Respondendum est: quod nunquam fuerit ante tempus illud, factum festum quicquod iubilei: sic enim probatum fuit Leuit. 25. cap.

Item patet: quia dato quod Israelitae vellent obseruare festiuitates & caeremonias quas non obligabantur obseruare, tamen iubileum nunquam in deserto poterunt obseruare: quia erat iubileus annus remissionis, vt omnis qui in seruitute fuerat ex aliqua occasione, de qua Exo. 21. & Leuit. 25. & non fuerat liberatus in anno septimo remissionis, liberabatur anno quinquagesimo iubilei.

Item si aliquis vendidisset possessionem suam, & tempore medio eam non redimeret, redibat ad eam libera in iubileo secundum conditiones quae habentur Leuit. 25. vnde dicitur ibidem. sanctificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae: ipse enim est iubileus: re-

uertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque ad familiam pristinam: quia iubileus est, & quinquagesimus annus. Sed manifestum est, quod in deserto nihil horum esse poterat: ibi enim nullus poterat alteri vendere possessionem suam, quia nullus quicquam possidebat, cum essent in motu, & nondum venissent in terram quam possessuri erant: ergo quantum ad hoc non erat iubileus.

Item non poterat ibi esse seruitus aliqua a qua liberarentur homines per iubileum, quia non intelligitur liberatio a seruitute, nisi in illis qui sunt Iudaei ex genere, vt patet Leuit. 25. cap. conuersi autem ad iudaismum vel nati eorum, si venderentur iudeis, manebant serui in aeternum, & iure hereditario transmittentur ad posteros. Iudei autem cum inter se ipsos vendebantur, erat ex paupertate, vt daretur eis aliquod pretium: sic innuitur Exo. 21. & Leuit. 25. & Deut. 15. sed in deserto nullus erat pauper vel diues, nec indigebat quis pecunia, cum omnia necessaria hominibus a Deo ministrarentur. nam cibus quotidianus de caelo cadebat, vestes quoque vetustate nunquam defecerunt, & calciamenta nunquam attrita sunt quae eduxerant de Aegypto per omnes quadraginta annos quibus fuit mansio in deserto: sic patet Deuter. 8. non erat ergo aliquod propter quod esse deberet iubileus in deserto: immo non erat aliquid in quo iubileus locum haberet possit.

Item dato quod Israelitae haberent aliquid in deserto in quo iubileus locum haberet, tamen erat impossibile quod fuisset aliquis iubileus. nam ad hoc quod esset iubileus, Deus iubebat vt computarentur septem hebdomadae annorum: quae sunt septem septies, id est anni quadragintanouem, & in anno sequenti qui erat quinquagesimus fiebat iubileus, vt patet Leuit. 25. Oportebat ergo quod primus iubileus qui esse posset, computari inciperet a tempore datae legis de iubileo: & post annum quadagesimum nonum sequens annus esset iubileus: sed lex de iubileo data fuit secundo anno ab exitu de Aegypto, cum fuerit data in tabernaculo testimonij in monte Sinai: & fuit in mente primo anni secundi: sic enim fuit de omnibus legibus, quae datae sunt in Leuitico: de his declaratum fuit Leuit. 1. & 27. cap. Sed in deserto solum steterunt Israelitae annis quadraginta, ergo primus iubileus qui esse poterat esset annis vndecim post ingressum terrae Chanaan. nam a tempore datae legis de iubileo vsque ad exitum de deserto fluxerunt anni trigintanouem: deficiunt ergo vndecim ad complementum quinquagesimi anni iubilei. Impossibile ergo fuit in deserto fuisse aliquem iubileum. potissime cum ibi nunquam fuisset dato quod mansissent Israelitae annis ducentis ex causis suprapositis.

Dicuntur autem istae buccinae quod erat vsus earum in iubileis, id est quod Moyses fecerat eas in deserto ad vsum iubileorum, scilicet, vt eas haberent Israelitae postquam essent in terra promissionis ad vsum iubileorum.

An tubae istae quibus clangebatur hic ante arcam fuerunt argenteae, vel corneae. Quae. VII.

Quaerit aliquis de istis tubis de quo essent, scilicet an de cornibus, an de metallo. nam apud Iudeos vtrique tubae erant. sic patet Psal. 97. scilicet psallite Domino in cithara & cithara in voce psalmi in tubis ductilibus, & voce tubae corneae. Ecce vocauit tubas ductiles & corneas: ductiles sunt factae de metallo malleabili quod malleo extenditur, quod est ducere vel producere: cornea tuba est de cornibus facta.

Iudaei

Iudæi dicunt quod ista tubæ iubilei erant de cornibus, quia Iouel significat cornu: sed ex hoc nihil probant: quia Iouel æquiuocum est æqualiter ad tubam corneam & quamcunque. Ideo quantum ex hoc indifferens est, an cornea vel metallina tuba foret. Sed dicendum est magis fuisse istas tubas argenteas, quia dicitur quarum usus est in iubileo. nam ex hoc innuitur quod erant factæ ad istum usum, si tamen essent tubæ corneæ, non essent factæ: nec portarent eas Israelitæ secum ex deserto pro multo posterioribus, quia tales tubæ vbicunque fieri poterant. Sed videtur quod istæ tubæ essent de argento, scilicet preciose: & istæ conseruatae essent ad usum iubileorum. has enim fecerat Moyses in deserto. Iusserat enim sibi Deus facere tubas ductiles, duas ad conuocandam multitudinem quando castra mouenda erant, vt patet Num. 10. scilicet, fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra.

Plures erant tubæ, & plures usus tubarum. Quæst. VIII.

Sed dicit aliquis ex hoc, quod istæ tubæ non erant argenteæ ductiles, quia illæ solum erant duæ: cum hoc iusserit Dominus: istæ tamen erant septem. Respondendum est: has tubas argenteas fore. nam quamquam Deus iusserat duas tubas fieri, hoc erat ad uocationem Israelitarum in motu castrorum, vt simul his duabus clangeretur, plures tamen tubæ argenteæ factæ sunt, quia erant plures usus tubarum ad quos multæ tubæ requirebantur, scilicet ad bellum euntibus, & in festiuitatibus, & principiis mensium, & conuiuijs: & tamen ad hoc multæ tubæ necessariæ erant. sic patet Num. 10. cum dicitur, scilicet quando habueritis epulum, & dies festos, & calendaras, canetis super holocaustis & pacificis victimis: vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ergo prater duas tubas argenteas iussas fieri ad conuocandum populum in motu castrorum, erant alia tubæ argenteæ ad has ministraciones. Item patet specialiter de his tubis quod fuerint argenteæ: quia Num. 10. iussum est vt cum iretur ad bellum, sacerdotes clangent his buccinis: cum dicitur. Filij Aaron clangent tubis, erique vobis legitimum sempiternum. si exieris ad bellum de terra tua clangentis vltimibus tubis, erique recordatio vestri coram Domino. sed hic procedebatur ad opus bellicum, & sacerdotes clangebant: ergo de buccinis ductilibus argenteis intelligitur, & non de corneis: & consequenter his erat usus in iubileis. In prima autem die mensis septimi, cum erat festum clangoris, erat necesse clangi buccinis corneis: cum fieret ille clangor arctibus immolati pro Isaac liberato a morte: de quo Gen. 22. cap.

Et præcedant arcam fœderis. Sacerdotes clangentes buccinis præcedebant arcam fœderis: quia erant ibi tanquam apud vexillum, cui omnes appropinquare debebant.

Circuitus isti septem an deberet esse simul.

Septiesque circuitibus ciuitatem. Hoc erat in die septimo qui erat vltimus in circueundo. Et intelligendum est, quod isti septem circuitus erant simul, scilicet sine intermissione: non sicut in alijs præcedentibus diebus, in quibus completis singulis circuitibus redibant in castra: Et ex hoc patet quod vrbis Iericho non erat valde magna: quia si esset magna non possent circuire eodem die vrbem septies, potissime, quia motus ille non erat velox: cum portaretur arca humeris sacerdotum, non poterau velocius procedere, nec decedat, potissime, quia post septenarium circuitum conuenit muro vrbis, & deseruerunt Israelitæ omnes qui in vrbis erant in ore gladij, ab infante vsque ad se-

F nem tam masculos quam feminas, & ab homine vsque ad pecus: quod aliquanto egebat spatio temporis, & postea totam vrbem succenderunt. Et sacerdotes clangent buccinis. Scilicet buccinis argenteis quæ erant ad usum bellicum. vt patet Num. 10. Sacerdotes autem clangebant tubis, quia constitutum erat vt semper sacerdotes tubis illis clangerent, siue in conuocatione castrorum, siue in sacrificijs, aut festiuitatibus, calendis, aut bellis: sic patet Num. 10. scilicet Filij Aaron clangent tubis: erique vobis legitimum sempiternum. Cumque insonuerit vox tubæ longior. Hic de clangore septimi diei solum agitur: quamquam in præcedentibus clangendum foret: & ponitur modus distinctus clangendi. patet enim in ipsis tubicinis, quod diuersos tonos & modos canendi faciant: & ad varia applicantur modi illi. posuit autem Deus duos modos clangendi. Num. 10. scilicet, quod aliquando solum semel clangeretur, ita quod esset vnus tonus equalis canendi, & vox quasi continua & breuiter durans: & tunc veniebant principes ad Moysen ad consilium aliquod. Alius modus canendi erat distinctus a priori in duobus, scilicet in prolixitate, cui prior breuis esset. Secundo distinguebatur in varietate toni: quia in primo modo clangoris tenebatur vnitas & continuitas: in secundo est vox concisa, id est quod sunt voces minime, & vna est eleuata, & alia est depressa: vna fortis & acuta, alia grauis & depressior: & sic varij modi istum secundum modum clangendi dicuntur hic habere sacerdotes. Pro quo sciendum quod sacerdotes in quolibet sex dierum clangebant: sed iste clangor erat breuis & non concisus. in septimo quoque die in sex prioribus circulationibus tenebatur primus modus clangoris, & tunc populus subicere debebat. in septimo autem circuitu eiusdem diei erat in fine clangendum secundo modo clangoris, scilicet prolixæ & concisæ, & tunc erat signum toti populo acclamandi: & fuit rationabile distingui duos modos clangoris hic, quia alias nescirent Israelitæ quando subicendum, & quando vociferandum esset. Cum insonuerit vox tubæ. Id est vox tubarum septem: non erat vnica tuba, sed septem sacerdotes clangebant: vt patet hic & infra. Longior atque concisior. Scilicet secundus modus clangendi qui est prolixus: quia durabat prolatio illa magis quam cui est simplex prolatio. dicitur concisus, quia est vox diuisa, vel voces diuise, scilicet non tenetur vnus tenor vocis quasi vnica sit, sed mutatur in plures tonos graues & acutos: depressos & eleuatos: & quilibet eorum est parua durationis. In auribus vestris increpauerit. Id est sonuerit, quando audieritis vocem tubæ concisam & prolixam. Conclamabit omnis populus. Hoc erat in fine vltimæ lustrationis: quia in omnibus alijs circuitibus tam præcedentium dierum quam ipsius diei septimi, non fuit auditus tonus prolixus & concisus. erat autem tota multitudo expectando, quando iste sonitus fieret, vt totus Israel simul acclamaret. Causa clamoris huius erat, vt videretur totus populus tunc innocare Deum suum ad diruendum muros vrbis, & sic intelligerent Ierichontini, & ceteri postea audituri, quod Iudæi ab intentione & præcognitione future ruine ista facerent: & ista volebat Deus, vt magis innotesceret miraculum eius, ne putaretur factum a casu, vt in superioribus declaratum est. Et non solum fiebat clamor iste ad demonstrandum quod dictum est audituris rem hanc, sed etiam vt ad clamorem eorum Deus miseratus eorum dirueret murum. nam dicebatur Deus recordari Israelitarum, quando clamabant ad eum, & quando buccinis clangebant. sic patet Num. 10. cum dicitur. Si exieris ad bellum de terra tua clangentis vltimantibus tubis, vt sit recordatio vestra

Multiplex modus canendi cum buccinis.

Quare Deus reuelauit In deis murorum ruinam.

Quare totus populus alta voce clamauit.

Quare quilibet de Israelitis ingredere per eam partem contra quam erat.

vestra coram Domino Deo vestro. ex hac causa iubetur etiam, vt cum fuerint celebranda festa vel calende clangeretur his tubis, vt patet eod. cap.

Vociferatione maxima. Id est proferet magnas voces, scilicet, quod quilibet de populo emitteret voces fortissimas quam emittere posset. Vel dicitur vociferatio maxima, quia quando tanta multitudo populi clamaret, dato quod vox cuiuslibet magna non foret, esset vox magna & rauca atque horreda, cum sit turbati populi.

Et muri funditus corruent ciuitatis. Id est immediate, vt totus populus simul acclamauerit, corruent muri, scilicet tam turres & menia, quam reliqua munitio. Et dicitur quod funditus corruent, scilicet, quod non caderet aliqua pars murorum solum, vel caderet murus in omnibus partibus vrbis, & in nulla earum caderet murus vsque ad parietem: sed hoc etiam non fuit, quin potius totus murus vsque ad fundamenta & planitiem corruit, vt esset locus patens Iudæis ad intrandum. manente autem aliquo pariete murorum erecto, non faciliter intrarent, ita vt aequaliter pateret Ierichontinis defensio contra eos.

Sciendum quod quando corruerunt muri vrbis, non corruerunt ædificia aliqua ciuitatis, nisi forte essent super muros: quia hoc modo omnes Ierichontini obruti foret, & sepulti cadente vrbe sua super eos: & Israelitæ non inuenirent postea quem occiderent, sed inuenerunt, vt patet infra. ergo corruerunt non ædificia, sed solum murus.

Sciendum autem quod Israelitis reuelauit Dominus murorum ruinam, & tempus ruinae: & hoc vt ipsi attentius & animosius facerent istas lustraciones ciuitatis. si enim solum iussisset Deus lustrari vrbem, & non expressisset ruinam futuram: quamquam postea accideret, tamen ista Iudæi remisissent agerent, nescientes ad quid agebant.

Item si Iudæi non cognouissent futuram ruinam murorum, quando postea accideret nescientes vnde proueniret, tantum ipsi quantum Ierichontini terrentur: & non auderent ingredi per ruinam murorum, putantes relictam terræ voragine, aut non solidatam terram præcedente terræmotu: decuit ergo vt diceretur eis.

Item dictum fuit vt amplius gauderent, quia antequam ista fierent, gaudebant de eo quod futurum erat: & postquam facta sunt, gauisi sunt amplius quod si non præcognouissent. Ingredienturque singuli. Id est singuli de Israelitis in vrbem Iericho. Per locum contra quem steterint. Id est non ingrediebantur omnes Israelitæ per vnum locum, sed quilibet per partem illam in qua erat. & dicitur hoc, quia erant omnes Israelitæ simul, sed in longo agmine: forte enim totam ciuitatem circundabant. erat enim non magna in continentia murorum vrbis Iericho, vt supra declaratum est. & cum Israelitæ essent in ordine, scilicet, quod quidam præcedebant arcam, & alij sequebantur, vt infra patet, erant in longo agmine sicut in processionibus ordinatis. tanta autem multitudo Israel circundaret illam parua vrbem. si autem omnes per eundem locum ingredi deberent corruentibus muris vrbis, quibusdam necesse esset circumdare dimidium vrbis antequam intrarent vrbem venientes ad locum per quem ceteris ingressus erat.

Causa autem quare ingressi sunt Israelitæ per partem suam singuli, fuit, quia si omnes per eundem locum ingredi debuissent, cum muri vrbis penitus corruissent, poterant Ierichontini fugere per alias partes vrbis antequam Israelitæ comprehederent eos: omnes enim pedites erant. cum autem singuli intrarent

per eam partem quam eis fors obtulisset, esset tota ciuitas vallata Israelitis propter longitudinem agminis eorum: & non pateret exitus Ierichontinis per aliquam partem, sed quocunque se verterent, perirent gladio Hebræorum.

Alia causa huius erat, quia Deus volebat demonstrare factum esse hoc ab intentione, & cum præcognitione Iudæorum, vt magis pateret miraculum eis. & quia si Iudæi omnes ex eadem parte ingrederentur, viderentur formidare aditus locorum: & consequenter arguerentur non cognoscere causam huius ruinae. quod si ex quacunque parte indifferenter ingrederentur, nihil formidare eos constaret: & esset liquidum illos cognoscere causam huius ruinae, & præcognouisse futuram.

Item quod omnes Israelite ingrederentur per eandem partem vrbis erat, quia non auderent disperse congregari cum Ierichontinis, ne eos diuisim percuterent. & hoc quidem formidandum erat, si Israelitæ essent populus paruus, & Ierichontini essent populus magnus valde & fortis: sed eorum ratio erat. timore enim multiplici consternati Ierichontini eant. potissime, cum vidissent muros vrbis suæ simul corruentes. Etiam quia populus non magnus erat: Israelitæ autem plurimi viri, scilicet plures quam sexcenta milia peditem armorum.

Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdos: & dixit ad eos. Tollite arcam fœderis: & septem alij sacerdotes tollant septem iubileorum buccinas: & incedant ante arcam Domini. Ad populum quoque ait. Ite & circuite ciuitatem armati præcedentes arcam Domini.

Supra positum fuerat præceptum Domini datum ad Iosue. Hic datur præceptum istud recitatum Israelitis. Vocauit autem Iosue filius Nun sacerdotes. Non est intelligendum quod iste fuerit ordo, quia hoc modo non cognosceret populus quid facturus esset Iosue: & mirarentur quid sibi vellet talis mutatio: & non conueniebat, quia populus non bene exequeretur, nec confidenter quod ignorabat. Fuit autem ordo, quod Iosue conuocauerit totum populum, vel maiores & principes, dixeritque eis, quid Dominus iusserit. eis autem consentientibus & approbantibus, vocauit Iosue sacerdotes iubens eis exequi, quod dictum erat. Tollite arcam fœderis. Id est portate eam super humeros vestros. erat enim transducenda in circuitu totius vrbis Iericho. & quamquam portare arcam pertineret ad Leuitas & Caathitas, vt patet Numeri 3. & 4. cap. tamen Deus iussit hic sacerdotibus portare: & hoc ad maiorem honorem. sic quoque in transitu Iordanis ipsi transdixerunt eam humeris suis, vt patet supra 3. cap. Idem factum est in portatione in domum Domini, cum fingeret Dauid a facie Abfalonis: vt patet 3. Regum 15. Iterum autem cum portaretur arca de domo Obethedon gethei in ciuitate Dauid, sacerdotes eam portabant: vt colligitur primo Paralip. 15. Et iterum duo filij Eli portauerunt eam in bellum, vt patet 1. Regum 4. Sed isti sunt casus speciales. generaliter autem arca ad Caathitas pertinebat.

Et septem alij sacerdotes. Scilicet præter sacerdotes qui portant arcam. ad portandum autem illam saltem requirebantur quatuor sacerdotes per duos vectes, duo ante, & duo retrorsum.

Quare sacerdotes portauerunt arcam: cum esset proprium Leuitarum.

Septem

Septem iubilorum buccinas. Idest septem sacerdotes portant septem buccinas ad clangendum in eis. quantum ad hoc non accipiebant sacerdotes officium Leuitarum, sicut in portatione arce: quia clangere buccinis semper pertinebat ad sacerdotes, siue esset clangor in bello, siue in calendis, siue sacrificijs, aut conuiujs. de his omnibus patet Num. 10. cap. cum dicitur. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis: eritque hoc vobis legitimum sempiternum in generationibus vestris. Et ex hoc colligitur: quod in veteri testamento aliqui sacerdotes ibant ad bellum. nam cum irent Iudæi ad bellum, semper debebant portare buccinas argenteas ad clangendum: vt patet Num. 10. cum dicitur. Si exieris ad bellum de terra tua contra hostes, clangentis vlulantibus tubis: & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro: & tamen sacerdotes clangere debebant buccinis, & nemo alius: vt patet ibidem. ergo sacerdotes ibant ad bellum ad exhortandum. Iusserat enim Deus, vt quando cunque pugnam foret, staret sacerdos ante acies, & exhortaretur ad pugnam: vt patet Deuter. 20. cum dicitur. Appropinquante autem prælio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis: non pertimescat cor vestrum, nolite metuiere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos a periculo.

Item aliquando sacerdotes ibant in bellum ad portandum arcam, vt magis confortarentur pugnantibus, vt patet de duobus filijs Eli, Ophni, & Phinees: qui portauerunt arcam in bellum pugnantibus Israelitis contra Philistin: vt patet 1. Reg. 4. cap.

Aliquando autem sacerdotes pugnantibus. Sed an licitum esset sacerdotibus pugnare in veteri testamento, declaratum est Numeri 1. cap. Ex hoc etiam patet, quod tubæ quibus clangebatur in iubilis erant argenteæ ductiles, & non cornæ: vt aliqui dicebant. quia clangendum erat hic in opere bellico buccinis quibus clangebatur in iubilis: sed buccinæ bellicæ erant argenteæ, vt patet Num. 10. vbi mandantur fieri tubæ ductiles: & postea subduntur vsus earum, quorum vnus est clangere in bello. ergo in iubilis eisdem argenteis clangebatur tubis.

Et incedebant ante arcam Domini. Scilicet clangentes buccinis. nam in qualibet die lustrationis Iericho clangebatur buccinis: sed differebat in modo, quia in omnibus sex diebus, & in septimo vsq; ad vltimum vrbis circuitum, clangebatur buccinatione vnus toni, & breuiter cessante: sicut cum clangimus quasi vnica continuata voce. in vltimo autem circuitu vrbis in fine clangor fuit vlulantibus tubis, scilicet quando vox prolata est & concisa, ita vt nunc eleuetur in acutam vocem, nunc vero deprimatur in grauem: & totus populus vociferaturus erat.

Ad populum quoque ait. Ista quæ dicta sunt, scilicet portatio arce & tubarum clangor ad sacerdotes pertinebant, & eis imperata sunt. nunc iubet Iosue quid populus facere debeat: & nomine populi non solum intelliguntur hic Israelitæ seculares, sed etiam Leuitæ. Nec valet si quis obijciat, quod non licebat Leuitis ire ad bellum: nam debet responderi, quod sacerdotibus licebat ire, cum ipsi portaret arcam & tubas. ergo magis licitum esset Leuitis qui minus ad sacra pertinebant, minusque distabant a popularibus.

Aliter autem responderi posset: quod Leuitæ & sacerdotes nunc ibant cum alijs Israelitis portant arcam in circuitu Iericho. manifestum tamen est, quod sacerdotes cum arca non introirent in urbem corruentibus muris, cum ibi nihil proficerent: quia

quilibet incedebat per urbem cum impetu occisurus aliquem de Ierichontinis quem inuenisset: arca autem non decenter ibi moueretur.

Item non erat ibi iam aliquis ordo procedentium, sicut cum omnes lustrabant urbem Iericho: quia corruentibus muris quilibet intraturus erat in urbem per eam partem, quam ei fors tunc obtulisset. Non introducta fuit ergo arca in urbem Iericho corruentibus muris, sed sacerdotes portant es eam cum ea manserunt, & alij qui clangebant tubis. De Leuitis autem sic dici posset, quod ipsi quoque manerent cum arca Domini extra urbem.

Sed quamquam dicitur, quod introierint Leuitæ cum alijs popularibus in urbem ruentibus muris ad cædem Ierichontinorum: non est inconueniens, quia sacerdotibus licebat pugnare, etiam ipsi sacerdoti magno: vt patet de Iuda Machabeo, & de Ionatha fratre eius, & Simeone, & filio Simeonis, Ioane hircano. omnes enim hi fuerunt sacerdotes magni, & de genere Mathathie sacerdotis magni: vt patet 1. Mach. 2. & colligitur ex discursu totius libri primi. tamen ipsi fortiter pugnaverunt contra hostes, vt patet in duobus libris Machabæorum.

Ita & circuite ciuitatem armati. Quamquam non essent ingressuri Israelitæ urbem Iericho vsque ad diem septimum corruentibus muris: tamen omnibus diebus quibus lustrauerunt urbem fuerunt armati, vt si forte Ierichontini vellent impetum facere subito apertis foribus vrbis, haberent resistentiam. Etiam erant armati potissime armis defensiujs, ne forte Ierichontini videntes eos inermes iacerent sagittas, & percuterent plures ex eis.

Precedentes arcam Domini. Non est sensus, quod omnes Israelitæ precederent arcam: sed solum illi qui erant præcincti ad bellum, & viri fortes. reliqui autem qui in vulgus cõputantur, subsequebantur: vt patet infra. hic tamen de armatis solum dicitur. Et quamquam hic non exprimitur de vulgo subsequente, tamen intelligendum est quod dicitur: alioquin illi non efficerent. postea tamen subditur, quod vulgus reliquus subsequeretur arcam. ergo hoc iussit eis Iosue: tamen non exprimitur hic omnia, quia postea exprimendum est, ne fiat crebra repetitio.

Cumque Iosue verba finisset: & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fæderis Domini, omnisque populus præcederet armati exercitus: reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosue populo dicens. Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicam vobis. Clamate, & vociferamini. Circuuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem: & reuersa in castra mansit ibi.

Hic ponitur secundum principale, scilicet præcepti executio: & ponitur executio quantum ad tria. Primo quantum ad ciuitatis destructionem. Secundo quantum ad Raab meretricis saluationem. Tertio quantum ad Iosue imprecationem. Secunda ibi. *Duobus autem viris.* Tertia ibi. *In tempore illo.*

Circa primum. *Cumque Iosue verba finisset.* In hoc signatur promptitudo obediendi, quia immediate vt Iosue

An sacerdotibus liceat pugnare.

Iosue præcepit quilibet quid facere deberet, incepta est executio. *Et septem sacerdotes septem buccinis clangerent.* Ista fuit inchoatio huius negocii, scilicet, quod sacerdotes primo acceperunt arcam super humeros suos, & alij septem buccinis clangere ceperunt.

Ante arcam fæderis Domini. Non ibant tubæ in principio exercitus armatorum. *Omnisque populus preceperet armati exercitus.* Aliqui volunt per exercitum armatum hic intelligere solos viros de tribu Gad, & Ruben, & dimidia tribu Manasse, qui erant quadraginta millia. de his enim iussum erat, quod isti præcederent omnes Israelitas. sic dicitur supra. Primo transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis. & sic factum est postea in transitu Iordanis: isti enim transierunt ante ceteros. sic patet supra quarto, scilicet, Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, quadraginta pugnantium millia per turmas & cuneos.

Sed tunc non stat: quia vocaretur omnes alij Israelitæ vulgus, quod patet, quia dicitur: quod omnis armatus exercitus præcedebat, & reliquum vulgus sequebatur arcam: sed non cõuenit vocari omnes alias tribus vulgus, quia vulgus dicit aliquod defectuosum & carens viribus: sed in reliquis tribubus nouem & dimidia ita erant viri ad pugnam fortissimi, sicut in duabus & dimidia, immo plures.

Item non stat: quia cum lustraretur vrbis Iericho, ita incedebat armati viri bellatores de nouem tribubus & dimidia, sicut de duabus & dimidia: ergo etiam vocarentur armati exercitus. sed ois armatus exercitus præcedebat: ergo non solum præcedebant duæ tribus & dimidia, sed viri armati de duabus tribubus.

Item viri armati non coincidunt cum vulgo, cum distinguantur contra vulgus: sed solum vulgus subsequebatur arcam: ergo non solum præcedebant arcam viri armati de duabus tribubus & dimidia, sed etiam de omnibus alijs tribubus. *Reliquum vulgus arcam sequebatur.* Non est sensus, quod vulgus proprie sumendo subsequeretur arcam, quia vulgus signat multitudinem promiscuam masculorum & feminarum, tam senum quam paruulorum: sic dicitur Exo. 12. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: & vocatur ibi vulgus multitudo Aegyptiorum, paruulorum, & magnorum, masculorum, & feminarum. Hic autem non est sic intelligendum: quia paruuli, & vxores Hebræorum, & viri vetustissimi frustra irent cum arca: nisi dicitur, quod isti ibant ad manendum cum arca extra urbem: cum reliqui introissent ruentibus muris.

Sed magis dicendum est: quod exercitus armatus dicitur hic multitudo virorum robustorum & armatorum. Isti enim præcedebant arcam: erantque magis expediti ad bellum. Alij erant viri ætatis conuenientis ad pugnam, vt pote, quia erant annorum viginti, & supra: tamen non erant ita electi ad bellum sicut præcedentes, nec erant ita armati: sed ad pugnam vtrunque exigitur, scilicet robur corporis, & competentia armorum. isti autem subsequentes, quia deficiebant his, magis nominantur nomine vulgi quam exercitus, vel bellatorum.

Nomine exercitus qui nam bellatores intelligantur hic secundum opinionem Rabbi Salom. & Nicolai. Et quo ordine procedebant tribus per desertum. Quæst. IX.

NICOLAVS & Rabbi Salomon cum quibusdam alijs Hebræis dicunt, quod nomine exercitus intelligantur bellatores de tribu Dan & alijs duabus tribubus cõiunctis sub vexillo suo, scilicet Afer & Nephthalin, vt

patet Numeri 2. cap. & isti erant vltimi in motu castrorum, vt patet Numeri 10. cap.

Sed hoc non stat, quia præcedentes vocantur hic exercitus armatus, subsequentes vocantur vulgus, scilicet in tribus tribubus quæ erant sub vexillo Dan erant pugnatore viri, sicut in alijs: ergo non debebant magis vocari vulgus quam ceteri præcedentes.

Ad hoc aliquis respondebit, quod hoc venit ex errore translationis nostræ, quæ habet *Reliquum vulgus sequebatur.* In Hebræo autem non dicitur: reliquum vulgus: sed *Aggregati vel appropinquantes.* & hoc dicitur conuenire, quia tres tribus manentes sub vexillo Dan vocantur aggregatio, vel aggregantes: quia quando aliqui manebant de alijs aciebus propter lassitudinem, vel ex alia causa non procedentes in cuneis & turmis suis, coniungebantur vexillo tribus Dan. Item dicunt: quod cum illi qui præcedebat, aliquam rem perdidissent, qui erant in tribu Dan & sub vexillo suo habebant respicere vbi maneret, & dabant illud postea exercitibus præcedentibus. Sed isti in duobus errant. Primo, quia existimant hic manere ordinem præcedendi lustrando urbem qui fuerat in processu in deserto. & hoc falsum est, quia in deserto præcedebant viri de tribu Iuda, & alij dæ tribus sub vexillo eorum: vt patet Num. 2. & 10. nunc vero dæ tribus & dimidia, scilicet Gad & Ruben, atque dimidia tribus Manasse præcedebant reliquos Israelitas. sic enim iusserat eis Moyses apud Iordanem in planioribus locis Moab: vt patet Numeri 32. & cõi transirent Iordanem: idem eis præcepit Iosue: cum vero transierunt, ipsi præcesserunt. sic patet supra 4. cap. ergo argumentum procedens ex ordine procedendi, qui erat in deserto, falso innititur.

Secundo, innititur falso positio istorum, quia existimant vexillum tribus Dan procedere apud arcam: sed dato quod maneret ordo qui erat in deserto, manifestum est istos errare: quia ibi primo mouebatur vexillum tribus Iudæ cum tribus tribubus sub eo: secundo loco vexillum Ruben cum totidem tribubus: tunc proficiscebantur Leuitæ cum omnibus vasis sanctuarij per turmas suas: deinde vexillum filiorum Ephraim cum tribus tribubus: vltimo vexillum filiorum Dan cum totidem tribubus.

Manifestum ergo est, quod non erant viri de tribu Dan qui sequebantur arcam, sed viri de tribu Ephraim. Si ergo daretur iste modus in lustrando urbem Iericho, dicendum esset: quod duo vexilla cum sex tribubus præcederent arcam, & sex reliquæ subsequerentur cum duobus vexillis: non ergo ista positio stat. Sed dicendum est literam nostram recte transulisse, scilicet, quod exercitus omnis armatus præcederet, scilicet de omnibus tribubus, & reliquum vulgus subsequebatur, scilicet eorum qui non erant ita prompti ad bellum, sicut præcedentes: & istud vulgus vocatur congregatio, idest multitudo: quia de popularibus non aptis ad pugnam vel non armatis est maior multitudo.

Ac buccinis omnia concrepabant. Idest valde magnus sonitus reddebatur sonantibus simul buccinis: sacerdotes quippe septem simul clangebant buccinis suis, vt maiorem incuterent timorem Ierichontinis, & maiorem monstrarent bellicum apparatusum.

Præceperat autem Iosue populo dicens. non clamabitis. Istud continuatur superiori sententia, scilicet buccinis omnia concrepabant, quasi dicat solus erat crepitus resonans buccinarum: viri tamen non clamabant, & hoc, quia Iosue præceperat vt non clamarent. *Non clamabitis.* Scilicet efferendo vocem vestram in salutem secundum morem clamotis pugnantium.

Nec audietur vox vestra. Idest nihil loquimini ad habitatores

Inter Iudæos sacerdotes ibant ad bellum.

Cõfirmatio solutionis q6. nis 7.

habitatores vrbis Iericho, scilicet forte aliqui se ponere super muros ad videndum, quomodo Israelitae circuibant urbem: & hoc dicitur, quia consueverunt hostes cum se a propinquo vident, verba contumeliosa in alterutrum iacere.

Nec egredietur vllus sermo ex ore vestro. Ponuntur ista ad magna cautela ne clamarēt, quia nisi eis ista multum commendarentur, vociferarentur, cum sit iste modus pugnandi. sed non est sensus, quod nullus sermo deberet egredi de ore eorum, idest nihil omnino loqueretur, quia tunc non liceret alicui de Israelitis cum lustrarent urbem loqui ad alterum communi locutione. Sed hoc nullus diceret, nec haberet tale præceptum aliquem colorem: sed solum ventur clamores bellici, vel locutiones contumeliosæ ad Ierichontinos.

Donc veniat dies. Erat ista dies in qua Iosue præcepturus erat Israelitis, vt vociferarentur, dies septima, cum muri a sedibus eruendi erant.

Causa autem quare vsque ad diem illum non erant clamaturi Israelitae erat, quia Deus volebat vt intelligeretur hoc euenisse eius nutu, & non a casu, vel naturali terremotu: & quod signaretur Israelitas intellexisse hoc euenturum fore: si tamen quotidie clamaretur, non esset aliquid signatum, quomodo vel Deus hoc faceret, vel Israelitae hoc intelligerent. Cui autem subtricerent semper, & in fine diei septimi vltimi circuitus acclamarent vociferatione magna, & muri illico ruerent, signum esset, quod Israelitae tunc clamabant ad Deum suum, vt dirueret muros, & Deus placatus hoc efficeret.

In qua dicam vobis. clamate & vociferamini. Scilicet die septima. tunc enim dixit Iosue populo hæc. Clamare & vociferari pro eodem sumitur hic: cum tamen distinguitur clamor & vociferatio, proprie est clamor magis conquerentium, vociferatio autem vocum eleuationem magnam notat. Etiam clamor est aliquis sonus confusus, vociferatio ad sermones articulatos & intelligibiles pertinet.

Quomodo poterat dicere Iosue omnibus Iudæis, quod clamarent: cum esset tantus populus: & quod hoc poterat esse triplici modo. Quæst. X.

Q UOMODO autem potuit dicere Iosue omnibus Israelitis quod clamarent, quia erat tantus populus? Respondendum est, quod poterat hoc effici tripliciter. Vno modo, quod Iosue nunc diceret Israelitis. ecce in die septimo in fine septimi circuitus eiusdem diei, cum ego monstrauero vobis tale vel tale signum clamabitis: & tunc cum venit tempus illud, monstrante Iosue signum illud clamauerunt. quod ergo Iosue monstraret signum erat, quod diceret eis clamandum esse. sic erat cum pugnatum est contra urbem Hay: quia fugientibus Israelitis simulate ciues vrbis Hay, leuauit Iosue clipeum suum ad infidias quæ latebant post urbem Hay, & tunc illi introierunt urbem, & succenderunt: vt patet infra 8.

Alio modo intelligi potest: quod Iosue in die septimo diceret Israelitis quod clamarent demonstrando aliquod signum, & hoc esset in diuersitate clangoris buccinarum. nam in diebus primis vsque ad septimum clangentibus sacerdotibus vno tono æquali, quasi vna voce continuata. in die autem septimo in fine septime lustrationis fuit clangor buccinarum vltimum & vocum disparium, minutarum, grauium, & acutarum in cantum prolixum: & tunc Israelitae ceperunt vociferari, & Iosue faciens vt tunc sacerdotes clangent vltimo & concise, dicebat Israelitis quod

vociferarent. Iste sensus innuitur supra eum dicitur. Cumque in sonitu erit vox tubæ longior atque concisior in auribus vestris, acclamabit omnis populus vociferatione maxima. Alio modo intelligi potest, quod Iosue dixerit Israelitis vt clamarent, quia quamquam non posset totus Israel audire simul vociferationem Iosue, tamen audirent multi qui prope eum essent, & tunc eis incipientibus clamare reliqui conclamarent: sic enim edocti erant a Iosue. & iste sensus vltimus est multum conformis literæ: quamquam duo superiores satis consonant. Circuivit ergo arca Domini ciuitatem. Secum iunctis Israelitis: sed nominatur arca, quia ipsam concomitabatur Israel: sicut cum mouetur exercitus dicitur moueri rex de aliquo loco, vel princeps belli, & de alijs nihil exprimitur: non tamen est sensus, quod ipse solus moueatur inde.

Semel per diem. Hoc fuit in prima die, qua dixit Iosue Israelitis prædicta. tunc enim venientes de loco castrorum circuierunt urbem, & reuersi sunt in castra. eadem namque die nulla alia lustratio facta est, sed in die septimo fuerunt factæ sex lustrationes. Et reuersa est in castra. Idest postquam circuivit semel urbem, redijt in locum castrorum: erant adhuc castra in Galgalis, & locus ille erat satis propinquus muris Iericho: quia stantes ibi dicebatur stare in agro Iericho, vel in campestribus eius: & manserunt ibi castra etiam post deletionem vrbis Iericho & Hay: & dicitur, quod reuersa est in castra, quasi dicat non manserunt Israelitae apud urbem vt expugnarent, aut aliquid alterum facerent.

Mansitque ibi. Scilicet vsque ad diem sequentem cum reuersi sunt Israelitae, vt iterum lustrarent semel urbem. Igitur de nocte consurgente Iosue. Hic ponitur de circuitu facto die secundo: & in hoc dicitur, quod Iosue surrexit de nocte, quia in die precedenti non surrexerat in aurora Israelitae ad lustrandum urbem. sed in die precedenti locutus fuerat Dominus ad Iosue de lustratione prædicta, & ipse dixit eis de hoc vt Deus iusserat, quod mox executioni mandarunt: non ergo erat aurora in die primo cum lustrata est vrbis Iericho: sed fuit aurora secundo die, quia iam erant præmoniti Iudæi quid facere deberent: & quamquam de alijs quatuor sequentibus diebus vsque ad septimum non exprimitur quomodo factum fuerit: dicendum tamen est de eis, quod in quolibet eorum surrexerint in aurora Israelitae ad lustrandam urbem: quod magis patet, quia etiam die septimo, de quo infra exprimitur, sic factum est, scilicet die autem septimo diluculo consurgentes circuierunt urbem.

Igitur Iosue de nocte consurgente tulerunt sacerdotes arcam Domini: & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos: vulgus autem reliquum sequebatur arcam: & buccinis personabat. Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra: sic fecerunt sex diebus.

Igitur Iosue de nocte consurgente tulerunt sacerdotes arcam Domini: & septem ex eis septem buccinas, quarum in iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos: vulgus autem reliquum sequebatur arcam: & buccinis personabat. Circuieruntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra: sic fecerunt sex diebus.

In Hebræo dicitur: quod surrexit de mane: sed ad diem pertinet, quia ipse surrexit in aurora quæ est confinium noctis & diei: ideo potest denominari a quolibet eorum, vel potest dici sicut dictum fuit supra 3. c. vbi dicitur. Igitur Iosue de nocte consurgens. Nam potest intelligi

Litera Hebraica.

Ad quos vsus erant istæ tubæ.

intelligi nox & aurora: nox quidem referendo ad tempus quo surrexit Iosue: aurora autem vel mane referendo ad tempus quo circuierunt urbem Iericho. nam inter tempus quo surrexit, & circuitum vrbis intercideret aliquod spatium, dum se adhuc pararet. Tulerunt sacerdotes arcam Domini. Hoc pertinebat ad officium eorum: & fuit idem ordo in procedendo hac vice, sicut in prima. Et septem ex eis septem buccinas. Forte essent illi sacerdotes qui ante lustrauerant clangentes buccinis. Quarum in iubileis vsus est. Idest septem buccinas argenteas ductiles, quæ erant factæ ad vsum iubileorum.

Non tamen est intelligendum, quod aliquando sumptæ fuissent ad vsum iubilei alicuius: quia ante hoc nullus præcesserat iubileus, vt supra probatum est. sed quia Moyfies in deserto ad istum vsum pro terra promissionis eas fecerat. Nec est intelligendum, quod solum essent istæ tubæ ad vsum iubileorum, quia etiam erant ad clangendum in bello, sicut hic factum est: & ad clangendum in calendis, scilicet mensium principijs: quia tunc erat magnum festum apud Iudæos: vt patet Psal. 80. cum dicitur. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solennitatis vestrae. vocatur autem neomenia luna noua, a qua Iudæi menses inchoant. Erant etiam pro sacrificijs, & pro tempore conuiuiorum: de omnibus his Nume. 10. & fiebat clangor in omnibus istis ad recordationem Dei, quia dicitur quod cum clangeret buccina, essent in recordatione Dei sui, vt patet eodem cap. Erant etiam tubæ istæ, vt in iubileis per vniuersam terram clangeretur in illis: vt patet Leuit. 25. fuit tamen denominatio facta tubarum istarum a iubileis, quia clangere in iubileo est vnus de actibus principalibus & vsibus tubarum.

Præcedantque arcam Domini. Omnes septem sacerdotes præcedebant arcam clangentes buccinis, ita quod inter exercitum præcedentem & arcam mediarent sacerdotes clangentes. Ambulantes atque clangentes. Idest sacerdotes isti cum ambularent, semper clangebant quousque reuenterentur in castra.

Quomodo poterant clangere semper sacerdotes lustrando urbem: cum dicatur, quod solum facerent hoc die septimo. Quæst. XI.

S ED tunc arguet aliquis, quomodo poterant sacerdotes semper clangere in lustrando urbem cum dicatur: quod solum in die septimo in fine vltimæ lustrationis vrbis debebat esse clangor tubarum prolixior, siue longior atque concisior: & in alijs diebus non erat talis sonitus. quod patet: quia iubetur, quod cum fuerit auditus iste sonitus, rotus populus clamet vociferando altissime: & tamen nunquam clamor populi fuit vsque ad diem septimum: ergo ante non fuit sonitus ille prolixus & concisus.

Respondendum est, in die septimo solum fuisse sonitum longum, & tamen non vocatur sonitus longus, quia clangebatur magno spatio diei: sed quia clangor vnus continuatus erat maior. nam in primis diebus quamquam esset clangor semper cum lustraretur vrbis, tamen non erat longus concentus: quia fiebat multiplex clangor repetitus, & quilibet illorum breuiter finebatur. in vltima autem lustratione diei septimi clangebatur concise & prolixæ: quia quilibet clangor longior erat clangentibus præcedentium dierum.

Et armatus populus ibat ante illos. Idest ante istos septem sacerdotes portantibus buccinas, & ante arcam ibat populus armatus, scilicet omnes viri omnium tribuum, qui ad pugnam apti erant, & arma habebant.

In quo magis declaratur quod ante dicebatur scilicet, quod isti præcedentes non sunt soli viri de tribu Ruben & Gad, & dimidia tribu Manasse, quia vocatur hic populus: & populus nominat multitudinem. si tamen non essent in armatis his viri de nouem tribubus & dimidia, non vocarentur isti populus respectu aliorum: quoniam plures de armatis erant in nouem tribubus & dimidia, quam in duabus & dimidia. Reliquum autem vulgus. Scilicet omnes viri qui non erant habentes perfectum robur ad bellum, nec habebant arma. Sciendum autem, quod isti vulgares erant de nouem tribubus & dimidia. nam de duabus tribubus & dimidia non erant aliqui qui vocarentur vulgus: sed omnes viri fortes, potentes, & electi ad bellum & armati. sic dixit illis Iosue, vt patet supra 1. scilicet vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu: & pugnate pro eis. Et factum est, quia cum esset magna multitudo virorum bellatorum inter Gaditas, Rubenitas, & dimidiam tribum Manasse, scilicet plures quam centum quinque millia virorum, vt colligitur ex numeratione quæ habetur Num. 26. quæ facta est super Iordanem: soli tamen quadraginta millia pugnatorum armatorum transierunt cum reliquis Israelitis: vt patet supra 4. & hoc vt essent electi inter multos. reliqui autem qui non erant ad bella apti, siue qui non erant ita strenui bellatores, manserunt in terra duorum Regum Amorrhæorum ad orientalem plagam Iordanis, quæ erat possessio eorum. de solis ergo nouem tribubus & dimidia exercebat vulgus quod hic nominatur, electis inde viribus bellatoribus armatis qui præcedebant. Sequebatur arcam. Isti ibant in parte posteriori adherentes arca. de his vulgaribus dicendum est, quod non intrauerunt in urbem Iericho corruentibus muris: quia qui intrauerunt in urbem ibant ad occidentum Ierichontinos, sed isti non portabant arma. nam si armati essent, computarentur in numero populi armati & non nomine vulgi, quod dicit aliquid carens viribus & imbellem. ad intrandum tamen nihil proficiebant nisi armati: nisi forte dicatur factum fuisse sicut in destructione vrbis Sichem: Leui & Simeon occiderunt Sichimitas, & cæteri filij Iacob urbem diripuerunt, scilicet spolia interfectorum & dormorum, vt patet Gen. 34. cap. ita quod hic vulgus ingrederetur ad prædam. Sed non stat, cum omnia posita fuissent sub Anathemate: & dictum fuisset ne quis raperet. Sed hic quoque Achan de stirpe Iudæ qui rapuit inde parum, lapidatus est, vt patet infra in litera & sequenti cap. non ergo introiuit vulgus in ciuitatē, sed mansit cum arca foris. Et buccinis personabat. Hoc refertur ad vulgus: quia præter buccinas argenteas ductiles quas habebant septem sacerdotes præcedentes arcam, habebat vulgus multas buccinas corneas, & his personabant. attendebant tamen ad clangorem tubarum sacerdotium, vt viderēt quando esset concentus longior atque concisus, vt tunc omnes clamarent. Sed contra hoc aliquis arguet: quia dictum fuit supra, quod vulgus non clamaret nec vociferaretur, nec exiret vllus sermo de ore eorum vsque ad diem qua iubetur Iosue, qui erat dies septimus. Respondendum est illud intelligi de vltimato, atque clamore vocali: & de contumelijs non conijciendis in Ierichontinos: & hoc obseruauit populus: non tamen erat cautum, ne buccinis personarent: ideo ipsi quoque clangebant.

Vulgus non intrauit in Iericho corruentibus muris: & quare.

Circuierunt ciuitatem secundo die semel. Quia in omnibus sex primis diebus sola lustratio simplex fieri debebat. Et reuersi sunt in castra. Scilicet in Galgalam: qui erat locus castrorum apud urbem Iericho, & tota illa die siluerunt: & sic faciebant omnibus sex diebus

Vulgus non intrauit in Iericho corruentibus muris: & quare.

diebus circundantes in aurora urbem. Sic fecerunt sex diebus. Scilicet in duobus diebus primis, qui iam expressi sunt in litera: & in quatuor sequentibus, scilicet, quod surgebant in aurora, & lustrata urbe regrediebantur in castra.

Die autem septimo diluculo confurgentes circueverunt urbem sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel. Vociferamini: Tradidit enim vobis Dominus civitatem. Sitque civitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt Domino. Sola Raab meretrix vivat cum universis quæ cum ea in domo sunt. Abscondit enim nuncios quos direximus.

Describitur ritus lustrationis diei septimi: quia situs iste diversus à præcedentibus diebus. causa huius est ad expressius signandum quod Deus ista faceret, & non rerum natura: & iudæis præcognoscantibus & orantibus fieret. si autem accidisset ruina murorum in aliquo die simplicis circuitus, & in aliquo alio fuissent circuitus solenniore, quamquam iudæi arguerentur hoc orauisse, tamen non arguerentur præcognovisse. cum autem in hoc die futuræ ruinæ fuerint ceremoniarum auctæ super cæteros dies, & in fine ceremoniarum muri corruerint: satis arguuntur cognovisse, & Deum exoratum ab illis hæc fecisse.

Diluculo confurgentes. Hoc fuit generale in omnibus diebus quod in aurora confurgerent ad lustrandum præterquam in die primo, cum nondum essent præmoniti ad hoc faciendum. alii autem quia iam cognoverant, diluculo expediebant quod acturi erant.

Circueverunt urbem sicut dispositum erat septies. Idest fecerunt lustrationes septem continuas non reuertendo in castra: & in his non fuit aliquid immuratum a prioribus ad finem: & dicitur. *Sicut dispositum erat.* Idest sicut Deus iusserat: & totus populus postea inter se sic exequi convenerat.

Cumque septimo circuitu. Scilicet circa finem circuitus vel in fine: alioquin non dicerentur septem lustrationes die septimo factæ, sed sex solum.

Clangerent buccinis sacerdotes. Iste clangor diversus esset à cæteris clangoribus præcedentium lustrationum. Alioquin cum semper sacerdotes clangerent ante arcam in procedendo, ut patet supra cum dicitur. sacerdotes præcedebant arcam Domini ambulantes atque clangerentes: frustra hoc diceretur. Item patet: quia supra dicitur. Cuique insonuerit vox tubæ longior atque concisior in auribus vestris, acclamabit omnis populus. ergo iste clangor quem nunc faciebant sacerdotes erat specialis, scilicet longior atque concisior, qui vocatur vultus tubarum, scilicet elevando, & deprimendo, atque formando voces minutissimas. iste enim est clangor belli: sic dicitur Numeri 10. cap. Si exieris ad bellum contra hostes clangetis vultantibus tubis. in alijs autem non dicebatur vultus, scilicet in epulis, & sacrificijs, & convocatione principum.

Dixit Iosue ad omnem Israel. Nicolaus dicit, quod Iosue non potuit hoc dicere ad omnem Israel, quia omnes non poterant audire voces illius, cum esset tanta multitudo. Sed dicendum est hoc intelligi posse tripliciter, ut supra declaratum est: & veritas huius est, quod istud dicere Iosue fuit dupliciter, scilicet in si-

gno & voce sua. Primo enim ipse eruditur populum, quod quando sacerdotes clangerent tubis vultando prolixè atque concise, ipsi quoque clamaret omnes: & præter hoc ipse loqui debebat: quia tamē non poterat totus Israel audire vocem eius conventum est, ut quando quidam clamarent, omnes alij audientes conclamarent. quod factum est. nam in fine septimi circuitus cum inisset Iosue, ceperunt clangere sacerdotes concise: & tunc ipse dixit ut totus populus clamaret: qui autem apud Iosue erant, ceperunt illic clamare: & ceteri audientes voces quoque emisserunt: & sic vtrumque ponitur, signum, scilicet, & vox. Nec oportet poni vocem Iosue auditam fuisse miraculose a toto Israel: sicut dicimus de voce Moyfi quæ audita est ab omnibus Israelitis in recitatione Deuteronomij: ut declaratum est Deuteronom. 1. & magis 29. & satis ibidem colligitur hoc ex litera.

Erat tamen ibi necessarium vel multum vile: & non poterat alias expleri quod intendebat Moyses, nisi totus populus audiret simul vocem eius: hic autem satis erat ut quidam audirent: quoniam illis audientibus & clamantibus ceteri conclamarent, ac si omnes audirent: miracula tamen nunquam sine necessitate ponenda sunt, quia peccatum est per plura fieri quod fieri potest per pauciora: ut patet 8. top. litera tamen non innuit quod totus Israel audiret, sed dicit quod Iosue dixerit ad totum Israel: vociferamini. & verum est, quod ad totum Israel locutus est: sed non audiuit totus Israel vocem illius: tantum tamen profecit quantum si ab omnibus audita foret, quia omnes eo iubente clamaverunt.

Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus civitatem. Idest clamate fortiter, quia civitas vestra est: istud ponitur causa vociferationis, scilicet. *Tradidit enim vobis Dominus civitatem.* Quod dupliciter intelligi potest. uno modo in signum letitiæ: scilicet magnum gaudium est vobis, quia tradita est vobis civitas. ideo vociferate ad exprimendum istud gaudium. Alio modo intelligi potest iste clamor tanquæ vox cohortantiæ se ad bellum. sic enim bellatores clamare solent, ut patet Exo. 32. cum dicitur. non est clamor hortantiæ ad pugnam, nec vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio. sic patet etiam infra 8. de viris Hay pugnantiibus contra Iosue. sat illi vociferantes, & patiter se mutuo cohortantes percuti sunt eos. & iste sensus est conveniens, quia corruentibus muris ingressuri erant Israelitæ ad cædem Ierichontinorum: ideo hortabantur se ad hanc pugnam, vel magis cædem, vultando vociferatione magna. Et applicatur ad literam. *Vociferamini:* quia tradidit vobis Dñs civitatem. q. d. ante hoc non erat tps pugnantia, quia non erat capta civitas. nunc autem tradidit eam vobis Dñs, ideo confortamini ad pugnam. & hoc signabant voces. Adhuc potest esse alius sensus. scilicet istæ voces essent solum, quia Deus iusserat eos clamare, cum ruituri essent muri urbis: & hoc in significationem, ut intelligeretur quod a Deo fiebat ista murorum dirutio ad preces & invocationem Israelitarum, nam cum ante nunquæ clamassent per septem dies, & nunc totus populus simul clamaret, quæ tunc Ierichontini videntes nescirent causam, tamē cum ilico muros a sedibus dirutos conspexerint, arguebant efficaciter hoc cognovisse iudeos, & ad hoc clamasse. si autem ipsi tunc non clamarent, vel forte tunc clamarent, & alijs quoque diebus clamassent, non argueretur eos quicquam intellexisse eius quod fiebat postea. *Sitque civitas hæc anathema.* Hic ponitur edictum factum, ne quis caperet quicquæ de urbe Iericho pro seipso, sed omnia cremarentur præter ea quæ separabantur in thesauros Domini.

Non

Non fuit datum septimo die præceptum de anathemate Iericho, sed ante hoc, sicut & ibi reperitur talia dicta per recapitulationem. *Quest. XII.*

CONSIDERANDVM circa hoc, esse hic mutatum ordinem per recapitulationem. nam ista quæ hic dicuntur de anathemate Iericho non fuerunt dicta hic, sed antequam veniret die septimo ad lustrandum civitatem, immo forte in principio septem dierum dictum fuit, quia credendum est, quod Deus iusserat ponere anathema ipsi Iosue su per cuncta quæ erant in urbe Iericho, alioquin non au deret ipse anathema ponere priuando Israelitas tantis diuitijs quantæ erant in urbe Iericho, quia quamquam non clare pateat hic Deum illa iussisse, tamen sic intel ligendum est, similia enim alia habetur hic quæ Deus iussit fieri. Et tamen non dicitur hic, quod Deus iusserit, sed solum narratur quomodo Iosue fecerit, ut patet de ipsa imprecatione super ædificantem urbem Iericho, & non dicitur hic, quod hæc Deus iusserit dici. ipse ta men dixit ea Iosue, sic patet 3. Regum 16. vbi dicitur. in diebus illis ædificauit Ahiel de Bethel Iericho, & in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbum domini quod locutus est in manu Iosue filij Nun. sic ergo dicendum est de ista positione anathematis, quod Deus eam Iosue præcepit, licet non dicitur. & tunc dixisset eam Iosue ad Israelitas prima die qua locutus est eis de lustratione urbis Iericho. quamquam in hoc non est tanta difficultas, scilicet: an in prima die, vel postea dixerit, sufficit tamen quod non fuerunt dicta, nec potuerunt dici hoc loco. nam hic dicitur, quomodo populus cepit clamare. sed cum populus clamauit illico corruerunt muri urbis. & quilibet ingressus est per locum contra quem erat. non poterat ergo tunc audire Israelite istud præceptum, quia erant impetuosi ad intrandum in urbem immediate, ut corruerunt muri.

Item non potuit tunc dari tale præceptum, quia necesse erat, ut istud præceptum perueniret ad omnes, & determinate omnes attendere. alioquin cum viderent spolia pulchra, raperent non putantes esse illicitum qui præceptum non audierant, & tamen non poterat peruenire ad omnes Israelitas præceptum hoc, si datum fuisset cum clamauit totus Israel, quia tunc erant circumsusi omnes per diuersas partes urbis in agro, ut fors obrulerat, cum dicitur infra, quod quilibet ingressus est per eum locum contra quem erat, ergo in diuersis locis erant. Ad audiendum tamen istud præceptum debebant esse congregati in vnum, & attenti. Dicendum ergo, quod tunc præceptum nullum datum est.

Item patet hic ordinis mutationem fore, quia immediate ut Iosue dixit Israelitis, quod clamarent, clamauerunt nullo intercedente, cum supra iussum fuisset, cum insonuerit vox tubæ longior, atque concisior in auribus vestris, omnis populus acclamabit. & tamē inter præceptum Iosue de vociferando, & vociferationem populi, narratur præceptum de anathemate Iericho, ergo non est ordo hic naturalis. Item dato quod Iosue non dedisset præceptum istud ante septimum circuitum diei septimi, sed paulo ante ruinam murorum daret præceptum hoc: tamen prius daret præceptum, quam diceret populo, quod clamaret. Sed prius ponitur hic, quod populo iusserit clamandum, & deinde apponitur præceptum, & concluditur in clamore populi. nullatenus ergo potest hic manere ordo naturalis. sed necesse est esse ordinis mutationem, & quod sit recapitulatio, quia postponitur, quod debuisset præcedere.

Sitque civitas hæc anathema. Idest omnia quæ in ciuitate ista sunt, sint sub anathemate, idest tota sit destructa & nemini liceat aliquid accipere.

Alph. T. off. super Iosue.

Quomodo anathema significat tria in Hebræo, scilicet Herem, & omnia facta sunt in urbe Iericho. Et quomodo anathema applicatum Deo intelligatur. Et quod Iericho erat pulchra, & fertilis. *Quest. XIII.*

PONITVR hic in Hebræo Herem, vbi nos dicimus anathema. & signat destructionem, vel consecrationem, vel separationem, & omnia ista tria facta sunt hic. Primo fuerunt ista destructa, quia tota ciuitas quantum ad muros, & domos destructa fuit. Homines quoque, tam masculi, quam foeminae cum omnibus pecoribus & iumentis delecta sunt. omnia autem metalla destructa sunt, in quantum fuerunt domino applicata. cetera autem supellectilia cuiuscunque pretij, sicut vestes, & multa alia pretiosa destructa sunt, quia igne perierunt. de omnibus his patet, quia mortua & delecta sunt penitus, præter metalla quæ domino applicata fuere. de his tamē dicitur, quod fuerunt destructa, vel occisa eo modo, quo rebus mori, vel occidi pertinet. sic enim datur regula Leuit. 27. f. omnis consecratio quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur, idest omnes res consecrate Deo occidentur, quomodo autem omnibus rebus oblati occidi conueniat, & quomodo singulae occidantur, late declaratum est Leuit. 27. cap.

Secundum autem etiam erat hic, consecratio: omnia enim hæc consecrata dicebantur Deo, idest applicata ad eum, & semota ab humanis vtilibus. de metallis satis patet, quia aurum, argentum, ferrum, & es, quicquid inueniri potuit in urbe Iericho reueruatum est in thesauris domini. omnia autem talia Deo specialiter applicata sunt. De alijs tamen dubium videbatur quomodo applicarentur Deo, quia cremabantur.

Respondendum est, quod quaedam res applicantur ad cultum Dei manentes, & aliæ deficiendo. Manendo applicantur Deo Leuitæ, & sacerdotes qui ministrant in his quæ ad Deum pertinent. cum vero moriuntur iam non sunt applicati, quia nihil ministrant, nisi accipiamus applicationem pro futura fructione, quæ fit per applicationem intellectus nostri ad maximum intelligibile euidenter cognitum, & applicationem voluntatis ad fontem totius boni, in quibus causatur fructio. sed ista ad propositum nihil sunt. Identidem de vasis sacri ministerij dicendum, quod ista applicantur Deo manendo, & vtendo eis.

Alia sunt quæ applicantur Deo, & moriendo, & dum sunt non possunt applicari. Et ista dupliciter, quædam applicantur Deo moriendo, quia eorum mors est directe ad honorem Dei, & in ipsis mortuis exercetur aliquis actus Deo, sicut est in sacrificijs. Animalia enim quæ immolantur, per suam immolationem Deo applicantur, quia per sacrificia in illis exhibita manifestamus naturam diuinam, cum sacrificia nunquam impensa fuerint a seculis ab aliqua gente quantumcunque rudis esset, nisi vero Deo, aut alicui qui verus Deus putaretur. maximum ergo expressiuum nature diuine erat in exhibitione sacrificiorum. sicut igitur in alijs actibus nostris ceremonialibus, ut orationibus, & confessionibus laudum Deus honoratur: ita & in sacrificijs, sed horum sacrificiorum materia sunt ipsa animalia quæ immolantur, ergo per immolationem applicantur Deo animalia. & ista cum viuunt non possunt Deo applicari, quia nihil in eis fieri potest, quod ad diuinum redundet obsequium.

Alia sunt quæ moriendo Deo applicantur, scilicet, quod ex morte eorum honor quidam Deo exhibetur, non quod directe talia sint diuina laudis, vel honoris materia, sed quia occidentes ad honorem diuinum, & propter zelum eius faciunt, sicut est in idolatris qui cum viuunt semper Deo displicent, cum

O autem

Nunquam aliqua gens quantumcunque rudis obtulit sacrificiū nisi Deo vero, vel secundum opinionem.

2. q. 4. ite peccato ibi vt thesauri. supra 2.

In q. 10.

autem aliquis ob honorem Dei eos occidit, quia hostes eius sunt, honorat Deum. Et sic iubebat Deus, ut cum in aliqua ciuitate essent publici idolatræ, & frequentarent hoc totus populus, ceteri Israelitæ confurgerent in eos delentes in ore gladij, atque omnia quæ in vrbe erant, cremarent ad honorem Dei, velut in sacrificio: vt patet Deuteronomio 13. cum de poena ciuitatis idolatrantis agatur, subiungitur statim, percuties habitatores vrbs illius i ore gladij, & delebis eam, & omnia quæ in ea sunt vsque ad pecora. quamquam enim supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Sic ergo habitatores Iericho, quia erant idolatræ, poterant occidi & cremari cum tota ciuitate in honore Dei, velut sacrificium eius. Omnia ergo quæ in vrbe Iericho erant, dicebantur esse sub anathemate, id est consecrata domino, quia debebantur propter eum. & hoc dicitur de consecratis Leuitico 27. omnis consecratio ab homine nõ redimetur, sed morte morietur. delictio autem ista per cremationem erat, tanquã mors. Erat quoque tertium in rebus vrbs Iericho, quod pertinebat ad anathema, scilicet abdicatio, quia abdicauerunt Israelitæ a se omnia quæ erant in vrbe Iericho, & iste videtur esse magis proprius sensus. omnia enim quæ erant in vrbe Iericho, Israelitæ habitari erant iure bellico: vniuersa tamen abdicauerunt propter Deum.

Primo abdicauerunt ipsam urbem cum habitaculis suis, quæ futura erat ad habitationem eorum, & abdicauerunt non solum pro tunc ne in ea habitaret, sed etiam in æternum: quia imprecatus fuit Iosue, vt si quis ædificaret Iericho, maledictus esset, & in primogenito suo poneret fundamenta, in nouissimo autem liberorum suorum poneret portas illius, vt patet infra. Erat tamen valde bonæ habitationis vrbs ipsa, vt patet 4. Regum, 2. c. cum dicitur, dixeruntque viri ciuitatis ad Elihu, ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse perspicis, sed aqua pessima, & terra sterilis, & tunc sequitur quomodo miserit sal in aquas, & sanata est sterilitas aquæ, atque mansit ciuitas habitationis optime. & hoc fuit postquam Ahij edificauerat Iericho, vt patet 3. Reg. 16.

Erant autem in hac ciuitate fructus vberissimi, & maiores quam in alijs locis, vt ait Bernardus in libro Speculi virginum.

Et præcipue erant tibi rosæ ad magnitudinem scutelle in amplitudine comæ. vnde rosæ Ierichontinæ famosiore erant rosas aliorum locorum. & hoc videtur innui Ecclesiast. 24. vbi ponitur excellentia plantationum arborum, & herbarum secundum varietates locorum, & dicitur quasi palma exaltata sum in cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho. Sed hoc non dicere tur, nisi ibi famosiore rosæ quam in alijs locis essent. hanc tamen urbem quamquam amena habitationis foret, Israelitæ abdicauerunt.

Amplius abdicauerunt viros vrbs illius & feminas. hos enim omnes iure bellico in seruos habitari erant, sed hos non abdicauerunt speciali præcepto nunc dato, quia ante hoc iusserat dominus, vt de gentibus illis quarum terram possessuri erant nullum omnino permitterent viuere, vel aliqua conditione pacis tributi, vel seruitutis. sed omnes in ore gladij occiderent, septem populos Chanaanæ, Amorrhæos &c. vt patet Deuteronomio 20. & si qui de his remanerent, essent iudeis, sicut lanceæ in lateribus, & clauis in oculis, atque eis omni tempore aduersarentur, vt patet Numeo 34. & ita factum est, quia ex eo, quod Israelitæ reliquerunt quosdam de his tributarios sibi, vt patet infra 16. & 17. Deus iratus dedit illos hostes Iudeis ad ruinam eorum, vt patet Iudicum 2. & 3. cap.

Iericho bonæ habitata.

Amplius abdicauerunt a se boues, & asinos, omnia iumenta, & pecora. hæc enim habitari erant iure bellico, vt factum est postea capta vrbe Hay, vt patet infra 3. & sic in alijs locis terræ Chanaan. hæc enim omnia occiderunt, & postea cremauerunt: vt patet infra in littera.

Item autem abdicauerunt omnia vasa metallina, & ipsa metalla, quæ in massa erant, sed hæc ad dominum peruenierunt referuata in thesauros eius, vt patet infra.

Amplius omnia supellectilia pretiosa, quæ erant in vrbe, siue in filis, siue in pellibus, aut quocunque altero genere abdicata sunt ab Israelitis, & igne consumpta, ita vt nihil de tanto valore vrbs Ierichontinæ perueniret ad eos. & hæc omnia in reuerentiam Dei, fuit ergo anathema in vrbe Iericho, scilicet destructio, consecratio, & abdicatio.

An quodcumque poneretur anathema, sic poneretur vt in vrbe Iericho. Et quod anathema sit multiplex. Quæst. XIII.

Circa istud anathema vrbs Iericho aliquis queret, an quodcumque fieret anathema, sic fieret, vt in vrbe Iericho, scilicet ciuitas, nunquam habitaretur, & quod nihil de his quæ in vrbe erant, capi posset.

Respondendum est, quod anathema hoc, quod ponebatur in vrbs, erat in modum sententiæ excommunicationis. sententiæ autem excommunicationis varie secundum voluntatem iudicis concipitur, & profertur: & secundum diuersum modum hunc varie ligat, dum tamen iusta sit, iniusta etiam ligat si contemnitur. Ita ergo poterat poni anathema in vrbs captis varie, scilicet quantum ad solam urbem ne vnquam habitaretur, & quantum ad sola spolia, vt cremarentur, & maneret vrbs ad habitationem. Et quantum ad spolia adhuc varie concipi, & poni poterat anathema, scilicet super spolia inanimata esset anathema, & non super pecora & iumenta. & sic quocunque modis formare vellent anathema poterant, cum ista dependerent ex voluntate ponentium, & non sit aliqua regula assignata de modo ponendi anathema.

Nisi forte aliquis dicat, quod anathema nunquam ponebatur ab hominibus, sed a Deo. ideo ad ipsum pertinebat determinatio modi. Respondendum est, quod anathema non ponebatur semper a Deo, sed aliquando ab hominibus. nam aliquando poterant Israelitæ ponere anathema super aliquas vrbes, vt patet Numeo 21. cum dicitur, at Israel voto se obligans ait, si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius: & istud votum fuit de anathemate, vt patet postea in littera. exaudiuitque dominus preces Israel, & tradidit Chananeum quem ille occidit subuersis vrbs eius, & vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. Poterant ergo concipere, & ponere homines anathema varie iuxta voluntatem suam. Sed queret aliquis, dato quod anathema varie poni posset, an quodcumque anathema positum fuit, eodem modo semper positum fuerit? Respondendum est, quod non, quia aliquando sola ciuitas combusta est, & posita in tumulum æternum, ita vt nullus in ea habitaret. spolia tamen inanimata capi licuit, sicut patet in vrbe Hay quæ fuit secunda quæ ceperunt Israelitæ in terra Chanaan. prima quippe fuerat Iericho. in hac autem omnia spolia diuisa sunt pugnatoribus. vrbs tamen in tumulum sempiternum, vt nunquam habitaretur. sic patet infra octauo cap. cum dicitur. Iumenta autem & prædam ciuitatis dimiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat dominus Iosue, qui succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum. ecce enim hic positum est anathema, & ta-

& tamen sola ciuitas fuit in anathemate, & nõ ea quæ erant in vrbe. Sed aliquis dicit non fuisse anathema positum in vrbe Hay, quia nihil tale dicitur in littera ibidem.

Respondendum est, quod fuerit ibi positum anathema, quod patet, quia facta est tumulus sempiternus, & combusta, vt nemo in ea postea habitaret, sed nihil aliud erat esse anathema. quod patet hic de vrbe Iericho, de qua dicitur. sitque ciuitas hæc anathema. Postea autem dicitur, quod vrbs successa est, & Iosue imprecatus fuit maledictionem super illum qui eam suscitaret. sic etiam patet, quod delictio vrbsium facit vocari anathema vrbsium, vt patet Numeo 21. vbi cum dicitur, quod deluit Israel vrbes Chananeorum, sequitur quod vocauit nomen loci illius anathema.

Item de vrbsibus idolatrarum, quando Deus iubet, quod ponantur inhabitabiles in æternum, iubetur, quod crementur, & fiant tumuli æterni, & dicuntur esse sub anathemate. vt patet Deuteronomio 13. vbi cum de his ciuitatibus dictum fuerit, subiungitur: non ædificabitur amplius, & non adhærebit in manu tua quicquid de illo anathemate. Sed in vrbe Hay fuit factus tumulus æternus, ergo fuit anathema, quamquam littera non exprimat nomen anathematis. ecce ergo in vrbe Hay fuit anathema. sola tamen vrbs fuit sub anathemate iumenta autem, & cuncta præda quæ ibi erant, exercitui diuisa sunt.

Aliquando erat Anathema, ita quod ciuitas esset sub anathemate, ne liceret cuiquam eam postea ædificare, aut morari in ea principalem fundando sedem, & omnia quoque quæ in illa erant sub anathemate essent, ita quod nihil accederet pugnatoribus, & tamen de rebus illis proueniret Deo quicquid ad thesauros eius applicari poterat, aurum, & argentum, æs, & ferrum, & omnia vasa metallina. & hoc modo facta fuit hic positio anathematis. sola enim hæc Deo prouenerunt. cætera autem quæ ad eum non pertinuerunt, cremata sunt. & sic quantum ad ipsos bellatores anathema erat vniuersaliter.

Aliquando ponebatur anathema, ita quod vrbs esset sub anathemate, & in tumulum sempiternum, & omnia quæ in ea erant cremarentur, occisus prius omnibus hominibus, & pecoribus, atque iumentis. & de thesauro auri, argenti, & reliquorum vasorum metallinorum nihil Deo proueniret, nec pugnatoribus, sed omnia cremarentur. sic erat in vrbsibus Israelitarum idolatrarum. nam ille cremandæ erant cum hominibus, pecoribus, & iumentis, & ceteris quæ ibi erant, vt patet Deuteronomio 17. quare autem de illo anathemate nihil Deo referuaretur, causa ibi declarata est.

De anathemate, quod fuit in vrbsibus Chananeæ regis Arath qui habitabat ad Meridiem, dubitabit aliquis ad quod istorum anathematum pertineret.

Respondendum est, quod pertinet ad tertium modum, scilicet vrbs, quàm habitatores, & quicquid in eis erat deleretur. nam Israelitæ voverunt delere vrbes: ergo istud votum ad aliquid proficiebat, alioquin non esset votum. si tamen sola vrbs essent sub anathemate, de nullo seruiebat votum, quoniam non erant habitari Israelitæ in vrbsibus illis, cum non essent in terra promissionis: siue ergo deberent, siue non, nihil magis eis sic quàm aliter proderat. si autem delerent omnia spolia nihil inde sibi sumentes, votum erat aliquid, quia cum iure bellico deberent spolia sibi capere, & tam propter Deum illa cremabant, aliquid votum continebat. non erat ergo anathema primi modi, sicut in vrbe Hay. Non erat etiam anathema pertinens ad secundum modum, sicut in vrbe Iericho, quod cremarentur omnia præter aurum, & argentum, & æs, quæ referuaretur in thesauro Dei. ibi enim nihil seruatum Alph. Toft. super Iosue.

Quale fuerit anathema positum in vrbsibus Chananeis Regis Arath.

est, sed fuerunt omnia deleta. quare autem sic factum est, declarabitur Numeo 21. ca. patet ergo, quod anathema non semper ponebatur eodem modo, sed varie concipiebatur, & ponebatur secundum voluntatem eorum qui ponebant.

Quare Israelitæ in captione Iericho consecrauerunt Deo aurum, & argentum, & omnia metalla. Et quod Deus vult, vt ei gratiarum actiones reddamus non solum vocaliter, sed per operis exhibitionem, & quare. Quæst. XV.

Nunc autem aliquis queret, quare Israelitæ consecrauerunt Deo in captione Iericho aurum, & argentum, & omnia metalla. Aliquis respondebit, quod hoc factum est, non quidem quia Israelitæ hoc vellent facere, sed quia Deus eis facere iussit. nam vt dictum fuit supra, Iosue ista fecit Dei mandato. Respondendum est, quod quamquam Israelitæ ista fecerint Deo iubente: tamen factum istud ita habet causam, ac si Israelitæ fecissent pure voluntarie non iubente Deo. sic enim patet de præceptis datis alijs locis, quæ causam habent manifestam.

Causa autem fuit hic, quia cum omnia nobis a Deo proueniant, Deus vult vt nos gratiarum reddamus ei actiones pro collatis. & sic dicebat David cum consecrauit domino omnia quæ manserunt Salomoni filio suo ad fabricationem Sanctuarij. quis ego & quis populus meus, vt possimus tibi hæc vniuersa promittere, tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, vt patet 1. Paralip. 29. cap. Sic igitur vult Deus quantum ad omnia suscepta ab eo, vt ei partem conferamus. non quidem quasi dara nostra aliquid ei conferant, quia bonorum nostrorum nõ eget, vt patet Psalmo 115. Et si esurierit nõ dicet nobis. eius enim est orbis terrarum, & plenitudo illius, vt patet Psalmo 49. sed pro his omnibus vult sacrificium a nobis laudis exhiberi. Nec quidem solam laudem vocalem, cum dicitur Psalmo 49. immola Deo sacrificium laudis, & consequenter adiunctum fuit, & redde altissimo vota tua, reddere tamen vota ad reale pertinet exhibitionem. & hæc quidem vera laus est. Quia tamen ei aliquid impediunt, aliquid nos suscepisse fatemur, & aliquid debere. Hac autem confessio magna laudis est, & magis in re quàm in voce, quanto maiore continent fidem in moralibus operationes sermonibus, iuxta Aristotelem. Ethicorum. libro decimo. ob hoc autem Deus voluit, vt de fructibus terræ ei decimas pro ministris suis tribueremus, quasi reddentes cæsualem exhibitionem annuam pro his quæ continue confert. Amplius autem & primitias conferre precipimur, quia primitiæ de primis, & melioribus magisque electis tribuuntur. & hoc protestantes ad maiora, & meliora nos esse Deo obligatos quàm nos conferamus. Ita igitur in captione terræ Chanaan Iudei non suis viribus, sed Dei operatione obtinuerunt, vt patet Deuteronomio octauo cap. scilicet, ne dicas in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia contulerunt, sed recorderis domini Dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum suum, quod promisit patribus tuis. quod patet in multis operationibus miraculosis, vbi non solum Deus quadam directione occulta, & auxilio Iudeorum actus prosperos efficiebat, sed interdum ipse totum, vel quasi totum efficiebat, iuxta illud Exo. 14. dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, id est ipse ager totam pugnam, & vos manebitis ociantes. debuerunt ergo dare Israelitæ de locis quæ capiebant in terra Chanaan, & de spolijs aliqua Deo in signum receptionis omnium horum ab eo.

In q. 11.

Magis laudatur Deus in re quàm in voce.

Quare Deus voluit, quod decime & primitiæ tribuerentur ministris suis.

Cetera potius Israel: ea dederunt domino urbem Iericho cum eis que in ea erant, quam aliquam de alijs urbibus. Et que non habuimur illi gratiora sint. Quæst. XVI.

Sed aliquis dicit, quare magis dederunt urbem Iericho cum eis quæ in ea erant, quam aliquam de alijs urbibus: Respondendum est rationabilius fuisse dari istam urbem quam ceteras. Primo, quia sicut de fructibus terræ quos Deo agere colligimus, ei primitias offerimus, ita & de alijs operatio nibus nostris in quibus nos a Deo prosperatos cogno scimus, primitias dare valde dignum est. magis namque æstimatur primitia, quia de prioribus fuerat, quam quæcunque alia post data, licet æque pōderantia sint. desiderant quidem homines naturaliter frui laborum suorum fructu, & in hoc quod de eis quicquā percipiunt releuantur. sic enim ait Apostolus ad Timot. 2. in c. 2. oportet agricolam de fructibus suis edere primum. cum ergo agricola priuat se hac iocunditate, scilicet quæ est comedere primo de fructibus suis, ut eos Deo consecret, laudabilius valde est, quam si postquam comedisset, & frueretur labore suo, aliquid Deo daretur. Primitia igitur pretiosiores sunt apud Deum, quæ quæcunque alia quæ ponderatis quantitatis postea data. Ita ergo in captione terræ Chanaan esse debuit, si quod si primo caperent Iudei pro se vrbes, & deinde Deo tribuerent, non esset tam acceptum. cōuenit ergo, quod primam captam urbem in primitias domino darent. hæc autem fuit Iericho, quoniam ante hæc nulla capta extiterat.

Item quanto aliquis maiorem rem Deo dat, est magis liberalis, & magis acceptatur. liberalitas autem non attenditur secundum æqualitatem datorum inter se re latorum, aut maioritatem, sed secundum quod aliquis ex pluri bus, aut paucioribus dat. ex multis non est magnū libe ralis opus, si autem de ex paruis magna, quamquā non sint æqualia eis quæ quis ex valde magnis contu lit, liberalior iure extimatur. sic ait Aristot. Ethico. lib. 4. cap. de liberalitate, secundum substantiam utique liberali tas dicitur: non enim in multitudine datorum, quod liberale, sed in dantis habitu. hoc autem secundū sub stantiam. nihil autem prohibet liberaliorem esse mi nora dantem si a minoribus det. Hanc sententiam so lidauit Christus, ut pater Lucæ 21. capit. cum vidit di uersos offerentes in gazophylacium, & vidua, quæ mi nus secundum quantitatem obrulerat, amplius extu lit dicēs. Vere dico vobis, quod hæc vidua pauper plus om nibus misit. nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera domini. hæc autem ex eo, quod deest illi omnino victum suum quem habuit misit. Sic igitur in Iudæis fuit, quia cum ceperunt urbem Ierichonti nam, nihil præter illam ceperunt, & illam totam domi no Deo dabant. magnum ergo, & vere magnum mi nus erat. Si autem postquam cepissent totam terram dedissent multas vrbes domino ponentes sub anathe mate, non tantum apud Deum appenderetur, quia iam ex multis dabant. a principio autē dantes Iericho non dederunt ex multis vel ex paucis, sed quicquid habue runt dederunt: quoniam nec spolia, aut spoliolum par tem sibi diripiunt. Conuenit ergo magis dari Ieri cho quam aliquam aliam urbem.

Item cum nos demus Deo de laboribus nostris par tem, quia eo prosperate actus nostros scimus nos fuisse adeptos, quod habemus: dum aliquid lucidius Deo agente suscepimus, magis in illo, Deo imbuere tene remur. maiora enim Deus de nobis promeretur, dum magis adiunat, quia maiora tunc beneficia cōfert, sed quandoquæque magis expresse nos Deus in aliquo actu adiunat, magis nos adiunare dicitur, ergo in illo actu magis sibi tenemur quam in alijs. Sic autem fuit

Iudæis respectu ciuitatis Ierichōtinæ, & aliarum, quia quamquam ad capiendas alias adiunat, ad nullam tamen æque ut ad urbem Iericho. ibi enim Iudæis nihil agentibus Deus tradidit in manibus eorum ciuitatē, diruendo muros eius a sedibus, & tunc ipsi introierunt a domino edocti singuli per loca contra quæ stabant, magis ad Ierichontinorum cōdem quam depugnandum. tanto enim Ierichontini fuerant timore prostrati, ut non ausi fuerint contra Israelitas educere gladiū, sed more ouium in suis domibus mactabantur. unde litera non dicit hic, quod pugnaverint quicquā contra Ierichōtinus, sed quod percusserint eos in ore gladij. De alijs urbibus dicitur, quod Iudæi pugnaverint, ut patet contra urbem Hay infra 8. cap. & consequenter contra alias. in nulla autem vrbe postea factum est, quod muri ruerent, sed Iudei vel per in fidiis capiebant vrbes, ut patet in vrbe Hay infra 8. & in vrbe Bethel Iudic. 1. cap. in alijs autem quia expugnabant, & occidebant habitatores in campo: ideo magis patuit diuina operatio cum Hebræis in vrbe Iericho, quam in ceteris. & consequenter magis fuit obligata domino ista vrbs quam aliæ, conueniens ergo fuit magis dari vrbe Iericho domino consecrando ei posito anathemate, quam aliquam de alijs urbibus.

Simile autem est in alijs quæ Deo agente suscipimus. nam filios gignere non est libertatis nostre, quā quam potentes simus ad effundendum semē, & quā quam ipsa generatio a natura proueniat, sed Deus aliquid agit in generatione filiorum dans eos cui vult. ideo cum generaliter teneatur ad gratiarum actiones quilibet suscipiens filios, abundantius tamen ille tene bitur qui Deo magis agente eos suscepit, sicut si im potens erat, vel vxorem sterilem habebat, ita ut gene ratio impossibilis foret. Et ob hoc mater Sampsonis, quia genuit filium dante Deo, & ante nunquam gigne bat, consecrauit eum ad votum Nazæorum in æternum, ut patet Iudicium 13. Quod autem esset obser uantia Nazæorum habetur Numeri, sexto capit. idem autem fecit Anna mater Samuelis. ipsa enim erat sterilis, & quia Deus dedit ei filium, obtulit eum sibi, ut ministraret coram eo in sempiternum, ut patet 1. Regum, 1. capit.

Quare cum vrbs Iericho data est Deo, & de illa solum consecrata sunt Deo quedam metalla, reliqua quæ erant, non veniunt in partem Israelitarum. Quæst. XVII.

Sed adhuc quereret aliquis, dato quod vrbs Iericho dari debuit, sicut supra declaratum est, quare cum de illa solum proueniret domino aurū, & argentum, & ferrum, ut patet in litera, cetera non manserunt in partem Israelitarum, scilicet, ut ciuitas maneret ad habitandum, & iumenta, & pecora, atque omnia supellecilia diuiderentur inter eos. Respondendum est, quod Deus non solum voluit aurum, & argentum, & ferrum dari sibi, sed etiam totam urbem cum omnibus quæ in ea erant, cum omnia Deus tradidisset in manus eorum.

Et si dicas, quomodo dari potuerunt ea quæ combusta sunt?

Respondendum est, quod sicut ad honorem Dei applicata sunt omnia metallina supellecilia, & massæ ut bis Iericho, ita & quæ cremata sunt. nam metalla applicata sunt, fabricando ex eis vasa pro vrbibus Sanctuarij qui sunt ad cultum Dei: ita ea quæ cremata sunt in vrbe Iericho fuerunt data Deo, quia propter honorem eius cremata sunt. Aliqua namque Deo dabantur ipsi, & vrbes eorum pro idolatram. Itaque quæ erat ibi maior offensio, Israelitæ nempe pepigerant cum

Quare filios Deo consecrare debemus, maxime dum ab impotētibz nascuntur.

In q. 13.

An ad honorem Dei proficeret, quod exureretur vrbs gentilium idolatrarum, sicut vrbs Iudæorum idolatrantium. Et quod magis peccabant Iudæi idolatrando quam gentiles. Quæst. XVIII.

CONSIDERANDVM autem, quod crematio facta vrbs Iericho dupliciter fuit ad honorem diuinum. Primo ex intentione dātium. nam Israelitæ, ideo cremauerunt urbem, & oia quæ in ea erant, ut in hoc Deum honorarent, cum aut aliquid agimus, ut Deus a nobis colatur, hoc ipso, quia talia agimus colitur: non enim proficiunt Deo data nostra, sed intentionem acceptat. vult tamen interdum exhibitionem realem ad comprobādam veritatem, & sinceritatem intentionis, quia magis creditur in moralibus rei quam voci, ut patet Ethicor. 10. & quia Iudæi cremantes urbem Iericho eam propter Deum cremabant, & existimabant se impendere Deo obsequium, Deus acceptabat eorum intentionem, & cedebat hoc in honorem Dei, sicut quæcunque data sacrificia, quæ etiam solum ex voluntate offerentium acceptabant. Amplius patet hoc magis, quia ea quæ nunc Israelitæ offerebant, erant sibi carissima. tribuebant namque vrbs Iericho, & nullam aliam habebat: ex quo sibi erat carior. potissime, quia erat optimæ habitationis, ut declaratum fuit supra, etiam tribuebant oia spolia vrbs quæ erat valde magni pretij, quis enim totam urbem cum eis quæ intus erant appreciari posset? magnum quidem foret pretium. magna autem ista erant in oculis Iudæorum, & tamen Deo tribuebant, Deus ergo acceptare debebat. Secundo ista crematio vrbs Ierichontinæ cū eis quæ intra erant, ad honorem Dei proficiebat aliqualiter ex ipsa re quæ fiebat. nam sicut ipsa sacrificia præter intentionem offerentium protestantur virtutē, quandam numinis, in eo cui offeruntur, ita & crematio facta Ierichontinæ vrbs erat ad quandam honore Dei, & Deus acceptabat: fiebat enim hoc vindictam illarum gentiū quæ Deo repugnauerunt in idolatrijs, & impudicitijs suis. Sicut enim Deus occidit sodomitas, & quatuor eorum ciuitates subuertit, quia eū valde offendebant, ut patet Gen. 18. & 19. ita & si quis vicem eius agens, ut vindicaret diuinam offensionem, occidisset illos infandos populos, Deo acceptus valde foret. De idolatrijs autem pariformiter iudicandū est: sic patet de idolatrijs inter Iudæos. nam si in aliqua ciuitate coleretur idola, insurgere debebat reliquus Israel, & consumere ciues, & pecora, atque iumenta in ore gladij: eo quod postea cum tota ciuitate, & omnibus quæ in ea essent consumere igne, ut maneret ciuitas in tumulum æternum. & in hoc dicebatur Deus delectari, atque acceptare. sic patet Deut. 13. cum dicitur statim percaties habitatores vrbs illius in ore gladij, delebitque eam, & omnia quæ in ea sunt vsque ad pecora, quicquid etiam supellectilis fuerit cōgregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita ut vniuersa consuimas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Ecce igitur cuncta consumi dño Deo iubet, id est ad honorem Dei. sic ergo & crematio vrbs Iericho ad honorem Dei proficeret. Sed arguet aliquis non esse simile, quia quæ cremaretur vrbs idolatrantium Iudæorum erat ad honorem Dei, quæ erat lege cautum, ut patet Deut. 13. de gentibus tamen non erat iustum, ut cremarentur ipsi, & vrbes eorum pro idolatram. Itaque quæ erat ibi maior offensio, Israelitæ nempe pepigerant cum

In q. 13.

Nota contra spurcissimos sodomitas.

Alph. Toft. super Iosue.

dño, ut eum colerent non suscipientes Deū alienum, quod aut aliquem alium colerent infringebant pactum. ideo ceteri Israelitæ destruentes huiusmodi pacti violatores merebant. de gentilibus non erat sic, quia non pepigerant cum dño quicquam. Rōndendum est, quod Israelitæ colentes idola grauius peccabant, quam gentiles ex causis assignatis. sed non ex hoc tollit gentiles non peccare idolatrando, sicut probat Apostolus ad Rom. 1. f. quod inexcusabiles sunt gentes, quia Deum naturaliter cognoscere potuerunt, & tamen coluerunt vana. Sicut ergo peccatum Iudæorum idolatrantium maius peccatum fuit gentium, ita & consequenter poena grauiori puniri debuerunt, gentibus tamen aliqua poena manere debuit. hoc ergo dato qui zelo Dei commotus puniret gentiles, quia Deum non colebant, mereretur. Iudæi ergo poterant conuenienter ad honorem Dei cremare urbem Ierichontinam, cum omnibus quæ in ea erant.

Amplius autem patet hoc, quia si Iudæi non extimarent se placere Deo destruere sub anathemate vrbes gentilium, non vouerent Deo eas destruere, nec per hoc peterent a Deo sibi aliquid concessi, quasi in hoc domino specialiter famulantes, sed ipsi vouebant delere vrbes gentilium sub anathemate, ut patet Nume. 21. f. si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius, ergo intelligebant se Deo in hoc placere. Item si Deus non acceptaret talia vota tanquam rationabilia, non exaudiret ea, sed exaudiuit, ergo acceptauit. sic patet Nume. 21. f. exaudiuitque dominus preces Israel, & tradidit Chanaanem quem ille interfecerat subuersis vrbus eius, & vocauit nomē loci illius horma, id est anathema. ecce quod non solum erat honor Dei succendere ciuitates Israelitarum idolatrantium, sed et ciuitates gentilium, ergo in Iericho hoc fuit. Patet igitur, quod non solum acceptauit dñs aurum, argentum, & ferrum data sibi de vrbe Iericho, sed etiam cremationem vrbs cum omnibus quæ in ea erant.

Quare vrbs Hay qua anathematizata est, non fuit sic anathematizata, ut Iericho. Quæst. XIX.

Quare vrbs Hay qua anathematizata est, non fuit sic anathematizata, ut Iericho? In vrbe quippe Iericho nihil prouenit Iudæis, sed quedam Deo prouenerunt, reliqua vero ignis exussit. in vrbe autem Hay sola vrbs posita fuit sub anathemate, & in tumulum æternum, tota tamen præda exercitui diuisa est, ut patet infra 8. Respondendum est, quod non debuit sic anathematizari illa vrbs, sicut Iericho, quia Israelitæ non veniebant in terram promissionis, ut eam in honorem Dei cremaret faciētes tumulum æternum, sed ut in ea habitarent. quamuis ergo vrbs Iericho in primitias domino applicari debuit: aliquid tamen non. & quia in vrbe Iericho nihil Israelitis prouenerat, sed totum dño prouenerat, ut descenderetur gradualiter, decuit ut postea in aliquibus alijs vrbus aliquid Deo daretur, & aliquid concederet in partem Israelitarū, ut deueniretur vltimo ad id quod totaliter cedebat in ius Israelitarum. Ideo in vrbe Hay quæ capta est immediate post urbem Iericho sic factū est, quod vrbs combusta est in tumulum sempiternū in honorem Dei: de præda tamē nihil ei prouenit, sed inter bellatores diuisa est, ut patet infra 8. capit. postea vero in reliquis ciuitatibus quæ capiebantur, nihil Deo proueniebat, sed totum Israelitis, tam ipsæ vrbes ad habitandum, quam tota præda animatorum, & inanimatorum.

3 Cum

Cum tota vrbs Iericho Deo fuerit applicata conseruando qua-

Sed adhuc quæret aliquis, cum vrbs Iericho cñ omnibus quæ in ea erāt fuerit tradita domino,

Respondendū est, qd vrbs non poterat cedere Deo manēs incombusta: nihil enim applicabatur Deo manens, nisi ministri, scilicet sacerdotes, & Leuitæ,

Item quia hic non intendebant dare Israelitæ aliquid Deo, quod pro ministris esset eius, sed quod in ip suis solius cederet honorem.

An in hominibus vrbs Iericho fuerit positum anathema, sicut in cæteris quæ erant in vrbe. Et arguitur, quod non.

Nunc consequenter quæretur de hominibus vrbs Iericho, quare nō fuerit applicata Deo modo quo poterat?

Respondendum est, qd non poterant, quia iusserat Deus omnes Chananæorum populos deleri gladio, vt patet Deuter. 20.

Sed arguetur de Gabonitis qui erāt de Chananæis, & tamen facti sunt serui Sanctuarij, vt patet in 9. cap. cum dicitur, decreuitque in die illo Iosue esse eos in ministerio populi domini,

Respondendum est non potuisse fieri, quia Israelitæ non poterant inire aliquod foedus cum Gabonitis sub conditione seruitutis, siue eos seruos suos efficerent, siue seruos Dei, nec pactum conditionis tributariz, aut cuiuscunque modi, dum tamen eos viuere sinerent: Deus enim vetuerat, decepti fuerunt tamen Israelitæ ab eis simulantibus se de terra venisse longinqua, & sic pactum iuratum in initum est.

Hic arguitur, quod in vrbs Ierichontinis fuit positum anathema. Quæst. XXI.

Sed dicit aliquis, qd cætera, quæ erant in vrbe Ierichontina applicata sunt specialiter Deo, & in eis fuit positum anathema: tamen in hominibus non, quia etiam si non fuisset positum anathema, illi debebant occidi, quia erant de Chananæis.

Quare pecora non sunt accepta ad immolandum domino, ex vrbe Iericho. Et quomodo non licebat offerre Deo pecora de gentilibus. Quæst. XXIII.

Adhuc quæretur quare in vrbe Iericho pecora non accepta sunt in partem domini. nam de pecoribus non potest responderi, sicut de viris, cum non iussisset Deus pecora & iumenta Chananæorum occidi, sed diuidi inter exercitus bellatores.

Respondendum est, qd si pecora Ierichontinorum acciperentur in partem domini, aut cederēt Deo, aut ministris eius, scilicet sacerdotibus & Leuitis, pro ministris autem non debuerunt accipi, quia non intendebant Israelitæ applicare hic aliquid Deo pro ministris, sed quod ad honorem eius solius cederet.

Et si arguas, quia Israelitæ paulo post hoc fecerunt sacrificia multa in monte Hebal & Garizin. Respondendum est hoc fuisse factum, quia tunc fuerunt posite benedictiones, & maledictiones obseruantibus, & infringentibus legem in montibus his, & tamē sacrificia non fuissent facta, nisi quia iusserat dominus ea fieri antequam Israelitæ transirent Iordanem viuentem Moysē, vt patet Deuter. 2. c. non igitur debuerunt dari pecora. Sed aliquis rñdebit aliter dicens, qd non licebat fieri sacrificium de pecoribus Chananæorū, quia omnia immunda iudicabantur, vt patet Leuit. 22. c. Rñdendum est falsum esse: de pecoribus n. Chananæorum, & quorumcunque gentiliū, nihil minus licebat offerri, qd de pecoribus Iudeorum.

domino Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit, quoniam corrupta, & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. Quare autem liceat accipi ea quæ possidebant gentiles in sacrificium, & nō de manu ipsorum: dicendum est euenire, quia defectus est in persona offerente, & non in re obligata. quomodo autem hoc sit, declaratum est Leuiti. 22. Item patet, quod liceret offerri de pecoribus quæ possederūt gentiles. nam cū Saul pugnavit contra Amalechitas, seruauit pecora eorum ad faciendum de illis sacrificium.

Item patet hoc ex responsione Samuelis ad Saul. cum enim diceret Saul se immolasse de præda Amalech: ait Samuel, nunquid vult dominus holocausta, aut victimas, & non potius, vt obediatur voci eius: melior est obedientia quam victima. Ecce si non licuisset offerri de pecoribus Amalech, aut gentiliū omnium, increpauisset Samuel Saul, qd offerret de illicitis, sed non increpuit, quin potius consensit licitam esse oblationem, sed magis diligit Deo obedientiam.

Iumenta quare non prouenerunt in partem ministerij Domini. Quæst. XXIII.

Nunc quæretur de iumentis quæ non immolantur, cur non prouenerūt in partem domini viuentia ad ministerium eius.

Respondendum est de his esse manifestiorem responsionem quam de pecoribus, quia non licebat iumenta immolari, cum non essent munda ad estum, si ergo darentur viuentia Deo, cederent in partem ministrorum. In Ierichontina tamē destructione vel anathemate nihil factum est, vt applicaretur ministris Dei, sed soli honori diuino.

Respondendum est, qd illæ partes prædæ quæ domino prouenerunt de bello contra Madianitas, nō prouenerunt Deo pro se, vel pro Sanctuario, sed cesserūt in ius sacerdotis magni Eleazari. sic patet eodem cap. cum dicitur, & separabis partē domino ab his qui pugnaverunt, & fuerūt in bello, vnam animam de quingentis, tam de hominibus quam de asinis, & bobus, & ouibus: dabisque eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. hic autem non intendebat aliquid dare Israelitæ ministris Dei, sed soli diuino honori applicare.

Sed obijcies, qd de præda contra Madianitas in bello aliquod prouenerit Deo non pro ministris, sed ad vsus Sanctuarij, quia totum aurum ei datū est. sic patet eod. c. in fine. cum dicitur, susceptum intulerunt in tabernaculo.

naculum testimonij in monumentum filiorum Israel coram domino. Respondendū est, qd nihil iussit Deus dari sibi de præda Israelitarum contra Madianitas pugnantium, sed tota prouenit eis, & ministris Dei, sed ipsi gratis nullo iubente obtulerunt omne aurum, quod in præda habuerant. sic patet eod. cap. cum dicitur, nos serui tui recensuimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nostra, & ne vnus quidē defuit. ob hanc causam offerimus in donaria domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire pectus, & armillas, &c. Nihil ergo simile est de anathemate Iericho, ad diuisionem prædæ de Madianitis, quia hic constitutum fuerat dari omne metallum in thesauros domini. ibi autem nihil fuit constitutum, sed gratis impetitum est: non debuit ergo de Ierichontinis pecoribus quicquam domino, aut de iumentis dari.

Quare cum in vrbe Iericho essent multa materia profectura ad vsus Sanctuarij, non seruata sunt in thesauro Domini, sicut metalla. Quæst. XXV.

Adhuc quæret aliquis, cum in vrbe Iericho essent multa materie pro rebus Sanctuarij, scilicet ad ministerium eius, & pelles: quare non fuerunt reseruata, sicut aurum, & reliqua metalla, quod declaratur, quia sicut in vsus Sanctuarij aurum, argentum, & ferrum proficiunt, vt patet Exo. 25. & 35. ita & proficiunt purpura, & hiacinthus, cocculus bis tinctus, byssus retorta, & pili caprarum ad faciendum saga, & pelles rubricare, & hiacinthum, vt patet eodem c. & de omnibus his obtulerunt Israelitæ in deserto in fabricatione Sanctuarij, vt patet ibidē. Sed dicit aliquis, quod sicut oblatum est aurum, argentum, & ferrum in thesauros domini, debuerūt omnes alię prædictæ materie offerri.

Forte aliquis respondēbit, qd non fuerunt tales materie in vrbe Iericho. Dicendum est non esse verisimile, quia in vrbe illa non esset aliquid horum. præcipue, quia patet ibi fuisse aliquid tale. nam sequen. c. dicitur de Achan, qd furatus fuerit de anathemate palliū coccineum valde bonum, ergo erat ibi cocculus bis tinctus de quo fieret pallium coccineum. ita de purpura, & bysso, ceterisque materijs credendum est, vel saltem cocculus bis tinctus ibi repertus tolli deberet.

Respondendum est, qd non debuerunt illa applicari Deo, quia ad hoc, qd illa quæ fuerant in vsu gentiliū applicarentur Deo, debebant valde mundari, & ista munditia magna non poterat induci, nisi per ignem. illa ergo quæ potuerunt tolerare ignem, potuerunt in vsu Sanctuarij applicari. cætera autem nequaquam. sic enim fuit de auro, argento, & ferro, quæ igne examinata sunt, atque purgata. ideo in thesauros domini applicata sunt. supellectilia autem de pellibus, aut filis non poterant tolerare ignem: ideo non fuerunt domino consecrata. simile patet in præda facta de Madianitis. iussit enim dominus, vt aurum, & argentum, & quicquid poterat tolerare ignem, purgaretur igne, vt patet Num. 31. c. Sed contra hoc arguetur ex eodem fundamento, qd nō erat necessaria omnibus eadem purgatio, quia quibusdam ignis, scilicet metallis, alijs autem aqua lustrationis, scilicet supellectili pellitæ, & de filis. sic dicitur eodem c. hoc est præceptum, quod madauit dominus Moysi aurum, argentum, ferrum, & stannū, & plūmbum, & omne quod potest transire flammam, igne purgabitur: quicquid autem non potest sustinere ignem, aqua expiationis sanctificabit. sufficiebat ergo, qd purpura, hiacinthus, cocculus bis tinctus, & byssus retorta, ceteræque in hunc modum materie applicatæ Deo, expiant aqua lustrationis, & seruarentur in thesauro Dei. Respondendum est, qd ad applicandum vsui populi.

præfariū res quæ fuerant gentiliū, ſufficiebat purgare aqua luſtrationis ea quæ non poterant tranſire p flammas. ad applicationem tamen ad Deum, exigebatur munditia maior, ideo non ſufficiebat purgatio in aquis luſtrationis, ſed ſupellex pellitia, & ex filiis, non poterat ſuſtinere aliam purgationem, ergo non poterat Deo applicari in Theſauris eius. & cum dicitur Num. 31. q̄ quedam igne alia aqua purganda erant, intelligitur de illis quæ erant prouentura popularibus. nihil enim de illa præda conſtituerat ſibi dominus venire, ſed vt tota diuideretur pugnantibus, & reliquo populo, perueniente quadam parte miniſtris Dei, vt ſupra declaratum fuit. id tamen quod domino applicuerunt ſponte Iſraelite de præda Madianitarum, poterat tranſire ignem. ſ. ſolum aurum, vt patet Num. 31. cap.

Concluſum ergo ex ſuperioribus patet, quod ex toto quod in vrbe Ierichoſina erat, nihil debuit reſeruari ad cultum Dei, niſi aurum, & argentum, & æs, quæquam omnia fuerint cremata ad diuinum miniſteriū, vel honorem. *Siquæ ciuitas hæc anathema.* Ideſt iſta ciuitas ponatur in deſtructionem, ſ. non habitetur, ſed ſuccendantur domus & diruantur, & loquitur hic de ſola vrbe pro ædificijs, nam de alijs quæ erant in vrbe infra ſubditur. Et ſciendum, q̄ non ſolum vrbs Iericho fuit ſub anathemate, q̄ incenderetur, ſed etiam q̄ diruerentur ædificia domorum ad terram, ne maneret ciuitas, ſed tumulus ſempiternus, ideſt ſepulchrum. Et tamen ſi ſolum fuiſſet combuſta adhuc videretur ciuitas, quia multa ædificia integra manerent, ſ. ea quæ nihil faciliter cremabile habebant. & omnia quamq̄ cremarentur in lignis, tamen pro maxima parte ædificiorum, ſ. parietum manerent, & ſic adhuc eſſet, tanquam vrbs. de alijs tamen ciuitatibus quæ anathematizabantur, videtur q̄ diruebatur ad ſolum. nam Deuter. 13. vbi dicitur, de ciuitatibus idolatrarum ponēdis ſub anathemate, iubetur quod homines, & pecora poſt occiſionem cum tota ipſa ciuitate ſuccendantur, & ſubditur. non ædificabitur amplius. In quo præſupponitur ciuitatis muros, & cetera ædificia ad ſolū proſterni debere. nam ſi ſolum ſuccenderetur ciuitas, nõ corrüerent muri, nec principalia ædificia. ideo adhuc maneret ciuitas illa, & non diceretur: non ædificabit, ſed non habitabitur amplius. *litera tamen dicit, nõ edificabitur, ergo manifeſte præſupponitur incenſa, & diruta.* Item hoc patet, quia vocatur tumulus ſempiternus, non tamen eſſet ibi conuenienter nomen tumuli, niſi ſuper cineres virorum occiſorum, & pecorum, parietes vrbs, & domorum proſternerentur, ſicut cũ humanantur corpora, ſed ciuitas Iericho ſub anathemate poſita erat, ergo muris dirutis a Deo, omnia etiam ciuitatis ædificia ad ſolum ab Iſraelitis proſtrata ſunt, quod ſaris facile erat tanto populo in quo erāt plures viri, quàm ſexcenta mille pugnatore. *Et omnia quæ in ea ſunt.* Ideſt nullum de ſupellectilibus vobis applicabitur, ſed omnia ſunt ſub anathemate, ideſt i deſtructionem conſecrata, & abdicatione, vt ſupra declaratum fuit. & magis accipitur p abdicatione, quaſi dicat omnia quæ in ciuitate hæc ſunt, nobis illicita ſunt ad accipiendum pro nobis.

Sola Raab meretrix viuat. Intelligebatur iſtud præceptum quantum ad omnia quæ erant in vrbe, ſiue animata, ſiue inanimata. ideo excepta eſt Raab, ne occideretur, & in hoc patet anathema etiam poni pro morte, vel deſtructione, ſ. ciuitas hæc ſit ſub anathemate, & omnia quæ in ea ſunt, ideſt, tam ciuitas, quam omnia quæ intus ſunt, deſtruantur, & moriantur quæ mori poſſunt. ſola autem Raab non ſit ſub anathemate.

Sola Raab meretrix. Quomodo Raab meretrix vocetur ſupra cap. 2. declaratum eſt.

Cum vnuerſis quæ in domo eius ſunt. Ipſa Raab fuit libe-

Frata propter ſe, quia eripuerat a morte exploratores Iudeorum. alij autem qui cum ea erāt, ob gratiam ipſius liberati ſunt, & quamquam dicitur cũ vnuerſis quæ in domo eius ſunt, ſolum tamē intelligitur de cognatione illius, pro hac enim ipſa petijt firmitudinem ab exploratoribus, & ipſi iurauerunt, vt patet ſupra 2. c. & hi ſoli intra domum eius ſteterunt, vt patet infra, cum hi ſolum dicantur eduſti de vrbe. nam non conueniunt aliqui alij in domum eius, cum neſciret domum illam priuilegiatā fore. ipſa quippe Raab ſubtraxerat, quæ facta fuerant. ſi tamen plures conueniſſent in domum Raab, exploratores qui ingreſſi ſunt in domum Raab ad educendum eam cum cognatis ſuis, nõ eduſſent illos, ſed occidiſſent. *Abſcondit enim nuncios quos miſimus.* Ponitur cauſa ſaluationis eius, ſ. quia abſcōdit duos exploratores miſos ab Iſraelitis in domo ſua, cũ inquirerent eos nuncios venientes a rege, vt eos caperent, de quo ſupra 2. cap. *Quos direximus.* Ideſt quos direximus ad vrbera iſtam explorandam.

Vos autem cauete ne de his quæ præcepta ſunt vobis, quidpiam contingatis, & ſiſtis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint, atque turbentur. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, domino conſecretur, repositum in theſauris eius.

Hic replicat præceptum de anathemate poſito. & hoc vt magis inſigatur mentibus Iudæorum, & ſolici te attendant. nam ſi leniter dictum fuiſſet, non curafſent Iſraelite, & caperent aliquid de ſpolijs Iericho, quæ deſiderabilia erant nimis præcipue eis cupientibus ditari. Etiam ſi iſta repetitio ad magis declarandum præceptum, nam ſupra ſolum dictum fuerat, q̄ ciuitas eſſet anathema cum omnibus quæ in ea erāt, ex quo inueniebatur, q̄ deberent aurum, & argentum, ferrum, & æs cum ceteris deſtrui illam cremando, ſed immediate explicatur, quod iſta ad Deum debeant pertinere. *Ne de his quæ præcepta ſunt.* Ideſt ne de his quæ vetita ſunt. nõ accipitur præcipere pro iubere, quia nihil hic iubebatur, ſed interdicebatur, cũ vrbs, & omnia quæ in ea erant, ponerentur ſub anathemate.

Vel poteſt accipi præcipere proprie, & tamen tunc ſubintelligitur aliud, ſcilicet de his quæ præcepta ſunt, ſcilicet, ne acciperetis.

Quidpiam contingatis. Scilicet ad vſurpandum pro vobis occultando illud, ſicut fecit Achan, vt patet ſequenti capit. bene tamen licebat aliquid accipi in theſauris domini, nam poſtquam omnes de vrbe occiſi ſunt, ab homine vſque ad pecus, in quiſitum eſt in tota illa qd eſſet argenti, & auri, æris, & ferri, & hæc inde eduſta ſunt, vt ſeruarentur in theſauris domini, deinde vrbs ſuccenſa eſt.

Vel poteſt accipi hoc, & conuenientius, pro omnibus ſupellectilibus, quæ non erant aurum, argentum, æs, & ferrum. nam hæc non licebat vllo modo educi de vrbe: tamen non eſt intelligendum, quod ſolū contingendo illa peccarent, ſed peccatum erat ſi illa educerent de vrbe, contingi quippe hæc neceſſe erat ad inueſtigandum aurum, & ferrum, & alia latentia metalli.

Item quamquam ſolum aurum, argentum, æs, atq; ferrum licitum eſſet educi de vrbe pro domino, tñ q̄ aliquid ſibi ſumeret, ita peccabat ſumendo de his quæ ad ſolum Deum pertinebant, ſicut ſumendo de his quæ erant totaliter illicita educi de vrbe, ſicut patet in peccato Achan, qui ſuratus fuit regulam auream, & ducen-

Aliud eſt
eſſe præuaricationis
reum, & aliud
eſſe ſub peccato.

ducentos ſielos, palliumque coccineum, de pallio tamen manifeſtum erat, quod non pertinebat ad res, quæ applicandæ erant theſauris domini. *Et ſiſtis præuaricationis rei.* Ideſt qui tale quidpiã arripuerit, erit reus præuaricationis, ſcilicet erit reus mortis. nam cum talia præcepta Dei, vel principum ponerentur, tranſgredientes morte puniebantur. *Et omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint.* Ideſt non ſolum qui fecerit hoc erit mortis reus, ſed etiam caſtra erunt ſub peccato, ideſt omnes qui ſunt in caſtris erunt ſub peccato. Aliud eſt eſſe præuaricationis reum, & aliud eſſe ſub peccato, qui enim ſcelus committit, eſt præuaricationis reus, qui autem non peccat, & tamen ſubiicitur penæ peccati dicitur eſſe ſub peccato, & ſic caſtra Iſraelitarum non eſſent præuaricationis rea peccantibus quibusdam de Iſraelitis, ſed tamen eſſent ſub peccato, ideſt obligata ad aliquam penam. ſic enim factum eſt peccante Achan, quoniam Iſraelitæ pugnantibus contra vrberem Hay verſi ſunt in fugam, & corruerunt vulnerati ex eis 36. viri, vt patet ſequen. cap. Et non ſolum iſti corruiffent, ſed etiam nunquam populus præualuiſſet contra hoſtes, quoniam peccans puniretur. ſic patet ſequen. ca. cum dicitur, non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, do nec deleatur ex te, qui hoc contaminatus eſt ſcelere, in quo Iosue innuit etiam antequã fiat, quod omnia caſtra pro vno peccante exturbarentur, quia ſciebat iſtam eſſe conditionem Dei punientis.

Quomodo aliquando pro peccato vnus punitur tota communitas, etiam ſi non fauit ei in hoc, & qui ſunt modi ad hoc. *Quæſt. XXVI.*

IN quo ſciendum, q̄ cum aliquis peccat, & multitudo ei conſentit directe, & fauet, tenetur multitudo rea ſceleris, & quilibet de conſentientibus tenetur directe ad penam, ſicut ille qui principali ter committit ſcelus, & tunc dato, q̄ plectatur capite peccans, non erit ablata ira Dei, donec etiam pereant alij qui conſenſerunt, & Deus ita debet eos qui particulariter conſenſerunt, ſicut ipſum principaliter committentem, ſic patet de immolatione de ſemine ſuo idolo Moloch, quia ſi populus terræ cognofcens paruipendit huiusmodi hominem lapidare, Deus illi debet, & omnes qui conſenſerunt ei peccanti, ſic patet Leui. 20. cap. cum dicitur, q̄ ſi populus terræ quaſi paruipendens imperium meum dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo idolo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem contra hominem illū, & cognationem eius, ſuccidamque ipſum, & omnes qui conſenſerunt ei, vt fornicaretur cum idolo Moloch de medio populi ſui. Aliquando autem aliquis de communitate peccat, & communitas ei non fauet nec conſentit, quia ignorat. Tunc ſolus peccans directe obligatus eſt ad penā, & eſt præuaricationis reus. Communitas autem interdum quippiam punitur, & interdum non. Cum autem punitur communitas, nõ punitur directe, ſed impeditur ab aliquo bono, quod alias habitura erat, donec vlcificatur offenſam Deo factam in ipſa, facta autem vltione nihil penā aut impedimenti eſt in communitate. Sic fuit peccante Achā, non enim cognouit hoc totus Iſrael. nam tunc non fuiſſent poſitæ ſortes coram domino ad inueſtigandum perſonam peccantem, ſed iubente domino vlcifici illud nephas, lapidaretur Achan, nulla facta inquisitione tanquam pro notorio ſcelere. fuit tamē facta exactiſſima in quiſitio, ergo non cognouit Iſrael, impediuit tamē dominus caſtra Iſrael, ne poſſent pugnare contra hoſtes, donec funderetur ſanguis peccantis, ſicut dicitur ſequen. c. non poteris ſtare coram hoſtibus, donec deleatur qui contaminatus eſt hoc ſcelere.

Are, cum vero ſanguis illius effuſus eſt, poterunt Iſraelitæ ſtare contra hoſtes, & fuerunt expugnatore vrbs Hay, nec Deus expetiuit aliam vltionem de Iſraelitis: ſi tamen conſenſiſſent Iſraelite, non ſolum punitus fuiſſet Achan, ſed etiam omnes conſentientes illi, & illo pereſſite, adhuc non ceſſaret indignatio Dei, quouſque ceteri deleantur. Eſt autem modus in hac ira Dei concitata contra communitatem pro peccato vnus, aut paucorum, ſicut cum quiſiſcitur toti ciuitati pro aliqua iniuria quæ ibi eſt ab aliquibus illata eſt. Et hoc modo comminabatur Deus ſe concitandum in iram contra totum populum peccantibus aliquibus, in quibusdam ſpecialibus peccatis, quæ pertinebant ad miniſtrationem factam illi. ſic dicitur Numeri 1. cap. de caſtrametatione Leuitarum, & Iſraelitarum, ſcilicet, quod Leuitæ caſtrametarentur in circuitu Sanctuarij, & nõ accederet aliquis de extraneis, ne fieret indignatio ſuper totam multitudinem. Item Num. 18. de officio ſacerdotali dicitur, quod Aaron, & filij ſui ſoli excubent in miniſterijs ſacerdotalibus, & non accedat aliquis de alienis, alioquin orietur indignatio ſuper totam multitudinem.

De ſex ſolutionibus ſeu modis, quos dat Beatus Auguſtinus: quomodo Deus puniat vnum pro peccato alterius, & quare non liceat hoc homini. *Quæſt. XXVII.*

SE adhuc dicunt aliqui, cum Deus iuſtus ſit, quare punit quosdam pro peccatis aliorum, & communitatem pro peccato aliquorum ſingularium? Aliqui dicunt, quod Deus iuſte puniendo hoc facit, quia licet hoc non ſit iuſtum homini iudici, eſt iuſtum Deo. & iſta eſt vna ſolutio, ſic dicit Auguſtinus, quæri ſolet, quomodo iuſte pro alterius peccato in alios vindicetur, cum in lege dictum ſit, neq; patres pro filiorum, neque filios pro patrum iniquitatibus eſſe puniendos, & reſpondet, an illud iudiciū hominibus præceptum, ne quemquam pro altero puniatur. Dei autem iudicia non ſunt eiusmodi qui alta, & inuiſibilia conſilio ſuo nouit.

Secunda ſolutio eſt, quod Deus iuſte facit hoc, vt admoneat homines curam habere in alterutrum ne peccent, quia non ſolum quiſque pro ſuo puniendus eſt, ſed Deus vnus pro altero punit, & ſic dicit ibidē Auguſtinus. non enim aliquid durum quantum attinet ad vnuerſi adminiſtrationem accidit mortalibus, cum moriuntur quandoque morituri, & tamē apud eos qui talia metuunt, diſciplina ſancitur, vt non ſolum ſe quiſque curet in populo, ſed inuicem ſibi adhibeant diligentiam tanquam vnus corporis, & huius hominis, alia pro alijs ſunt membra ſollicita.

Tertia ſolutio eſt, quod Deus facit hoc ad ſignandum quanta vnitas debeat eſſe in populo, quia ſunt tanquam partes vnus totius, in quo vna parte dolente tranſumitur dolor ad alias, ſiue compaſſione, ſiue naturali coniuſtione.

Quarta ſolutio eſt, quod ſit ad ſignandum magnū periculum, quod eſſet in peccato multorum. nam ſi peccante vno totus populus punitur, quid fieret ſi totus populus peccaret? de his duobus dicit Auguſtinus ibidem. Similiter oſtenditur quantum connexa ſit in populi ſocietate ipſa vnuerſitas, vt non in ſeipſis ſinguli, ſed tanquam partes in toto exiſtenterent, p vnus quoque peccatum mortemque paucorum admonitus populus vnuerſus, tanquam in corpore vnuerſo quaeratur, quod admiſſum eſt, ſimul etiam ſignificatū eſt quantum mali fieret ſi vnuerſa multitudo peccaret, quando vnus quidem ita potuit vindicari, vt ab eo poſſent ceteri eſſe ſecuri.

Quinta ſolutio eſt, quod Deus facit iſtud in poenis temporaria.

Iericho fuit funditus deſtricta.

In q̄.

temporalibus, sed non in eternis, quia ibi non punitur vnus pro alio. vnde dicit Augustinus ibidem. Nec tamen credendum est etiam in penis quae post mortem irrogantur, alium posse damnari pro alio, sed in his tantum rebus hic irrogari poenam, quae finem fuerat habiturae.

Sexta solutio est, quod Deus potest istud, et non homo, quia Deus si penas dederit, poterit liberare ab eis, etiam si mortem inferat, homo autem non potest, ideo non licet ei punire vnum pro altero, sic dicit ibidem Augustinus. At vero si Achan ab aliquo inuenitur, et comprehensus, et criminis reus ad iudicium Iosue fuisset adductus, non putandum est, hominem quenquam alium qui societate facti eius non teneretur, pro illo, vel cum illo fuisse puniturum: non enim mandatum legis licebat excedere, quod datum est hominibus ne iudicio suo, quod in homine homini iusserat, vel permissum est, alterum pro altero arbitretur esse plethendum. Ioseph autem secretiori iudicio iudicat Deus, qui potens est etiam post mortem, quod homo non potest, liberare vel perdere.

Conclusio auctoris precedentis quaestii. Et quod vnus nunquam punitur pro peccato alterius loquendo de pena quae infligitur a Deo. secus de penis consequentibus conditionem naturae: vt fames, sitis, &c. Quae. XXXIII.

DICENDUM: quod secundum veritatem Deus non punit quemquam pro peccato alterius, sed anima quae peccat ipsa punitur, et filius non portat iniquitatem patris, et pater non portat iniquitatem filij. Ezechiel. 18. cap.

Cum autem obijciatur, quod Deus punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, et quartam progeniem. Exo. 34. & Num. 14. c. Dicendum, quod licet circa hoc ab alijs, et a nobis soleant dari multae limitationes quae vere sunt, tamen certissime dici potest, quod nunquam punitur vere vnus pro peccato alterius, loquendo de pena quae infligitur a Deo, secus de penis consequentibus conditionem naturae, vt fames, sitis, et huiusmodi, quae verius dicuntur conditio naturae quam pena. nam ista fuerunt etiam in Christo in quo nullum peccatum, neque etiam originale fuit, neque esse potuit.

Sed loquimur de penis inflictis a Deo quae non sunt ex conditione naturae. Et hoc adhuc intelligendo, quod iste sint proprie poenae, quod dicitur propter id, quod quis voluntarie assumit, nam illud non est proprie poena, licet ibi sit dolor, sicut fuit de passione Christi, quam quia sponte accepit, et non inuitus sustulit, non proprie dicimus esse poenam, et ideo non oportet dici, quod tolerauit eam, aut punitus est pro peccato suo, vel peccato alterius, quia peccatum ipse non fecit. Neque etiam pro peccato alicuius alterius ipse punitus est, sed pro peccatis aliorum ipse dolores aut poenas large dictas tolerare voluit. Eia. 53. cap.

De penis autem proprie dictis dicendum, quod vnus nunquam punitur pro peccato alterius, sed quicumque sit, siue subditus pro domino, siue dominus pro subdito, praelatus pro ouibus, aut oues pro prelato, communitas pro singularibus, pater pro filio, vel filius pro patre, semper qui punitur habet peccatum, vel causam pro qua a Deo punitur, et etiam non existere alio pro quo punitur, Deus puniret iuste istum pro illo peccato, vel causa. Sed forte non puniret tunc, nisi esset peccati illius pro quo dicitur puniti, et differret de poenam illam ad aliud tempus, de quo Matth. 5. capitulo magis declarabimus.

Quomodo intelligitur, quod puniuntur peccata patrum in filios & dominorum in subditos, et an vere puniuntur, et quare hoc dicit scriptura. et quomodo intelligatur. Quae. XXIX.

MAIORVM autem dubium circa hoc est de pena filiorum pro peccatis patrum, quia de his dicit expresse scriptura, quod Deus punit peccata patrum in filios. Sed adhuc de his dicendum est, quod quicumque filius punitur, peccatum habet pro quo iuste punitur, non existere aliquo peccato patris, quia aut filius est paruus, aut adultus, si est paruus, habet debitum poenarum consequentium pro peccato originali. nam his debita est mors, et aliquando dabitur etiam si patres sint iustissimi. a fortiori ergo quicumque alia poena, cum alie poenae sint minores. Si autem filius sit adultus, praeter debitum peccati originalis, habet aliqua actualia, quia nemo est qui non peccet 3. Reg. 8. cap. et pro illis infligitur quaecumque poena ei irrogetur, et non pro peccato patris. Sed hoc solum est, quod forte pro peccato patris dabitur poena illo tempore, quo alias non erat eam daturus si pater non peccasset, et tamen poenam non peccante patre peccatum filij meretur illam poenam sibi dari, siue illo tempore, siue quocumque alio. Deus tamen dilaturus erat poenam ad alia tempora si pater non peccaret. Causa autem huius est, quia tunc Deus puniens filios facit duo, si ipsos iuste affligit pro eo, quod ipsi per se sine patribus meruerunt, quia apud Deum nullus per se innocens est Exo. 34. c. et etiam affligit patres, qui ita cruciantur videndo filiorum poenas, sicut si ipsi punirentur, eo quod nimis diligunt eos. Et ob hoc scriptura dicit specialiter de patrum peccatis, quod puniuntur in filijs, et non dicit communiter de alijs hominibus, quod peccata eorum puniantur in alijs. Primo, quia nullus est naturaliter aliquid alterius sicut filius patris, quia est aliqua particula substantiae eius 8. Eth. Secundo propter nimiam dilectionem, qua pater filium diligit, sicut seipsum, et ita dolet de poena filij, sicut de poena propria, quod non accidit regulariter in alijs hominibus. Etiam propter primam solet dici, quod peccata dominorum puniuntur in subditis, eo quod subditi sunt aliquid dominorum, licet non eodem modo, sicut filius est aliquid patris, ideo magis aut saltem directius punitur pater in filio quam dominus in subditis. Secundum etiam conuenit, quia dominus amat subditos, vel tanquam amicos, vel saltem, vt rem possessam, et vtili sibi, de cuius perditione tristatur, quia accidit inde sibi malum, et ideo vere punitur ipse quando subditi puniuntur.

Pro maiori declaratione huius vide inf. 7. c. q. 74.

Cum puniuntur peccata patrum in filios aut dominorum in subditos, tunc in vnico actu duo puniuntur. Et quare dicitur, quod puniuntur peccata patrum in filios vsque in tertiam, et quartam generationem, et non plus nec minus. Quae. XXX.

VNUM est multum proprie dicitur, quod puniuntur peccata patrum in filios: non quod filij puniantur aliquando sine peccatis proprijs pro solis peccatis patrum, sed quia patres aliquando peccauerunt, et pro peccatis illis non dat eis Deus alias poenas nisi in filijs, occidendo filios, vel affligendo eos, et hoc est, quia vere maiorem poenam sustinent sic patres in poena filiorum quam si aliter punirentur, vnde in vnico actu Dei infligentis poenam duo puniuntur, scilicet filius in se pro peccato suo, et pater in filio pro peccato proprio. Sic etiam peccata dominorum in subditis puniuntur, vt cum pro peccato Dauid quando numerauit populum, occidit Deus multa millia hominum peste de ipso populo. 2. Reg. 24. & 1. Paral. 6. 21. vbi

21. vbi poena inflicta a Deo materialiter, vel regulariter erat vnica, scilicet occisio populi per Angelum, et tamen ibi puniebantur duo peccata, vnum populi, scilicet quia populus peccauerat, et merebatur illam poenam tunc, vel alio tempore sibi inferri, etiam si Dauid non peccaret, et tamen forte Deus differret illam tunc dare si non peccasset Dauid. Aliud erat peccatum Dauid, scilicet numerationis populi, pro quo sufficeret, et conuenienter puniebatur in occisione populi, quia perdebatur multum de honore, et vilitate perdendo populum, et etiam si nulla alia poena inferretur Dauid, ista erat satis grauis, non solum pro peccato numerationis populi, sed etiam pro quocumque alio, quia forte magis affligeretur in illa poena quam in aliqua alia, quod satis patet ex verbis eius. nam quoniam vidit Angelum percutientem euaginato gladio, ego sum qui peccaui, ego sum qui inique egi, isti oues sunt quid fecerunt? vertatur obsecro ira tua contra me, et contra domum patris mei 2. Reg. 24. & Paralip. 21. c. Et ob hoc scriptura non dixit absoluit, quod Deus punit peccata patrum in filios, sed limitauit tempus dicens vsque in tertiam, et quartam generationem, quia quantumcumque patres peccauerint, filij ultra quartam generationem non puniuntur pro eis, et hoc est, quia homines ad plus solent durare hoc tempore, vt videant tertiam, vel quartam generationem, et quando ipsi viuunt possunt sentire poenam de poena filiorum, aut nepotum, quos affligi vident, post mortem autem nihil istorum vident, ideo non possunt dolere de malo filiorum, quia neque illud cognoscunt, vt dicit Iob 14. c. de mortuo, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget, et sic post mortem patrum non puniuntur filij pro peccatis patrum, sed pro peccatis proprijs. Et ideo Deus interdum accelerat poenas filiorum propter peccata patrum, vt patres videant poenas filiorum, et in illis affligantur pro peccatis proprijs, qui si non existerent forte Deus differret poenam pro peccatis filiorum ad aliud tempus, neque tamen in hoc iniuriam filijs facit, quod propter peccata patrum non differt poenam ipsorum. nam filij cum iam peccauerint, iam merentur poenam, siue pro illo tempore, siue pro alio in quo Deus voluerit illam inferre, et ita non facit iniuriam quocumque; illam inferat postquam iam peccauerunt. Videretur autem facere iniuriam si ante peccatum ipsorum puniret eos pro peccatis patrum, quia tunc pro solo peccato patrum punirentur quod nunquam fit. Quod autem Deus non expectet eos diutius, cum alias forte expectaturus foret si patres non peccarent, non est facere eis iniuriam, sed non facere gratiam. Sic etiam est, quoniam puniuntur peccata dominorum in subditis, quia peccauerunt subditi, et merebantur totam illam poenam quae pro peccato dominorum dicitur inferri, et etiam si Domini non peccarent inferretur illa poena, et tamen forte differretur inflictio eius nisi accidisset peccatum dominorum, propter quod non expectatur, sed irrogatur statim.

Nota casti specialis in quo punit filius pro peccato patris post mortem patris inf. 7. c. q. 6. 71. & 75.

Nunquam puniuntur filij pro patribus, nisi viuentibus patribus, et nunquam populi puniuntur pro peccato dominorum, nisi viuentibus eis, et quare hoc. Et quod vsque ad tertiam, et quartam generationem tunc extendatur punitio, cum prima, et secunda generatio fuerit innocens, et sancta. Quae. XXXI.

ET tamen sciendum, quod quando punitur populus pro domino, non expectatur vsque in tertiam, et quartam generationem, sed ipso domino viuente inferitur poena, quia ideo punitur populus pro peccato domini, vt Dominus de poena populi affligatur, et illa afflictio sit ei in poenam pro peccato suo, sicut supra de Dauid declarauimus, si tamen dominus iam mor-

tuus esset, non sentiret malum, quod infligebatur populo, et ita non affligeretur de illo, non ergo poterat sic puniri peccata eius in populo. ideo generale est, quod quicumque peccauerit dominus, non punitur populus pro peccato eius, nisi eo viuente, post mortem autem eius quicquid populo accidat, non est pro peccatis domini, sed pro peccatis proprijs. Et adhuc de patribus de quibus magis videtur dicendum est idem, scilicet solum puniuntur peccata patrum in filios eis viuentibus, post mortem autem patrum quicquid accidat filijs iam non est pro peccatis patrum, sed pro suis, quia pater non potest puniri in filijs post mortem, cum poenam illorum non agnoscat, cum nesciat, an nobiles, vel ignobiles sint. Iob 14. c. Si autem obijciatur, quia dicitur vsque in tertiam, et quartam generationem, Exo. 34. c. Dicendum, quod non est sensus, quod semper peccata patrum puniantur in filijs vsque in tertiam, et quartam progeniem, quia sepius patres peccant, et non puniuntur peccata eorum in filijs, vt si filij sint boni, et non habent aliqua peccata, propter quae conueniat puniri peccata patrum in ipsi, vel dato, quod filij habeant peccata, punit Deus ipsa peccata patrum in ipsismet, et non in filijs, sed est sensus, quod quoniam Deus voluerit punire peccata patrum in filios, ad plus puniet vsque in quartam generationem, et non extendet illam ulterius ad alias generationes, et tamen hoc non fit, nisi quia vt dictum est tanto tempore solent homines viuere, vt videant tertiam, et quartam generationem, et non amplius, ideo quando viuunt possunt in aliqua istarum generatione puniri. Si autem moriatur pater, et si multa peccata eius maneant punienda, non puniuntur in filijs, et alijs generationibus, sed ipse pater mortuus poenas in seipso tolerabit. Dicitur autem in tertiam, et quartam generationem propter duo. Primo, quia licet nunquam puniantur peccata patrum in filijs, nisi quoniam ipsi habent propria peccata pro quibus puniantur, tamen interdum patres non habent filios, vt quidam defuncti sunt, et habent nepotes, vel pronepotes, et sic cum non possunt puniri peccata in vna generatione, quia illa non est, puniuntur in alia quae superest, et hoc vsque ad quartam, quia ultra non extenditur poena.

Est tamen regulare: quod si pater habet filios, potius eius peccata puniuntur in filijs quam in nepotibus, et pronepotibus, eo quod magis diligit filios quam nepotes, et magis pertinet ad eum, et sic acrius cruciabitur in poena filiorum quam nepotum. similiter si non existentibus filijs sint nepotes, et pronepotes, potius punietur in nepotibus, quam in pronepotibus propter eandem causam, nisi aliquid obstitat.

Secundo et principaliter, quia licet puniantur peccata patrum in filios, nunquam fit, nisi ipsi filij propria peccata habeant pro quibus iuste puniri possunt. accidet autem, quod pater peccatis habeat filios suos, in quibus nullum peccatum est expiandum, et habeat nepotes peccatores, tunc non poterit puniri peccatum patris in filijs, sed punietur in nepotibus. et ita si filij, et nepotes sancti sunt, pronepotes autem peccatores, punietur peccatum in pronepotibus, et ita fit vsque ad quartam generationem. Sciendum autem, quod licet puniantur peccata patrum in filios vsque in tertiam, et quartam generationem, non solum fit hoc viuentibus eis distaxat, et non post mortem ipsorum, sed etiam fit istud statim, vt patres peccant, vel non multo tempore post hoc, sic est enim ex conditione poenatum, vt pater Deut. 7. c. dominus Deus custodiens pactum, et misericordiam diligentibus se, et his qui custodiunt precepta eius in mille generationes, et reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, et ultra non differat protinus eis restituens quod merentur. Idem autem est, quoniam punitur peccatum domini in subditis, quia non est post mortem domini, et etiam est pauco tempore post peccatum. Sicut

Sicut fuit in David tam in quantum pater quam etiam...

De differentiis quae sunt inter Deum, & hominem iudicem in iudicando...

DECLARATIS precedentibus redeundum est ad id, quod dicebamus, scilicet Deus nunquam peccatum unius punit in alio...

alterum, vel ad peccatum eius. Et etiam notuit quantum quis ex qualibet pena affligitur...

Nec in iudicio diuino, nec humano punitur aliquis pro peccato alterius...

Sex solutiones Augustini, quod puniatur vnus pro alio apud Deum ad hoc, quod vera sint, quomodo debent intelligi...

Nunc autem redeundum est ad solutiones alias Augustini quae in principio dabantur...

non sunt eiusmodi, qui alta, & inuisibilia nouit. Dicendum autem, quod istud absolute est iustum...

Cum autem dicitur, quod in lege iubetur ne patres occidantur pro filiis, nec filii pro patribus...

Sed intelligitur, quod Dei iudicia non sunt eiusmodi, scilicet talia qualia humana, quia homo solum iudicat per legem...

Secunda solutio Augustini, si de rigore intelligatur, non potest stare, & quomodo recte interpretari debeat...

SECUNDA solutio erat, quod Deus facit hoc, ut vnus homo habeat curam pro alio, quando non solum pro peccato suo...

peccato alterius, & tamen in iudicio humano non licet puniri quemquam pro peccato alterius...

Dicendum, quod illa non est causa reddens illum aduulicium, neque Augustinus hoc intendit, sed est vna de commoditatibus quae sequuntur ex hoc...

Tertia solutio non potest stare de rigore. Et quae sit illius veritas, similiter se habet, & quarta solutio, & eius veritas...

ERTIA responsio, quod Deus facit hoc ad significandum quanta vnitas debeat esse in populo...

Dicendum ergo, quod non est ista causa, sed est vna de vtilitatibus consequentibus, quando talis pena inferretur...

Quinta solutio Augustini non est satisfactoria. Et quid sentiendum sit circa eam solutionem. Et cum secundum veritatem Deus non puniat vnus pro alio...

SOLVITIO quinta erat, quod Deus facit istud in penis temporalibus, scilicet puniendo vnus pro alio, sed non facit in pena aeterna...

non punit Deus vnum pro alio pena temporali neq; eterna, sed si nihil ipse peccauit, inferat ei pro alio penam temporalem aut eternam, quia sicut omnino esset iniustum, quod Deus puniret aliquem pro altero pena eterna, & hoc quilibet iudicaret iniustum, ita est esse iniustum si Deus puniret vnum pro alio pena tpali, si ille nihil omnino meruisset. licet esset magis iniustum punire aliquem pro alio pena eterna quam temporali, in quantum pena eterna est incomparabiliter maior. Sed dicendum, quod concedimus Deum punire vnum pro peccato alterius pena temporali, & non concedimus de pena eterna, quia ad vnum sequitur inconueniens, & ad aliud non. Et patet, quia quando dicimus vnum puniri pro peccato alterius, intelligitur quod ille qui punitur peccauit, & mereatur illam penam pro peccato proprio, et si non peccasset ille pro quo dicitur puniri, & in dicitur puniri pro peccato alterius propter duo. Primum est, quia forte peccatum illius qui punitur est occultum, & peccatum eius pro quo dicitur puniri est manifestum, & sic videtur puniri pro manifesto, quod est peccatum suum, pro quo tamen vere punitur. Secundum est, quia in pena illius qui punitur, cruciatur etiam ille cui non infligitur pena, ac si ei vere in seipso inferretur, sicut est, quando punitur filius pro peccato patris, nam in pena quam filius tolerat pro peccato proprio, cruciatur pater ac si ei vere in seipso inferretur, & quod istam penam toleraret pater in malo filij, meruit pater per peccatum proprium, & illud dicitur puniri in filio. Data enim tali suppositione non sequitur inconueniens aliquod, quia non inferretur ibi alicui pena iniusta, & per talem modum sequitur aliquod vtilitas res in quantum vnus vnus puniri pro peccato alterius, & ideo concedimus, quod vnus puniatur pro peccato alterius iuxta modum loquendi scripturae, & hoc quantum ad penam temporalem. In pena autem eterna, non sequitur aliqua vtilitas concedendo hoc, ideo non concedimus vnum pro altero tali pena puniri. Nam si dicitur camus aliquem sic puniri pro altero, aut dicemus, quod ille qui punitur eternaliter, meruit penam illam per actus suos, aut non: si non meruit, sequeretur iniustum simpliciter, quod aliquis puniret in eo, quod nullo modo meruit, quod est valde inconueniens. nam etiam de pena tpali non concedimus, quod aliquis qui nihil omnino meruit, puniatur pro alio, vt supra dictum est. multo ergo minus concedemus hoc in pena eterna, quae valde grauior est. Si autem dicatur, quod ille qui puniatur pena eterna meruit eam. Dicendum, quod non potest dici conuenienter, quod puniatur pro peccato alterius, quia ad hoc primum est necessarium, quod poena eius qui punitur pro alio sit nota, quia causa non apparebit an dicatur puniri pro peccato suo, vel pro peccato alterius, & tamen poena eterna est occulta, cum sit in alio seculo in quo nescimus qui sint, vel an puniantur, quia omnia illa nobis occulta manent. Et dato, quod sciremus aliquem ibi manere, nesciremus quantitatem, aut modum poenae. Secundum, quod est principale, quod quod vnus dicitur puniri pro peccato alterius in illa poena quam tolerat qui patitur, cruciatur etiam ille pro cuius peccato dicitur ille alius pati, sicut cum peccata patris puniuntur in filio, ipse pater cruciatur, & dolet valde de poena filij, & ita in poena filij sustinet ipse pater aliquid pro peccato suo. Sed in poena eterna non potest esse hoc, quia poena illa non cognoscitur ab illis qui viuunt, quibus omnino manet occultus status mortuorum, ideo non potest dolere pater viuens de poena filij in inferno, & sic non dicitur puniri pro eo. Et ista fuit causa assignata supra quaest. 30. quare peccata patrum non dicantur absolute puniri in filios, sed vsque in tertiam, & quartam generationem solum, quia vsque

ad illud tempus possunt homines viuere, & videre bona, vel mala filiorum suorum. post illud autem tempus non viuunt, ideo non puniuntur peccata ipsorum ulterius in filios suos. Sed eodem modo viuunt ignorat statum defunctorum, sicut defuncti statum viuorum. ergo non dicitur quis mortuus tolerare penam eternam pro peccato alterius, sed solum pro suo. Tertium est, quia per hoc, quod Deus dicit, quod punit peccata patrum in filios, erudit homines ad non peccandum, cum videant, quod peccata sua non solum in eis, sed etiam in posteris suis puniuntur. nam ad hunc finem scriptura dixit. Exo. 34. & Nume. 14. & similiter ad illud allicit Deute. 7. c. quod omnia quae scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ad Roma. 15. cap. & hoc bene fit, quando non solum qui punitur, & ille pro cuius peccato alius punitur, hoc vident, sed etiam multum alij qui ex hoc admouentur, & tamen poenam mortuorum nulli videntes vident qualis est poena eterna, ideo non prodesset, quod diceretur quis pati pro alio poenam eternam. Quartum est, quia Deus ita voluit nos in dictis, & factis suis instruere, quod se non ostenderet crudelem, quod fieret si diceret quis puniri eternaliter pro alio. poenae enim temporales quaeunque sint tam acerbitate quam duratione paruae sunt, quia aliquando finiuntur, & ita non sunt multum timendae, sed poenae aeternae sunt valde timendae sicut Christus docuit Matth. 10. c. nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum potius timete qui potest corpus, & animam perdere in gehennam, & ita poenam transitoriam inferret Deus filio pro patre, non esset admirandum, quod autem eternam inferret, videretur crudele, ideo de temporali solum dicitur. Quintum est, quia Deus voluit innuere, quod poena quam ipse infert alicui pro alio, ad plus potest durare tandiu tandiu viuunt ille pro quo infligitur, cum dicatur solum dari vsque ad tertiam, & quartam generationem. Exodi 34. & Numer. 14. & tamen nemo tandiu viuunt tandiu poena eterna, ideo non conuenit vltimo modo dici, quod puniatur quis poena eterna pro peccato alterius.

An concedi debeat, quod Deus punit vnum pro alio poena purgatoria post mortem, & quod non est concedendum propter octo. Quae. XXXVII.

Sed tunc quaeretur, an quis dicatur puniri pro alio poena purgatoria. Aliquis dicit, quod sic, quia solum negamus puniri aliquem pro alio poena eterna. poena tamen purgatoria non est eterna, quia aliqui finiuntur: ergo puniatur hac poena vnus pro alio. Sed dicendum, quod nullus pro alio tali poena punitur: nam aut puniretur pro peccato alterius hac poena, ita quod ipse nihil mali meruisset, aut ipse mereretur illam pro peccato suo, & tamen diceretur etiam illam pati pro peccato patris. Si primo modo, hoc esset simpliciter iniustum, quod innocens puniretur. nam in poena temporali dicimus, quod filius non punitur pro peccato patris, nisi cum filius illam poenam meruit. a fortiori ergo dicemus hoc de poena purgatoria, quia illa maior est quam tpalis quam in corpore toleramus. Si secundo modo, non stat propter causas easdem quas posuimus precedentem. De prima patet, quia poena quam quis debet dici tolerare pro peccato alterius, debet esse nota. poena tamen purgatoria est ignota viuentibus, & poena eterna. totus enim status post mortem vsque ad resurrectionem, iuxta illud Augusti. tempus quod est inter hominis mortem, & eius vltimam resurrectionem, animas abditis receptaculis continet. ergo non dicitur

vnus pro alio tolerare poenam purgatoriam. Secundo etiam tenet, quia in tantum dicitur puniri peccatum patris in filio, vel alicuius in altero, in quantum ille pro quo alius dicitur puniri videt poenam eius, & de illa ipse cruciatur, & tamen viuentes non vident neque cognoscunt poenas eorum, qui sunt in purgatorio, ideo non poterit dolere determinate pro illis, vel de illis, & sic non dicitur aliquis ibi puniri pro alio poena purgatoria. Tertium etiam stat, propter eruditionem, sicut quod vnus dicitur pro alio puniri non solum qui punitur, & pro quo punitur hoc videant, sed et alij, vt ipsi quoque instruantur. sed poenas purgatorias non possunt videre viuentes, quia sunt post hanc vitam, & et sunt in sola anima quae non est visibilis, ideo non dicitur puniri hac poena vnus pro alio. Sed obijciatur: quod licet patre viuente non debeat dici filius tolerare pro eo poenas purgatorias, tamen mortuo patre si ambo fuerint in purgatorio, posset dici puniri filius pro patre. Dicendum, quod non stat. Primo, quia quando vnus dicitur pro alio puniri, non punitur poena actuali, nisi vnus eorum, & alius cruciatur condolendo ei, sed in casu dato tam pater quam filius puniuntur poena purgatoria. ergo non conuenit dici, quod vnus pro alio puniatur. Secundo, quia quod vnus pro alio punitur, non solum debet hoc posse cognosci ab eis, sed et ab alijs, vt admoneantur, vt dictum est nunc in ratione tertia, & tamen in casu dato et si pater cognosceret de poena filij non constaret viuentibus, ideo non conuenienter videtur, quod puniatur filius illa poena pro patre. Quartum quantum ad principale tenet, quia sicut videtur crudele, quod Deus puniret aliquem pro alio poena gehenne propter magnitudinem illius poenae, ita et videtur crudele si puniret vnum pro alio poena purgatoria, quia licet poena purgatoria non sit ita grauis, sicut poena inferni, quia non est eterna, tamen est valde maior quam poena tpali, sicut dicit Augustinus. & est 25. die. qui in alio, qui in alio seculum distulit fructum conversionis prius purgabitur igne purgationis, hic ignis, & si non sit eternus, miro tamen modo grauis est. superat. n. oem poenam quam homo vnus passus est in hac vita, vel quam pati potest, & ita Deus talem poenam non infligit vni pro altero. Quintum etiam stat, quia poena quam quis tolerat pro alio, non debet extendi ultra vitam illius pro quo eam tolerat, & tamen poena purgatoria extenditur interdum longo tpe, ita vt maneat filius in purgatorio post mortem patris. ergo non dicitur tunc puniri pro illo, & ita poenam purgatoriam nemo pro alio tolerare dicit. Sextum potest addi, quia poena purgatoria secundum conditionem nominis sui est ad purificandum aliquid quod nobis in hoc seculo manet emendandum, vt innuit Apostolus 1. Corin. 3. ca. vbi dicit de igne, quod probabit opus cuiuslibet, sicut de igne purgatorio, & ita innuit Augustinus in Homelia de purgatorio. & Grego. similiter. & hinc 23. distin. 8. alias ea. & ca. qualis hinc. ergo in purgatorio non puniatur quis, nisi pro peccato proprio. Septimum est, quia vnus inconueniens & contra conditionem personarum, quod puniatur quis post mortem pro alio siue in purgatorio, siue gehenna, quia quod quis dicitur puniri pro peccato alterius, pro sit quia qui punitur est aliquid eius pro quo punitur, & ita dicitur puniri filius pro peccato patris, & subditi pro peccato domini, & tamen non dicitur puniri pater pro peccato filij, sicut dicitur puniri peccatum patris in filios vsque in tertiam, & quartam generationem, & hoc est, quia filius est aliquid patris lib. 5. & 8. Ethic. & pater non est aliquid filij, & tamen post mortem quod sola anima manet, dissoluitur ista habitudo, quia filius non est aliquid patris, quia non relinquitur nisi anima quae ad patrem nullo modo pertinet, ideo post mortem non est conueniens dici, quod puniatur aliquis pro alio siue in gehenna, siue in purgatorio.

Sed dicit aliquis, quod non stat ista ratio, quia non solum filij pro patribus, sed etiam patres pro filiis puniuntur, quia Heli mortuus est pro peccato filiorum 1. Reg. 2. & 4. cap. Dicendum, quod non puniuntur patres pro filiis, quia neque Heli sic punitus est, sed pro peccato proprio, quia noluit corrigere filios suos. cum sciret peccata eorum. vnde Deus de eo conqueritur dicens, dilexisti filios tuos plus quam me 1. Reg. 2. c. & ita peccatum erat eius de quo Deus conquereretur, & pro quo ille punitus est, & non peccatum filiorum. sic etiam patet extra de simonia. licet Heli. Octauum est, quia non conueniunt poenae mortuis pro viuentibus, quia illae infligerentur, vt viuentes pro quibus infligitur, de illis dolerent, & tamen inter mortuos, & viuentes non manet ille affectus qui prius erat, licet aliquis sit, non tamen prorsus talis, cum neque ipsi sint id quod prius erant, neque habeant eundem statum, & ita non dolebunt inuicem tam viuui pro mortuis quam mortui pro viuuis, sicut si essent omnes viuens. non igitur puniretur quis post mortem pro peccato alterius, siue viuentis, siue mortui.

Sexta solutio Augusti. de rigore non stat. Et quis sit reclusus sensus. Item quomodo dicatur puniri populus pro peccato praeteriti, & quod secundum veritatem non punitur, & quomodo sunt ibi due poenae vna pro peccato populi, & alia pro peccato pastoris. Quae. XXXVIII.

Sexta, & vltima solutio erat, quod Deus potest punire vnum pro alio, & non homo, quia Deus potest liberare a quacunque poena etiam suscitare a morte, quod non potest homo. Dicendum, quod non stat, quia licet hoc possit Deus, non redditur inde iusta poena quae daretur alicui si solum daretur pro peccato alterius, quia humanus innoscens, quod est totaliter iniustum. Secundo, quia sequeretur, quod iudex humanus posset vnum pro peccato alterius punire, quod poena ipsa talis esset a qua iudex qui infligit posset liberare, & tamen falsum est, quia nunquam licet iudici punire vnum pro peccato alterius. ergo neque esset iustum in diuino iudicio. Dicendum, quod causa quae facit istam talem inflectionem poenae est, quia Deus non dat poenam nisi ei qui meretur illam per peccatum proprium, & si non peccasset ille pro quo dicitur puniri, quod autem Deus possit liberare a quacunque poena quam infligerit, & non iudex humanus facit ad aliquid apparere iustius quam si per hominem fiat. non est tamen ista causa iustificans actum. Sed adhuc aliqui dicunt, quod tunc puniatur communitas pro peccato vnus, quod pastor, vel praelatus videtur peccata populi non corripit, & ita venit ira Dei super totum populum. Sic dicit Adamantius, non ostiose transcurrendum est, quod vno peccante ira Dei hic super totum populum venit. hoc accidit, quando sacerdotes qui populo praesunt erga delinquentes benigni videntur, & verentes peccantium linguas ne forte de eis male loquantur, sacerdotalis seueritatis in memoriam peccantem coram omnibus nolunt publice arguere, vt ceteri timorem habeant, nec malum auferunt de seipsum, nec tradunt huiusmodi Sathan in interitum carnis, vt spiritus saluus sit, & dum vni parcunt vniuersa Ecclesia moluntur interitum. ex vna enim oue morbida vniuersus grex inficitur. Sed dicendum est, quod in isto casu non potest dici, nisi large vnus puniri pro peccato alterius, quia aut dicemus puniri pastorem pro peccato gregis, aut e contrario. Primum non est ad propositum horum dictorum, & tamen si illud velimus dicemus, quod non puniatur pastor pro grege, sed potius pro peccato suo, quia ipse non exercuit sollicitudinem necessariam

nam circa gregem. Si autem dicatur, qd punitur grex totus pro peccato pastoris quod facit ad propositum. Dicendum, qd non punitur pro peccato pastoris, sed pro proprio, licet illud habeat aliquam causam ex peccato pastoris, s. pastor vidit aliquem de suis peccare, & non corripuit, quem si corripuisset ceteri timerent, & non peccarent, sed quia non corripuit, alij ausi sunt committere graua peccata propter quae ira Dei venit super totum populum, & ita videtur venisse indirecte propter peccatum pastoris. vere tamen venit propter peccatum populi, ideo ipsi puniuntur pro peccato suo illa pena, qua punirentur etiam si non haberent praesentem, vel pastorem, & tamen in aliquo peccauit pastor indirecte, quia non adhibuit curam necessariam, quam si adhibuisset non fuisset illud secutum. Ideo cum sint ibi duo peccata, sunt duae penae vna populi, & alia pastoris, & vterq; pro suo punitur, sic patet Ezech. 3. c. f. filii hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & annuncabis eis ex me dicente me ad impium morte morieris, si non annunciaueris ei, nec locutus fueris, vt auertatur a via sua mala, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Sic fuit de Heli summo sacerdote qui vidit filios suos peccantes grauiter contra Deum, & cum ad officium suum pertineret eos corripere non correxit, ne contristaret illos, quia tenerrime eos diligebat, ita vt Deus de eo conquereretur, qd diligeret filios suos plusquam ipsum. Et ita Deus intulit duplices penas, s. filijs Heli, quia peccauerant directe, intulit poenam, s. qd ambo in vna die occiderentur manu hostium, ipsi autem Heli, quia fuerat multum negligens in castigando filios, dedit Deus, qd tristaretur nimis audita captiuatione arcis, & morte duorum filiorum suorum, & pre tristitia, qd ipse caderet de sede sua, & moreretur 1. Reg. 4. cap. sic solet Deus facere in omnibus alijs, qd nunquam punit vnum pro alio, sed quemlibet pro peccato suo, dicitur tamen punire vnum pro peccato alterius, intelligendo per modos supra declaratos.

Cum Deus semper iuste puniat, quare interdum nocet communitati pro peccato singularium personarum. Et quod lex, & modus puniendi diuina iustitia est, qd peccantes in omissione priuatione puniunt, peccantes in omissione, & positione vtroque modo puniunt. Quae. XXXIX.

Sed circa hoc quaeret aliquis, cum Deus iuste puniat, quare pro peccato singularium personarum nocet communitati nihil peccanti? non enim intendo in eo casu in quo communitas consentit peccantibus, quia tunc omnes consentientes rei sunt directe, sed quando communitas ignorat, nec corrigere potest, sicut factum est in scelere Achan, ignorauit enim totus Israel scelus istud. Respondendum est, qd quando posita est lex, ne quis acciperet de anathemate Iericho, fuerunt admoniti omnes ne peccarent quicquam assumendo, & qd quilibet diligenter respiceret, an quisquam alius lumeret quippiam; cum vero Achan sumpsit aliquid de anathemate, ipse principaliter, & directe peccauit, communitas indirecte, quia non diligenter se habuit cauendo ne quis peccaret. hoc autem peccatum paruum erat, & non consistebat in commissione, sed in omissione, ideo non dedit Deus communitati Israelitarum poenam in positione, sed in priuatione, s. ipsi prauualituri erant hostes, & delenturi eos breuiter. Quod autem non posset hoc efficere, quousque deleretur qui sumpserat de anathemate, erat peccati poena in priuatione boni, quod adepturi erant, & non erat poena in priuatione simpliciter, s. qd Israelite non essent habituri vnquam victoriam de hostibus, sed qd non haberent donec de-

An Heli fuit punitus pro peccato filiorum, vel sua.

leretur qui peccauerat. tunc enim purgaret communitas peccatum omissionis suae, ideo tunc quoque Deus auferret ab ea poenam positam in priuatione habendi victoriam de hostibus. Et iste est conuenientissimus modus puniendi diuina iustitia, vt peccantes in priuatione solum priuatione puniant, peccantes autem in priuatione, & positione vtroque puniant modo. Sic enim patet in paruulis decedentibus in originali reatu. ibi enim pura priuatio non praecedente aliquo actu positio. ideo poena eis in limbo datur in sola priuatione diuina visionis non data aliqua poena sensus. qui vero in actuali decedentes peccato tartareis incendijs macipantur, in priuatione, & positione reatum habent. ibi priuatio est quae est deordinatio debitarum circumstantiarum in actu, quod ad omne peccatum generale est. Secundo est ibi positio, s. ipse actus qui est materialiter ipsum peccatum, id duplicia in inferno hi patiuntur, s. priuatione diuinae visionis, & poenam acerrime satisfactionis: ita vt sit priuatio pro priuatione, & positio pro poena.

An peccato secundum omissionem debeat poena positio. Et quod regula est generalis in theologia quod omne peccatum adulti est positio. ideo meretur poenam sensus. Et regula etiam superior confirmatur. Quae. XL.

Sed arguet aliquis de adultis qui solum peccauerunt in peccatis omissionis, quia omiserunt agere, quod exequi tenebantur, & in his decesserunt solum, manifestum est, qd puniuntur poena sensus, & tamen peccatum eorum fuit in sola priuatione, cum ommissio priuatio sit. Respondendum est infallibiliter tenere istam regulam, s. qd peccantes solum priuatione in sola priuatione puniuntur, peccantes priuatione, & positione vtroque; puniuntur modo. nulli autem esse possunt peccantes solum positione, ideo nulli damnati sunt qui habeant penas positas sine priuatione diuinae visionis. Et cum obijciat de adultis qui in solo peccato omissionis decesserunt. Respondendum est peccatum omissionis esse actuale, & consistere in positione, sicut peccatum commissionis.

Sed sciendum, quod peccatum consistit in duobus, in electione interiori, & in executione exteriori. Ideo quantum ad haec duo suscipit peccatum, quod consistit in positione, aut priuatione. Peccatum autem originale quantum ad horum vtrumque consistit in priuatione. nam electio ei nulla competit, quia anima illa cum corpori vnitur incurrit originalem labem, & tamen non potuit habere aliquam electionem, aut iudicium in ipso corpore in quo est, sed solum incurritur peccatum illud, quia vnitur anima illa corpori de riato per seminalem traditionem de corrupta massa in Adam. nam si peccatum originale consistit in aliqua volitione, quam anima haberet cum vnitur corpori, quamquam contingeret quosdam incurere huiusmodi labem, non tamen esset necessarium nec contingens omnes male eligere, vt peccarent. pure ergo priuationum est originale quantum ad electionem interiorem, ita qd non est aliqua electio in istis originalibus reatum. Item est originale pure priuationum quantum ad executionem exteriorem, quia non correspondet in potentijs executiuis aliquis actus qui sit determinatus in originali peccato. Potissime, quia est impossibile, qd non existere electione sit aliquis actus exteriorum potentiarum, quia illae non mouentur nisi per imperium interiorum, & ob hoc executiue appellantur. consistit ergo ex vtraque parte originale peccatum in priuatione, ideo ei poena priuationis correspondet. Alia tamen sunt peccata quae actualia dicuntur, & sunt quaedam in omissione, quaedam in commissione. Quae autem sunt in omissione sunt positio ex parte electionis, quia qui scit se obligatum ad aliquid, & non exequitur,

elegit

elegit non exequi. actus autem electionis sine sit de faciendo, siue de non faciendo, positius semper est. nec est magis positiuum eligere non currere, quam eligere currere, sed in re extra differt. Tamen quantum ad actum exteriori potentiarum executiuarum peccatum omissionis consistit in priuatione, quia nullus actus exterior correspondet omittenti currere vel legere, aut aliquid alterum. Est ergo peccatum omissionis partim in commissione, & partim in omissione, & priuatione: nos tamen vocamus illud peccatum omissionis respicientes solum exterius, & ad differentiam alterius peccati quod in commissione ponimus. Tertium peccatum quod vocatur per commissionem est positiuum ex omni parte. nam ex parte interiori correspondet sibi electio ad operandum, quae est positio. ex parte exteriori correspondet actus in potentijs executiuis, & sic est pure positiuum: nisi quantum ad culpam, quae consistit in deuiatione debite retributionis: cum igitur sit peccatum omissionis positiuum, quia principale suum, factus interior est positius, debet ei correspondere poena in positione. s. poena sensus in gehennali cruciatu ignis. Et sic est generalis documentum, qd omne peccatum hominis adulti est positiuum habens aliquid qualitercunque fiat: ideo omne peccatum hominis vtentis libertate meretur poenas sensus.

Quare cum peccatum secundum omissionem sit medium inter peccatum originale, & actuale, non datur pro eo poena media inter poenam pro vtroque. Et quod poena pro peccato commissionis est maior poena pro peccato omissionis. Quae. XLI.

Sed quaeret aliquis cum peccatum secundum omissionem sit medium inter peccatum originale, & peccatum commissionis, quare non correspondet ei poena media? Quod declaratur, quia peccatum originale ex vtraque parte est in priuatione consistens: peccatum commissionis ex vtraque parte est consistens in positione: peccatum vero omissionis est priuationum quantum ad exteriora, & quantum ad interiora positiuum. debuit ergo esse poena media pro illo inter poenam pro originali, & peccato commissionis. Respondendum est, qd necesse fuit dari pro peccato omissionis tale poenam, qualem pro peccato commissionis. nam peccatum omissionis est positiuum, vt declaratum est: ergo debet ei poena positio correspondere. Item continet priuationem quantum ad culpam: ergo debet pro illo etiam dari poena in priuatione diuinae visionis. Talis ergo necessarius debuit dari poena in peccato commissionis, sicut in peccato omissionis. Item dato, qd peccatum omissionis deberet habere aliam poenam, quam peccatum commissionis, tamen dari non poterat: quoniam non potuit inueniri poena media inter poenam sensus consistentem in positione, & poenam damni consistentem in priuatione, vel fingat, qui vult qualis illa erit. Ideo non fuit differentia aliqua secundum speciem in poena data pro peccato omissionis, sed solum secundum quantitatem, quia maiora sunt peccata commissionis ceteris paribus peccatis omissionis: maior ergo correspondere debet poena. Sicut differunt peccata, quae in sola conceptione nostra sunt, & electione, ab his quae sunt extra, sicut eligere occidere, & nondum efficere, vel eligere, & efficere illud. solum tamen ista habent poenas distinctas secundum quantitatem, sed non secundum speciem. Et rationabile adhuc est non dari poenam distinctam in specie peccato omissionis, & commissionis, quia quamquam peccatum originale & commissionis differant in specie, in quantum talia, quia vnum est in pura priuatione, alterum autem ex vtraque parte continet positionem, tamen peccatum omissionis, & commissionis, in quantum huiusmodi, non habent differentiam proprie specificam, sed magis

Alph. Tost. super Iosue.

Agis secundum quantitatem, vel gradus, poena ergo gradualiter differens eis dari debuit, sed non differens in specie, sicut originali, & actuali.

Si omnes viri Israelitici, qui representabant totam communitatem, possissent diligentiam exactissimam ne quis furaretur de anathemate, & vnus furaretur, an pro hoc puniretur communitas, sicut punita est. Et quod Deus non punit nos, quando peccamus, sed reseruat poenas in alta tempora, vel expectat nos, vt conuertamur. Quae. XLII.

Sic igitur de punitione Israelitarum erat per Achan rapiente aliquid de anathemate Iericho, quia ipsi omiserunt facere diligentissimam curam inquirendo, ne quippiam acciperet aliquid de preda illa. Ideo Deus puniuit eos faciendo, qd non possent contra hostes, & consequenter, qd indirecte lederetur communitas positio, quia in omissione illa erat aliquid positio. Sed ponatur, qd omnes viri Israelitici, qui representabant communitatem, posuerunt diligentem custodiam ne quis raperet aliquid, & tamen raptum est etiam posita exactissima diligentia. nihil ergo peccauit tunc communitas, tamen punitur, quia ob hoc non potest stare coram hostibus suis. Respondendum est satis esse verisimile, quod communitas Israelitarum nihil committendo, vel omittendo peccauerit in scelere Achan, & tamen punita fuit. Et tunc quia poena a Deo infligere iustissime dantur, necesse est, vt assignetur quomodo communitas meruerit penas istas. Pro quo sciendum est, qd communitas Hebraeorum meruerat aliam a Deo tantam poenam quantum nunc sustinuit succumbendo, vel vertendo hostibus terga: Deus tamen tunc non dedit ei poenam illam. nunc vero concitatus in iram propter scelus Achan, quod fuerat commissum in communitate Israelitarum, intulit illam poenam. Et si Achan non peccasset, quamquam Israelitae mererentur istam poenam, quae eis infligita est vertendo terga hostibus, si tamen Achan inquam non peccasset, non fuisset tunc infligita, sed distulisset Deus in alia tempora, vt aliter punirentur, vel forte placatus aliquibus eorum supplicationibus simpliciter remitteret. In punitione ergo facta in coitate Israelitarum peccante Achan nihil iniuste actum est, sed beneficium Dei, quod alias mansurum erat apud eos, ablatum est: velut si aliqua ciuitas sit obligata alicui ad aliquid soluendum, ad quod differt tempus solutionis, vel nullo modo petit: postea autem offensus ab aliquo de vrbe illa, quamquam ciuitas in hoc nihil peccauerit, aufert beneficium, s. vt nolit differre ipsi solutionis debiti, vel petat debitum solui, quod aliam petiturum non erat, nihil grauat vrbe, quia iuste petit, & tamen aufert beneficium quod aliam facturus erat, si nullus de vrbe peccaret in ipsum. Fundamentum autem huius positionis est, quia Deus non punit nos quicquam; peccamus, sed reseruat poenas in alia tpa, vel expectat nos, vt conuertamur, & auferantur poene cum culpis, iuxta illud Isai. 30. Ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri, quia ego expeccat, & expectando non remittit debitas penas, potest eas infligere, quae voluerit. Ideo aliquando contingit, qd hoie nihil peccante, sed adherente Deo, inducat Deus repentinas calamitates multas quidem super ipsum, non quidem quia tunc peccauit, sed quia aliis: & placuit Deo differre poenam ad alia tpa. Ideo Dauid quia vir factus, domino adhereret, petiuit ne Deus recorderetur peccatorum adolescentie sua. Psal. 24. dicens, Delicta iuuentutis mee, & ignorantias meas ne memineris. Intelligebat ergo Dauid, qd Deus aliquando conuersus erat punire peccata adolescentie in senectute, vel virilitate, alioquin frustra oraret, ne Deus recorderetur peccatorum adolescentie suae, quae iam transferantur.

No. p consolatione sanctorum cam, quare sancti viri, & si non peccet mulas quaeque patiunt calamitates dicente Ge gortio nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla domine iniquitas, de quo vide melius infra 7. cap. q. 39.

P Ex

Ex hoc autem causatur magna admiratio vulgi, & quidem non iniuste, quod cum videant aliquem vere bonum, nullique culpabili actu immixtum, cernunt eum interdum magnis calamitatibus premi. Hæc tamen non iniuste eueniunt, quia iste aliàs promeruit, quæ nunc tolerat. Ex hoc autem vulgariter, & perperam intelligentibus occasio suboritur ad negandum diuinam in rebus prouidentiam, de qua non parua quidem, sed satis grauis querela apud multos est, etiam apud sanctos viros, sicut patet in Iob, & Hieremia. Aliquando autem aliter fit, vt quis præcedentibus temporibus peccauerit, & Deus punitionem distulerit: postea vero in aliquod paruum peccatum incidat, & tunc Deus petat vltionem omnium præcedentium peccatorum simul. Hoc autem Deus frequentat, quando aliquos ad poenitentiam expectat, & non conuertuntur, quoniam postea etiam pro paruis peccatis inducit iram suã super eos simul. Et alij sunt qui magis peccauerunt, sed nondum tantum expectant, ideo non simul puniunt. Sic patet Lucae 13. vbi narratur quibusdam Christo de Galilæis, quæ misisset sanguinem eorum Pilatus cum sacrificijs suis, ait. putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? non dico vobis, sed nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Quod autem Deus peccata præteriti temporis puniat, patet Exo. 32. vbi cum rogaret Moyses Deum ne deleteret Israelitas pro peccato vituli, ait. ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum, id est nõ solum, quæ tunc habuerint luent, sed etiam pro hoc peccato tunc luent poenas. Manifestius autem hoc declarauit Christus, Matth. 23. vbi peccata a multis annis præterita dicit super aliquos ventura propter noua peccata, quæ faciunt, sicut dixit Phariseis, vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinẽ Zacharię filij Barachiz, quem occidistis inter templum, & altare. Amen dico vobis venient hæc oĩa super generationem istam. Sic igitur ex aliquibus peccatis præteritorum temporum demeruit cõitas Israelitarum penã, quam habuit peccante Achan. svt non posset stare contra hostes, quã tñ non tunc habuisset, nisi peccasset Achan. Sed adhuc aliquis arguet dicens, quod punita fuerit cõitas Hebræorum peccante Achan, quod non potuerit stare contra hostes, & hoc quidem recte fuerit donec vlcisceretur scelus Achan, sed quõ mortui sunt triginta sex viri de Israelitis, quæ hoc vñ pertinere ad directionem vltionem, vel punitionem pro peccato? Respondendũ est, quod pena mortis horũ triginta sex virorum non fuit pro peccato Achan, quia isti merebantur a domino mortẽ ex alijs causis, & de morte Achan nihil ad eos attinebat: Deus tamen non permisisset eos manibus hostium, nisi peccasset Achan, sed ad alia tempora eos puniendos referuasset, vel cõmutaret eis penam illam in aliud genus penę, dedit autẽ tñ hanc penam inquantũ isti erant partes populi Israel, & in eis puniebatur cõitas Hebræorũ, vt sic punita incitaretur ad vlciscendum offensionem factam Deo. Et omnia castra sint sub peccato. Id est erunt castra Israelitarum, s. oēs Israelitæ obligati ad penã pro peccato, quia inducet Deus in illos penas peccatorum antiquorum, quas non inducturus esset, nisi aliquis de vobis peccasset. Atque turbentur. Turbari castra est poni in periculo, vel timore, sicut homines timentes carent integro iudicio, & dicuntur turbati. sic factum est peccante Achan, & corruebantur in bello contra vrbeẽ Hay triginta sex viris. nam timuit totus Israel intelligens maius malum affuturum esse, atque clamauit Iosue dicens, Mi Dñe Deus quid dicam videns Israelẽ hostibus suis terga vertentem? vt patet sequenti cap. & sic Iosue locutus est ad Achan cũ

lapidauit eum populus, quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac. Quicquid autem auri, & argenti. Hic ponitur quid non erat consumendum cum ciuitate, sed referuandum in thesauro Domini, scilicet aurum, & argentum, & ferrum.

Ad quid aurum, & argentum, & ferrum, reponerentur in thesauro Domini. Et quid fiebat de quolibet metallo. Quæst. XLIII.

ALIIQVI S queret, quare non fuerunt in thesauro Dñi, referuata alia supellectilia preciosa, quæ erant in vrbe Iericho, & ad hoc iam rñsum est supra. de singulis. Sed dicit aliquis ad quid ista assumebantur in thesauro Dei? Respondet quilibet hæc sumi ad vsus tabernaculi, vt emeretur inde aialia ad sacrificia facienda, & alia, quæ erant necessaria ad expensas sanctuarij, sic erat de medio siclo quem dabat quilibet trãsiens ad numerum, quia ponebatur ad vsus sanctuarij, vt patet Exo. 30. & de hac moneta reedificabatur, vel de nouo fiebat quicquid in domo Dñi fieri deberet. Sic enim patet 4. Regum 12. & 2. Paralip. 24. vbi Rex Ioas fecit de pecunia data in gazophilacio Dñi sarta testã vt epli, & oẽm instauracionẽ ita ergo daretur hic aurũ, & argentum ad omnia hæc. Sic etiam factum est in bello Israelitarum contra Madianitas, quia oẽ aurũ sumptũ in præda datũ est ad vsus, vel expensas sanctuarij, s. vt emerentur inde animalia ad sacrificia, vel fieret alij sumptus, quia hoc modo etiam sumpta fuissent alia supellectilia pretiosa, quæ erant in vrbe Iericho. & quæ non transirent in thesauros Dñi per se, venderentur saltem. & recipe retur a popularibus pecunia pro ipsis, quæ reponeretur in thesauro Domini, sed non fuit factum, quia sola illa suscepta sunt de præda vrbis. Dicendum ergo, quod ista assumebantur, vt inde fierent aliqua vasa ad ministraciones sanctuarij: de auro autẽ fierent vasa mensę propositionis, & vasa candelabri, & de argento fierent bases pro tabulis sanctuarij: fierent etiam tubę ad clangendum in bellis, & iubilis. Nec valet si aliquis dicat, quod Moyses fecit hæc oĩa in deserto. Nam postea vasa ista multiplicabantur, quia ad decorem sanctuarij nõ solum debebant vasa necessaria ad quotidianam ministracionem esse, sed etiã multa alia referuata in thesauro eius, sicut est de thesauro ecclesiarum, vbi vasa sunt multiplicata. Sic et patet de vasis, quæ obtulerunt duodecim Principes Israel in diebus dedicationis sanctuarij, vt patet Num. 7. Illa quidem erant talia qualia vasa sanctuarij, s. mortariola, & acceptabula, & phiale, & tñ ista fuerunt super ea, quæ fecerat Moyses. Similiter quoque iussit Deus postea fieri tubas argenteas ductiles ad clangendũ in motu castrorũ, & festiuitatibus, & bellis. necesse erat ergo manere aliquod argentũ in thesauro Dñi ad hæc: & ad hoc datũ est quod captum est in vrbe Iericho, & non ad expensas sacrificiorũ. Cũ autem arguebatur, quod de eis, quæ referuabantur in thesauro Dñi, fiebant expensas edificacionis, & reedificacionis, & aliorum sumptũ necessariorũ: concedendũ est, sed ista metalla non fuerunt ad hoc data. Et vasorum æneorum. Ista vasa ænea non sic transibant in thesauros Domini, vt capiebantur in vrbe Iericho, sed prius constabantur igne, & cõueriebantur in massam, & sic referuabantur in thesauro Dei: vt postea aliquid alterũ fieret. quã non debebant seruire in eadem ministracione Deo in qua seruiertur gentibus. Accipiebantur vasa ænea, quia de are in sanctuario fiebant omnia vasa altaris holocaustorum, & omnia thuribulã ad cremandum thimiama in altari thimiamatis, & ad faciendum columnas atrij, & paxillos omnium operimentorum sanctuarij, de quibus Exo. 27.

Determinatio auro.

Quid fiebat de eis.

AAc ferri. Assumebatur ferrum, vt inde fierent instrumenta pro Leuitis ad erigendum, & deponendum tabernaculum, vt cum figendũ sunt columnę, & paxilli enei ad extendenda operimenta. hæc enim non sunt sine instrumentis ferreis. Item instrumenta ferrea pro cõsistoribus lignorum ad ignem sanctuarij necessaria. ad multos ergo vsus necessaria erant vasa ferrea, & in quacunque forma reperirentur accipienda erant, postea autem ad aliam figuram conuerterentur secundum genus ministracionis necessarę. Sciendum autẽ circa ista metalla accepta de vrbe Iericho, quod antequã ponerentur in thesauro domini purgabatur igne, & illa, quæ liquefactibilia erant sicut aurum, & argentũ, & quoddam genus eris, liquefiebant in conflationis: alia autem, quæ non liquefiunt, vt ferrũ & quoddam genus eris, ponebantur in igne, & depurabantur, & ista est causa quare non suscepta sunt alia pretiosa supellectilia Ierichoninẽ vrbis in thesauro Dei, quia nihil aliud poterat pati igne. Nec solum ea, quæ in thesauro Dei prouentura erant, igne purgari debebant, sed etiã ea, quæ prouenerunt Israelitis, iussit Deus purgari in præda Madianitarum, vt patet Numeri 31. quicquid poterat sustinere ignem purgaretur p igne, quod vero non poterat ignem tolerare, purgaretur aqua lustracionis. Ideo quamquam in vrbe Iericho esset aliqua moneta aurea, vel argentea, non sic translata est in thesauro domini, sed conflata est igne, & relicta in massam. supellectilia autem ferrea variorum vsuum inuenta in vrbe, non manserunt in eisdem figuris, quia in sanctuario domini non erant necessaria ad eisdem vsus ad quos fuerant inter Ierichoninos: ideo cõflata sunt, & in massam redacta, vt postea inde aliquid fieret. Domino consecratur. i. offerantur ipsi vel separentur pro eo. s. vt sint ad vsum sanctuarij sui. Reposta in thesauro eius. Ibi thesauro sunt quedam gazophylacia in quibus reponerentur ea quæ dabantur dño, & inde postea educebantur, secundum quod in ecclesijs nostris sunt. quõ autem educenterur de his pecunia ad impensas sanctuarij, patet 4. Reg. 12. c. nunc autẽ erant thesauro domini penes sacerdotes. s. quod isti custodiebant quicquid dabatur domino.

Quid de ferro.

Oĩa metalla vrbis Iericho, auro, & argenti, & ferrum, reponerentur in thesauro Dñi fuerunt depurata, & purgata igne, & quare.

An solum reposta fuerint in thesauro domini ista quatuor metalla, aurum, argentum, & ferrum, vel etiam omnia metalla vrbis Iericho. Quæst. XLIII.

SE D aliquis quæret circa ista quatuor metalla hic posita, an essent plura data Deo. Et videt, quod sic nam quamquam hic sola 4. exprimantur, tamen intelliguntur omnia alia per illa, sicut mos est sacrarum scripturarum. Item patet hoc, quia in præda Madianitarum factum est idem: non solum enim aurum, argentum, & ferrum sumpta sunt, sed omnia metalla cuiuscunque generis. sic patet Nu. 31. cum dñs hoc est præceptum, quod madauit dñs Moysi aurũ, & argentũ, & ferrũ, stannum, plumbũ, & oẽ quod potest transire flammis igne purgabitur. ergo hic similiter oĩa capta sunt metalla. Respondendum est ista quatuor solum fuisse capta. Et hoc quia de his quatuor solum iussit dñs, & non erat prætermittenda forma mandati. Item quæ oĩa metalla poterant sustinere igne quedam liquefacta, alia non liquefacta: tñ non erant oĩa conuenientia ad opere sanctuarij, ideo nõ sumpta sunt. quod patet, quia plumbũ, & stannũ, & cuprũ nõ erant ad aliquam necessitatem in operibus sanctuarij, vt patet inquirẽdo omnia, quæ fiebant in sanctuario, nec de his iussum est aliquod consecrari domino, & offerri, vt patet Exo. 25. & 35. hæc autem quatuor, quæ ponuntur hic, proficiebant ad vsum sanctuarij: Alph. Toft. super Iosue.

Aideo iussa sunt venire in thesauros domini. Cum autem agitur de præda Madianita, in qua sumpta sunt omnia metalla, & in igne purgata. Respondendum est non esse simile, quia tota præda capta in terra Madian diuisa est Israelitis, præter illa quæ ipsi domino obtulerunt sponte. popularibus autem quacunque licebat accipere, nõ solum hæc quatuor, sed omnia alia metalla, & non solum metalla, sed etiam omnem supellectilem, quæ alicuius valoris est. sic patet Numeri 31. vbi boues, & oues, & asini inter pugnatores, & alios de multitudine diuisi sunt. hic autem dicitur de eis, quæ solum in thesauro domini referuanda erant. ideo solum debuerunt hic custodiri, & accipi, quæ erant ad vsus sanctuarij, & huiusmodi erant ista quatuor. si autem licuisset Israelitis pro seipsis aliquod accipere de præda, non solum accepissent hæc metalla, sed etiam omnia alia.

Arguit contra prædicta, & resoluntur obiecta. Quæst. XLV.

SE D adhuc arguet aliquis hoc non stare. nam si solum acciperentur hic metalla, quæ proficiebant ad vsus sanctuarij, nõ acciperetur ferrũ, sed solum aurum, argentum, & as. nullum quippe vas, aut supellex requireret in toto sanctuario de terro factum: ideo cum Deus iussit offerri omnia, quæ necessaria erant ad vsus sanctuarij, non iussit quicquam de ferro, vt patet Exo. 25. & 35. vbi ponuntur hæc.

Respondendum est, quod ferrum fuit referuatum in thesauro domini, quia erat necessarium ad vsus sanctuarij. nam ex illo fiebant instrumenta pro Leuitis ad deponendum, & erigendum tabernaculum. nam sine his figere non possent æneis paxillos, & argenteas bases, & postea diuellerẽ fixos, & ad tenenda ligna cæteraq; ministeriorũ genera, quæ satis patent. Cum autem dicitur, quod nullum vas in sanctuario de ferro factum est. Respondetur, quod in vsu sanctuarij, tam in partibus eius, quã in vasis ministracionis illius nõ erat aliquod vas factum de ferro, sed omnia erant ænea, argentea, aut aurea. tamen ad ministracionem mediatam sanctuarij, quæ erat magis remota, necessaria erant instrumenta ferrea. ideo ferrum quoque seruandum erat in thesauro Dei. Cum autem arguit, quod non iubetur offerri ferrum, sicut alia tria metalla. Respondendum est causam huius esse, quia ibi solum Deus iubebat offerri ea, quæ erant materialia ad sanctuariũ & ad vasa eius, & non ea quæ erant ad instrumenta, quibus disponebantur res sanctuarij, & quia ferrum non erat aliquod ex quo componeretur aliqua re, vel pars sanctuarij, non iussum est de ferro. Nunc autem, quia erant necessaria instrumenta ferrea ad quasdam ministraciones remotas sanctuarij, sicut supra declaratum est, iussit auferri, & recondi totum ferrum repositum in sanctuarij thesauro.

Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri ilico corruerunt, & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. Ceperuntque ciuitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea a viro, vsque ad mulierem: ab infante vsque ad senem. Boues quoque & oues, & asinos, in ore gladij percusserunt.

Heb. 11.

Descripta positione anathematis super urbem Iericho. hic redit litera ad declarandum destructionem urbis. *Igitur vociferante populo.* Supra datum fuerat signum, quod cum clangerent sacerdotes concise, & prolixie totus populus vociferaret. & sic factum est. & tunc corruerunt muri urbis. *Et clangentibus tubis.* Hoc erat prius. nā nō erant clamaturi populares quousque audiretur clangor concisus vltantium tubarum. & sic factum est. Nec accipitur hic clangere simpliciter, quia non vociferabant populares ad omnem clangorem. qualibet enim die sacerdotes precedebant arcem ambulantes, atque clangentes cum iustraretur urbs, vt supra patet, tamen non clamabant populares vsque ad septimum diem. vocatur ergo hic clangor specialiter pro conciso, & prolixo, de quo supra dicebatur, cum que insonuerit vox tubæ prolixior, atque concisior, clamabit omnis populus: & declaratur hoc per id quod subditur, scilicet. *Postquam in aures multitudinis vox sonitus increpauerit.* In hoc notatur ordo, quia primo sonuit clangor, quam populares. ille enim clangor erat eis signum pro tempore clamandi. signatur etiam in hoc specialis clangor, quia dicitur, quod postquam sonitus increpuit vociferati sunt. nam si acciperetur pro quocunque, qualibet die clamassent. sed signum est, quod aliquis sonitus specialis increpauerit ad quem mouerentur populares. *Vox sonitus.* Superabundantia est, nam sufficiebat, vt diceretur sonitus, vel vox cum idem importetur per ea geminata. *Increpuit.* Id est sonuit. non descendit hic increpuit de increpo increpas, quod est redarguere: sed de increpo increpis: quod est sonare. & deriuatur de crepo crepitem vocis, id est sonitum. *Muri ilico corruerunt.* Quasi dicar non fuit aliqua mora media. sed ipsis clamantibus a sedibus muri disrupti sunt.

Muri Iericho equaliter, & simul complanati sunt, & non pars post partem. *Quæst. XLVI.*

In quo clarissimè datur intelligi non fuisse istum causam murorum ab aliqua naturali causa, sed a Deo agente: quia ad preces Iudæorum ipsis clamantibus factum est. Item patet Iudæos cognouisse istam ruinam. nam toto precedenti tempore sex diebus subtraxerunt, & in toto septimo die vsque ad septimum circuitum urbis in fine. ibi enim clamauerunt, & ipsis clamantibus immediate corruerunt muri. quicunque ergo ista vidissent, quamquam dum fierent, causas eorum ignorarent, tamen factis eis satis arguerent Hebræos hæc omnia priusquam fierent cognouisse. Item sciendum est de istis muris, quod non ceciderunt inæqualiter, sed totus murus urbis simul corruit, quod patet: quia iustum est in litera, quod omnes Iisrahæ intrarent per eam partem muri contra quam starent. si tamen non corruissent omnes partes muri simul vnico ictu, ingrederentur quidam, & alij stantes apud alias partes murorum non corruentium non potentes ingredi per locum ipsum, confluere ad locum illum per quem alij ingressi fuissent. litera tamen dicit, quod quilibet ingressus est per eam partem contra quam stabat. ergo murus totius ciuitatis in circuitu simul a sedibus disruptus est. Item sciendum, quod in omnibus locis ciuitatis murus æqualiter corruit, scilicet a fundamentis, ita quod non mansit aliqua pars inæqualis, vel eleuata muri, sicut cum parietes ædificiorum non diruuntur vsque ad solum, sed totus locus murorum in circuitu complanatus est. Quod patet, quia dictum est in litera, quod quilibet ingrederetur per partem contra quam stabat. si tamen in aliqua parte murus corruisset vsque ad so-

Flum, & in alijs non, qui starent contra partem illam, quæ non æqualiter corruisset, non potentes ingredi per illam cōfluere ad alias partes, in quibus planius muri corruissent. non ergo intraret quilibet per eam partem muri contra quam erat, quod vult litera. Item si non esset ruina æqualis in omnibus locis, formidarent intrare Iudæi per loca inæqualia, vt pote si aliqua foueæ paterent, & confluere ad alias partes murorum, & sic sequeretur id quod ante. erat ergo tota ruina murorum simul facta, & æqualiter complanati vndique muri in pavemento.

Causa murorum Iericho sufficienter apparebat supernaturalis, & quod non potuisset sic naturaliter euenire, & an corruerit domus Raab. *Quæst. XLVII.*

Ex his autem patet, quod ista ruina erat supernaturalis ab aliqua causa agente, ab intentione, & per libertatem, & non a causa pure naturali, scilicet a causa terræ motus impellente interius ad rupturam, & diuisionem terræ. nam si fuisset aliqua causa naturalis, ruiisset aliqua pars muri, & non totus murus, scilicet, quia spatium interius totum erat repletum grosso spiritu impellente, non solum corruissent muri, sed etiam tota ciuitas, quæ intra illos continebatur, vel saltem maior pars ciuitatis. Vel etiam si hæc proteruientes diffiteamur, cogemur confiteri, quod domus quæ hærebat muro ruerent cum ipso muro: nisi quis fingere velit illum spiritum commouentem ad terræ motum, & ruinam, fuisset, vt ita dicam, in indiuisibili sub ipsa radice murorum. Satis enim confictum videretur, nec cuiquam rationi consentaneum, quod sub toto illo circulo muri foret spiritus impellens ad terræ motum, & ad partes propinquas interiores urbis, & exteriores nihil contingeret: & adhuc concessio isto absurdo, necesse erat quod domus hærentes muris corruerent, quia etiam si non esset spiritus venti sub eis, sed solum motis muris, quibus ipse coniuncte erant, ruerent. Potissime, cum quædam domus Ierichontinæ erant ita coniunctæ muro, vt murus esset vnus paries, & latus domus, & in ipso muro fenestras haberent. istæ ergo caderent cum ipsis muris, si naturalis impulsus terræ motus muri corruissent. sed nullæ domus corruerunt, ergo non fuit ista ruina naturalis. Aliquis volens efugere ista dicet, quod muri Iericho corruerunt naturaliter, & cum eis corruit aliqua pars domorum coniunctarum muris. Et quamquam nos dicamus solos muros corruisse, cum de eis solum litera recolat, dicet domos corruisse, & subtriceri. Respondendum est stare non posse, quia domus Raab erat coniuncta muro, & habebat fenestram in ipso muro, ita quod murus erat vnus latus, vel paries domus, vt patet supra 2. cap. Nam per murum dimisit Raab exploratores, & vt hoc esset verisimile quomodo fieret subiunxit litera. domus quippe eius hærebat muro, & ista non corruit: ergo non corruerunt aliæ domus coniunctæ muro: nisi forte assignare velis miraculum, quod aliæ corruerint, & ista non: sed hoc iam redit in id quod volumus, scilicet quod in isto terræ motu, vel ruina fuerit operatio supernaturalis. Quod autem non corruerit domus Raab, patet, quia tunc perijisset ipsa cum cognatione sua, quæ intus erat. Sed falsum est, quia exploratores ingressi sunt in domum illius ad educendum eam cum cognatione sua, vt patet infra. ergo non corruit.

Replica

Replica quod domus Raab corruerit cum muris, vt quidam volunt: quod tamen multipliciter refellitur. Et comprobatur etiam superior positio, quod ruina fuerit supernaturalis. *Quæst. XLVIII.*

Se aliquis forte proteruiens respondebit, quod Raab habebat aliam domum, quæ nō erat adhærens, sed in medio ciuitatis: & in hac tunc mansit. domus autem eius apud murum corruit cum muro. Sed hoc stare non potest. nam siue Raab habuerit in vrbe Iericho aliam domum, vel plures nihil differt. necesse tñ est dici, quod ipsa esset in domo, quæ hærebat muro, quoniam muri corruerunt, quod patet, quia quoniam exploratores dimissi sunt ab ea per murum de fenestra, & fecerunt cum ea pactum, dixerunt. Innoxij erimus a iuramento quo nos adiurasti, si ingredi eribus nobis terram signum non fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra per quam dimisisti nos. & postea sequitur quoniam hoc fecerit Raab, cum dicit. Dimittensque eos vt pergerent, appedit funiculum coccineum in fenestra. Si tñ nō esset Raab in domo illa tpe quo muri ruerent, esset positum signum superuacue. ergo ibi erat cum tota cognatione sua. Itē corruentibus muris ingressi sunt viri exploratores ad educendum Raab, & cognationem suam. si tñ non fuisset Raab in domo in qua positus erat coccineus funiculus, de qua dimiserat exploratores per murum, nescirent eam inuenire cum ad hoc solum positus esset funiculus coccineus, vt cognoscerent exploratores domum illam. ergo in illa erat tunc Raab corruente muro, & non corruit. ergo nō corruerunt domus coniunctæ muro: & cōsequenter fuit supernaturalis ista ruina murorum. scilicet quia in toto ciuitatis ambitu muri æqualiter corruerunt. Nā si esset a causa naturali, cum hoc ex impetu spiritus ventorum ingrossatorum interius fiat, in partibus illis vbi maior est impulsus, fieret maior ruina. sed ad hoc quod fieret naturalis ista ruina, necesse erat vt spiritus ille esset regularis: & in omnibus partibus æqualiter incuteret, quod non potest stare, quia ad vnā partem versus quæ impetus spiritus dirigitur, est fortior terra motus: in alijs autem minor. sed hic in omnibus partibus fuit murorum æqualis ruina. ergo fuit supernaturalis ab aliqua causa agente ab intentione, & per libertatem. Itē patet fuisset supernaturalē ruinā: quia omnes partes murorum simul corruerunt. si tñ fuisset naturalis motus, primo esset ruina in vna parte, & deinde in alia secundum successiōnem impellentis spiritus interioris. fuit tamen simul vt inductum fuit. ergo manifeste patet fuisset supernaturalem ruinam murorum Ierichontinæ urbis.

Quis fuit modus ruinae murorum Iericho, & quot miracula ibi acciderunt. Et quod angeli diruerunt muros urbis Iericho. Et de potentia Angelorum agitur. *Quæst. XLIX.*

Modus autem ruinae fuit, non quod Deus poneret aliquam causam naturalem impellentem, sed ventum ingrossatum in parte inferiori murorum, quia ad hoc oporteret fieri multa miracula. Primum, quod crearetur, aut formaretur a Deo ille spiritus, qui ante non erat, in visceribus terræ. Secundum miraculum: quia opere Angelorum dirigeret illum spiritum solum ad radices murorum concutiendas, vt non simul concuterentur partes ciuitatis propinquæ, sed domus hærentes muro. Tertium miraculum erat, quod Angeli continerent domos muris hærentes, ne desiliens ab eis muris ipsæ quoque quamquam non concussæ a subterraneo spiritu sequerentur in ruinam. Alia quoque huiusmodi si respiciantur. Sed quia peccatum est ponere pluralitatem vbi sufficit paucitas, iuxta Aristotelem 8. Topi. Alph. Tost. super Iosue.

Acorum. Dedit Deus alium modum, quo solum poneretur vnica operatio, scilicet quod Angeli prosternerent muros urbis applicantes se illis: nam quamquam Angelus non sit virtus corporea extensa, virtutem tamen suam motiuam, vel portatiuam poterat applicare cuique rei extensæ modo extenso, vt totam eam moueat, & in singulis eius partibus: & sic applicantes virtutem suam muris impulserunt eos contra partem exteriorem urbis. Et quia Angeli sunt agentes causæ ab intentione, & per voluntatem, poterant multi Angeli simul applicantes virtutem suam muris Ierichontinis eos ad solam diruere, & poterant diruendo tenere domus urbis coniunctas muro, ne caderent. Et quia isti per intentionem agunt, & non ex determinatione alicuius virtutis nature: poterant diruere muros per medium altitudinis suæ: vel per partem supremam, vel per radices, & æqualiter, vel inæqualiter. factum est autem, vt æqualiter diruerent, ut inde, & hinc esset æque planus ingressus in urbem, vt posset quilibet ingredi in urbem per partem illam contra quam stabat, vt dicitur in litera. Nec debet alicui hoc videri quasi confictum: quoniam hæc tam naturaliter constant, quam testimonio sacre scripturæ. Quod enim Angeli applicent virtutem suam ad portandum, vel mouendum aliquam rem, patet de Angelo qui mouebat columnam nubis per desertum dirigens Iisrahelitas, vt patet Exo. 14. Illa enim nubes non poterat per se moueri tali motu, quali eam Angelus ille mouebat. hoc tamen non fieret, nisi applicaretur virtus Angeli ad mouendum. sic enim fit omnis localis motus, vt virtus mouentis applicetur rei motæ. Item patet hoc, quia Angelus quidam mouit Abacuch de Iudæa euntem ad messores, atque portantem cibos in alueolo suo, rapiens per capillum capitis quasi subito vsque ad Babylonem, & posuit eum super lacum leonum, vt patet Dan. 13. cap. ibi enim Angelus applicuit totam virtutem suam toti virtuti Abacuch, vt moueretur eum: & vt contineret, ne caderet cito de nubibus. Nec credendum est, quod portauerit eum per capillum, sicut litera dicit, quia capillus non erat tanti roboris, vt posset tenere pendentem Abacuch. sed Angelica virtus sustinebat eum applicita ei ex omni parte corporis. Et adhuc dato, quod posset teneri Abacuch per capillum pendens, tamen dolor magnus valde esset si inde penderet, vt si quis alium arripit per capillos. Sed dicit litera, quod portabat eum per capillum, quod videbatur ei quod Angelus tenebat eum solum per capillum: ita enim leuiter applicabat virtutem suam toti corpori, vt non sentiret Abacuch se teneri per aliquam partem corporis. sensisset tamen si fuisset Angelus aliquid corporale stringens per applicationem quantitatis. Amplius autem ista patent ex fundamentis nature. nam Aristot. in 7. & 8. Physicorum, & 12. Meta. Cælos ab intelligentijs, quas nos Angelos vocamus, moueri dicit. & hæc est positio omnium de natura loquentium. non enim potest reduci motus cæli ad aliquod alterum principium mouens, nisi ad intelligentiam: & illa applicat virtutem suam motiuam toti orbi, cum totus orbis cælestis sit vnus: & ob hoc dicunt omnes philosophantes intelligentiam mouentem aliquem orbem esse in toto orbe moto, quia toti orbi illi applicat virtutem. hæc autem positio non solum est philosophantium, sed etiam sacre scripturæ testimonio confirmatur Iob 9. cap. vbi dicit Deus: orbem portari ab Angelis, id est moueri cælos ab eis. Patet ergo conuenienter dictum, quod muri Iericho mouentibus Angelis diruti sunt.

Quomodo Angelus mouit Abacuch per capillum de Iudæa in Babylonem, & eum portauit. Item Matthæi 4. assumpsit Iesus diabolum in sanctam ciuitatem.

An Deus per se diruerit muros vrbs Iericho, vel angeli iussu Dei. Et quod ea ad que virtus angelica sufficit non sunt a Deo, & quare. Quast. L.

SE d aliquis forte dicet, qd Deus per se istos muros Ierichontinos prostrauerit. Deus enim per se aliqua agit sine ministris, sicut mundu creauit nullo ministrante, & mortuos suscitauit ceteraque miracula seipso agit. Ad hoc secundum modu loquendi magistri in aliquibus locis. 2. & 4. sent. dicen dum esset non stare, quia qd Deus per se agit ea ad q virtus angelorum no sufficit, sicut creare, & mortuos suscitare: tñ ea ad que virtus angelica sufficit, non faciet Deus per se, alioquin mutaret ordinem frustra. ipse enim fecit angelos ministros. qd ergo ipse faciat opera ministrorum non existente aliqua necessitate, videtur esse irrationabiliter dictum, sed diruere muros vrbs Iericho erat potentia angelorum subiectu. ergo non faceret Deus per se, sed angelis faciendam iuberet. hæc quidem ratio congruitatis cuiusdam est, necessitatem autem nullam inducit. Dicendum ergo aliter. qd Deus nullo modo poterat muros Iericho diruere. nam dirutio murorum Iericho motus quidam est. Deus tamen sine motu operatur, & per motum operari est impossibile. ergo conformiter non poterat diruere vrbs Iericho muros. si enim Deus aliquid moueret, ageret per successionem, sed hoc rapugnat Deo, quia cum esse Dei sit æternum, & æternum est totum simul iuxta Boetium de consolatione libro. 5. prosa vltima. ergo actus suus erit totus simul, & consequenter in instanti, quia nulla sunt tota simul, nisi quorum esse in instanti completum est, que autem mouent, non habent totum esse simul, sed successiue. sicut enim motus qui est passio rei mota, est aliquid successiuum, ita mouere, quod est actio mouetis, est aliquid successiuum. nam non mouetur aliquid, nisi dum mouetis mouet illud. ergo motio actiua Dei qua moueret aliquid, esset in successione, sicut motio passiuua ipsius rei que mouetur, & illa motio actiua non est aliquid extrinsecus adueniens Deo, vel denominans, sed aliquid quod esset a Deo. ergo poneremus in Deo successiuum aliquid, & quia quicquid in Deo est ipse Deus est, diceremus esse Deum in successione, sicut de nobis dicimus, qd quamquam essentia nra sit tota simul, esse tñ nostrum, quod est viuere non est totum simul, sed hæc falsa sunt. Deu ergo impossibile est aliquid agere p motum, sed quicquid agit instantaneum est, sicut totum suu esse simul est. Et hoc magis patet, quia oia, q dicimus a Deo proprie fieri, sunt instantanea, sicut creatio mundi, & qlibet creatio animarū, & suscitatio mortuorū, & generaliter qualibet alia operatio pure miraculosa. de his latius dictu est. Exo. 23. & 25. c. & ibi vide. De muris autē Iericho sic factum est, quia ruina illorū esset motus. ergo nō fuit a Deo, sed ab angelis. Sed hoc an verum sit, qd Deus qui totus simul est non operetur aliquid p se, cuius fieri consistat in successione, declaratu est magis alibi. Ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. i. corrue- ribus muris non confluerunt oēs Israelitæ ad vnum locum, vt simul ingrederent. sed locum q quem quilibet erat ingressus est, vt hic dñ. Hoc autem dictu est, quia non erant oēs Israelitæ simul iustrando vrbē, sed in processionebus generalibus in quibus multi cōueniunt, & tunc si oēs deberent per vnum locu introire oportebat, vt illi qui erant ad vnam partem circuitus vrbs, confluerent ad aliam partem per quam alii ingrederentur. nunc autem dictum est, qd quilibet ingrederetur per partem illam contra qua essent, vt sic tolleretur circuitus, & vt citius ingrederentur.

Determinatio auctoris, sed ex alia ca.

Impossibile est Deu aliquid agere p motu, sed quicquid agit instantaneu est.

Causa autem præcipua huius erat, vt Ierichontini subito se viderent vallatos a Iudæis, & non darent eis aufugiendi locus. si tñ oēs Iudæi ex eadem parte ingre di deberent, cum muri vnde cunq; corruissent, daretur locus fugiēdi Ierichontinis per omnes alias partes, & eundi in montana, atque euadendi Iudæorum manus. cum autem per oēs partes Iudæi ingrederentur vrbem, nullus fugiendi patebat locus. immo & ob hoc muri ex omni parte corruerunt, vt per omnem partem Iudæis in vrbem liber pateret ingressus. Alia causa erat, vt magis appareret diuinum miraculum, & argueretur Iudæos præcognouisse casum murorū antequam fieret. nam si omnes hebrei ad vnum locu ingre diendi confluerent, viderentur formidare ingre di per alia loca. qui formidat in certus est de re. si tñ ip si cognoscerent hoc prouenisse a Deo in ipsorum beneficium, non formidaret. vt ergo cognosceretur eos præintellexisse hoc, debebant introire per omnes partes ruentium murorum, vt viderent nihil formidare. Ceperuntque ciuitatem. sintroeuentes in eam nemine sibi potente resistere. non enim dicitur capta ciuitas quousque hostis intus sit, & alii non resistant. Et interfecerunt omnia, que in ea erant. s. omnia que erant interfectibilia. nam supellectilia inanimata non poterant occidi, & declaratur immediate quid hoc esset, & subdit, qd homines, & iumenta.

Quare quisquam in vrbe Iericho occisus est, cum tota vrbs, cum omnibus, que in ea erant cremanda foret, & an sufficeret omnia cremari, cum etiam sit atrocis genus mortis. Et que esset anathematis conditio. Quast. LI.

QUAERET aliquis cum vrbs Iericho posita sub anathemate cremanda esset, vt maneret in tumulum æternum cum omnibus, que in ea erant, quare quicquam occidebatur? sufficiebat enim comburi illa. Responderi potest dupliciter. Vno modo, qd Israelitæ quasi tunc erant per totam vrbem Iericho vbi esset aurum, & argentum, es & ferrum. non poterant tñ ipsi secure prædari, quousque occiderent omnes qui erant in vrbe. quoniam aliqui de Ierichontinis egredientes de latibulis occiderent multos de Iudæis, & ipsi non auderent inquirere omnia occulta vrbs, quousque occiderent omnes qui erant in vrbe. Iste enim est mos belli, vt prius sit interfectio, deinde direptio, & perscrutatio spoliolum. Itē quia dñ Israelitæ vacarent præde, effugerent Ierichontini de vrbe ad montiu latibula, vel confugerent ad alia quæcunq; refugia, vtcunq; vel ad alias propinquas vrbes. Itē hoc potissime erat, quia iā locus non habebat muros. nam si muratus esset quibusdam de hebreis manentibus ad portam vrbs, ne egredirentur de vrbe, poterant ceteri scrutari ciuitatem. Itē ista ciuitas debebat cremari cum omnibus, que in ea erant iuxta positu anathema: tamen cremari non poterant, nisi prius occiderentur omnia viuentia. nam cum poneretur ignis vrbi, Ierichontini exeuntes magis vellet incurrere gladios hebreorum, quam cremari cum vrbe. Est enim ferocius genus mortis exustio, sic quoque & ipsa bruta facerent. cogerentur ergo tunc hebrai occidere gladio Ierichontinos, & non cremarentur. conuenientius ergo fuit, vt a principio gladio caderentur. Itē pot dici, qd hoc fiebat ex conditioe anathematis. nam ciuitas Iericho fuerat subiecta anathemati, vt patet. s. cum dñ. Sirque ciuitas hæc anathema, & oia q in ea sunt. in ciuitatibus tñ anathematizatis obseruabatur hoc, qd prius occideretur gladio oia viuentia ibi, deinde succenderentur cum ipsa vrbe, vt patet Deute. 13. cum dñ. statimq; percussis habitato-

res vrbs illius in ore gladii, & delebis eam, & omnia que in ea sunt vsque ad pecora. quicquid autē supellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo. A viro vsque ad mulierem. i. occiderunt omnes, tam viros, quam mulieres.

Quare occiderunt Iudæi mulieres Ierichontinas, & non magis acceperunt eas in ancillas, vel vendiderunt. Et quam legem tenebant Iudæi in pugnando extra terram Chanaan. Quast. LII.

SE d dicer aliquis, quare occiderit Israelitæ mulieres vrbs Ierichontina, & non magis eas acceperunt in ancillas, vel vt venderent aliis gentibus? Sed dices, non licebat Iudæis accipere aliquam feminam, vel virum: arguetur quia Deuter. 21. cap. habetur, qd Israelitæ poterant accipere de gentibus contra quas pugnabant, captiuos, & captiuas, & si inter feminas appareret aliqua pulchra, poterat qui illam concupisceret accipere in vxorem factis ceremoniis, que ibi habentur. ergo liceret accipi mulieres Ierichontinas. Respondendum est, qd lex pugnandi Iudæis ista erat, postquam fuerunt in terra Chanā, quia aut pugnabant contra aliquam gentem, que eet extra terram Chanaan, aut contra Chananæos. si contra aliquam gentem extrinsecam, aut ciuitas contra quam Iudæi pugnabant, acceperat oblatam ei conditionem pacis, & tributū: dicentibus Israelitis. aperite nobis portas, & date tributa, & non lædemus vos, vt patet Deuter. 20. si autem istam conditionē recipiens ciuitas aperiret portas, non poterant Iudæi occidere, quicquam de illa vrbe, sed accipiebant ab eis annalia tributa. Si autem nollet recipere hanc conditionem pacis, pugnabat Israel, & expugnata vrbe occidebat omnes masculos, qui in ciuitate erant, præter paruulos, quos cum foeminis reseruabant, & accipiebant in seruos, & ancillas, atque diuidebant prædam. Si autē pugnarent contra Chananæos quorum terram habitari erant, non poterant relinquere aliquam viuentē foeminam, aut masculum, sed omnes occidebant gladio. de his patet Deuter. 20. non ergo poterunt reseruare mulieres Ierichontinas.

Ab infante vsque ad senem. i. cuiuscunque ætatis esset vir debebat occidi.

An pueros Ierichontinos nondum aptos ad bellum debuissent Iudæi seruare a morte. Quast. LIII.

SE d dicer aliquis, qd viderē debere reseruari pueros non aptos vilo modo ad bellum. nam & in bello Madian sic factum est. iussit enim dominus foeminas occidi: & tamen paruuli reseruati sunt, vt patet Numc. 31. c. Respondendum est, qd nō erat simile. nam bellum factum contra Madianitas fuit bellum contra gentes non habitantes in terra, qd Iudæi possessuri erant: ideo ex lege data Deuter. 20. debebat soli masculi occidi relictis infantibus, & omnibus mulieribus, & sic fecerat populus adducens prædam Madianitarum. omnes enim foeminas abduxerāt, Deus tamen postea increpuit illos, foeminas iubēs occidere, & hoc quia ipse fecerant peccare Israel in fornicatione in monte Phogor. vnde iussit occidi omnes foeminas, que cognouerant viros. virginis autem adultas, & oēs paruulas reliquerunt, vt patet Num. 31. si tamen illæ non fecissent peccare Israel, nulla de foeminis, siue cognitis a viris, siue nō cognitis corrumpisset gladio. In Ierichontinis aut fecus erat, quia erant de Chananæis quorum terram suscepturi erant Israelitæ. nō tenebant occidere oēs, tñ viros, qd foeminas paruulos. Alph. Toft. super Iosue.

Ios, & adultos, ita vt nō relinqueretur semen de eis. Boves quoque, & asinos, & oves in ore gladii occiderunt. Ierichontini, quia erant obfessi ab hostibus, ante aduentu Iudæorum recollegerant oia hæc in ciuitate. ideo Iudæi ingredienti occiderunt intra, oēs boves, asinos, & oves, sicut viros. & per hæc intelliguntur oia viuentia, qd erant in vrbe Iericho, ita vt nihil de illis supererit. non occiderunt Iudæi oia pecora, & iumenta Ierichontinorum, quasi obligati essent ex lege data. Deute. 20. delere oia pecora Chananæorū, sicut obligabant occidere ipsos Chananæos, sed factu est ex lege anathematis positi, quia dictum fuit, s. sitq; ciuitas hæc anathema, & oia que in ea sunt, sola Raab meretrix viuat. ergo omnia viuentia in vrbe Iericho debebat occidi. in aliis autem ciuitatibus Chananæorum omnia pecora, & iumenta diuidebantur exercitui, vt factum est in vrbe Hay, vt patet infra 8. & consequenter in aliis locis terre Chanaan, omnia autem in hac vrbe fuerunt consecrata Deo, & arserunt cum vrbe.

Duobus autē viris, qui exploratores missi fuerant dixit Iosue. Ingredimini domu mulieris meretricis, & producite eam, & omnia que illius sunt: sicut illi iuramento firmastis. Ingressique iuuenes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem, ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autē, & omnia que inuenta sunt in ea succenderunt, absque auro, & argento, & vasis æneis, ac ferro, que in gratium domini consecrarunt.

Complet autem Israel hic iuramentum factum ab exploratoribus nomine totius Israel. s. qd saluarent de vrbe Iericho Raab, & dixit Iosue his exploratoribus, qd educerent Raab, quia alii de exercitu non cognoscebant Raab, nec sciebant domum in qua erat. nam isti non cognouissent domu, nisi qd positus erat pendens coccineus funiculus, vt patet s. 2. c. Sciendum est aut, qd ista ira est hic mutata ab ordine naturali precapitulationem. prius. n. Raab educa fuit de vrbe, qd caderentur Ierichontini, alioquin Raab quoque cū eis perisset, quia Iudæi non cognoscebant eam, & cognationem suam. ponitur tñ hic recapitulatum, vt enarretur conuenientius qd Raab educa sit, & qd o vixerit in medio Israel. Duobus viris. Non est intelligendū, qd hi duo viri exploratores solum introierint in vrbe ad educendum Raab, & cognationem suam. nam cū nondum occisi essent ceteri Ierichontini, conurgerent in eos videntes eos solos, atque occiderent. sed cū isti iuerunt plures alii. dicitur tamen, qd his mandauerit Iosue educere Raab, quia hi fuerunt ad quos præceptum factum est, quia ipsi soli eam cognoscebant. alios tñ secum adduxerunt in defensionem a Ierichontinis. & vt educerent ea, qd possidebat Raab, & cognatio sua extra vrbem. Ingredimini domum mulieris meretricis. i. domum Raab, que erat meretrix, vel fuerat, sicut declaratum fuit supra 2. c. Et producite eam. i. educite eam de vrbe, ne cum ceteris pereat. Omniaque que illius sunt. Potest intelligi duobus modis. Vno modo, quod educa fuerint omnia que erant Raab. i. omnia, que possidebat. s. tota sua supellex, & pecora, & iumenta si que habuerat. Alio modo intelligitur omnia que illius sunt. i. oia que pertinent ad cognationem eius. i. omnes de progeme sua. sic enim iurauerunt exploratores s. 2. c. cum dixit Raab. Qd feci vobiscū misericordiam, ita & vos faciatis mecum, & cum domo patris.

Hic est recapitulatio.

In q. 14.

tris mei: detisq; mihi signum verum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres, & sorores meas, & quamquam Raab solum expressisset has personas, exploratores obligauerunt se ad saluandū has, & totā cognationem Raab, si forte aliqua alię erāt de cognatione Raab, vt patet ex verbis exploratorum ibidem cum dicitur. Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram signum nō fuerit iste funiculus coccineus, & ligaueris cum in fenestra per quam dimisisti nos, & patrem tuum, & matrem, ac fratres, & omnem cognationem tuam cōgregaueris in domum tuam. Debet tñ ista litera, vtroq; modo intelligi, scilicet isti viri exploratores educerent Raab, & omnia quę illius erant. i. totam cognationē suam, & omnia quę possidebat, sic patet infra cum dicitur. Ingressique iuuenes eduxerunt Raab, & parentes eius, fratresque, & omnē supellectilem, ad cognationem illius. Ecce supellectilia educta sunt etiam. Et non solum intelligendū est educta fuisse omnia, quę possederat Raab, sed etiam cuncta quę possidebant cognati sui, sic enim iurauerant exploratores, vt patet supra 2. c. cum eis dixit Raab. Detisq; mihi signum verum, vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres, & sorores meas, & omnia quę eorum sunt. sed exploratores iurauerunt omnia seruare, quę petiuit Raab. ergo etiam totam supellectilem cognatorum Raab tenebantur saluare. & sic factum est cum ipsi obseruauerint iuramentum.

An Iudæi fecerunt contra interdictum positum de anathemate, & contra mandatum de reseruando Raab, & omnia quę ad illam, & totam cognationem suam pertinebant. Et q. quando Deus profert generaliter aliquam legem non tollit naturalem obligationem ex iure natura procedente, nisi expressè illud prohibeat, vt in casu de quo supra 2. cap. quæst. 4. 1. Quest. LIII.

SED quæret aliquis, cum Deus iussisset Israelitis, vt de terra Chanaan neminem permitterent viuere, quomodo permiserunt Raab cū tota cognatione sua, & quomodo contra interdictum positum in ciuitate Ierichontina Raab, & omnia quę ad illam, & totam cognationem suam pertinebant, saluata sunt? Respondendum est, q. quamquam Deus legem illam posuisset, tamen non abstulit naturalem obligationem. scilicet tenerentur Israelitę benefacere benefactoribus suis. sic autem fuerat de Raab, quia ipsa eriperat a morte exploratores, a morte ergo tenebatur eam eripere naturaliter. Item nō solum obligabantur naturaliter, sed etiam ex conuentione, quia iurauerant ei, q. eriperent eam cū tota cognatione sua: ergo tenebantur ad hoc sub pēna perituri. Et si dicas, q. non debuissent exploratores hoc promittere. Respondendum est, q. licuit, quia alias ipsi occisi fuissent in vrbe Iericho, quod non solum reddidaret in eorum pēnam, sed etiam in damnum Israelitarum, qui non cognoscerent statum vrbis Ierichontinę. Ad aliud quod dicitur de transgressionē anathematis liberando Raab, & cognationem suam de totius ipsius vrbis destructione: Dicendum est, q. in hoc non fuit factum contra anathema, quia ligabat anathema secundum, q. fuerat positum, sed in positione sua fuit Raab cum omnibus, quę ad eam pertinebant exclusa. ergo liberando eam non erat contra anathema positum, sic patet supra cum dicitur. Sitque ciuitas hæc anathema cum omnibus quę in ea sunt, sola Raab meretricis viuat cum vnuerfis qui in domo eius sunt. Si autem fuisset positum anathema generaliter, esset argumentum: quamquam etiam tunc subintellexeretur liberandam Raab, quia fuerat ei præstitum

iuramentum de liberando eam. Sicut illi iuramento firmatis. q. d. ob hoc eam liberamus, quia iurauistis: alioquin occideremus eam cum vnuerfis, vel ceteris de Iericho. Ingressique iuuenes. I. isti duo exploratores vocatur iuuenes, quia ita se prompte habebant sicut iuuenes, nō tñ erāt iuuenes etate. Nostri dicunt, q. isti erāt duo. scilicet Caleb, & Phinees. De Phinees an iuuenis vel senex esset non videtur ex litera. De Caleb tñ satis patet q. nō sit iuuenis. sed de Phinees satis dicendum est, q. nunc esset annorum 38. vel 39. quia quando facta fuit numeratio Leuitarum in monte Synai, & cōsecratio, non erat natus Phinees, quia Nume. 3. c. computatur 4. filij Aaron cōsecrati cū eo. scilicet Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar, & tunc mortui sunt in principio cōsecrationis suę Nadab, & Abiu, offerentes ignē alienum, & dicitur de eis, quod mortui sunt sine liberis, cum ergo isti duo maiores non haberent filios, satis videtur quod duo minores. scilicet Eleazar, & Ithamar nō haberent filios, sed Phinees filius Eleazari, vt patet Nume. 25. ergo non erat natus tempore cōsecrationis illius, quę fuit in principio anni secūdi ab exitu de Aegypto, vt declaratum fuit Exo. 40. & Leui. 1. ergo in exitu de deserto, & transitu Iordanis non haberet Phinees annos 39. & sic satis poterat vocari iuuenis temporē illo, de Caleb non poterat ita dici, q. erat iuuenis, quia eo tempore erat annorū 80. fere. Quod patet, quia quando misit eum Moyfes de Cadesbarne cum alijs exploratoribus, erat annorum 40. vt patet infra 14. cum dicitur 40. annorum erāt quādo misit me Moyfes famulus Dei de Cadesbarne, & tamē ista missio fuit facta in secundo anno ab exitu de Aegypto ante medium anni ipsius, vt declaratur Nume. 13. ergo nunc esset fere 80. annorum, quia deficeret vnus annus, & pars aliqua alterius. Dicunt tamen Iudæi, quod quamquam isti essent etate senes, tamē vocati sunt iuuenes, quia velociter agebant. quod patet de Caleb infra 14. Hodie 85. annorū sum ita potens, & valens, vt valebam eo tempore, quo ad explorandū missus sum: illius in me tps vsque hodie fortitudo perseverat, tam ad gradiendum, quā ad bellandum. Sed hoc dictū Iudeorum de istis duobus viris, quod essent exploratores non multum habet apparentiam, sed ipsi ad placitum ista confinxerunt. Si autem vellemus illud defendere satis patet locus per ea, quę dicta sunt. Sed dici potest, quod fuerint aliqui alij isti duo exploratores, qui iuuenes vocari possent, sicut eos hic litera iuuenes vocat.

Eduxerunt Raab, & parentes eius. Vocantur parentes Raab pater, & mater, & pro istis ipsa principaliter rogauerat, & sic erat ordo debiti: magis enim tenebatur his, quam cuilibet alteri.

Fratres quoque. Etiam intelligendum est de sororibus. nam ipsa Raab pro sororibus suis rogauerat, sic patet supra 2. c. detisq; mihi signum verum, vt liberetis patrem meum, ac matrem, & fratres, atque sorores meas. intelliguntur tamen hic sorores nomine fratrum, sicut intelliguntur filię appellatione filiorum, vel potest dici, quod intelligantur nomine cognationis, quę infra nominatur.

Et omnem supellectilem. Vocatur tota supellex omnia, quę possidebat Raab, & non solum, quę ipsa possidebat, sed etiam quę possidebat cognati sui, quia hoc expresserat Raab exploratoribus dicēs. Vt saluetis patrem meum, & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia, quę eorum sunt, vt patet supra 2. c. Hoc autem factum est, non tanquam non posset Raab maiora habere inter Israelitas, quam relinqueret in vrbe Iericho, cum coniuncta fuerit in matrimonium principibus Iudæ. scilicet Salmon, sed quia diligebat res suas quas semper possederat, & doleret nimis si eas cū to-

An Phinees esset iuuenis qñ capta est Iericho, & cuius ætatis foret sic Caleb.

ta vrbe conflagrare videret, ideo eductę sunt. Potissime, quia Raab femina erat, q. hñt teneriores affectus, & vberius ad res quas diligunt afficiuntur, atque pro eis profundius anxiantur amissis. Ac cognationem illius. Vocantur hic cognatio sorores Raab, quę nō expressa fuerunt hic, & tamen liberatę fuerunt, quia in pacto cum exploratoribus nominatę sunt, vt patet supra 2. cap. Vel vocatur cognatio alij cognati Raab si quos habebat, vel filij fratrum, & sororum suarum, de ipsa enim non recolitur, q. haberet filios, nam de his expressisset, sicut de patre & matre expressit. nullus enim de pertinentibus ad Raab perijt, ne ipsa conuideretur de morte ipsius. Et extra castra Israel manere fecerunt. scilicet dum vrbs cedebatur gladio, & fiebant oīa quę ibi complenda erant, manebat Raab extra castra Iudæorum per se cum rebus ad eam pertinentibus, quousque expleta cede disponderetur de eis, vel forte factum est hoc, quia Raab, & qui cum ea erāt, tenuerant ritum Gentilium, erantq; in circuncisi, & q. erāt iungendi Israelitis, sicut patet infra in litera, circuncisi sunt primo masculi, vt sic cōuerterentur ad Iudaicas cæremonias, & quia antequam hoc fieret videbantur immundi, fecit Iosue, ne accederent ad castra Israelitarū donec ista fierēt in eis. & hoc satis est verisimile, quia etiam Iudæi qui circuncisi erant, quando erant immundi, manebat extra castra quousque lustrarentur. sic patet Nume. 5. de leprosis, & fluentibus femine, & pollutis super mortuo. Simile etiam patet, quia venientibus Israelitis de cade Madianitarū iussit dominus non intrare castra, quousque lustrarentur. sic patet Num. 31. c. Consumatis autem cæremoniis, quę fieri debebant ad munditiam Raab, & cognationis suę suscepti sunt in castra, sic dicitur infra. habitauerunt in medio filiorum Israel, vsque in presentē diē. Vrbes autem, & omnia quę in ea erant succenderunt. scilicet postq. occiderunt homines, & iumenta, & ibi arserunt omnia ædificia vrbs cum cadaveribus hominum, & pecorum, & omnibus supellectilibus ciuitatis, ita quod omnia cremarentur in honorem Dei, tanquam in sacrificium, vt patet Deuter. 13. de alijs anathematibus. Absque argento, & auro, & vasīs æneis, ac ferro. Ista enim omnia conseruata sunt in thesauris dñi, & priusquam cremaretur vrbs post cēdem Ierichontinorum, pquisita sunt omnia latibula, vt educeretur quidquid haberi posset de his quatuor metallis. Quę in ararium domini consecrarentur. i. separauerunt ea ad ponendum in thesauris domini, consecrare signat applicare, & abdicare, quia id quod consecratur applicatur domino, & abdicatur ab vsu popularium, sic factum est de his 4. metallis, quia fuerunt abdicata ab Israelitis, cum nihil de eis peruenerit ad illos. etiam abdicata sunt ab anathemate, quia cætera, quę in vrbe erant, incendio cōsumpta sunt his solis inde ablatis. fuerunt autē applicata ad Deum, quia posita fuerunt in thesauris eius. vocatur autem hic locus thesaurorum domini çrarium, quod ab ære nomen accepit, quia primum metallum inuentum æs fuit, vt ait Isidorus 16. Erymo. & de eo moneta, & vasa ad quamcunque ministracionem fiebant: ideo obtinuit vsus, vt oēs moneta, atq; metalla æra vocarentur. inde autem repositorium horū ararium dictum est. Alio autē noie vocatur gazophilariū a gazis. i. diuitiis & philacte, quod est seruare, quia ibi Gazæ seruantur, & ita vocat thesaurus dñi gazophilatium. Luc. 2. 1. & sæpe in 1. lib. Paralip.

Raab vero meretricem, & domum patris eius, & omnia quę habebat fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel, vsque in presentem diem, eo quod absconderit

Æs & çrarium quid signentur.

nuncios quos miserat, vt explorarent Iericho.

Raab vero meretricem. Ita per se nominatur, quia pmeruit sibi, & alijs, vt non occiderentur cum vrbe Iericho. Et domum patris eius. i. cognationem suam. scilicet patrem, matrem, fratres, & sorores, & cæteros descendētes inde. Quid autem comprehendatur appellatione domus patris declaratum fuit supra. c. 2. Et omnia quę habebat. i. omnia, quę possidebat Raab, & non solum, quę Raab ipsa possidebat, sed etiam ea, quę pertinebant ad cognatos eius. sic enim ipsa petiuit ab exploratoribus, vt liberaretur pater, & mater, fratres, & sorores, & omnia quę eorum erant. Fecit Iosue viuere. i. seruauit a morte, vel a destructione. liberare enim a morte est dare vitam quodammodo. nam sicut, qui gignit dat esse simpliciter, quod ante non erat: ita qui cōseruat a morte dat esse, quia facit continuatū esse rei, quod interpolandum, & delendum erat. nisi liberaretur. Hebręi dicunt, quod Iosue fecit viuere Raab, quia eam assumpsit in vxorem, sed hoc nihil est, vt infra dicitur.

Raab cum tota cognatione sua fuit conuersa ad Iudaismum. Et a quo illa fuerit accepta in vxorem. Quest. LV.

ET habitauerunt in medio filiorum Israel. i. Raab, & omnes de cognatione sua vixerunt postea inter Israelitas transeuntes in nomen, & progeniem Israelitarum. Transierunt etiam in ritum Iudaicū. Non enim consensisset Israelitę Raab & cognationem suā inter se, si vellent manere in ritu pristino colendo idola, quia hoc esset abominabile Iudæis, & magnum scandalum, sed necesse erat conuerti hos ad mores Israeliticos, cum transirent in cohabitationem populi illius. Item dato, q. Israelitę non compellerent Raab, & cognationem suam transire in Iudaicum ritum, ipsa transisset spontanea: cognoscebat. n. Deū Israel esse verum Deum, quomodo ergo colere vellet amplius Idola? pater hoc supra 2. cū dicitur. Noui, quod tradiderit dominus terrā. in quo concedebat potestatem subiiciendi gētes, esse in Deo hebræorum, & post hoc amplius subdidit dicens. Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cęlo sursum, & in terra deorsum. Ecce concedit eum Deum cęli, & terrę, sed nihil magis esse potest. nullatenus ergo mulier, quę talia edocēta erat a domino, manere vellet in ritu Iudæorum. Item illi qui erant cum Raab conuerti vellent ad Deum: ipsi enim viderant deletionē miraculosam murorum Iericho factā a Deo hebræorum, in quo arguebatur eum esse Deum super alios Deos. De Raab dicendum est, q. quia tanta bona fecerat exploratoribus hebræorum: non solum fuit liberata a morte cum tota cognatione sua, sed etiam fuit assumpta in vxorem a Salmon principe tribus Iudę filio Naafon, qui fuerat princeps in deserto, vt patet Nume. 2. c. & hoc patet Matth. 1. c. nam cum describitur linea Saluatoris dicitur. Naafon autē genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab: ergo vel fuit concubina Raab vel vxor Salmon. Non est autē dicendum, q. acciperetur in concubinam: ergo in vxorem, & de ipsa venit Saluator: sic quoque de Ruth Moabitide Saluator deriuatus est, quia accepit eā in vxorem Booz filius Salmon, & sic ut pater suus Salmon accepit vxorem alienigenam Raab, ita & Booz accepit vxorem alienigenam. Ruth, vt patet Ruth. 4. c. & Matth. 1. Iudęi autem dicunt, q. accepit eam in vxorem Iosue. Sed hoc nihil est cum constet acceptā fuisse

Christus descendit de Raab, & Ruth.

An Raab accepta fuerit in vxorem a Iosue, vt voluit Iudæi.

fuisse a Salmon. ipsi autem non habent aliquid, unde fulcimentum, vel colorē dicitū sui recipiant, sed ex sola opinione loquuntur.

An licuit Salmon principi Iuda accipere in uxorem Raab, quae erat Chananea sicut licuit Booz & filijs Noemi, & Sampsoni. Quæst. LVII.

Sed nunc queritur quomodo licuit Salmō principi filiorum Iudæ accipere in uxorem Raab, quæ erat de alienigenis? Aliquis arguet, quod non licet, quia Numc. 36. dicitur. Omnes viri ducunt uxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ feminae maritos de eadem tribu accipient. si tamē acciperet Salmon in uxorem Raab, non accipiebat uxorem de tribu sua. ergo illicitum erat. Item Deus vetuerat accipi uxorem de Chananeis, ut patet Exo. 34. cum dicitur. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam fuerint fornicatæ faciant fornicari filios tuos. sic quoque Deutero. 7. sed Raab erat de alienigenis. ergo non licuit accipi in uxore. Aliqui in contrarium arguēt, quod licuit, quia licuit Booz filio huius Salmon accipere uxorem de alienigenis. nam accepit Ruth, quæ erat de Moabitibus, ut patet Ruth. 1. c. & tamen non vituperatur, sed potius benedicebāt ei omnes videntes in vrbe sua Bethleē, ut patet Ruth. 4. Item licuit duobus filiis Noemi Maalon, & Cheleō accipere duas alienigenas uxores. scilicet Orphā, & Ruth, ut patet Ruth. c. 1. & non increpantur in sacra Scriptura. Item licuit Sampson accipere uxorem de alienigenis, scilicet de Philistin, quia Dalida erat de vna vrbe Philistinorum, ut patet Iudi. 14. & tamē dominus ob hoc non increpuit eum, sed prosperavit actus eius. licebat ergo accipi uxores de alienigenis.

Soluta argumenta pro parte affirmatiua superioris quæstii. Quæst. LVII.

Sed ista argumenta immediata nihil probant. Ad primum cum dicitur de Ruth accepta in uxorem a Booz. dicendum quomodo fuit vetitum a Deo, quia erat Ruth de mulieribus Moabitibus ut patet Ruth. 1. c. Dominus autem non vetuerat accipi de Chananeorum populis, ut patet Exod. 34. & Deuteron. 7. Nam omnes has cum masculis, tam adultis, quam infantibus Iudæi occisuri erāt, ut patet Deut. 20. Cum ergo non esset vetitum accipi uxores de aliis gentibus, videbatur esse concessum. Item quia Deus concesserat expressē Iudæis accipere uxores de mulieribus, quas in bello caperent in ancillas, ut patet Deuteron. c. 21. de omnibus tamen gentibus licitum erat accipi mulieres captivas cum pugnarent Israelitæ contra illas, præterquam de septem populis Chananeorum, ut patet Deuteron. 20. ergo licitum erat Iudæis de qualibet gente accipere uxores, præterquam de Chananeis, Ruth autem erat de Moabitibus. Licuit ergo Booz illam accipere: Raab autē erat Chananea: ideo valde erat dissimile, nec videbatur hoc licere. Ad secundam probationem, quando inducebatur de duobus filiis Noemi, qui acceperunt duas Moabitidas in uxores Ruth, & Orpham, ut patet Ruth. 1. c. Aliquis respondebit, ut nunc responsum est de Ruth ducta in matrimonium, per Booz. Sed valde dissimile est, & magis excusatur Booz, quam excusari fuerint Maalon, & Cheleon, qui manentes in ritu Gentilico uxores acceperunt, & hoc nulli Iudæo licebat, quia tunc ipsæ conuerterent filios suos, qui erant filii Iudæorum ad ritum Gentilium, cum filii erant apud maritos, & ad faciendum bonos filios exigitur virtuosa mater, sicut

declarat Arist. in fine. 1. Politicorum. Et ob hoc vetabat Deus contractum matrimonii Iudæorum cum alienigenis. sic patet Exod. 34. cum dicitur. Nec uxore de filiabus eius accipias, ne cum fornicatæ fuerint fornicari faciant filios tuos. scilicet colendo idola. Quod autē Booz accepit Ruth iam conuersam ad ritum Iudaicum patet ex verbis suis Ruth. 1. c. cum respondit forui suę Noemi dicens. Ne aduerseris mihi, ut relinquam te, & abeam, quocumque perrexeris pergā. ubi morata fueris pariter morabor, populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. ergo Deum Iudæorum susceperat in Deum Ruth cum venit in terrā Iudæorū. Item patet ex verbis Booz ad Ruth in c. 2. Ruth. c. Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias a domino tuo Israel ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. Quod autē cum Maalon, & Cheleon acceperunt in uxores Orpham & Ruth, essent in ritu Gentilico, & postea adhuc in eo permanserunt patet, quia mortuus his dixit Noemi ad Ruth. Ecce reuerfa est cognata tua ad populum suum, & ad Deos suos. sic patet Ruth. 1. si tamen fuissent istæ conuersæ ad ritum Iudaicum, quando assumptæ sunt in uxores a Maalon, & Cheleon, non reuenterentur nunc ad Deos gentium. Item non diceret eis Noemi, quod redderent in terram tuam, sed dimitteret eas pergere secum, aut magis rogaret, ne manentes in terrā Moabitus ad idola conuerterentur, sed non factum est: ergo adhuc manebant in ritu Gentilico. Non ergo erat simile de coniugio Maalon, & Cheleō cum Ruth, & Orphā, & de matrimonio Booz. nam coniugium Maalon, & Cheleon simpliciter erat illicitum, nisi aliquis habuisset causam excusantem. fuit autem hoc, quia erat Noemi cum filiis suis in terra Moab, in qua conuenerant propter famem, ut patet Ruth 1. c. & ibi non poterant inuenire aliquas mulieres hebræas cum quibus contraherent, vel aliquas conuersas ad Iudaismū. Acceperunt ergo mulieres Moabitidas quas habere potuerunt. libenter autem eas ad ritum Iudaicum conuerterent, si ipse consensissent: cogere autē illas non poterant, quia erant in terra earum. Et si dicas, quod adhuc non debuissent accipere mulieres illas in uxores, sed magis expectare donec reuenterentur in terram suam, & ibi acciperent Iudæas. Respondendum, quod magno tempore morati sunt in terra Moab. sed decē annis, ut patet Ruth. c. 1. quia semper vrgebat fames, & nesciebant, quando esset tempus redeundi in terram suam. Ut ergo non elaberentur eis gignendi tempus, acceperunt eas quas potuerunt: si autem alias fecissent habentes uxores ad nutum, non posset excusari actus eorum. quocumque tamen modo res se habeat, non est similis casus de Raab, quia ista erat de Chananeis, aliæ autem erant Moabitides. de his dictum fuit Deuteron. 25. c. Ad tertium, quando probabatur de Sampson qui accepit uxorem de Philistin, ut patet Iudic. 14. c. & tamen non redarguitur. Dicendum est ad hoc responderi non posse, sicut ad præcedentia, quia prædictæ erant Moabitides. Dalida autem quæ erat de Philistin erat Chananea, de quibus non licebat accipi uxores. Et adhuc difficilior est casus iste, quia id quod dicitur de Raab. nam Raab erat iam conuersa ad ritum Iudaicum, ut declaratum est. Dalida tamen nondum erat conuersa, quia ipsa semper mansit in domo patris sui in Thānata vrbe Philistinorum, & non fuit tradita in potestate Sampsonis, ut eam duceret in terrā Israel: ideo colebat idola, sicut patet. Dicendum ergo, quod matrimonium contractum a Sampson cum Dalida erat illicitum simpliciter, nisi aliquid illud excusasset. unde parentes Sampsonis increpabant eum dicentes. Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in populo tuo, quia vis accipere uxorem

Ad faciendū bonos filios requiritur virtuosa mater.

Respō. auctoritatis ad tit. 4. 56.

de Philistin qui incircuncisi sunt. Si tamen licuisset ei non increparent. fuit tamen Sampson excusatus, quia Deus mouebat eum ad accipiendum illam uxorem, ut sic quæreret occasionem contra Philistin ad percutiendum eos. sic patet Iudic. 14. cum dicitur. Dixitque Sampson ad patrem suum. Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. parentes autem nesciebant, quod res a Deo fieret, & quæreret occasionem contra Philistin. Ex hoc igitur excusari debet factū Sampsonis, alioquin autem erat illicitum. De Raab autem ducta in uxore a Salmon dicitur quod licite eam duxit. Si enim aspiciatur, quod ipsa Chananea erat: non solum non debebat accipi in matrimonium ab aliquo Israelita, sed etiam debebat occidi cum cæteris Chananeis, ut patet Deuteron. 20. nullum quippe de eis vili posita conditione vitæ donare poterat. cum Raab tamen, & tota cognatione sua ex causa supra posita, tam rationabiliter, quam ex necessitate dispensatum est. ideo sicut fuit causa sufficiens ad donandum ei vitam, fuit sufficiens ad recipiendum eam in matrimonium ab aliquo Israelita. Potissime, cum esset iam in ritu Iudaico. nihil ergo illicitum egit Salmon accipiendo Raab in uxorem,

Respondit ad argumenta pro parte negatiua superioris quæstii. Vbi nota quomodo intelligitur lex, quod quilibet acciperet uxorem de tribu sua, de qua materia vide mirabiliter met dominum Abulen. Matth. 1. c. 9. 28. & Numc. 36. c. Quæst. LVIII.

Ad argumenta duo in contrarium respondetur. Ad primum, cum dicitur Numc. 36. Omnes viri ducunt uxores de tribu, & cognatione sua, sed Raab non erat de tribu a qua Israelitarum. ergo &c. Respondendum est, quod ista lex non obligabat Israelitas ad hoc, quod quilibet acciperet uxorem de tribu sua, sed ad hoc, ut non acciperet uxorem de alia tribu Israelitica, quæ de illa in qua erat. hoc autem obseruabatur in quolibet Israelita, cum accipiebat uxorem de alienigenis, quia non accipiebat uxorem de alia tribu Israelitica, de qua non esset, cum de nulla acciperet. quod autem sit iste sensus inducte auctoritatis patet, quia istud præceptum inductum fuit, ut non turbarentur sortes hereditatis tribuum, & familiarum per matrimonia. nam si aliqua mulier de tribu Zabulon duceretur in uxorem a viro de tribu Ephraim, cum filij semper denominentur de familia patrum, & computentur per nomina generationum eorum: filij suscepti ex tali coniugio non pertinent ad tribum Zabulon, sed ad tribum Ephraim. ideo decedente femina illa, & succedentibus filiis in sorte hereditatis transiret illa pars hereditatis in sortem Ephraim, & diminueretur fors Zabulon, & hoc modo turbarentur possessiones omnium tribuum, nec manerent, ut primo diuise sunt. cum autem femina sumeretur in uxorem a viro tribus sue, & familie, non fiebat ista diuisio, & perturbatio sortium, quia quamquam succederent filij semper manebat possessio in tribu in qua ante fuerat. Et fuit ista quæstio propter filias Salphaad, quæ erant feminae, & acceperunt hereditatem patris sui. tunc conuesti sunt viri de tribu Manasse, quod cum istæ sumerentur in uxores a viris alterius tribus, transiret possessio eorum ad alteram tribum, & consequenter possessio filiorum Manasse diminueretur, ut patet eodem 36. ideo Deus dedit hanc legem ad tollendum hoc inconueniens. Et patet, quod ista fuerit intentio ex litera legis cum dicitur. Omnes viri ducunt uxores de tribu, & cognatione sua, & omnes feminae maritos de eadem tribu accipient, ut hereditas permaneat in familiis, nec sibi miscetur tribus,

sed ita maneat, ut a domino separatae sunt. Non licebat ergo viro Iudæo accipere uxorem alterius tribus, cum tamen acciperet mulierem de alienigenis non sequebatur aliquod inconueniens, quia tunc non miscerentur sortes tribuum, cum femina suscepta non pertineat ad aliquam de tribubus. ideo hac lege non vetatur accipi uxorem de alienigenis, siue conuersam, siue non conuersam.

Ad secundum quando arguebatur, quod dominus iusserat non accipi uxorem de Chananeis, ne seducerent filios Israel. Respondendum est, quod intentio legis huius erat ne acciperentur in uxores feminae Chananeorum manentes in ritu Gentilico, quia tunc conuerterent viros suos ad idolatriam, vel saltē filios in deos natos, ut patet Deuteron. 7. c. cum dicitur. Filiam tuam non dabis filio eius, & filiam illius non accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me, sed magis seruiat dijs alienis: si tamen istæ feminae essent iam conuersæ ad ritum Iudaicos, ita quod non possent perducere ad idola suos viros, nec filios: licebat eas accipi in uxores. Sed tunc argues, quod liceret Iudæis mulieres Chananeas conuertere ad Iudaismum, & post accipere uxores. Respondendum est, quod non licebat Iudæis aliquem de Chananeis virum, aut feminam viuentem dimittere, cum Deus iusserit omnes occidi, ut patet Deuteron. 20. ideo licitum non erat dimitti aliquam de Chananeis viuentem ad conuertendum illam ad ritum Iudaicos, & tunc acciperetur in uxorem. si tamen liceret aliquo modo manere aliquam de Chananeis viuentem, & conuerti ad Iudaismum, non minus licebat illam accipi in uxorem, quam aliquam de Moabitibus, Idumæis, aut quibuscunque gentibus non pertinentibus ad Chananeos. De Raab autem sic factum est, quod ex casu speciali supra posito licuit: immo necesse fuit illam dimitti viuentem cum cognatione sua: ideo licebat illam accipi in uxorem a quocumque Israelita: nec solum esset hoc in Raab, sed etiam in fororibus suis, & in omnibus de cognatione sua: eadem quippe causa subsistit. non fuit ergo illicitum eam accipi in uxorem a Salmon principe tribus Iudæ.

Vsq̄ in presentem diem. Refertur ad tempus quo scriptus fuit liber iste, & non est sensus, quod habitauerit Raab, & cognatio sua in medio Israel vsquequo scriptus est liber iste: quia siue sit scriptus liber iste a Samuele, ut quidam volunt, siue ab Iſaia, non mansit Raab vsque ad tempus alicuius horum. Sed mansit Raab in medio Israel, vsque ad tempus illud, quia nati ab ea, & fororibus, & fratribus suis manebant in medio filiorum Israel, tunc cum scriptus est liber iste. nam de Raab descendit tota regum progenies in tribu Iuda: ipsa enim concepit Booz qui fuit proauus Dauid, ut patet Matth. 1. cap. ista autem linea mansit semper inter Israelitas vsquequo per Romanos deleta est. nam & Saluator noster de filiis Raab natus est, & forte vsque ad presentem diem manet linea ista Raab inter Iudæos, vel inter conuersos ad Christum.

Eo quod abscondit muncios. Ista est causa quare ipsa liberauit eos a non dubia morte, ita ipsi quoque eam liberarent: tenebantur tamen magis ex iureiurando, quia intercederat pactum iuramento firmatum de eripiendo eam.

Quos miserant, ut exploraret Iericho. Id est quos miserant Iosue de Sethim ad inquirendum statum vrbs Iericho, ut patet supra. c. 2.

In tempore illo imprecatus est Iosue, dicens. Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit, & edificauerit ciuitatem Iericho. In

Quo inteligitur lex non accipies uxorem de Chananeis, & an esset licitum.

In primogenito suo fundamēta illius iaciat, & in nouissimo liberorū ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, & nomē eius vulgatum est in omni terra.

Hic ponitur tertium. Iosue imprecatio de nō edificanda vrbe Iericho in sempiternum. In illo tempore. C. postquam Iericho diruta est, & exusta, ita vt nihil maneret in ea, sed esset quasi tumulus æternus.

An Iudæi completa cede Ierichontinorum regressi fuerint in castra non premissa aliqua purificatione, vel fuerint purificati. Quæst. LIX.

QVÆRIT aliquis circa prædicta: an Israelitæ cōpleta cede Ierichontinorum reuersi fuerint in castra non præcedente aliqua cēremonia, vel fuerint primo lustrati. Et videtur, q̄ non redierint immediate in castra. nā cum aliquis erat immundus super mortuo iubeatur esse extra castra, vt patet Numeri 5. c. cum dicitur. Præcipe filiis Israel, vt eiciant de castris omnem leprosum, & qui sinit femine, pollutusque est super mortuo. durabat autem ista contaminatio diebus septem, vt patet Numeri 19. & erat faciendā aspersio die tertia & septima, sed de Israelitis occidentibus Ierichontinos patet q̄ essent contaminari super mortuos, quia tangebant illos mortuos, & morientes, & aspergebatur sanguine eorum: ergo debebant manere extra castra. Respondit aliquis forte, q̄ illud de immunditia super mortuo, tenebat in mortuis, qui per se cadunt. secus autem in eis, qui occiduntur: sic enim patet in similibus: nam si aliquis tangeret carnes animalis liciti ad esum, cum occideretur ad comedendū, non incurrebat aliquam immunditiam: si autem tangeret carnes eius cū per se moreretur, efficiebatur immundus, vt patet Leuit. 11. Respondendum est: non esse simile, quia non erat de homine, sicut de animalibus licitis ad esum: immo ex eodem capite patet contrarium, quia cum esset aliquod animal illicitum ad esum, qui tangeret carnes eius, siue per se moreretur, siue ab alio occideretur, efficiebatur immundus, vt patet eodem c. De homine autem sic erat quod non erat animal licitum ad esum: ergo nullatenus licebat tangi carnes eius, si ne immunditia post mortem. Item patet hoc in bello factō contra Madian: nam bellatores venientes nō ingressi sunt in castra, quousque lustrarentur secundum ritum legis: manserunt enim ibi diebus septem. sic patet Numeri 31. cum dicitur. Manete extra castra septem diebus, qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit lustrabitur die tertio, & septimo, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra introibitis. in pugna ergo Iericho sic fieri debuit. Respondetur, quod Israelitæ occidentes Ierichontinos non expiati fuerunt, sed redierunt in castra: nec tamen in se regerunt legem de purificatione. Non est autem simile de pugna cōtra Madianitas, quia hic erant omnes viri Israelitæ in circuitu Iericho, & plurimi eorum occiderunt aliquos de Ierichontinis, vel saltem asinos, & canes, & alia animalia pusilla vrbe Iericho, vt nihil viuens maneret. nihil ergo manebat in castris quod immundum non esset: immo ipsa castra immunda erant: quia magis dicebantur esse castra vbi erant omnes Israelitæ inter vrbe Iericho, vel in circuitu illius, quā vbi erant tentoria cum foeminis, & infantibus in Galgalis: non poterant ergo manere extra castra immundi, cum omnia castra essent immundorum. In bello autem factō contra Madianitas, solam missi sunt duodecim millia virorum, vt patet Nu-

meri 31. reliqui autem manserunt: & hi vocabantur castra. Cum ergo venerunt pugnatores de terra Madian, non ingressi sunt in castra, donec purgarentur: si tamen omnes Israelitæ iuissent in Madian ad pugnam, quamquam postea vellent se expiare nō possent manere extra castra, sed potius vbi omnes ipsi erant, dicebantur esse castra. Itera munditia vel immunditia dicebatur esse respectu sanctuarii: alioquin non consideraretur inter Iudæos aliqua immunditia, nisi ea quæ naturalis contagio est. Leprosus ideo cum de immunditia agitur, dicitur, q̄ caueant immundi, ne contaminent sanctuarium Dei: vt patet Leuiti. 15. c. sed circa Domini in qua erat tota sanctificatio, erat cum Israelitis, nunc in bello apud muros Iericho. ergo non vererentur ab ingressu castrorum, quia in castris non erat aliquid sanctificatum respectu cuius deberent cauere. Non erat autem sic in pugna contra Madianitas, quia arca Domini, & totum sanctuarium mansit in castris, ipsis euntibus in pugnam. cum ergo venerunt, viderentur polluere sanctuarium si intrarent in castra. hic tamen ipsi Israelitæ immundi a cede Ierichontinorū portabant secum arcam. non erat ergo aliquid, quare deberent manere extra castra septem diebus in purificatione. Item alia causa principalis est, quia istæ leges cēremoniales non obligauerunt Israelitas quousque essent in pace: vt patet Deuterio. 12. Ideo quamquam obseruauerint aliquando ex mandato Dei ad dandum formam obseruationis earum, sicut Pascha celebratum est in deserto in mōte Synai: vt patet Numeri 9. Manifestum tamen est in deserto non fuisse obligationem aliquam ad cēremoniales: non igitur obseruauerunt post transitum Iordanis istam cēremoniā, quousque cessarent bella. Item non poterat cōuenienter obseruari cēremonia ista, quia postquam transferunt Iordanem vsquequo data est pax erepta terra de manu Chananzorum semper vacauerunt Iudæi bellis. si autem obseruarent istam cēremoniā, necesse erat, vt quodocunque fecissent aliquam cēdem, manerent dies 7. in purificatione: quod nimis eos distraheret ab actibus bellicis. Quanta autē inconuenientia datis his quotidianis purificationibus sequerentur, quilibet aduertere potest. non fuit ergo in cede Ierichontinorum seruata cēremonia lustrationis, nec postea toto tempore quo Iudæi vacauerunt bellis. Nec fuit simile in bello contra Madianitas, quia tunc non erant vacaturi Israelitæ alicui bello vsquequo transferent Iordanem. ideo vt toto illo tempore manerent mundi, lustrati sunt aquis iuxta ritum qui habetur Numeri. 19. & 31. & sic credendum est factum esse tempore Iosue cessantibus Iudæis a quotidianis bellis, q̄ facta fuerit lustratio omnium in aquis, vt possent accedere ad loca sacra, & vacare legalibus cēremonijs. Imprecatus est Iosue. Imprecari est rogare quod malum veniat super aliquem, vt dicendo rogo Deum, q̄ deleat illum vel illum, vel det ei calamitates, aut angustias. & hoc fecit hic Iosue dicens. Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & edificauerit ciuitatē Iericho. in Hebræo habetur verbū quod signat adiuuare, vel compellere ad iurandum. s̄ q̄ fecerit Iosue, vt omnes Israelitæ iurarent nunquam suscitare vrbe Iericho. & istud iuramentum obligauit posteris. litera tamen nostra accepit in significatione imprecandi, scilicet quod imprecatus fuerit Iosue malum super.

Quare Iosue imprecatus est malum super edificantem Iericho. & quod id malum postea accidit Ahiel, qui Iericho reedificauit. Quæst. LX.

EVIT autem Iosue imprecatus istud malum super edificantem propter duo. Primo ad manendam memoriam diuini miraculi: acceperant Israe-

litæ vrbe illam miraculose diruente Deo muros illius. vt ergo tanti miraculi nunquam memoria deleteretur, volebat Iosue manere Iericho factam in tumultum sempiternum. tunc enim videntes inquirerent quid illud fuisset, & cognouissent magnalia Dei. si autem Iericho reedificaretur, & habitaretur, sicut ceteræ vrbes terre Chanaan in quibus erant Iudæi, non haberent posteri aliquam cautam ad inquirendum de vrbe illa cur sic stare. & consequenter aboleretur memoria diuini miraculi: maledixit ergo edificantem. Alia causa erat ex positione anathematis, nam quando & aliqua vrbs subijciebatur anathemati, diruebatur, & succendebatur manura tumulus in æternum, & iubebat Deus, q̄ nunquam edificaretur: vt patet Deuterio. 17. sed super Iericho positum fuerat anathema. ideo Iosue volēs obseruare cēremoniales omnes illius, imprecatus est ne quis edificaret: & q̄ maledictus esset edificans. Maledictus vir coram Domino. Id est, maledictus sit a Deo, qui edificauerit vrbe istam. Sciendum autem, quod non obstante ista imprecatione Ahiel de Bethel temporibus Regis Acab, qui regnauit in Israel, reedificauit vrbe Iericho. veneruntque super eum omnia mala, quæ scripta sunt hic, scilicet quod mortui sunt omnes filij eius. nam cum inciperet ponere fundamentum mortuus est primogenitus suus: & dum edificaret, mortui sunt alij. cum autē consummaret, mortui sunt omnes filij sui: vt patet 3. Regum 16. cum dicitur. In diebus illis edificauit Ahiel de Bethel Iericho in Abiran primitiuo suo fundauit eam: & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. Maledictus vir coram Domino. Id est, ista maledictio non solum sit coram hominibus, sed etiam coram Deo, scilicet quod Deus reputet huiusmodi virum maledictum. Vel maledictus vir coram Domino, id est, nō solum maledicamus nos ei, sed rogamus Deū, quod maledicat tali viro. & iste est sensus proprius maledictionis, vel imprecationis: Aliter potest intelligi: maledictus vir, id est maledictus est coram Domino, id est a Deo. q. d. Deus maledixit ei, qui istam vrbe edificaturus est. Et tunc est sensus, quod Deus reuelasset Iosue, quod maledictus esset, qui ista faceret: & Iosue spiritu prophetico ista dixit: sic patet 3. Regum 16. cum dicitur de Ahiel: in primitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo liberorum suorum posuit portas eius, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun. Apparet ergo, quod Deus ista locutus fuerit. quamquam ergo ista dixerit per modum imprecationis, vt verbum notat, magis tamen dixit modo prænunciationis, prænunciauit enim quid futurum esset viro edificanti Iericho. Qui suscitauerit, & edificauerit vrbe Iericho. Suscitare Iericho erat incipere eam ad faciendum, vel reducere eam ad esse quæ olim fuerat, & nunc iam nihil erat. & dicitur. Suscitauerit, & edificauerit. Quia suscitare dicit operis inchoationem. edificare dicit profecutionem, & expletionem. Maledictio autem hæc non erat ventura super eum, qui solum suscitaret, sed super eum qui suscitaret, & edificaret, id est qui inciperet, & consummaret, quod magis apparet ex littera sequenti, scilicet in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum eius ponat portas illius: sed qui ponit portas iam consummavit edificium. si ergo aliquis suscitaret Iericho, & non consummaret, moreretur primogenitus eius: quia vrbs in primogenito fundanda erat, vt hic subditur. non tamē veniretur vsque ad nouissimum filiorum: nisi consummaretur edificatio vrbs. cum in nouissimo ponendæ essent portæ. Et edificauerit vrbe Iericho.

An maledictio Iericho intelligatur tantum de muris, vel de domibus. Quæst. LXI.

SOLVM intelligitur hoc de muris, scilicet qui faceret muros, & turres Iericho. secus autem de illis qui facerent domos in vrbe Iericho. quod patet, quia si omnium edificantium in vrbe Iericho morerentur filij vsque ad nouissimum, fuisset impossibile populari vrbe illam, quia morerentur filij omnium edificantium: & non manerent aliqui successores patrum. & tamen ista vrbs postea fuit populata, & bonæ habitationis: ergo non moriebantur filij omnium, qui edificabant in vrbe Iericho. Item patet hoc ex littera, quia infra dicitur in primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. certum est hoc referri ad ipsam ciuitatem, scilicet ad muros, & menia, quod declarat istud relatiuum eius. Etiam quia cum quis poneret fundamenta alicuius domus in vrbe Iericho, vel portas illius poneret, non diceretur ponere fundamenta, & portas vrbs Iericho, sed hic de vrbe dicitur. Item multum differt edificare Iericho, & edificare in Iericho: nam qui edificat Iericho, edificat vrbe construendo muros, & turres. qui autem edificat in Iericho, facit aliquam domum, vel aliquod aliud edificium in vrbe Iericho. Hic autem dictum est de edificantibus Iericho: ergo non erat ventura ista maledictio super edificantes domos, siue edificantes primas, siue vltimas, vnde constructa vrbe Iericho, vel dum construebatur, si aliquis construeret domum primam intra vrbe, non venirent super eum maledictiones istæ: quia ipse non suscitabat, nec edificabat vrbe Iericho: sed aliquid in vrbe Iericho. litera autem solum loquitur de edificantibus vrbe Iericho.

An aliquis faciendo domos sine adificatione murorum esset maledictus. Quæst. LXII.

QVÆRITUR tamen, quid si destructa vrbe Iericho, antequam fierent aliqui muri, aliquis faceret ibi domos ad habitandum, & habitaret, nunquid venirent maledictiones? Respondetur q̄ non, quia ille non construebat muros vrbs: & tamen litera loquitur de illo, qui poneret fundamenta ciuitatis, & murorum portas, quod incurreret hæc.

An si fieret magnus populus in Iericho: & non construerentur muri, veniret maledictio. Quæst. LXIII.

QVOD si in Iericho fieret populus magnæ habitationis: & tamen non ponerentur muri, nec portæ, nunquid incurreret aliquis has maledictiones, vel omnes habitatores loci? Respondetur, quod nullus ex causa supra posita, quia non erant ibi fundamenta ciuitatis, quibus iactis moriturus erat primogenitus: nec portæ vrbs, quibus positus nouissimus liberorum exanimandus erat. Item patet hoc: quia vrbs Iericho postea reedificata est, & habitauit ibi populus multus, sicut fuerat a principio, tamen super nullum eorum venerunt maledictiones hæc, nisi super Ahiel de Bethel, qui posuit muros, & portas. si ergo nullus fundamenta iecisset, nec posuisset portas, nullus incurreret maledictiones has, quia non faciebat contra imprecationem Iosue.

Determinatio au-
toris.

An

An Ahiel ponendo muros, & portas urbis Iericho, peccauerit. Quæst. LXIII.

QVAERET aliquis, an Ahiel qui edificauit urbem Iericho, ponendo portas, & iaciendo fundamenta, peccauerit mortaliter. Respondetur qd sic. Primo, quia fecit contra iustam imprecationem Principis Israel: nullus enim debebat facere contra mandatum Principis, sub pena mortis, vt patet Deuteron. 17. Qui ergo transgredere- tur præcepta Iosue, erat reus mortis, & consequenter peccabat. Potissime, quia præcepta Iosue erant a Deo dicta, cum ipse esset Propheta, & sapissime Deus illi loqueretur, quod Israelitis liquebat, facientes ergo contra præcepta Iosue intelligebant se facere contra præcepta Dei, & consequenter peccabant mortaliter. sic autem fuit de Ahiel, qui erat de vrbe Bethel, quæ est apud Iericho, & quamquam cognosceret imprecatio- nem positam edificauit. Item poena a Deo data, venit nobis ex meritis nostris, quia nemo iniuste patitur. sed iste Ahiel a Deo punitus est, & uenerunt super eum omnia mala, quæ imprecatus fuerat Iosue: ergo peccauit, alioquin non uenissent super eum poenæ. Sed forte aliquis respondebit, istas poenas uenisse a casu, & non propter factum illud, & sic non arguetur peccatum. Sed non stat, quia non concedimus aliquas poenas a casu alicui provenire, sed omnia Deo dirigē- te proueniunt, sed ista grandis quæstio est, de qua Boetius de consolatione, libro 3. Sed dicet aliquis, quam- quam istæ poenæ prouenerint Ahiel pro peccato, ta- men uenerunt pro alijs peccatis, & non pro hoc. ideo non arguetur in hoc peccasse. Respondendum est, qd peccauerit, & pro hoc peccato ei poenæ prouenerint, vt patet 3. Regum 16. Scilicet, in primitiuo suo funda- uit eam, & in nouissimo liberorum suorum posuit portas eius, iuxta uerbum Domini, quod locutus fue- rat in manu Iosue. Sed manifestum est, qd uerbum Iosue fuit, qd edificanti Iericho, prouenerint mala hæc: ergo pro edificatione urbis uenerunt Ahiel mala hæc, & consequenter peccauit, & hoc concedendum est.

An illi qui edificauerunt domos in vrbe Iericho ad habitandum, peccauerint mortaliter. Quæst. LXV.

QVAERET aliquis, an illi qui edificauerunt domos in vrbe Iericho, vt ibi habitarent, peccauerunt. Respondendum est, qd non: quia ibi habitauerunt multi uiri sancti, s. Heliseus, vt patet 4. Regum 2. cap. Alij filij Prophetarum ibi cum eo: immo vt fieret locus ille conuenientioris habitationis, rogantibus filijs Prophetarum sanauit Heliseus sterilitatē aquarū misso sale in aquas, vt patet eodem cap. Si tamen peccatum esset habitare in Iericho, Heliseus qui erat Propheta Domini, habēs duplicatum spiritum Helie, vt patet eodem cap. Cognosceret, atque recusaret habitare ibi, sed non recu- sauit quin potius dedit occasionē, & allicitiuum alijs habitandi ibi, cum sanauit sterilitatem aquarū: ergo nō peccabant habitantes, & edificantes domos. Item vrbs Iericho licita erat ad habitationem, sicut omnes aliæ vrbes terræ Chanaan, nisi Iosue imprecatus fuisset ma- ledictionem, quæ habetur hic. sed ista maledictio non extenditur ad habitantes in Iericho, & confluentes ibi domos, sed ad edificantes urbem. ergo non pecca- bant hi, quod patet ex forma imprecationis Iosue. di- xit enim, Maledictus uir qui suscitauerit urbem Ieri- cho, sed habitare in Iericho non est eam suscitare: er- go non uenit in hos maledictio.

Item patet magis ex eodem, quod dicitur: in pri- mogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissi-

mo liberorum suorum ponat portas illius, sed hoc ad habitatores non pertinet, nec ad constructores do- morum, sed ad solos edificatores murorum urbis: er- go non peccabant alijs. Dicendum ergo, quod in con- structione Ierichontinæ urbis solus Ahiel peccauit, & solus ipse poenam passus est. In primogenito suo funda- menta illius iaciat. Id est, qui edificauerit Iericho po- nat fundamenta cum primogenito suo, scilicet, quod moriatur primogenitus in principio edificationis cū posuerit fundamenta. Et in nouissimo liberorum ponat por- tas eius. Id est, quando posuerit portas ciuitatis in con- summatione edificij moriatur vltimus filiorum eius, & est sensus, quod omnes filij edificantis Iericho mo- riantur ante completam edificationem, & sit succes- sio in filiorum morte, sicut in edificatione, scilicet, qd in principio edificationis moriatur primogenitus, & succedente edificatione moriantur alijs filij vsquequo consummata edificatione in positione portarum, mo- riatur vltimus filiorum, etiam si ualde multi essent. Sic factum est in filijs Ahiel edificantis Iericho. nam cum poneret fundamenta, mortuus est Abiran pri- mogenitus eius, & consequenter ceteri succedente edificatione: cum autem ponerentur portæ, mor- tuus est Segub vltimus liberorum eius, vt patet 3. Regum 16.

An si edificatores principales urbis Iericho essent plures, an omnes incurrerent maledictionem. Quæst. LXVI.

SED aliquis arguet, quid si iste edificator Ieri- cho, non esset vnus principaliter, sed essent multi æque principales in edificando, tam mo- uendo ad edificium, quam impendendo sum- ptum. Respondendum est, quod quamquam ista lex ponatur in singulari de edificatore Iericho, si tamen multi essent edificatores principales, omnes incurrerent has maledictiones, quod patet, quia quilibet isto- rum suscitabat urbem Iericho, & edificabat eam, sed edificatori ponitur poena mortis filiorum: ergo qui- libet istorum perderet filios. accidit tamen quod vni- cus esset edificator, scilicet, Ahiel, ideo ipsius solius mortui sunt filij. Item in edificatione Iericho mo- ri debebant filij alicuius, vt patet hic. erant tamen ex casu dato plures edificatores, & non erat causa, qua- re magis morerentur filij vnus, quam aliorum. ergo vel filij omnium, vel nullius morerentur: sed non po- test stare, quod edificaretur Iericho sine morte filio- rum edificatoris: ergo morerentur filij omnium edi- ficatorum æque principalium.

An edificatores minus principales Iericho, scilicet conductij incurrerent maledictionem. Quæst. LXVII.

QVAERETVR an istam poenam incurrerent edificatores minus principales, vel adiuto- res. Respondendum est quod non, quia manifestum est, quod Ahiel de Bethel nō edificauit solus urbem Iericho, immo forte ipse ni- hil fecit, sed ministrabat impensas, & iubebat adifica- ri: tamen non refert sacra scriptura mortuos filios aliorum, sed ipsius solum. si tamen filij aliorum mor- tui fuissent, etiam sacra scriptura exprimeret: quia non magis videbatur de Ahiel, quam de alijs: non tamen fuerunt filij aliorum mortui, quia non dicun- tur illi suscitatores, vel edificatores Iericho, cum es- sent solum manuales artifices. qui autem iubet fieri aliquid, & impendit sumptus, dicitur proprie face- re illud. sic patet de Salomone, qui dicitur edificaf- se domum Domini: & non dicuntur fecisse artifices, ipse

ipse tamen cum Rex magnus foret, nihil manibus suis exequabatur, de hoc 3. Regum 6. cap.

Quæstio curiosa, scilicet, quid si edificator Iericho non haberet multos filios, an morerentur filij. Quæst. LXVIII.

SED adhuc quæret aliquis, quid si iste qui adifi- caret urbem Iericho, esset non habens liberos multos, quomodo possent compleri ista ma- ledicta in eo, scilicet, quod in primogenito suo fundamenta iaceret, & in nouissimo liberorum poneret portas eius? Respondendum est, quod ista uerba Iosue possunt intelligi dupliciter, scilicet, aut per modum imprecationis, aut per modum prænun- ciationis. Si tamen accipiantur ista uerba per modum imprecationis, & tamen quod Deus exaudiuit Iosue: Dicendum est, quod quamquam non haberet mul- tos liberos, qui edificaret Iericho, tamen compleren- tur in eo uerba Iosue, quia intentio eius erat, quod morerentur omnes filij edificantis Iericho: si ergo vnicum habebat, satis erat, quod moreretur ille vni- cus. Alio modo potest intelligi per modum prænun- ciationis prophetica, scilicet, quod Iosue locutus di- uino spiritu prædixit id, quod euenturum erat, scilicet, quod edificatoris Iericho filij morerentur, & isti essent multi in quorum primogenito iacerentur fun- damenta, & in nouissimo ponerentur portæ. & hoc dicendum est, scilicet, quod quia Deus præciebat Ahiel de Bethel edificaturum esse Iericho, & ille ha- biturus erat multos filios, prædixit, quod in primo- genito ponerentur fundamenta, & in nouissimo il- lorum portæ.

An si edificator Iericho non haberet aliquem filium, complerentur in eo maledictiones istæ. Quæst. LXIX.

SED quæret aliquis, quid si ille qui edificaret Iericho non haberet aliquem filium, quomodo complerentur in eo maledictiones istæ? Re- spondendum est vt supra, s. qd Deus mouerat Iosue ad dicendum ista uerba per modum propheti- cæ enunciationis, & quia Deus prænucciabat illa de Ahiel, qui habiturus erat multos filios, & sic certissi- me futurum erat, quod Ahiel edificaturus esset Ieri- co, non oportebat poni, nec concedi alium casum. Si tamen adhuc uellemus dicere ista uerba fuisse dicta solum per modum imprecationis, esset responden- dum, qd quamquam non morerentur filij edificato- ris, quia nullos haberet, tamen moreretur ipse, vel da- retur alia poena correspondens. Primum tamen ma- gis tenendum est, & sic innuitur 3. Regum 16. l. in pri- mitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo liberorum posuit portas eius iuxta uerbum Domini per manum Iosue: & sic ponitur, hæc uerba Iosue fuisse uerba Do- mini: ergo fuerunt uerba propheticæ dicta, & sic erat certum quis edificaturus esset, s. Ahiel, & ob hoc di- ctum est de primogenito, & nouissimo liberorum, quia iste multos filios habiturus esset, & omnes mori debebant in edificatione urbis. Fuit ergo Dominus cum Iosue. Id est, Deus prosperauit omnes actus Iosue, hoc refertur quantum ad ea, quæ facta sunt in vrbe Ieri- cho, quia cum ipso regere facta fuerit murorum sub- uersio, & deletio urbis, in quo prosperabatur populus Iudæorum, dicebatur hoc totum fieri ipsi Iosue: ergo cum illo erat Deus, q. d. quia ista non potuissent fieri pro Hebræis, nisi Deus esset illis propitijs, quia omnia hæc Deo agente proueniunt: Et iste est modus com- munit loquendi in sacra scriptura, quod quando ali-

qua negotia in manu uiri alicuius prosperantur, dicitur Deus esse cum illo: sic patet de Ioseph manente in domo Putipharis magistri militum Pharaonis, de quo dicitur, quod cognoscebat Aegyptius esse Deū cum eo, quia cuncta recte agebat: sic patet Genes. 39. cap. scilicet, fuit quæ Dominus cum eo, & erat in cun- ctis prospere agens: habitauitque in domo Domini sui, qui optime nouerat Deum esse cum eo, & om- nia quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. Et no- men eius in omnem terram uulgatum est. Id est, & Domi- nus fecit, quod haberet magnam famam per terram omnem, & hoc quia omnia facta nobilia, quæ fiunt in ducatu alicuius attribuuntur ei, & Iosue regente exercitum Iudæorum Deus fecerat grandia miracu- la, scilicet in diuisione Iordanis, & in diruendo muros Ierichontinæ urbis, & post hæc alia maiora fecit, ideo uulgaretur nomen eius per omnes terras. Non tamen est intelligendum, quod uere per omnes terras uulga- retur nomen Iosue, quia ad paruum spacium terræ peruenit nomen eius. Sed dicitur, quod uulgatum fuit in omni terra, accipiendo hyperbolice, cum par- ua signantes maiora exprimimus: sic patet ex modo loquendi sacræ scripturæ frequenter, vt patet Genes. 41. cap. scilicet, Omnes prouinciæ ueniebant in Aegy- ptum, vt emerent escas, & malum inopia tempera- rent, & tamen manifestum est, quod non ueniebant omnes prouinciæ in Aegyptum, quia non erat uerifi- mile, nec Aegyptus suffecisset ad duos menses, vt daret escas toti mundo, sed dicitur omnes prouin- ciæ, id est, multæ prouinciæ, scilicet, quia prouinciæ coniunctæ Aegypto, vt terra Chanaan, & Arabes, & similes terræ ueniebant in Aegyptum.

An statio solis tempore Iosue potuit cognosci ab omnibus gen- tibus orbis: & dato quod a quibusdam cognosceretur, an sufficienter ex hoc diuulgabatur nomen Iosue, per totum orbem. Quæst. LXX.

SED obijcietur, quod fama Iosue peruenit in omnes terras, quia facta fuerunt magna in ducatu eius, scilicet, quod Sol steterit spatio vnus diei non motus, & fuerit facta maior dies quam vnquam fuerit, vt patet in fra 10. cap. Hoc au- tem apud omnes gentes cognitum erat: etiam si ca- tera facta Iosue cognita non existissent. nec est de hoc, sicut de ceteris magnifice factis, quia alia quan- tumcunque magna sunt, non cognoscuntur apud alias gentes, nisi per aliquem referantur: hoc autem nullo alio referente apud omnes patebat, cum ubi- que rerrarum Sol uideatur.

Respondendum est, quod hoc non sufficit ad ma- nifestandum nomen Iosue per uniuersam terram. Primo, quia hoc fuit in statione Solis, & quod dies fuerit maior, quam dies omnes seculi. Quantum ad hoc, quod dies ista fuerit maior, quam dies om- nes seculi, non uideretur miraculum apud quasdam gentes: nam istud uidebatur miraculum in terra il- la, ubi dies, & noctes sunt intra spatium duodecim, vel uiginti quatuor horarum: quia quod vna dies, quæ alias solebat esse horarum duodecim, vel tredecim, aut sexdecim, vel decem & septem horarum effice- retur nunc uiginti quatuor horarum, & amplius, fa- ris erat admirabile. Sunt tamen quedam partes ter- ræ, in quibus aliquando dies peruenit ad vnus men- sis quantitatem, & alia terræ, in quibus peruenit ad quantitatem duorum mensium, & trium, & qua- tuor vsque ad dimidium annum. sic enim necesse est manentibus sub polorum altero, quia totus annus sit vnus dies, & vna nox, & sex menses sint pro nocte, & sex pro die. hoc autem augmentum dierum con- tingit

Et etiam 6.

Determi- natio au- ctoris.

tingit ad duo latera mundi, scilicet, declinantibus ab æquinoctiali linea versus polum antarcticum, ultra tropicum Capricorni, & declinantibus versus arcticum, vel septentrionalem ultra tropicum Cancræ, sicut manifeste declaratur per motum sphaeræ materialis, assignatis diuersis positionibus Orizontis, secundum varias mundi partes. Quod ergo in aliqua terra, in qua durat dies per vnum mensem, & amplius, adderetur spatium duodecim horarum, non erat ali-quod valde mirabile: quoniam nemo ad aliquid tale respiceret. nam in vno mense triginta dierum sunt horæ septingente, & viginti, multiplicando triginta per viginti quatuor, sed in septingentis, & viginti non videntur duodecim ponere aliquam notabilem quantitatem, nec respiceret ad hoc aliquis. In his ergo terris vbi est tanta magnitudo diei, non videretur miraculum vllum, quod augeretur dies decem, vel duodecim horis.

Ad quæstum superius, & quod Hierusalem est in medio inter Indiam Orientalem, & vltimam Hispaniam, scilicet, Galliam, seu Compostellam: & ita intelligitur prius quod Christus est operatus salutem in medio terræ.
Quæst. LXXI.

SED tunc diceretur, quod quamquam non appareret miraculum in magnitudine diei insolita, appareret tamen in statione Solis, quia usquam Sol stare visus est, vel fuerat, quod autem tunc staret erat manifestum miraculum.

Respondendum est, quod ex hac parte videtur esse minus miraculum. Nam gentes illæ apud quas tunc nox erat, non perciperent stationem Solis, & consequenter non iudicarent esse miraculum: & tamen necesse erat, quod tunc in medietate mundi esset nox, aut magis quam medietate. nam quantum Sol accedit ad quasdam terras secundum longitudinem, quæ est ab Oriente in Occidentem, tantum distat ab alijs, & quando quibusdam occidit, oritur alijs. Ideo dicendum est, quod cum staret Sol orante Iosue, erat iam nox in parte Orientali mundi, scilicet, in partibus Indiæ, & in tota latitudine frontis Orientis, quia sicut terra Chanaan in qua est Iericho, & Hierusalem est in medio mundi, scilicet terre habitabilis, computando per latitudinem, scilicet, ab Australi plaga in Aquilonarem. Ita incipiendo in puncto Orientali ab habitatione gentium vsque in punctum Occidentalem ipsa est per longitudinem in medio. Ideo cum ibi fuerit merities, necesse est, quod occidat in parte Orientali Indiæ, scilicet, quod sit in puncto Occidentis. sic necesse est considerata dispositione quatuor quar-tarum circuli. nam a puncto meridiani circuli versus Zenith declinando ad punctum Orientis est vna quarta circuli, & declinando in Occidentis punctum, est alia quarta circuli, sed a puncto Orientis vsque ad medium terræ per longitudinem est vna quarta circuli, quod ponitur esse tere in terra Chanaan: ergo cum Sol esset in meridiano terræ Chanaan, necesse est, quod sit in puncto Occidentali, scilicet in Occasu respectu terræ Indiæ: ita, quod tunc illis incipiat nox, sed quando Sol incepit stare orante Iosue, erat plus quam merities in terra Chanaan, & iam multum declinabat Sol ad Occasum. ergo necesse erat, quod incepisset nox eis, qui manebant in puncto Orientis in terra Indiana, quod patet, quia si tunc esset merities solum, aut ante meridiem non orasset Iosue, vt staret Sol, quia in parte residua diei poterat implere, quod volebat, vel dato, quod in spatio residuo non sufficeret implere, non haberet causam orandi quousque esset inclinata dies, & interciderentur ea, quæ Iosue incepit

set, nisi staret Sol. Ecce igitur, quod apud valde multas gentes esset tunc nox, & non videretur miraculum factum in statione Solis.

An miraculum prædictum etiam apud gentes illas, quæ tunc noctem haberent, cognosceretur. Ex qua disputatione, & ex ijs quæ habentur infra 10. & 4. Regum 20. & Matth. 4. quæst. 49. Poteris respondere ad nodosam illam, & inextimabilem hæreticorum quæstionem, cum Catholicis, scilicet, quare eclypsis, seu vtrius tenebræ passionis Christi ab hora sexta, vsque ad nonam non fuerunt visa per totum orbem, vel si sic, cur totus mundus viso tali, ac tam stupendo miraculo in plenilunio non fuit conuersus ad Christum, & quare Historiographi nullam penitus de illo eclypsi fecerunt mentionem, licet Paulus Orsius lib. 7. cap. 3. aliter ad hoc respondeat restem nullam citando. Vel quidem rursum ex eo quod videtur, quod omnis, vniuersus in sacra scriptura non distinguunt semper pro singulis generum, sed hyperbolice, seu pro generibus singulorum, sic potest dici quod illud Matth. 27. Tenebræ factæ sunt, & cæ. Sumatur sicut hic omnis.
Quæst. LXXII.

SED adhuc respondebitur, quod etiam apud gentes illas, quæ tunc noctem haberent cognosceretur miraculum illud, quia dato, quod non cognoscerent, an Sol staret, vel moueretur, scient tamen noctem illam esse maiorem ceteris noctibus per horas decem, aut duodecim: in quo manifestum erat miraculum cognosci debere. Respondendum est, quod non potest distincte temporis quantitas cognosci per noctem, sicut per diem, quia apud dormientes non percipitur tempus, & consequenter nec quantitas temporis, & quamquam esset maior nox non multum distinguerent. Sed adhuc dato, quod cognosceretur quantitas temporis, & maiortas noctis illius super alias noctes, non poterat hoc esse in terris omnibus. Nam in terra illa vbi nox est vnius, vel duorum mensium, aut amplius, sicut necesse est esse in regionibus declinantibus nimis ad alterutrum polorum iuxta magnitudinem dierum, dato, quod nox esset maior solito horis decem, vel duodecim, non cognosceretur magnitudo insolita noctis, quia tam paruus numerus horarum inter horas tot quot sunt in duobus, aut tribus mensibus nihil est notabile. ideo non cognosceretur statio Solis, quia non videbatur, nec cognosceretur insolita magnitudo noctis, quia tam parua quantitas non esset notabilis. ideo impossibile videbatur, quod in omni terra, & gente cognosceretur fama Iosue per Solis stationem. Item dato quod omnes gentes viderent Solem stantem, non cognoscerent omnes gentes miraculum esse. nam quædam gentes ita barbaræ, & carentes vsu rationis sunt, vt vix a belluis differre videantur, sicut sunt versus extremitates mundi, s. in parte Septentrionali apud Oceanum, quia bestiales Aristot. vocat 7. Ethicorum. & in parte Australi in desertis Aethiopicis varia monstra hominum, magis quam homines sunt, de quibus Isidorus 11. Etymolog. & Solinus in Polistor. cap. de Aethiopia. apud hos ergo miraculum nullum sentiretur, nec iudicarent, an Deus, vel Natura hoc ageret, sicut nec belluæ iudicant. Item dato, quod ista statio Solis esset cognita in toto orbe, & a gentibus illis, quæ aliquid discretionis habent, atque homines vocantur: cognosceretur esse miraculum, sed non cognosceretur propter quid Deus fecisset, an propter Chaldaeos, vel Arabes, aut Indianos, vel Hebræos; cum plurimæ gentes erant, quæ non nouerant, an Hebræi aliqui essent: ad hoc quod cognoscerent omnes gentes fuisse istam Solis stationem factam propter Iosue, oportebat vt discurrerent aliqui nunquam per omnes terras, qui enarrarent, quomodo, quousque

te bellum Iosue cum Chanaanis steterit Sol orante ipso ad Deum, vt staret.

Sed hoc credit ad id, quod circa alia contingit, scilicet quod fama hominis esse non possit per multas regiones, quia non est aliquis, qui nomen & facta eius multis gentibus enarret. nam quædam gentes sunt ad quas difficultate itinerum peruenire non possumus: ideo nec famam alicuius nostrum erit possibile aduenire. Aliæ autem sunt ad quas & si peruenio facilis, commercium tamen rarum est, ex quo fit, vt etiam apud eas subriceatur facta nostra. sic ait Boetius de consolatione libro secundo Prosa. 7.

Adde, quod hoc ipsum breuis habitaculi septem plures incolunt nationes lingua, moribus, totius vitæ ratione distantes, ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diuersitate, tum commercij insolentia, non modo fama hominum singulorum, sed ne vrbium quidem peruenire queat.

Ideo dicendum est, quod fama Iosue de facto isto non fuit per omnem terram vulgata, sed per aliquas terras in circuitu Chanaan. Hoc enim est, vt nullius vnquam fama in toto mundo fuerit potissime dum ipse vixerit, nam neque de magnis vrbibus, quæ maiorem permanentiam habent, ubique fama est. Sicut patet de vrbe Roma, quæ erat sollemnissima in toto orbe, eiusque valde ampla facta. Tempore tamen Tullij cum iam a condita vrbe transissent plures quæ septingenti anni, non erat cognitum nomen eius ultra Caucasum montem, scilicet quod non peruenerat in Indiam, sicut Boetius de consolatione libro secundo Prosa septima, scilicet ætate denique Marci Tullij, sicut ipse quodam loco significat, nondum montem Caucasum Romanæ reipublice fama transcenderat, & erat tunc adulta, Parthis cæterisque id locorum gentibus habitantibus formidolosa: non ergo diuulgatum est nomen Iosue per omnem terram per aliqua magnifica gesta eius.

Nec etiam propter stationem Solis. nam maius miraculum fuit, quod retrograderetur Sol in horologio Acham lineis decem, & tamen factum est tempore Ezechie propter ipsum, vt patet quarto Regum vigesimo, & Isaiæ trigesimo octauo, tamen non ex hoc fuit nomen vulgatum Ezechie. nam licet viderent hoc gentes, nesciebant propter quid hoc factum foret. Caldei autem, qui nimis vigeabant in Astronomia, miserunt in Ierusalem, vt inquirerent quid hoc fuisset, & discerent a Rege Ezechia, vt patet quarto Regum vigesimo, si tamen cognouissent, cum factum est, non inquisissent. Nec igitur cognoscerent de Iosue, cum fuit statio solis, an propter eum accidisset: cum nec cognitum esset Iosue esse in rerum natura: sed vulgatum est nomen eius per aliquas terras vicinas, sicut dicitur, quod in Aegyptum ueniebant omnes prouincias, ut emerent elcas, ut patet Genes. quadragesimo primo cap. sed non ueniebant omnes.

Moralizatio quadam eorum quæ hic declarantur.
Quæstio. LXXIII.

CIRCA prædicta de vallatione Ierichontinæ vrbis potest breuis assignari tropologia, quamquam intentionis nostræ non sit his intendere.

Vrbs enim Iericho signat ciuitatem Diaboli, de qua ait Augustinus. 14. de ciuitate Dei. Sicut ciuitatem Dei fecit amor Dei perueniens vsque ad suipsius contemptum, ita ciuitatem Diaboli fecit amor

Alph. Toft. super Iosue.

suipsius perueniens vsque ad Dei contemptum. De hac vrbe dicitur quod erat clausa atque munita in principio cap. in quo multiplex signatur murus: carnalis concupiscentiæ, temporalis affluentia, mundialis excellentia: intra quos omnes ciues diaboli clausi erant, vel tenentur: quia quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, vt patet primo Ioannis capitulo secundo. Iste murus subuertitur a sedibus clangentibus sacerdotibus septem buccinis iubilorum, & populo clamante, id est ad sacerdotum deprecationem vel prædicationem, qui debent prædicantes quasi in tuba clamare iuxta illud Isaiæ quinquagesimo octauo. Clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo scelerum eorum, & domui Israel peccata eorum. In septem buccinis sacerdotes clangunt, quia septenarius perfectionem notat: quia prædicatores totum nouum & vetus testamentum atque exempla sanctorum in conuersione peccatoris debent aduertere: sicut etiam buccinæ istæ iubilorum, vt dicitur in litera, quia Iubileus annus remissionis est in quo liberatur homo a totali seruitute & debitis, vt patet Leuitici vigesimo quinto, quoniam prædicatores annunciare debent nobis quietem vitæ æternæ: vbi donata illa æterna felicitate liberabuntur ab omni seruitute peccati, & carnis, atque miseræ, omnibus prioribus debitis dissolutis.

Hic modus præcipuus est quo prædicator euangelicus ciuitatem diaboli dissipare valet. Ideo Christus qui ad prædicandum venerat, dixit se venisse ad prædicandum istum iubileum vel remissionem qui est annus placabilis: & cum primo locutus fuit in aribus populi, ista verba proposuit. sic patet Lucae quarto capitulo. & intrauit in Synagogam secundum consuetudinem diei sabbati, & surrexit legeret atque traditus est illi liber Isaiæ: & vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptum erat. Spiritus Domini super me, eo quod unxit me, & euangelizare pauperibus iussit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, & dimittere contractos in remissionem: prædicare annum acceptabilem Domini, & diem retributionis. sed acceptabilis annus est iubileus, quod magis declarauit dicens: diem retributionis.

Ad diruptionem murorum Hierico non sufficit clangor sacerdotum, sed exigitur clamor populi, quia ad reparationem lapsi non sufficit prædicator, nisi ipse populus corde contritus ad Deum orationum preces fundat.

Ciuitatem Ierico septies circumdamus, quia vt de ciuitate diaboli excamus muros eius diruentes, propriam conscientiam circuire oportet eam excutendo, & diligenter inuestigando si quid fordis in ea pateat abstergendum.

Septem diebus circuitus iste fit, per quod tota vita signatur, quæ septem dierum circulo conficitur: quia dum homo uiuit semper quid discutiatur, & abstergar habet: quod signabatur in omnibus purificationibus legalibus, in quibus semper manebat immunditia vsque ad vespertinum: vt patet Leuitici vndecimo, quia vsque ad finem mundi qui solis occasu signatur, semper in aliquibus saltem paruis immunditijs manemus.

Fit quoque septies in die septimo iste circuitus, quia qui ciuitatem diaboli subuertit, a septem capitalibus vitijs se diligenter excutit, vel ab vniuersitate vitiorum, quæ per septenarium numerum designatur.

Q. Hac

Hæc autem vrbs sub anathemate ponitur, ne quid de ea educamus, quia de vitijs ad dominum conuersi nihil antiqua conuersationis nobiscum gestare debemus, quod in vrbe demonis habuimus, sed totam vr- hem ignis vertit, quia omnia vitia que in nobis fuerunt, exrente charitate consumenda sunt.

Aurum tamen vrbs Iericho, argentum, & vasa ænea, ac ferrum domino consecrantur, quia quicquid Philosophicæ sapientiæ quæ aurum est, & eloquentiæ quæ argentum lucens est, & æs, idest naturalis industria: ferrum, idest corporalis atque temporalis potentia domino applicantur, quia sicut nobis in ciuitate demonis conuersantibus fuerunt instrumenta vitiorum, ita ad ciuitatem Dei conuersis sint instrumenta bonorum. ista enim ad Deum applicata nimis valent.

In hac autem vrbe Raab, & qui cum ea sunt, saluantur propter opus pietatis, & misericordiam: quoniam misericorditer operantes misericordiam consequentur, iuxta illud Mattheo quinto. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. nec solum Raab, sed etiam qui cum ea sunt saluantur, quia omnes virtutes, quæ cum misericordia coniunctæ sunt (cum omnes virtutes connexæ sint, iuxta Aristoteli 6. Ethicor.) nos a peccato, & morte æterna per Christum liberant, & defendunt.

In hoc magis applicando particulas singulas interdum ad allegorias, atque anagogias, atque tropologias dilataremur, nisi intenderemus alias huic vacare, si Deo dante historicum sensum totius sacræ Bibliæ expederimus, tunc ab exordio moralitatibus super totam sacram Scripturam singillatim per capitula procedere, sicut in historico sensu fecerimus.

C A P. VII.

ILI autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi filij Zabdi filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratusque est dominus contra filios Israel.

Filij autem. Fuerat in superioribus descripta delictio vrbs Iericho. Hic subiungitur casus incidentalis de morte, & furto Achan, & diuiditur in tres partes.

Primo, ponitur peccati perpetratio. Secundo, perpetrati cognitio. Tertio cogniti punitio. Secunda ibi. Cumque mitteret. Tertia ibi. Misit ergo Iosue.

Quare hic describitur casus de morte Achan. Et quare peccante solo Achan, dicitur quod filij Israel peccauerunt. Quæst. I.

CIRCA primum considerandum est, quod hic describitur casus de morte Achan, qui quamquam non pertineat ad principalem historiam gestorum Iudæicorum, tamen describitur, quia supra dictum fuerat de anathemate posito in vrbe Iericho: Achan autem violauerat illud, ideo ponitur modus punitiois eius.

Item ponitur hoc principaliter, vt continetur historia intenta de actibus Iudæicis sub Iosue de acquisitione terræ Chanaan, & quia Iudæi pugnaverunt con-

tra ciuitatem Hay, & versi sunt in fugam, atque corruerunt vulnerati triginta sex, vt patet inf. ponitur hic causa huius, & quia istud euenerat, quia rapuit Achan de anathemate, debet describi quomodo rapuerit, & punitus fuerit.

Item fuit descriptum istud factum, quia tota sacra Scriptura est utilis ad erudiendum iuxta Apostolum, & quia nos dupliciter erudimur, scilicet, amore, & timore. amor autem qui perfectorum est, magis pertinet ad statum noui testamenti. timor autem conuenit statui veteris legis, & quia timor per punitioem conicitur, intendit describere sacra Scriptura veteris testamenti punitioes factas, vt sic cæteros a malis arceat. sed iste punitioes Achan peccantis graues fuerunt, quia ipse cum tota domo sua perijt. ergo conueniens fuit hunc casum describi.

Circa primum ergo. Filij autem Israel præuaricati sunt. Iussum fuerat, ne quis contingeret quippiam de anathemate Iericho, & quia vnus contigebat dicebatur facta præuaricatio, & dicitur, quod filij Israel præuaricati sunt, ac si tota multitudo filiorum Israel peccasset, vel maior pars eorum, aut saltem multi. vnus tamen fuit solum qui peccauit, scilicet Achan: dicitur tamen de filijs Israel, quod peccauerunt, sicut interdum peccate aliquo de communitate dicitur, quod tota communitas illa peccauit. Et etiam sacra Scriptura interdum sequitur istum modum loquendi. sic patet Matth. 26. vbi dicitur de vngueto super capite Redemptoris effuso. videntes autem discipuli indignati sunt, vnus tamen fuit cui hoc indignum visum est, & moleste tulit, scilicet Iudas Scariothis: vt habetur Ioann. duodecimo cap. quod autem iste solus peccauerit patet per ea quæ sequuntur in litera, quoniam applicatis ad dominum omnibus tribubus, & familijs, atque domibus, solus Achan deprehensus est, ipseque solus cum his quæ ad eum pertinebant deletus est.

Præuaricati sunt mandatum. Idest peruerterunt, vel non tenuerunt. dicitur in Hebræo præuaricari fallere, vel cum aliquis ponit foedus cum alio de seruando aliquid tale, & postea non obseruat, dicitur præuaricari, & est proprie fallere. Sic dicitur quarto Regum, 1. cap. præuaricatus est Moab in Israel. Fuit autem ista præuaricatio falsatio, vel violatio initi foederis. de quo quarto Regum, 3. cap. scilicet. Porro Mesa Rex Moab mittebat pecora multa, & soluebat Regi Israel centum millia arietum, & centum millia agnorum cum velleribus suis Regi Israel. Cumque mortuus esset Achab præuaricatus est foedus, quod habebat cum Rege Israel. sic accipitur hic præuaricari, quia positum fuerat anathema super vrbe Iericho, ne quis tangeret de his quæ in ea erant, vt patet præcedenti capitu. & hoc omnes confirmauerunt. postea tamen infregerunt, quod erat fallere, vel præuaricari. litera nostra expressit magis, scilicet, quod præuaricati sunt mandatum, idest transgressi sunt, vel peruerterunt.

Et vsurpauerunt de anathemate. Vsurpare est accipere, quod ad ius nostrum non pertinet. sic dicitur aliquis vsurpare res alterius, vel iurisdictionem, quia vitur illis tanquam suis cum ad eum nihil pertineat, & ponitur hic proprie vsurpare, quia id, quod erat in vrbe Iericho, eo quod erat anathemati subiectum, erat abdicatum ab vsu omnium de populo, & applicatum ad honorem Dei, pars vt incendio conflagraret, & pars, vt in thesauris domini reponeretur. Accipientes ergo hi, quod ad Deum pertinebat, vsurpabant, & hic ponitur etiam in plurali vsurpauerunt, quamquam vnus esset solus, vt Deus infra declarauit, scilicet, non poterit stare Israel ante hostes suos, eosque fugiet, donec deleatur ex vobis qui hoc scelere contaminatus

Præuaricari quid sit.

Vsurpare quid signet.

taminatus est. Et tamen ibi iterum expressit in plurali dicens. Peccauit Israel & præuaricatus est pactum: tuleruntque de anathemate, & mentiti sunt, & absconderunt inter vasa sua, absconderat tamen solus Achan.

En Achan præuaricatus est pactum, quia tulit de auro & argento, quod erat consecratum domino, vt dicit Nicolaus. Quæst. II.

NICOLAUS dicit, quod Achan præuaricatus est pactum, quia tulit de auro & argento, quod erat consecratum domino. & quidem verum est: sed non fuit ob hoc præuaricatus, quod tulit de consecratis domino. nam dato quod tulisset pallium coccineum, quod tulit cum argento & auro, quod non erat de applicandis domino, peccauisset reus anathematis violati. dictum enim fuerat, quod ciuitas & omnia, quæ in ea erant subdita forent anathemati, nullusque ea contingeret. si ergo Achan vellet vsurpare bouem, aut asinum, vel vestem aliquam, quæ non erat de reseruandis in thesauris domini, peccaret, & accidisset Israelitis, quod accidit, quia æque diceretur pollutus de anathemate, sicut nunc ablato argento & auro. Anathema est nomen grecum, & habet similitudinem, cum nomine Hebræo, quod hic ponitur, scilicet Herem, quod notat consecrationem, vel delectionem, & abdicacionem. Et aliquando litera nostra transfert istud nomen in Hebræo corruptè vocans Horma, vt patet Numeri 14. in fine. & magis. 21. vbi dicitur. Et vocauit nomen loci illius Horma. & immediate declarauit adiungens, idest anathema, & ponitur ibi Herem, sicut hic. Applicatur autem anathema aliquo modo ad hæc. nam dicimus aliquem anathematizari, idest excommunicari separando eum totaliter a communicatione fidelium, & tunc est anathema abdicatio. Etiam signat ibi anathema destructionem, quia non vocatur in vsu nostro quelibet excommunicatio anathema: sed vltima excommunicatio cum solennitate, in qua excommunicati maledicuntur, sicut Dathan, & Abiron, & Sodoma & Gomorra, & cum alijs cæremonijs secundum diuersas formulas prouinciarum: quoniam quælibet in suo sensu abundat. & tunc qui excommunicatur deletur, quia impetratur ecclesia super eum delectionem. Pro consecratione etiam accipitur: non pro consecratione, quæ est applicatio ad Deum separando aliquas res ab vsibus humanis & donando Deo. hoc solum est in translatione rerum prophanarum ad Deum, & tunc abdicatio & consecratio materialiter idem sunt, cum in eadem re fiant, & per eundem actum donationis.

Anathema tria signat de quo supra 6. cap. q. 13.

Vnde dicitur anathema.

Dicitur autem anathema ab ana, quod est sursum, & thesis quod est positio, quasi de supra positio. s. q. maledictionem vel destructionem desuper. i. a Deo super aliquam rem imprecatur, vel supernorum positio, quia ea quæ superna sunt. i. ad Deum pertinentia reponimus abdicantes ab vsibus prophanis, & applicantes Deo. Nam Achan filius Charmi.

Achan dici debet, & non Achor. Et an in isto nomine Achor, cum deberet vocari Achan errauerit Hieron. vel librarij, & quæ fuit occasio erroris. Quæst. III.

LITERA nostra, vt in plurimum est corrupta in hoc nomine dicens Achor, sed falsè scriptum est. Debet enim dici Achan, sicut patet ex litera hebraica.

Alph. Tost. super Iosue.

Et dicit aliquis: quod forte hoc non est, quia scriptores errant: sed quia Hieronymus videns a principio quid haberetur in Hebræo, noluit trāsferre Achā, sed Achor: quia nomina Hebræa vix vnquam in latino translata retinent eandem formam, quam in Hebræo: sicut patet de hoc nomine Galgala supra in q. 66. quinto, nam in Hebræo habetur Guilgala: tamē hoc quia non multum conuenit sonoritari latinæ translationem est Galgala.

Sed dicendum est non ex hoc prouenisse, sed magis ex errore: quod non imputandum censeo Hieronymo, sed posterioribus librarijs, qui circa scripturam nominum Hebraicorum non nimis curant: quamquam ipse attentius hoc in Prologo super librum istum commendauerit dicens. Monemusque lectorem vt siluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas diligens scriptor obseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat.

Quod autem sic factum sit patet, quia non scribitur istud nomen eodem modo in omnibus Biblijs. sed quædam quæ correctiores videntur Achan habent: aliæ autem Achor: sed communius habetur Achor.

Causa huius erroris in posterioribus fuit id quod habetur in fine capituli huius, scilicet, & vocatum est nomē illius locis Vallis Achor: & sic habetur Achor in Hebræo. extimāt autem ab illo viro fuisse vallem nominatam Achor, quia ibi lapidatus sit. Sed falsum est: quia non nominatur ex nomine viri, sed ex verbis quæ dixit Iosue, scilicet quia exturbasti nos exturbet te Deus in die isto: & ab illa exturbatione vocatum est nomen vallis Achor. nam in Hebræo exturbatio vocatur Achor: & quia nō possumus nos asperere exprimere sicut ipsi exprimunt vocamus Achor: & sic est in multis nominibus, s. in Rege Achab: qui in Hebræo vocatur Ahab: & sic quoque multæ Bibliæ nostræ habent.

Et potissime hoc venit ex translatione Græca. nam vbi Latini ponunt h, ponunt Græci quandam literam vocatam chi, quæ dure sonat sicut apud nos c. & h, simul. ideo vbi in Hebræo habetur Haram pro Mesopotamia in translatione nostra de Hebræo in Latinum interdum ponitur Mesopotamia per nomen Græcum: & interdum Haram per nomen Hebraicum, vt patet Genesis vndecimo capitulo, & tamē in actibus Apostolorum qui de Græco translari fuerunt, & non erant in Hebræo, translulit Hieronymus Charran pro Haram: quia pro h, posuit chi, literam Græcam quæ sonat vt ch, apud Latinos. de hoc patet Actuum septimo, in narratione Beati Stephani dicentis habitasse Abraham in Charran. in Hebræo ergo accipitur Ahor, idest turbatio: sicut cum nos turbamus aquam limpida pedem: & nos vocamus Achor ex consuetudine lingue: & hoc quia ibi dixerat Iosue. quia turbasti nos exturbet te Deus: & magis patet hoc ex litera Hebraica: quia ibi istud verbum turbare deriuatur de Achor, sive Achor: cum dicitur Achor abartemi. Sive iuxta linguam nostram Achartemi. Idest quia turbasti nos. Sed Achartemi denuatur de Achor apud Hebræos. est igitur corrupta litera non vitio beati Hieronymi, sed librariorum.

Filij Charmi filij Zabdi filij Zare. Ista sunt generationes Achan, & reducitur vique ad proauum, scilicet Zare vel Zaran. iste autem fuit filius Iudæ, quem suscepit de Thamar simul cum Phares, vt patet Genesis trigesimo octauo.

Quæst. Quare

Quare ponitur hic Zare: & an positio coccinei fili in digito Zare significauerit, quod aliquis de stirpe sua furaturus erat coccineum pallium, ut ait Rabbi Salom. Quest. IIII.

EX hoc patet, quot generationes trāserint per istam lineam ab ingressu in Aegyptum vsq; ad introitum in terram Chanaan transito Iordane, scilicet quatuor, nam Zare, & Phares introierunt paruuili cum patre suo Iuda in Aegyptū, ut patet Gen. 46. paulo enim tempore ante hoc nati fuerant, ut patet ex declaratis Gene. 38. cap. Dicit Rab. Salom. quod ponit hic Zare, quia iste fuit qui de vtero Thamar prior egrediebatur, & in cuius digito obstetrix ligauit coccineum dicens. Iste egredietur prior, ut patet Gene. 38. sed postea obstetrix videns, quod alius rupisset pelliculam, & egressus fuisset prior, ait. quare propter te diuisa est maceria: & vocauit nomen eius Phares, alius autem vocatus est Zaran, idest oriens, vel lucēs, quia in digito suo erat coccineum, vel quia prior oriebatur.

Dicit prædictus Rab. Salom. quod positio coccinei in digito Zare signauit, quod aliquis de stirpe sua furaturus erat pannum coccinei in anathemate Iericho. Sed hoc ridiculum est cum constet positum fuisse ob aliam causam. Dicit etiam, quod narratur hic generatio vsque ad Zare, quia agebatur hic de furto Achan in auro, & argento atque coccineo pallio, & Zare prætulit nascens in manu sua coccineum. Sed etiam hoc nihil est. magis autē fit narratio vsque ad Zare ad notificandum de qua tribu erat, & quot generationibus distabat a capite tribus. Si autem diceretur Achan filius Charmi filij Zabdi, & non adderetur aliquid, non cognosceretur adhuc tribus eius. cum autem dictum est, filij Zare, cognitum erat esse de tribu Iuda, quia cōstabat esse Zare filium Iuda, ut patet Gene. 38. ca. Enā erat alia causa, quia si non enarraretur vsque ad Zare, nesciretur quot essent generationes inter Achan, & Iudam qui erat caput tribus, quia Charmi, & Zabdi nō sunt cogniti testimonio sacræ scripturæ. De Zare autē patet, quia filius esset, quia de eo, & fratre suo Phares habetur Gene. 38.

De Tribu Iuda. Idest iste Achan erat de tribu Iuda, unde nobilior tribus in furto deprehensa est.

Tulit aliquid de anathemate. Non exprimitur quid tulit Achan de anathemate, sed infra ponitur, quod tulit ducentos siclos argenti, & quinqueaginta, & regulam auream, atque coccineum pallium.

Iratusque est dominus contra filios Israel. Dicebatur iratus, non quod ira in eo vlla esse possit, sed quod disponebat Israelitas percutere pro hoc facto, qui autem pe nas infligit iratus esse videtur quamquam nō sit, quia ira ad afflictionem mali est. ipsi ergo qui puniuntur, videtur punitor iratus, & dicitur iratus dominus contra filios Israel, & non solum Achan qui peccauerat.

An fuerit iratus solum contra Achan Deus. Quest. V.

SE forte dicit aliquis, quod erat iratus solum contra Achan, sed dicitur contra filios Israel iratus, sicut dicitur in principio cap. Filij Israel preuicati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate, solum tamen Achan hæc fecerat.

Respondendum est, quod non potest stare iste modus quia non solum fuit iratus contra Achan, sed etiam contra totam multitudinem Israelitarum, & eam puniuit cum fecit terga vertere Israelē hostibus, & corruerunt vulnerati triginta sex viri, ut patet infra in litera. & magis adhuc patet ex verbis Dei ad Iosue infra, scilicet, non poterit stare Israel ante hostes, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate.

Item patet, quia cum punitus fuit Achor dicitur in litera, & auerius est furor domini ab Israel. ergo contra Israel iratus erat, quamquam solum Achan peccasset, nam nō potest accipi, quod esset auerius furor domini ab Israel, idest ab Achan, quia ipso mortuo non erat auerius furor, cum iam non esset Achan, sed superstes erat Israel a quo auerius erat furor domini propter vindictam sceleris factam in Achan, sic enim dixerat Iosue, quod si aliquis contingeret de anathemate, non solum ipse esset reus preuicationis, sed etiā omnia castra essent sub peccato, idest subdita poenæ peccati, ut patet præcedenti capiti. Erat autem rationabiliter Deus iratus Israelitis, ipsi enim fecerant pactum de non contingendo quicquam de anathemate, sed quod omnia ad honorem Dei cremarentur, postea tamen contigerunt: iuste ergo iratus est Deus.

Quare autem aliquando peccato vnus tota communitas est in pena, & quando veniat directe pena communitati peccante aliquo de communitate, declaratum fuit præcedenti cap.

In qd. 26. vsq; ad q. 37.

Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hay, quæ est iuxta Bethauem ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis.

Ascendite & explore terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hay. Et reuersi dixerunt ei. Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?

47. dist. ca. sed illi 50. dist. c. si qd. diaconat. in fi. 23. q. 4. ca.

Hic ponitur secundum principale huius capituli, scilicet, peccati perpetrati cognitio, & diuiditur in duo.

Primo ponitur peccatum in generali. Secundo denunciat in speciali. Secunda ibi. Surge sanctifica. Et quia cognitio peccati Achan fuit per reuelationem factam Iosue deprecante ipso: ideo ponitur primo circa hoc deprecationis Iosue occasio.

Secundo ipsa deprecatio. Tertio domini responsio. Secunda ibi. Iosue vero. Tertia ibi. Dixitque dominus.

Circa hoc considerandum est, quod Israelitæ nunquam cognouissent peccatum Achan, nisi Deus reuelasset Iosue precanti, qui non precabatur pro reuelatione peccati alicuius, quia nihil tale existimabat, sed precabatur, quia erat totus Israel positus in timore, miserat namque Iosue pugnatōres contra urbem Hay, qui terga vertētes percussi sunt ab Amorrhæis, & corruerunt triginta sex viri gladio. tremefactus autem Iosue, & corruens coram domino deprecatus est reuelari cur hoc esset, cui responsum est peccauisse Israel.

Qd. Iudæ cognouerunt peccatum Achan.

Cumque mitteret Iosue de Iericho viros. Israelitæ intrabant ad adipiscendum terram Chanaan post Iordanē, primus autem horum locorum erat Iericho, & hunc iam deleuerāt. quo facto misit Iosue ad propinquam ciuitatem quæ vocatur Hay, ut videret qualiter expugnanda foret, ipse autem non mouit castra de Galgalis, sed mansit expectans nuncios, sed adhuc post reditum nunciorum manserunt castra in Galgalis, etiam quando pugnavit Iosue contra quinque reges, de quibus infra 10. cap. nam dicitur, quod completa cede reuersi sunt in castra Galgalis, & hoc quia ibatur ad bellum, interdum mouebatur pars exercitus manente reliqua parte in castris in Galgalis. aliquando totus exercitus ibat ad pugnam manentibus

feminiis,

feminiis & viris, quia ad bellum apti non erant. castrametum immota erant in Galgalis. Isti viri qui mittebantur a Iosue erant exploratores, ut patet infra, cum dicitur. Qui præcepta complentes explorauerunt Hay, & reuersi sunt. & mittebat hos Iosue ad loca illa ad quæ iturus erat: quoniam ad prudentiam ducis hoc pertinebat ut sciret, an totum exercitum, vel partem duci illuc oporteret, & qua via ascendendum esset vel pugnandum. & si non mitterentur exploratores interdum bellum valde periculose & inepte fieret. quod patet, quia Iosue volebat ducere totum exercitum in urbem Hay: exploratores tñ iudicauerūt solum duo millia vel tria millia virorum debere ascendere, ut patet infra: cum dicitur. Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia pergant & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos? Contra Hay. Idest ad ciuitatem Hay, an vero intrauerint exploratores Iudæorum in urbem Hay, sicut intrauerunt in urbem Iericho non patet. magis tñ dicendum videtur, quod non intrauerint, sed accesserint iuxta urbem, & considerauerint magnitudinem urbis, & conijcerent ex hoc quot erant habitatores: etiam scirent loca expugnandi, & latibula atque insidias, quæ satis erant ad hoc, quod congrederentur Israelitæ cum Chananeis.

Item nō videtur quomodo possent introire Iudæi exploratores in urbem Hay, quia omnia loca in circuitu clausa erant timore Israelitarum, non ergo possent ingredi in urbem. Non fuit autem sic de ingressu in urbem Iericho. nam cum illuc venerunt exploratores, erant Iudæi ante Iordanem, & non timebant Ierichontini breuiter venturos eos. erat igitur patens urbs Iericho. nunc vero capta vrbe Iericho atque delata, omnes vrbes Chananeorum extimuerant. ideo diligenter clausæ erant, nec possent in eas exteri introire.

Item patet hoc ex litera, quia Iosue non misit viros istos, ut introirent in urbem Hay, ut patet in litera. sed ut respicerēt territorium eius, & dispositionem locorum, & magnitudinem vel paucitatem populi. nam nec Iudæi audent iam introire ad explorandum in ipsam urbem, nec in aliquam aliam, timentes insidias & periculum habitatorum terre, sicut accidisset in vrbe Iericho, nisi Raab abscondisset exploratores, sicut declaratum est supra 7. cap.

Quæ est iuxta Bethauem ad orientalem plagam oppidi Bethel. Hic ponitur situs terræ huius, scilicet vrbs Hay est, iuxta Bethauem, & ad orientem Bethel. scilicet quæ venientibus de Iordane qui est in fronte orientali terræ Chanaan, ut patet Num. 34. ca. est Hay prius quam Bethel: ideo dicitur esse ad orientalem plagam eius.

An Bethel & Bethauem sint idem locus vel diuersa. Questio. VI.

SE d dubitatur circa ista loca, scilicet Bethauem & Bethel. Aliqui enim dicunt esse eundem locum, qui vocetur Bethel & Bethauem. dicunt tamen esse ista nomina posita ex aliquibus accidētibus, scilicet quod Bethel nominatus fuerit locus ille, idest domus Dei, quia Iacob vadens in Mesopotamiam viderit ibi scalam pertingentem vsque ad celum & dominum innixum scalæ, ut patet Genes. 28. dixitque. nihil aliud est hic, nisi Domus Dei, & porta cœli. vocatum est, ergo tunc nomen urbis Bethel, ut ibi patet. Dicunt autem, quod vocata sit Bethauē. domus idoli, quia in Hebræo beth domus est, a uon autē idolatriam notat. hoc nomē voluit postea fuisse impositū, quia Iereboam posuit ibi postea vnum vitulum aureū, & alterū in Dan, ut patet Alph. Tost. super Iosue.

3. Reg. 12. ab idolatria ergo ibi celebrata vocatur Bethauem. Item Rab. Salo. dicit super Osee cap. 10. vbi dicitur litera. Vaccas Bethauē coluerunt: quod Bethauē sit idem quod Bethel. Sed dicendum est hoc nō stare. sunt enim duo loca Bethauē & Bethel. quod patet primo ex litera, quæ vult facere diuersitatem inter hæc, cum dicit: contra Hay quæ est iuxta Bethauē ad orientalem plagam oppidi Bethel. si autem voluisset designare esse eundem locum non dixisset habens ad orientalem plagam Bethel: sed dixisset: quæ est iuxta Bethauē ad orientalem plagam ipsius: sed subiūxit aliud nomē. ergo videtur manifeste signasse diuersitatem Bethauē & Bethel.

Item patet hoc solidius in diuisione terræ promissionis cum describitur fors Benjamin, quia ponitur ista esse diuersa loca, cum dicitur infra 18. & inde contra occidentem ad montana conscendens & perueniens in solitudinem Bethauē atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel. Ecce diuersa loca ista sunt: cum ponantur diuersa participia pro illis, scilicet, quod fors Benjamin peruenit in Bethauem: & quod pertransit inde in Bethel. si tamen esset idem locus non poneretur pertransiens & perueniens. vnde est sensus hic, quod Hay ciuitas est iuxta Bethauem, scilicet, quod habet Bethauem apud se ad latus aquilonare suū: & dicitur apud se habere, quia respectu termini orientalis & occidentalis terræ Chanaan ista duo loca æqualiter se habent, scilicet, quod non magis distat vnum quam alterum: & sic secundum longitudinem idem sunt ista loca, sed secundum latitudinem differunt: quia Hay est ad latus meridiana declinans. Bethauem autem inclinatur in partem septentrionalem: non tamen dicitur esse Hay iuxta Bethel, quia distant ista duo loca secundum longitudinem. non enim distant equaliter ambo a parte orientali nec a parte occidentali, quia Hay est ad orientalem oppidi Bethel.

Responsio ad argumenta præcedentia tam secundum sententiam Nicolai quam Anstolis. Sed primo hic ad primam arguitur particulam questio. Quest. VII.

AD argumēta facta responderetur. Ad primū: quod dicebatur quod iste sit idem locus, & vocatus fuerit Bethel, quia vidit ibi Iacob scalam: & Bethauē, quia posuit ibi vnum de vitulis aureis. Rñdet Nicolaus non stare. Primum cum dicitur: quod ibi viderit Iacob scalā. dicit enim quod non vidit ibi, sed in Ierusalem, ut tenet cōter oēs doctores. tamen Ierusalē & Bethel, de qua hic dicitur, sunt loca distincta: sicut patet in diuisione terræ infra. Itē dicit quod nō sit eadē, quia Iereboam posuit vni vitulū aureum in Dan: & alium in Bethel ne iret populus ad adorandum in Ierusalem: ergo loca distincta erāt. Sed dicendum est istam solutionē Nicolai non stare, nam verum est quod Bethel & Ierusalem sunt distincta loca, ut ipse probat: & magis adhuc probari posset ex alijs causis quæ causa breuitatis relinquuntur, tamen apparitio non fuit facta Iacob in Ierusalem, sed in Bethel, ut declaratum fuit Gen. 12. & 28. & patet satis ex situ terræ: quia cū iret Iacob de loco habitationis patris sui Isaac, scilicet de Bersabe in Mesopotamiam redibat versus partem orientalem. quod patet, quia vadens & rediens transiuit Iordanem. ut patet Gen. 32. cū dicitur. In baculo meo transiui Iordanē istum: & nunc redeo comitatus duabus turmis. Iordanis tñ est ad orientalem partem terræ Chanaan, ut patet Num. 34. si tamē deberet ire Iacob de Bersabe per Ierusalē oportebat ut regrederetur versus partem occidentalem, cum Ierusalem non sit ad partem orientalem terræ promissionis sicut Bethel, de qua hic dicitur.

Q 3 Item

Item patet, quia Bethel in qua apparuit Deus in sca-
la Iacob vocatur Luza, & tamen ista Bethel quae hic
ponitur vocatur Luza, & non Ierusalem. quod patet,
quia ista Bethel de qua hic dicitur, iuxta Bethauem est,
cum dicatur hic, quod est Hay apud Bethauem, & est
ad Orientalem plagam Bethel: ergo coniuncta sunt
alioquin non diceretur ad Orientalem plagam eius, ta-
men Bethel quae est apud Bethauem vocatur Luza, vt
patet infra 18. cum dicitur. Perges iuxta latus Iericho
Septentrionalis plagae, & inde contra Occidentem ad
montana conscendens, & perueniens in solitudinem
Bethauem, atque pertransiens iuxta Luzam ad Meri-
diem ipsa est Bethel. ergo ista Bethel quae est iuxta Be-
thauem vocatur Luza. sed in Bethel quae vocatur Lu-
za vidit Iacob scalam, & dixit eam domum Dei. ergo
vidit in hac Bethel de qua hic. & non in Bethel quae est
Ierusalem: immo nunquam vocatur Ierusalem Bethel
in sacra Scriptura. Sed aliqui non attendentes in his ad
locorum situs, nec ad nomina eorum in sacra Scriptu-
ra, adherentes quibusdam leuibus fundamentis Ieru-
salem Bethel vocant.

No. contra
multos
ignorantes,
q̄ Ierusalē
nunquam
vocat Be-
the.

Determi-
natio au-
ctoris.

Dicendum est ergo concedendo, sicut arguebatur
f. q̄ vocatur locus iste Bethel, quia ibi Iacob vidit do-
minum innixum scalam, & tamen non est concedenda
altera pars, s. q̄ iste idem locus vocetur Bethauem.

Responsio ad alteram particulam superioris quaesiti ex opinio-
ne Nicolai, & solutione auctoris. Quaes. VIII.

AD aliam particulam cum dicebatur, q̄ iste
locus sit etiam vocatus Bethauem, quia ibi
idola culta fuerunt quae posuit Ieroboam;
Dicit Nicolaus non stare, quia hoc nimis
extraneum est. nam Iosue scripsit librum istum, & ta-
mē a tempore Iosue vsque ad tempus Ieroboam Re-
gis Israel, qui posuit vitulum in Bethel fluxerunt an-
ni quingenti, vel quasi, quod patet, quia anno quadrin-
gesimo octuagesimo ab exitu de Aegypto funda-
uit Salomon domum domini, anno quarto regni sui.
vt patet 3. Reg. 6. c. ipse autem regnavit 40. annis. vt pa-
tet 3. Regum 11. ca. & post Salomonem facta diuisione
regni incepit regnare super decem tribus Ieroboam
qui fecit vitulos aureos, & posuit vnum in Dan, & al-
terum in Bethel. vt patet 3. Regum 12. & sic sunt anni
quingenti, & viginti ab exitu de Aegypto vsque ad fi-
nem regni Salomonis. a quibus si subtrahantur qua-
draginta, qui fluxerunt ab exitu de Aegypto vsque ad
transitum Iordanis, & deletionem vrbs Hay, mane-
bunt quadringenti, & octoginta vsque ad fabricatio-
nem vitulorum aureorum, & positionem in Dan, &
Bethel. non ergo poterat esse, quod Iosue vocaret istā
vrbem Bethauem ab eo, quod accidere debebat po-
stea, quasi per annos quingentos.

Dicendum est, quod ista positio peccat, quia presu-
ponit, quod Iosue istum librum scripserit. nam proba-
rum fuit in Prologo primo auctoris, quod non scri-
pserit Iosue, & satis patet, quia in eo continentur ali-
qua quae fuerunt post mortem Iosue, vt de funere suo,
de quo Iosue 24. capitu. Etiam in alijs locis libri huius
narrantur alia quae referuntur ad tempora, quae fuerunt
magno tempore post Iosue, sicut cum aliquando dicitur
vsque ad praesentem diem, in quibus si diligenter
aduertantur tempora illa sunt posteriora temporibus
Iosue. Aliquis ergo alius scripsit. Non obstante tamen
quod responsio ista peccet, tenendum est id, quod in-
tendit concludere, scilicet, quod non sit Bethel idem
locus, quod Bethauem.

Adhuc tamen tenendo positionem Nicolai respō-
dendum est, quod cum arguitur, quod poterat esse,
quod Iosue scribens haec nominasset locum istum Be-

thauem per anticipationem, sciens id quod futurum
erat in eo.

Dicit Nicolaus, quod ista est valde magna anticipa-
tio, ideo non est tenenda.

Sed dicendum est, q̄ adhuc tenēdo positionem Ni-
colai aliter respondendū erat, s. quod non poterat hoc
positum fuisse per anticipationem. nam solum non re-
quirebatur, q̄ Iosue spiritu prophético cognosceret
quid futurū esset in loco, sed q̄ tota gēs sciret ad hoc
q̄ vocaret locum illum Bethauem. alioquin populus
nesciens quid futurum erat, non mutaret nomen loci
imponens de futuro euentu quod nesciebat. sed Israe-
litē non cognoscebant quomodo ibi futurus esset vi-
tulus aureus adorandus. ergo non vocaret nomen lo-
ci Bethauem. non potest igitur vlatenus stare hoc di-
ctum per anticipationem. magnitudo autem, vel pau-
citas temporis ad hoc nihil differt si populus cogno-
scere posset euentum rei ad imponendum nomen.

Ad hoc ergo aliter dicendum est, s. q̄ quamquam
iste locus vocatus fuerit Bethel, q̄ ibi vidit Iacob do-
minum innixum scalam, tamen non vocabatur Betha-
uē, quia duo loca sunt distincta Bethel, & Bethauē.
vt patet infra 18. & supra declaratum est. Et quando di-
citur, q̄ Iosue vocauit Bethauem locum istū propter
euentum posteriorem in loco illo.

Vera solu-
tio aucto-
ris.

Respondendum est procedere dictam positionem
super falsum, s. q̄ sit idem locus. nam si idem concede-
reinus esse Bethel, & Bethauem, inquirendum esset,
quomodo vocaretur vtroque nomine, & tamen co-
gnitum est non esse eundem locum, non oportet ergo
inquiri de nominatione.

Obiectio quorundam contra Nicolauum. Et defensio eiusdem cir-
ca superioris quaesitum. simulque a quo fuerit hic liber
scriptus asseritur, & liber Iudicum atque
Ruth. Quaes. IX.

SED adhuc contra Nicolai positionem aliquis
arguere potest, quod vocaretur locus idem Be-
thel, & Bethauem, & q̄ non sit aliqua anticipa-
tio magni, aut parui temporis, sed narratur res
praeterita, quia liber iste non fuit scriptus a Iosue, vt de-
claratum fuit supra in Prologo. Aliqui autem dicunt
eum, & librum Iudic. scriptum ab Isaia. sed tunc stat,
quod dicit, q̄ Isaia fuit post tēpus Ieroboam Regis ma-
gno tempore, s. tempore Ezechie Regis. vt patet c. 1.
Isa. ideo potuit vocare locum istum Bethauem a vitu-
lo aureo ibi posito, quamquam tempore Iosue non
vocaretur Bethauem, sed Bethel. Respondendum est,
q̄ quamquam ab aliquibus dicatur Isaia scripsisse li-
brum hunc, tamen non scripsit, sed magis Samuel. Idē
etiam de libro Iudicum videtur, quia ibi sunt aliqua q̄
repugnarent huic. sic habetur infra 15. Iebuseum au-
tem habitatorem Ierusalem non potuerunt filij Iuda
delere, habitauitque Iebuseus cum filijs Iuda in Ieru-
salem vsque in praesentem diem, & hoc referretur ad
tempus quo scribebatur liber. tamen si referretur ad
tempus Isaie falsum esset, quia iam deletus, & expul-
sus fuerat totaliter Iebuseus de Ierusalem, vt patet, q̄
tempore Dauid fuerunt expulsi. vt patet 2. Reg. 5. cap.
& 1. Paral. 11. c. Isaia tamen multo tempore fuit post
Dauid. non ergo ipse scripsit librum hunc. Idem mo-
dus arguendi est, q̄ non scripserit librum Iudicum, q̄
Iudicum ca. 1. habetur hoc testimonium, quod habet
7. 15. ergo idem inconueniens est si poneretur scriptus
liber Iudicum ab Isaia. Dicendum ergo verisimile scri-
ptos hos duos libros cum libro Ruth a Samuele pro-
pheta, qui vnum de iudicibus se computat. vt patet 1.
Regum cap. 12. & in hoc non sequitur inconueniens,
quod sequebatur. si scripsisset Isaia, quia fuit primo
Samuel

K

Samuel quam Dauid. ideo tempore eius adhuc habi-
tabat Iebuseus in Ierusalem non expulsus. Ad alterū
argumentum cum dicebatur Olee. 10. cap. f. Vaccas
Bethauem coluerunt. Et dicit ibi Rab. Sal. q̄ Bethel
vocetur Bethauem. Respondendum est: hoc posse
intelligi dupliciter. Vno modo, q̄ Bethauem sit no-
men proprium loci. Alio modo, q̄ sit nomen com-
mune. Accipiendo secundo modo est sensus, q̄ Iudei
coluerunt vaccas, quae erant in domibus idolorum:
vocat vitulos aureos vaccas ad magis vituperandū, &
iste sunt in Bethauē. in domo idoli, quia vna domus
idoli erat assignata in Dan, & alia in Bethel, & tunc
vterq; locus horum vocatur Bethauem. i. domus ido-
li, quia in quolibet erat vnus vitulus aureus, & non erit
Bethauem nomen proprium alicuius horum loco-
rum, sed cōe. Et fundamentum huius positionis est,
quia dicitur. Vaccas Bethauem coluerunt, & tñ in Bethel
non erant vaccae, vel vituli, sed vnus vitulus aureus
tñ modo, & alius in Dan. vt patet 3. Reg. 12. ca. Alio
modo potest intelligi, q̄ accipiatur ibi Bethauem p̄
Bethel solum, & tunc dicemus, q̄ Olee. 10. vocatur
Bethel Bethauem, non q̄ Bethauem sit nomen quo
ante vocaretur Bethel. nec vocaretur hic Bethauem
aliquis locus propter illud, sed postea ipsemet locus
Bethel a casu vocatus est Bethauem non tanquā noīe
principali, sed velut agnomine quod ab euentu ponit̄.

An ista nomina Bethel & Bethauem essent istorum locorum
ante introitum Iudaeorum in terram Chanaan, uel fuerunt
imposita ab Hebraeis. Et an locus iste fuerit voca-
tus Bethel ex oratione quam faciebat ibi
Abraham. Quaes. X.

AD principale quaesitum. s. quomodo voca-
retur Bethel locus iste, & quomodo locus
alius Bethauem. Respondet Nicolaus, q̄
non fuit vocatus Bethel ex positione no-
minis a Iacob, quia vidit ibi Deum, sed quia Abrahā
posuit tentorium suum, & construxit altare circa lo-
cum ipsum. s. inter ciuitatem Hay, & oppidum Be-
thel: erat autem ad occidentem altaris sui Bethel,
cum haberet ad partem orientalem Hay. & sic dicitur
in litera Genes. 12. quod altare illud habebat ad
partem occidentalem Bethel, & ad orientalem Hay.
sed Iudaei ad occidentalem partem erant. ideo orabāt
contra Bethel, & ex hoc vocatus est locus Bethel, scilicet
domus Dei.

Sed ista satis deficiunt. Primo, quia si locus iste, iō
fuisset vocatus Bethel, quia ad partem eius orientalem
erat construens altare Abraham, & adorans contra
Bethel: diceretur in litera, Vocauitque nomen lo-
ci illius Bethel, vel ob hoc vocatum est nomen loci
Bethel, sicut Genes. 28. dicitur, quod quando Iacob
vidit scalam in loco, vbi dormiebat, vocauit nomen
vrbs Bethel, quae prius vocabatur Luza. tamen Gen.
12. vbi ponitur quomodo construxerit altare Abra-
ham habens a parte occidentali Bethel, non dicitur,
quod ob hoc vocatum est nomen loci Bethel, vel ip-
se Abraham vocauerit Bethel. ergo non est vocatum
ob hoc nomen illud.

Item si ex eo, quod orabat Abraham contra par-
tem illam vocatus est locus ille Bethel, magis debe-
bat locus, in quo construxerat altare vocari Bethel,
quia magis ibi Dei praesentia representabatur, cum
ibi offerret sacrificia quam in vrbe Bethel, quae erat
distans. sed locus altaris propter orationes & sacrifi-
cia facta non fuit vocatus Bethel. ergo nec ciuitas, quae
erat ad Occidentalem partem eius sumpsit ex hoc
nomen.

Hoc confirmat, q̄ q̄ construxit Abrahā altare, inuo-
cans Alph. Tost. super Iosue.

Acauit ibi nomen Domini. vt patet Genes. 12. f. adifi-
cauit quoque altare Domino & inuocauit ibi nomē
eius: & tamen non dicitur quod inuocauerit in vrbe
Bethel. magis ergo locus iste vocari debuit Bethel,
quod factū non fuit. Item si ob id vocata est vrbs il-
la Bethel, quia Abraham construens altare adorabat
contra illam partem, etiam omnes ciuitates quas ha-
bebat ad partem occidentalem cōtra quas tunc ora-
bat debebant vocari Bethel: sed ridiculum est. Et si
dicas quod iste locus fuit vocatus Bethel, quia erat
propinquior illi loco in quo construxit altare Abra-
ham: Arguetur quod tunc magis deberet vocari Be-
thel totus locus medius inter altare & vrbem, quia
magis coniungebatur altari. sed nihil tale est. Si au-
tem obijcias quod non vocabatur spatium medium
Bethel, quia non erat aliqua ciuitas vel oppidum, sed
campus.

Respondendum est non stare: quia locus vbi ci-
cuncitū fuerunt Hebrei, non erat vrbs, sed oppi-
dum: & tamen impositum fuit ei nomen Galgala.
sic patet supra 5. Sic de agro vbi Iacob luctatus est
cum Angelo, & vocauit nomen loci illius Phaniel.
vt patet Genes. 32. sic de quercu fletus Gen. 35. & de
planctu Aegypti Gen. 50. & loco flentium Iudicum.
2. ergo poterat imponi nomen Bethel agro illi prop-
inquo Altari constructo. Item fundamentum di-
cti Nicolai est super aliquo valde infirmo, scilicet q̄
Iudei adorant contra occidentem: ideo adorauit Abra-
ham contra Occidentem: & locus ad Occidentem
contra quem orauit vocatus est Bethel. dato enim q̄
concederentur praecedentia, scilicet, quod locus ille
contra quem orauit Abraham vocaretur Bethel, ta-
men non constat quem locum habuerit cōtra quem
oraret, an Bethel vel Hay. Et cum dicitur quod orauit
ad occidentem, quia Hebraei ad occidentem orant,
nihil est: nam quod Hebraei ad occidentem orarent
institutum fuit a Deo in fabricatura Tabernaculi, vbi
iubebat introitū atq; ostij tabernaculi esse ad par-
tem orientalem, ad occidentem vero Sancta Sancto-
rum contra quod orabatur: de quo Exo. 26. & 29. &
Leuitici 16. ante hoc non constat contra quam par-
tem orarent, an contra orientem vel occidentem,
aut aliam mundi positionem. non ergo aliquid ex
hoc patet quare deberet vocari locus iste Bethel.

Quare In-
dici orant
ad occide-
tem.

Dicendum ergo quod fuit locus iste vocatus Be-
thel non ex oratione aut adoratione quam faciebat
ibi Abraham. sed quia Iacob imposuit nomen istud
vrbi, quia vidit ibi scalam: vt patet Gen. 28.

Auctoris
conclusio.

Nicolaus autem ista de Abraham dicit, quia vult
esse duo loca quae vocentur Bethel. vnum Bethel
quod est Ierusalem, dicit vocatum Bethel propter
ea quae fecit Iacob. sed alterum dicit esse Bethel vo-
catum ab oratione Abrahā. Solum tamen est vnum
Bethel, quia Ierusalem non vocatur in sacra Scriptu-
ra Bethel, licet aliqui vocent. istud autem quod hic
dicitur, & est iuxta Hay, est Bethel secundum ea quae
habentur Genes. vigesimo octauo cap. De Bethaue
dicit Nicolaus, quod sic appelletur, quia gentes ibi
idola coluerunt.

Luza & Bethel sunt idem locus: & quare.
Quaes. XI.

CIRCA ista duo loca considerandum est: q̄
quamquam ista duo nomina dicantur de
eis ingredientibus Iudeis in terram, ac si
prius fuissent eis imposita: dicendum est,
q̄ non sunt nomina quae fuerint à Chananais posita,
quod deriuatio eorū notat. nam Bethel nomē com-
positum

Q 4

An Iudæi cunctes contra urbem Hay verterunt terga solum timore virorum Hay: vel an Deus incusserit eis quendam timorem, ex eo qd Deus imprimeret in phantasia Iudæorum terribiles species. Quæst. XIII.

Qui statim terga vertentes. Iudæi non resisterunt aliquo modo viris vrbis Hay, sed statim, vt illi direxerunt vultu suum cōtra eos egredi si de foribus vrbis, verterunt terga iudæi, & hoc eis in penam datum fuit, quia Achan rapuerat de anathemate.

Poterat autem intelligi hoc dupliciter. Vno modo qd Deus incusserit timorem cordibus iudæorum proponens eis species Amorrhæorum tanquam aliquid valde terribile, ita vt nullo modo audent expectare. Aliquando autem dabat Deus istam penam iudæis quando in eum peccabant, sic patet Leui. 26. ca. cum dicitur. & qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum: in regionibus hostium terrebunt eos fonitus folii volantis: & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente: & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Idem patet Deuteronom. 28. hoc autem est: quia cor hominis est in potestate Dei, & potest illud deprimere, vel eleuare ad timorē, vel audaciam. Alio modo potest intelligi, qd Deus hoc fecerit nimis corroborando Chananæos, qui ante nō audent persequi iudæos: Deo tamen eleuante animositatem eorum audebant in iudæos: atque eos ad internecionē persequebantur. Quocumque enim modo horum fieri poterat. nam cum aliqua duo equalia sunt possunt dupliciter fieri inæqualia. s. vni eorum aliquid addendo nihil alteri subtrahendo, aut vni eorū aliquid subtrahendo nullo alteri tradito. Sed quis modus horum conuenientius hic assignetur, dicendum est: qd primus modus scilicet, qd Deus posuit timorem terribilem in cordibus iudæorum, ita quod non audent vlatenus respicere Chananæos. & hoc patet. nam si iudæis relictum esset pristinum robur, dato qd Chananæis Deus addidisset animositatem magnam, & vires, tamen non fugerent a facie eorum, licet Chananæi animosius in eos ferrentur, quam alias congressuri forent: & Chananæi præ magnitudine collati roboris denicturi erant iudæos. ipsi tamen non fugerent sed cæderentur gladio tanquam viri fortes resistentes aliis robustioribus, tamen iudæi terga verterunt, & non solum fugerunt, sed etiam statim, vt viri de vrbe Hay egressi sunt de porta vrbis, terga verterunt hebrei vt patet hic, quod est signum magnæ pauiditatis. s. qd i facie virorum vrbis Hay aliquid ita terribile visum est hebræis, qd nullo modo resistere poterunt. Quod autem aliquid ita terribile eis appareret non fiebat naturaliter, sed Deo imprimente talem speciem in phantasia iudæorum, de quo magis declaratum est Leui. 26. capitulo.

Item patet hoc: quia infra dicitur non poterit stare Israel ante hostes suos: eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. non posse autem Israel stare ante hostes, sed fugere a facie ipsorum, ad timiditatem pertinet Israelitis inflatam, & non ad robur hostile.

Qui statim terga vertentes. In hoc signatur magnus timor: & quod hic aliquid a Deo causatum foret. nam sicut Deo incutiente timorem Chananæis, non audebant resistere Israelitis, sed cædebantur i morem ouium sicut dictum est præcedenti. capitulo de Ierichontinis ita cum iudæi tanto timore percussi sunt, vt nullatenus sustinere vultum hostium saltem ad minimum possent, videtur, qd a Deo talis timor inflatus sit. nam si esset alius timor humanus, quamquam timerent, tamen non tantum quantum timerunt. s. vt nō aude-

rent saltem ad modicum resistere hostibus. Percussi sunt a viris vrbis Hay. Videntes enim viri vrbis Hay fugientes hebræos sine vilo impetu bellico, persecuti sunt eos fugientes, & percusserunt occidentem de eis aliquos.

Et corruerunt ex eis, 36. homines. Scilicet de iudæis, qui non potuerunt velociter fugam maturare: & dum hos occiderent Chananæi, ceteri Israelitæ fugiebant. De istis. 36. hominibus quomodo corruerunt, & quomodo peccante Achan in anathemate isti puniti fuerint præced. c. declaratum est. De istis. 36. viris dicitur quidam, qd confenserunt prauitati Achan vsurpantis de anathemate. ideo traditi sunt in manibus hostium ipso peccante. sed hoc nihil est. non est enim verisimile qd isti. 36. cognouerint, quia Achan abscondite valde fecerat sicut infra signatur, si tamen isti sciuisent non esset absconditum.

Dicendum tamen magis est, qd isti nihil de hoc cognouerint, sed ipsi mortem alias meruerant. Deus autem nunc eis infligere noluit. non fuisset tamen ita cito inflata nisi præcessisset peccatum Achan, quo Deus in iram concitatus est.

Dicunt aliqui, qd sicut nunc propter peccatū Achæ perierunt. 36. viri de Israelitis: ita de domo Achan incendio, & lapidatione. 36. perierunt. sed hoc non constat. solum enim dicitur, qd ipse lapidatus est cum omnibus, quæ ad eum pertinebant, ut patet infra.

Persecuti sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarin. i. viri vrbis Hay persecuti sunt vsque ad Sabarin. dicitur autem porta. i. de porta vrbis, quia Israelitæ accesserant ad portam vrbis Hay, vt delerent eam, sicut supra dixerant exploratores. ascendant duo, vel tria millia virorum, & deleant ciuitatem. cum tamen aperta porta vrbis ceperunt egredi viri, tanto terrore iudæi concussi sunt, ut nullatenus aut cōgredi, vel se defendere audent: sed mox fugere inceperunt, & viri vrbis Hay ceperunt illos persequi. fuit ergo persecutio de porta vrbis. si autem aliquandiu pugnauissent Israelitæ cum viris vrbis Hay resistentes, non fuisset fuga a porta ciuitatis vrbis Hay, sed de loco illo ubi cessarent se defendere inientes fugam. & quia a porta vrbis fugere ceperunt, ibi ceperunt Chananæi persequi Israelitas fugientes.

Vsque Sabarin. Littera nostra ponit Sabarin tanquā nomen alicuius loci, vel agri, vsque ad quem viri de vrbe Hay persecuti sunt Israelitas. potest autem istud nomen esse proprium, vel appellatiuum. nam dicitur Sabarin contractio, vel lassitudo, & est pluraliter dictū scilicet lassitudines, vel contractiones. Et tunc est sensus, qd viri vrbis Hay persecuti sunt Israelitas vsque ad contractionem. i. vsquequo frangerentur, vel lassarentur persequendo, & tunc substiterunt. vel vsque ad contractionem. s. iudæorum: quia tamdiu persecuti sunt eos vsquequo contererent. s. occidētes. 36. de eis. Sed melius dicitur, qd ponatur hic Sabarin nomē propriū, quia si esset nomen commune cum sit pluraliter dictum, non importaret conuenientem sensum. sed si velis dicere esse appellatiuum. s. vt significemus contractiones non multum differt.

Et ceciderunt per prona fugientes. i. Israelitæ ceciderunt quia fugiebant per prona. Dicuntur loca prona, quæ sunt multum inclinata, vt descensus montis altissimi quando rectus est, ita vt vix descendere quis queat, vocatur pronus. cum autem iudæi fugerent, ceciderunt per prona: quod potest intelligi, quia nesciebant vias terræ: & direxerunt viam fugæ suæ contra quædam loca prærupta, & prona, ad quæ cum accessissent corruerunt in præceps. Vel corruerunt per prona, quia viri vrbis Hay persequentes contra partem illam direxerunt iudæos, & tunc per prona illa ambulare non potentes corruerunt.

In q. 30. alias in q. 42.

corruerunt. Vel forte loca priora erant plana. iudæi tamen cum impetu venientes, accedentesq; ad loca prona sustinere se nequieuerunt, sed corruerunt per prærupta, vel forte dici potest, qd iudæi fugientes nō potētes euadere Chananæorū manus dederit se per prærupta ruituros: vt sic viri de vrbe Hay non sequerentur eos. quicquid autem sit cum venerunt ad prærupta atque prona, destiterunt Chananæi persequi fugientes.

Pertinuitque cor populi. Hic subintelligitur quomodo fugientes de bello venerunt in castra, & narrauerunt, quid eis acciderit: tunc viso hoc insolito, & inopinato elanguerunt corda iudæorum, sicut prius elanguerat spiritus Chananæorum: de quo. sup. 2. & 5. cap. Et dicitur pertinuit cor populi. idest omnium de populo: quia multi erant, & omnes timebāt. etiam quia populus non erat, vt vnus vir, qui haberet vnum cor, & timeret. sed timentibus eis, qui sunt in populo, dicitur timere populus aut cor populi. & ista locutio multum signat. s. qd omnes de populo vno animo timuerunt, sicut enim si populus esset aliquid vnum vt vir, haberet vnum cor, & totaliter timeret aut nequaquā: ita cum nunc contriti sunt a viris Hay, omnes simul extimuerunt tanquam si vnum cor omnes ad timendum haberent, & uno timente ceteri timerent. Isti modi loquendi sunt vulgares, quia cor populi non timet, dato qd accipiatur cor populi pro corde cuiuslibet de populo. nam aut accipietur cor pro membro illo carneo, quæ est primaria significatio, aut pro anima, vt nos vulgariter loquentes vt murmur. Si autem astutus pro instrumēto carneo non stat: quia illud nō timet, nec attribuitur ei aliqua talis actio, cum hæ actiones rei animatae sint, vel quæ sit spiritus. cor autem simpliciter est caro sicut manus, & pedes, atque ceteræ partes. licet sit de nobilioribus membris: ideo non timet, sicut nec dicimus pedes aut manus timere. Si autem accipiatur cor pro anima, ut vulgariter loquimur etiam non stat: quia anima non timet, nec amat, non gaudet nec dolet, quia iuxta Aristot. 3. de anima. qd dicit animam tristari, dicit eam texere, & ædificare. Sed nemo dicit animam texere: ideo nec tristari affirmabit. sed ista dicuntur ex modo vulgari: actiones autem suppositorum sunt, ideo ipsum animal est quod timet, & non cor, nec anima, aut intellectus, vel aliqd in homine, aut quocumque animali.

Et instar aquæ liquefactum est. Idest dissolutum cor totius populi quasi aqua.

Est enim conueniens transumptio, quia animositas est per collectionem virium in vnum, & cum quis totam iram recolligit, vt fortius exardescat, tūc impetuose agit. & sic de eo, qui fortiter aliquid agit aut p. fert, dicitur qd agit illud collecto animo in vires. sic cū Boetius ex magno impetu contra philosophiam loq. vellet ait. tum ego collecto in vires animo dixi, vt patet de consol. li. 1. p. 4. e contrario autem cum aliqui timent, vires non sunt collectæ, sed distantes vel dissolute. Ideo de nimis timentibus dicitur, qd dissolutum est cor eorum non manentibus viribus simul. sic patet. 5. 5. quia siccaest dominus fluenta iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus. cum autem timor maximus est, tunc vires prorsum diffugiunt: atq; in varia dilabuntur, ita qd nulla maneat copulatio. & quia nihil est, qd magis effugiat, quam aqua, dicitur de maxime timentibus, qd cor eorum instar aquarum liquefactum est. Sic etiam qn aliquid maxime effunditur, ita vt nihil prorsum maneat, dicitur effusum sicut aqua. sic patet de Ruben cui nulla de benedictionibus primogeniturae mansit. & dicitur ad eum effusus es sicut aqua non crefcas: ut patet Gen. 49. Adhuc magis coheret ista transumptio: quia dicitur cor instar aquæ.

rum liquefactum est. aquæ enim cum premēte aquilone gelidæ sunt, in vnam molem rigentem solidantur, atq; vnum efficiuntur. cū vero liquefiunt a seipsis labētes diffugiunt. ita & cor nostrū cū collecte vires sunt audet, cum vero liquefit, vires dissoluuntur dilabentes instar aquarum.

Iosue vero scidit vestimenta sua: & pronus cecidit in terram coram arca domini vsque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel. Miseruntque puluerem super capita sua. Et dixit Iosue. Heu domine Deus. Quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi & perderes? Vtinam vt capimus mansissemus trans Iordanem. Mi domine Deus quid dicam videns Israel hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque debebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo?

Iosue. Audita tribulatione hac vehementer afflictus est: quia ipse princeps erat populi eique maior erat aduersitas. quia princeps eminenter continet totum populum. fuit autem conterritus, quia Deus dixerat ei qd non dimitteret: nec pauendum sibi erat aut timendum. sed sicut fuerat cum Moyse sic semper cum eo esset, ut patet supra 1. c.

Ad signādam ergo magnam tristitiam scidit vestimenta sua: quia mos erat antiquorum scindere vestes propter magnum dolorem. & sic uir ueniens de castris Israel apparuit veste conscisa & aspersus cinere in capite, quia annūciabat magnum dolorem de morte Saulis regis, & Ionathæ: & reliquorum de Israel: ut patet. 2. Reg. 1. c. Et facerem magnum audiens quomodo Christus dixisset qd uiderent filium hominis ueniētem in nubibus cœli, scidit vestimenta sua in signum magnæ tristitiæ: ac si Christus blasphemasset: ut patet Mat. 26. c. Et cum de peccatis nimis dolere uolebant, vestimenta sua scindebant in signum planctus: ut patet Ioel. 2. c. scilicet scindite corda uestra, & non vestimenta uestra.

An Deus tenuerit promissa facta ad Iosue, scilicet, quod in diebus suis nemo posset resistere Israelitis cum fugauerint eos uiri Hay. Et modus quo utebatur Deus in Iudæos peccantes. Quæst. XIII.

Sed dicit aliquis, qd uidetur Deum non tenere promissa facta ad Iosue. nam supra 1. c. dixit: nullus poterit uobis resistere omnibus diebus uitæ uestræ: sicut fui cum Moyse, ita tecū ero: non dimittam te nec derelinquam. hic tamē reliquit Israelitas in manus Amorrhæorum, immo quod amplius est dixit eis qd non possent stare contra hostes. Respondendum est: qd promissiones Dei de faciendo bonum uel malum alicui, intelligitur semper conditionaliter, licet non apponatur conditio: ut patet 1. Reg. 2. & Hier. 18. & fuit declaratum supra 5. c. sic autem promissiones factæ ad Iosue intelligebantur si populus non peccaret. & tamen populus præuariatatus est.

Item peccato ciuili. & s. item peccato achor de inur. c. u. no. li. ui. fra. 8. a. 1. q. 4. s. itē peccato achor.

Doloris indicia apud prioscos.

est furripens de anathemate Iericho: ergo conuertit Deus manum Amorrhæorum super eos quousque de peccato satisfactum foret, & immediate confiterentur promissiones, vt ante fuerant. sic patet infra cum dicitur non poterit stare Israel ante hostes suos, eosque fugiet, quia anathemate pollutus est, non ero vobiscum donec conteratis eum, qui huiusmodi sceleris reus est. & sic erat modus Dei cum iudicis: quia quamquam aliqui peccarent, non abiiciebat eos totaliter, sed puniebat aliquos. deinde miserabatur stantibus prioribus promissis. sic patet Psal. 88. vbi agitur de promissione facta Dauid. si autem dereliquerint filij eius legem meam, & iudicij meis non ambulauerint, si ceremonias meas prophauerint, & præcepta mea non custodierint: visitabo in virga scelera eorum; & in plagis iniquitates eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eo. sic patet Leui. 26. c. cum post punitiones in flagendas pro peccatis sequitur: atramentum cum essent in terra hostili non penitus abiecti eos, nec dispersi, vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Hæc autem vera sunt de Israelitis peccantibus, quoniam peccata eorum erant corrigibilia, cum autem facta est plaga desperata Deus dimisit eos totaliter in perditionem, sicut patet vsque hodie. Quod autem ista promissio facta Iosue intelligatur cum conditione, patet ex his que sequuntur. nam cum s. i. c. posita essent promissiones de prosperando actus totius Israelis, subditum est quod Iosue attentus esset die ac nocte in lege domini, cum dicitur non declines ab ea ad dexteram neque ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis: non recedat volu-men legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt facias cuncta, que in eo scripta sunt: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. q. d. sine hoc non poteris dirigere viam tuam, & prosperari in ea. sed cum peccauit Israel in anathemate non fuit obseruata lex: ergo non poterat dirigere viam suam.

Et cecidit pronus in terram coram arca. Hoc fuit ad orandum dñm, ut auerteret iram suam ab eis. dñs cecidisse pronus in terram. i. toto corpore extento. flectere autem genua non est pronum esse. & hoc erat, quia inclinavit Iosue os suum vsq; ad terram, & hoc ante arcam: quia Deus erat specialiter in arca: cum ibi gloria sua appareret inter cherubin, erantque ibi tabule fæderis sui.

Sed dicit aliquis: quomodo potuit Iosue coram arca pronus esse, quia arca erat intra sancta sanctorum Iosue autem illicitum erat illuc introire: quia non licebat nisi sacerdoti magno, immo nec in primam partem tabernaculi ei ingredi licebat, sed solis sacerdotibus. Ad hoc respondebit aliquis, quod liceret Iosue introire coram arca intra sancta, quia erat dux populi sicut Moyses. licitum autem erat Moyse ingredi in sancta sanctorum ad inquirendum oraculum quando cunque vellet: ut patet Nu. 7. c. & respondebatur ei immediate. Dicendum est quod non licebat Iosue introire in sancta sanctorum. nam Moyse non licebat intrare illuc, quia erat princeps populi, sed quia erat specialiter electus a Deo in tota domo eius: vt patet ad Hebr. 4. nec erat Moyses, vt ceteri prophete, vt patet Num. 12. ca. tradiderat autem dñs oia in manu eius, & ipse omnia dirigebat: id licere ei voluit Deus, quod ingrederetur in sancta sanctorum quicunque vellet. nam hoc erat necessarium, alioquin magnum sequeretur inconueniens, si cut declaratum est Leu. 16. De Iosue autem secus erat, quia licet Deus eum vellet esse successorem Moyse, tamen

non fecit eum æqualem. id Moyse permisit introire in sancta sanctorum ad consulendum dñm quotiescunque vellet: & ne putaret Iosue hoc sibi licere vt prædecessori suo Moyse, cum Deus fecit eum Moyse successorem dedit ei coadiutorem quantum ad ea, quæ Dei erant, ne inquam putaret ea sibi licere vt Moyse. & hoc fuit vt esset Eleazar sacerdos consulens dñm pro ipso sic. n. patet Num. 27. f. pro hoc si quid agendum fuerit Eleazar sacerdos consulat dñm. & dicitur ibi de Iosue si tamen liceret Iosue ingredi in sancta sanctorum, non consuleret Eleazar pro ipso: ergo non poterat Iosue intrare in sancta sanctorum.

Respondendum est ergo aliter. scilicet quod Iosue stetit coram arca non intrans in sancta sanctorum, vel in aliquam partem Sanctuarii, sed arca erat extra Sanctuarium, quia vt in plurimum sola ferebatur in expeditionibus bellis, & omnes poterant stare ante ipsam. in non videbant eam nudam, sicut pater in lustratione vrbis Iericho per dies septem buccinis iubileorum, ut patet præced. c. etiam quoniam arca ferebatur in itinere motis castris sola ferebatur: & partes Sanctuarii per se, vt declaratum fuit Num. 4. c. & ibi patet in littera.

Item quando ibant Israelitæ in bella, ferebant multotiens arcam secum: ut patet. i. Reg. c. & tunc sola erat, atque ab omnibus uidebatur. ita ergo erat quando Iosue coram ipsa pronus cecidit: & non solum ipse sed etiam alij seniores Israel, ut patet immediate, tamen non pertinebat ad hos ingredi in sancta sanctorum.

vsque in vesperam. s. a tempore illo quo audiuit hæc a fugientibus de bello, ipse & alij iacerunt coram arca. cum autem iacerent orabat ad dominum, & fundebat Iosue preces, quæ infra habentur. expectabantque quid responderet Deus, nec surrecturi inde erant. quousque Deus explanaret, quid hoc esset. iussit autem tunc, quod surgerent, & surrexerunt: & tamen ante vesperam non iussit, quod surgerent, ut prius ibi abundanter peterent, & cum lachrymis Dei misericordiam. quia quoniam Deus libere nobis beneficia confert, tamen interdum orari vult: quia sic disposuit vt non nisi sanctorum precibus vel nostris quamquam indignis obtineant, ut ait Grego. i. dialogorum: & toto hoc die non comederunt, nec biberunt iacentes proni ad magnam cordis amaritudinem, & vt Deus misereretur eorum. Sic. n. in signum tristitia magna pro morte Saulis, & Ionathæ, atque Israelis Dauid planxit, & ieiunauit vsque ad vesperam cum uiris suis, ut patet. 2. Reg. i. c. apprehendens autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesque uiri, qui erant cum eo, & fleuerunt, & planxerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam.

Tam ipse, quam omnes senes Israel. i. sicut Iosue scidit vestimenta sua, & cecidit pronus coram arca, ita omnes senes Israel. uocantur hic senes secundum ætatem non tamē senes solum secundum ætatem, sed pariter secundum honorem, quia isti associabant Iosue. fecerunt ergo sicut ipse. Tum quia ipsi eminentius cum duce suo Iosue repræsentabant personam populi, & de calamitate populi ad eos maxima pars pertinebat. Tum quia ad ipsos pertinebat orare specialiter pro bono populi: quia bonum populi erat specialius bonum ipsorum. Tum quia erant honoratiore in populo, & vt honorarent duces suos, comitati sunt ipsum præsternentes se coram arca.

Miseruntque puluerem super capita sua. Hoc faciebant in signum magnæ tribulationis, & calamitatis. nam sicut scindebant vestimenta ad exprimendam amaritudinem cordis, ita ponebant puluerem super capita sua ad signandam calamitatem, & deprecationem magnam. q. d. facti erant velut puluis aut nihil, maxima plaga, ut signatur per reductionem in puluerem. inxta illud Psal. 17. & comminuam eos velut puluerem ante faciem

Determinatio au-toris.

Dolorē indicantia apud anti-quos.

faciem venti: & ut lutum platearum delebo eos. Vel signatur magna humiliatio, vel depressio. scilicet quod depressus sit homo vsque ad puluerem, quia puluis iam super caput est.

Et dixit Iosue. Ista quæ sequuntur sunt verba Iosue prostrati ante arcam. ceteri quoque seniorum ad dominum preces fundebant, quilibet vt concipere poterat iuxta instam amaritudinem, & maiorem de verbis tamen Iosue solum mentio fit. Tum quia ipse erat dux populi, & de eo maior mentio, quam de omnibus aliis fieri debebat. Tum quia propheta erat, & verba sua certiora erant.

Heu domine Deus. Heu interiectio dolentis est, & cõquerentis. dolebat enim Iosue, quod Deus introduxisset israelitas in terram Chanaan trans iordanem. & sicut ponitur hic interiectio, ita, & in hebræo. Interiectiones autem non sunt voces determinate linguæ, nec quid determinate signant: sed sunt ad innuendos affectus, & non conceptus. ideo non magis vnus idiomatis, quam aliterius sunt: quamquam quedam gentes quibusdam interiectionibus vtuntur, alia vero aliis. Et ponitur hic in hebræo aha: quæ etiam apud nos interiectio est: sed non designat dolorem sicut heu. nec in hebræo distincte designat dolorem, sed magis quoddam alterum. & ista eadem interiectio. s. aha ponitur in hebræo. Hiero. i. ca. vbi respondit Hieremias dicens a. a. a. domine Deus nescio loqui quia puer ego sum. & tamen ibi non pertinet ad dolorem. ideo litera nostra non posuit heu: sed a. a. a. nam videns Hieronymus diuersos affectus designari hic. & Hiero. i. cap. quamquam in hebræo quedam indistincte ponitur secundum morem idiomatis illius, diuerse tamen in litera nostra designant interiectiones hic, & ibi. lingua enim latina, quæ vt cõter distinctior est, duas habet pro his interiectiones, quas Hieronymus posuit.

Quid nos voluisti transducere iordanem fluum. q. d. si fieri nobis deberet, melius erat vt non transissemus iordanem, quia ibi securiores eramus delectis hostibus. possessoribus terræ. Et non dixit Iosue, vt quid nos adducere voluisti in terram hanc? sed vt quid nos voluisti transducere iordanem, quia si mansissent in terra duorum regum Amorrhæorum, isti Chanaanæ qui erant ad occidentalem plagam iordanis non insurrexissent in eos, quia non inquietabant terram illorum. nunc vero, quia transierant iordanem, qui erat terminus diuidens terras horum regum, Chanaanæ existimabant venisse, ut accepterent terram de manu ipsorum, id congregati deleterent eos ante iordanem. Etiam si manerent non curarent reges Chanaan, qui habitabant ad occidentalem plagam iordanis. melius ergo erat ibi mansisse si sic euenturum foret.

Vt an dicat hic causam finalem. Eique triplex sensus accommodatur. Quest. XVI.

Vt traderes nos in manu Amorrhæi, & perderes. Non ponitur hic vt dicens causam finale scilicet quod ad hoc transduceret Deus israelitas iordanem, vt daret in manus Amorrhæi. nam si perdere volebat eos, poterat sine Chanaanæ, & Amorrhæis perdere. nec enim Iosue quamquam merito de depressus hoc intelligebat: sed tenebatur consecutus ue. sed quid transduxisti nos iordanem, & nunc tradis nos in manus Amorrhæi. q. d. frustra fuit fieri miracula in diuidendo aquas iordanis, & delendo vrbem Iericho. melius erat nulla fieri miracula. & dicit Iosue, quod Deus tradit eos in manus Amorrhæi. scilicet quod facit, vt Amorrhæi destruant ipsos. laugendo vires, & animositatem Amorrhæorum. & deprimendo eorum robur. & sic factum est: ut. s. fuit declaratum. scilicet quod Deus incul-

ferit timorem iudeis ut non possent stare ꝑ faciē Chanæorum; sed visis eis fugerēt. Alio modo pōr intel ligi ut traderes nos in manus Amorrhæi. i. vt nos tradi permitteres in manus illorum. q. d. nos nō fuimus ingressi terrā confidentes viribus nostris, sed uirib. Dei. nunc autē si relaxat protectionem suam a nobis tradit nos in manus hostiles. & iste est sensus cõter talium orationū. Et dicitur in manu Amorrhæi. quod dupliciter intelligitur. vno mō quod Amorrhæus assumatur (pāliter pro quodā de septem populis Chanæorum. & quāquam ante transitū Iordanis essent duo reges Amorrhæi, trās Iordanem erāt alij reges Amorrhæorum, & alia pars populi huius Amorrhæi. Sic patet supra. 5. scilicet postquā ergo audierunt reges Amorrhæorū qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagā: & cuncti reges Chanā & c. Ecce. n. quosdā de Amorrhæis ad occidentem Iordanis dixit: & isti erant coniuicti Iordani, quia Amorrhæus erat vnus populus vel gens quæ habitabat simul sicut Ethæus, Eueus, Lebusæus, & ceteri. & quia Iordanis intersecabat terrā eius ab aquilone præterfluens in austrum, & reliquit quandam partem ad occidentem, & quandam ad orientē. sicut ergo terra cõiuncta orientali parti Iordanis erat terra Amorrhæorū, ita terra coniuncta ei a parte occidentali erat Amorrhæorū. vnde vñ quod viri vrbis Hay, & alię ciuitates coniunctæ erant de populo Amorrhæorum: & quia ab eis percussi fuerant Israelitæ dicebantur traditi in manus Amorrhæi. Alio modo accipi potest quod sit Amorrhæustota gens Chanæorum. nam aliqui generaliter uocantur oēs Chanæi Amorrhæi: vt patet Gen. 15. scilicet nondum. n. completæ sunt iniquitates Amorrhæorū usque; in præsens tempus. nō. n. loquebatur Deus de Amorrhæis specialiter, sed de oibus Chanæis: quorū terrā promiserat dare Abraham: sed nondum dabat eam: quia non erant adhuc cõpletæ iniquitates Amorrhæorum. sic et accipitur infra. 9. vbi uocantur quinq; reges Amorrhæorum: & tamen non erant oēs de populo Amorrhæorū: quia rex Hierusalem qui est vnus de ipsis nō erat rex Amorrhæorum: sed Lebusæorum. habitabant nāquā Lebusæi in vrbe Hierusalem: vt patet. 2. Reg. 5. & 1. Paralip. xi. Sic ergo potest accipi hic quod Deus uellet tradere Israelitas in manus Amorrhæi. i. manus omnium Chanæorum: quia oēs congregarētur super eos & deleterent illos. & quāquā sensus primus sit satis conueniens: tamen iste sensus est conuenientior: quia dñs infra. audient Chanæi & oēs habitatores terræ, & conglobati circūdabunt nos atque delebunt nomen nostrū. sed Israelitę dicebāt se traditos in manus eorum, qui conglobati circūdarent eos atque disperderent: ergo non intelliguntur Amorrhæi pro solis Amorrhæis, sed pro omnib. populis Chanæorum. Et perderes. i. deleteres nos: non dicebant se perditos. i. destruendos ab Amorrhæis Iudei: sed a Deo. quia si Deus nō permitteret Chanæorū populos præualere contra ipsos non præualerēt. si autē dimitteret ipse tradebat in mortem, & nō Chanaanæ. *Vtinam sicut capimus mansissemus post Iordanem. i. si sic futurum erat nobis: magis vellem quod mansissemus trans Iordanem sicut manere. caperamus. quasi dicat post subuersionem duorum regum Amorrhæorum manserunt Israelitæ ante Iordanem in terra illorum vsque ad mortem Moyse, & postea ibi planxerunt eum, atque compleuerunt annum quadragesimum ab exitu de Aegypto. In principio autē anni. 41. ingressi sunt terram aliam transeuntes Iordanem decima die mensis primi, ut patet supra 4. c. incaperunt ergo manere trās Iordanem scilicet postquam acquisierant terram Og & Sehon regum Amorrhæorum. Vel potest intelligi de mansione in deserto: & manserant ibi annis. 40. sicut ergo caperant his. 40. annis manere: ira semper manere*

manere voluissent magis, quam tradi in manus Amorrhæi.

An peccauerit Iosue cum dixit quod magis desiderabat quod manerent in deserto quam, quod transissent Iordanem. Et quod uerba ex amaritudine & tristitia cordis dicta quandoque tolerantur a Deo: sed querendum est ne proferantur ad extra. Quæst. XVII.

SEd aliquis quæret circa hoc: an Iosue peccauerit, quia dixit se magis desiderasse quod manerent in deserto ante Iordanem.

Et videtur quod peccauerit grauissime. nihil. n. amplius dixerunt illi qui condemnati sunt ut morerentur in deserto, & non ingressi sunt in terram, ut patet Numeri 14. scilicet & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel dicentes. vti nã mortui essemus in ægypto, & non in hac vasta solitudine. vti nam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istã, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. nonne melius erat reuerti in ægyptum? dixeruntque alter ad alterum, constituamus nobis ducem & reuertamur in ægyptum. illi tamen oēs mortui sũt in deserto. ergo debuit Iosue ex hoc puniri: & grauius peccauit. Respondendum est, quod uerba Iosue non fuerunt ita dura ut uerba illorum. habent enim molliorem sensum: scilicet utinam ut cepimus mansissemus trans Iordanem. i. si sic futurum nobis erat præelegissem quod mansissemus trans Iordanem.

Item differunt uerba Iosue ab illis: quia ista uerba sunt amare dolentis: & tamen confidentis. illa autem sunt uerba populi desperantis. nam cum Israelitæ murmurati sunt: ut patet Numeri 14. dixerunt quod uolebant reuerti in ægyptum & fecissent quidem: sed non erat eis locus. ideo enim duxerat eos Deus per uiam deserti ut non possent redire in ægyptum confurgentibus bellis in se. sic patet Exod. 13. cum dicitur. igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit dominus per uiam terræ philistin quæ uicina est: reputans ne forte peniteret eũ si uideret aduersum se bella confurgere & reuertetetur in ægyptum. sed circumduxit per uiam deserti quæ est contra mare rubrum. Iosue tamẽ non dixit reuertamur in ægyptum, vel reuertamur trans Iordanem: sed magis consilius de diuina misericordia iacuit coram arca eĩs, orando pro populo. Israelitæ autem cum murmurauerunt non iacuerunt coram arca: sed luxerunt totã nocte desperantes introituros se in terram Chanaan. non ergo peccauit Iosue ut illi murmuratores.

Dicendum tamen est quod uerbum Iosue fuit malũ. fuit tamen toleratũ: quia ex amaritudine magna cordis dicebat: qui non dixisset sine amaritudine in tranquillitate manens. quia tamen confidens de Dei pietate dicebat, non fuit ei ad malum imputatum: sicut de Moysse quando orans pro toto populo dixit. aut mitte eis noxam hæc, aut dele me de libro in quo me scripsisti. illud enim male dictũ erat: quia petebat contra charitatem. tamen quia zelo succensus, & in dolore manens dixit: ad malum imputatũ nõ est. Quãtẽm Iosue bono animo diceret, patet ex eis quæ fecit: quia in hac amaritudine recurrit ad dominũ prostratus coram arca. si tamen non consideret bonitati eius non oraret ad ipsum.

Item patet ex uerbis suis sequentibus, quæ sunt uerba orantis, & suadentis, & non desperantis.

Mi domine Deus quid dicam. Modus plangentis & conquerentis est: ad ipsum enim conuertitur conquerendo: quia ipse solus est qui saluare potest.

Quid dicam uidens Israel hostibus suis terga uertentem.

Quasi dicat non possum presumere aut iudicare bonum esse, quod Israel terga uertat hostibus: quia tu dixisti quod nemo nobis resistere posset tota uita nostra: ut patet supra. 1. c. Et dicit hic uidens Israel terga uertentem, non totus Israel terga uertat, quia solum erant tria millia Israelitarum uertentium terga de quibus, corruerunt vulnerati. 3. 6. sed tantum erat ac si totus populus terga uerteret. & hoc propter duo. Primo quia pugnatore uerba Hay erant ualde pauci sicut dixerant ad Iosue ante hoc exploratores Israelitarum. & non oportebat totum populum vexari illuc eundo contra hostes paucissimos, sed irent duo vel tria millia. inerunt tamen tria millia, & uertentium terga, quæ alias etiam pugna communi humana sufficerent ad delendum urbem Hay. tantum ergo erat ac si totus Israel terga uerteret. quia sic facilliter omnes Israelitæ terga uertent pluribus Chananaeis congregatis, sicut nunc illi dederunt terga uerba Hay.

Secundum erat, quia pugna non erat in paucis, uel multis, sed in diuino adiutorio. sic patet ex uerbis Ionathã ad armigerum. ueni transeamus ad stationem in circuncisionum horum: si forte faciat pro nobis dominus: quia non est difficile saluare Deo uel in multitudine, uel in paucis. sic etiam patet. 1. Mach. c. 3. f. & ait. Iudas facile est concludi multos in manu paucorum. & non est differentia in conspectu Dei celi liberare in multis uel in paucis: quoniam non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de celo fortitudo est. sic igitur cum bellum iudæorum non esset agendum uiribus eorum, sed uirtute Dei: & Deus permittebat cadere tria millia Israelitarum in manus hostium, ita permittebat cadere omnes Israelitas: erat ergo Israel terga uertens.

Audient Chananaei. Hic ponitur inconueniens, quod sequebatur, quia Israelitæ uertentium terga hostibus suis scilicet, quod ueniret super eos: oēs habitatores terræ. nã cum audierunt Chananaei, quod transissent Israelitæ mare rubrum sicco pede, & quod interfecissent duos reges Amorrhæorum elanguit cor ipsorum, ut patet s. 2. c. cum autem audierunt diuisum fuisse Iordanem corã eis ad transeundum, amplius extimuerunt, & dissolutum est cor eorum: ut patet supra. 5. non audebant igitur quamquam multi essent uenire super ipsos. nunc ergo audientes, quod Israelitæ uicti fuissent a uiris uerbis Hay qui pauci erant, intelligerent eos derelictos a Deo suo, & congregarentur super eos ad delendum. Audient Chananaei. Hic possunt accipi Chananaei dupliciter scilicet pro omnibus septem gentibus Chananaeorum, aut pro speciali populo, qui nominatur inter septem. Si uelimus accipere pro populo speciali: confirmabitur sensus iste, quia dicitur: & cuncti habitatores terræ. quod intelligitur de aliis sex populis, qui large uocantur Chananaei, quia habitabant in terra illa sicut Chananaei. sed dicitur de Chananaeis: quia isti erant apud Israelitas, cum Chananeus populus habitet apud mare, & fluua iordanis: ut patet Num. 13. c.

Alio modo potest accipi hic, quod uocentur Chananaei generaliter omnes septem populi. & isti audierunt quomodo Israelitæ fugissent a facie uirorum uerbis Hay atque mouerentur, ut irruerent super eos, & tunc uocantur cuncti habitatores terræ, non Chananaei septem populi, sed alij scilicet Ammonitæ, & Moabitæ, qui conduxerunt Balaam ariolum ad maledicendum Israelitis, ut patet Numeri uigesimo secundo, & Deuteronomio uigesimo tertio capitulo, si autem potuissent eos armis delere, libentius deleuissent. nunc uero cū uiderent fugisse a facie uirorum Hay, non solum populi septem Chananaeorum, sed etiam Ammonitæ, Moabitæ, idumæi, & ceteri, qui habitabant in circuitu irruerent super iudæos.

Et

Et omnes habitatores terræ. Dupliciter intelliguntur habitatores terræ supra dupliciter accipiuntur populi Chananaei: ut supra declaratum est. Quis autem modus istorum conuenientior sit, dicendum uideretur, quod secundus: quia non solum Chananaeorum gentes irruere uellent super gentem iudaicam si scirent eam infirmari, sed etiam alij habitatores terræ, qui erant hostes iudæorum, & potissime Amalechitæ, qui bis pugnaverant contra Israelitas. de prima uice patet Exodi 17. scilicet in Raphidim. de secunda patet Numeri 14. apud Cadesbarne. & erant Amalechitæ coniuncti terræ huic. nam apud Chananaeos habitabant. nam dicitur Amalechites, & Chananaeus habitant in uallibus. Et iterum Amalechites, & Chananeus ante uos sunt. & postea, descenditque Amalechites, & Chananaeus, qui habitabat in montibus.

Atque conglobati circundabunt nos. Quia israelitæ erant multi scilicet sexcenta millia pugnantium, & amplius: non uenirent pauci de his gentibus, sed omnes conglobarentur id est iungerentur in unum globum, & sic delerent facilius, & securius hebreos. uel dicitur conglobati, quia quamquam soli Chananaei sufficerent ad delendos hebreos, quia tamen omnes gentes illæ habebant israelitas exosos tanquam hostes congregarentur super eos ad delendum ut se omnes de illis vindicarent.

Atque delebunt nomen nostrum de terra. Id est congregati occident omnes nos non relinquentes aliquem de semine nostro, qui suscitare posset nomen nostrum, sed totaliter peribimus ita, quod non maneat ulterius nomen Israel in terra nullo de genere nostro superstitite.

Hæc facies nomini tuo magno. Id est nunquid facies talia pro nomine tuo magno? quasi dicat non expedit. Est sensus nomen Dei est gloriosum scilicet, quod erat Deus omnipotens in celo, & in terra sicut dixerat Raab. & patet supra secundo capitulo: si autem non defenderet iudæos quos introduxerat in terram Chanaan, non iudicaretur omnipotens a gentibus, quod cedebat in dedecus nominis Dei. ideo non expediebat, quod talia faceret Deus nomini suo id est, quod non inferret talem ignominiam nomini suo. ideo dicit hæc facies nomini tuo magno id est nũquid talia decet fieri pro nomine tuo magno, ut sit magnificentum? quasi dicat non decet. nam tunc dicerent Aegyptii, & alie gentes, quod dixit Moyses Exodi 32. capitulo & Numeri 14. scilicet, quod non poterat eis tradere terram, quam promiserat patribus eorum. Ideo dimittebat in manus gentium.

Est autem ista oratio nimis efficax circa Deum ad nimis suadendum. nam licet Deus non mutet sententiam suam, neque suadeatur aliquibus dictis cum aliquid diffinierit, ut patet ex uerbis Samuelis primo Reg. 15. tamen uult, quod nos impetremus aliqua, quæ nobis diffiniuit dare orando. in orationibus autem tãto aliqua efficacior est, quanto magis in Deum dirigitur. cum autem nos precantes principaliter attendimus honorem Dei, aut adducimus aliquid in confirmationem, quod honori Dei nimis apponit, magna efficaciam in suadendo Deo est: quia tunc nos causam illius agimus scilicet pro illo procurantes. Nam licet honor Deo a nobis exhibitus in se nihil sit, aut Deo pro sit, quia bonorum nostrorum non eget. Psal. 15. tamen quantum ad nos, qui tenemur hoc impendere, quod possumus, aliquid ualde magnum est. Et quia nimis procurabat honor Dei, quod ipse liberaret iudæos, ne nomen suum apud infideles infamaretur: qui hoc modo orabat magnum habebat efficaciam in suadendo Deo. Ideo Moyses cum instant orabat Deum, incumbere huic modo orationis potissimum: ut pa-

tet Exod. 32. & Nume. 14. Iosue ergo, qui discipulus fuit Moysi, hunc quoque suasionis modum secutus est.

Quid Iosephus circa supradicta dicat. Quæst. XVIII.

SEd Iosephus lib. 5. antiquita. ut orator hæc aliquantulum exornauit dicens. Et congressis hostibus ceciderunt ex eis sex, & triginta. c. hoc nunciatum fuisse Israelitis magnam tristitiam & crudelem protinus habuerunt angustiam. nõ enim propter cognatos amissos, licet omnes uiri boni, & nimis exercitati perisissent, quantum pro desperatione sua, credentes enim se iam terram obtinuisse, & preliis iam exercitum vacare Deo totaliter promittente, potiores inopinabiliter uidebant hostes. & saccos super induentes stolis suis tota die erant in lachrymis constituti nulla te inherentes cibo: casu siquidem, qui eõtigerat grauissime uidebantur afflicti. uides autem Iosue exercitum ita percussum, & ex omnibus iam rebus pessima desperatione deiectum, uacillanter accessit ad Deum, & ait. non nostra petulantia uenimus, ut hanc terram armis subigeremus, sed Moyses famulo tuo ad hoc nos adhortante processimus: dum multis signis possessionem huius terræ prebiturum te nobis esse promiseris, & exercitum armis hostium facere meliorem. Quæ sunt hæc, quæ nobis repente uenerunt? nunc autem præter spem decepti uidemur, & tanquam non firma sint tua promissa, quæ Moyses prædixit, afficimur: & deterior de futuris metus nunc nos desperabilis habet primo experimento talia sustinentes. Sed tu domine quoniam tibi uirtus est malis his adhibere medicinam, & presentis nostræ tristitiæ præbere uictoriã etiam de futura desperatione tuo fauore nos libera. Sic equidem Iosue pronus in terra deprecabatur Deum cui responsum datum est a Deo ut surgeret.

Dixitque dominus ad Iosue. Surge: cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati sunt, atque mentiti: & absconderunt inter uasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet: quia pollutus est anathemate. Non ero ultra uobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Surge sanctifica populum: & dic eis. Sanctificamini in crastinum. Hæc enim dicit dominus Deus Israel. Anathema in medio tui est Israel. Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. Accedetque mane singuli per tribus uestras, & quamcunq; tribuum fors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per uiros. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum domini, & fecit nephas in Israel.

Dixitque. Hic ponitur cognitio perpetrati peccati. & fit ista cognitio per diuinã responsionem. & quia diuina responsio dupliciter. scilicet in generali, & in speciali data est:

Alias portauit.

Determinatio autoris.

est: fuit dupliciter modus cognoscendi hoc scelus. de P secundo modo dicitur ibi. Surge sanctifica. Circa primum. Dixitque dominus. id est respondit Deus de arca.

An Iosue loquutus fuerit hic Deus, vel angelus, & quis fuerit modus loquutionis, Et q impossibile est, q angelus formet vocem sine eo, q assumat corpus. Quest. XIX.

Q V A E R E T aliquis circa hoc, quomodo responderit Deus Iosue. Et dicendum est, q iste respondens fuerit angelus, quia Deus non potest loqui: vt sepe probatum est.

Sed de isto angelo etiam dubitabitur quomodo fuerit locutus. san apparuerit in aliqua figura: sicut dicitur. supra. 5. q apparuit angelus domini in spe viri, qui dixit se principem castrorum domini. Dicendum est q non apparuerit in figura assumpta, quia vt declaratum fuit sup. 4. capitulo, quando dicitur, q apparuit dominus nunquam fit apparitio in assumpto corpore sed in voce abscondita in nube, vel alias. Cum autem dicitur, q apparuit angelus, potest intelligi factam apparitionem in figura aliqua vel alias. sed hic dicitur, q locutus fuit dominus: ergo non fuit in figura appa-
rente.

Item quia vox facta ad Iosue fuit hic facta coram alijs senioribus, & tota multitudine, que erat cum ipso tamen non erat alia multitudo digna videre figuram apparentem Iosue. propter hoc enim non intrabat in sancta sanctorum sacerdos magnus, nisi assumpto thimiamate emittente fumum, vt operiretur propitiatorium, & nihil videret de corpore latente in propitiatorio, ut patet Leui. 16. c. quanto magis ergo indigna esset tota multitudo videre loquentem angelu palat?

Aliquis forte dicit, q angelus locutus fuerit Iosue hic in assumpta figura, tamen non fuit coram ceteris Israelitis locutus, sed segregatum, ita vt ipse solus eius contempleretur effigiem.

Sed non potest stare: quia ista vox ad eum facta dixit, q surgeret quare iacebat pronus coram arca. ergo tunc cum loquebatur angelus iste ad eum, iacebat coram arca: sed cum ipse prostratus esset, alii quoque seniores cum eo iacebant cum eo scissis vestibus, & aspersi puluere super capita. ergo si ei apparuit angelus in assumpta figura, ceteris quoque visus est.

Dicendum, q ista locutio necessaria fuit desuper arca: quia erat seniores cum Iosue prostrati coram arca: & ibi audita est vox, q surgeret Iosue, vt ergo non videretur figura assumpta, dicent aliqui, quod no fuit assumptum corpus aliquod, sed uox formata ab angelo desuper arca sine figura assumpta, ideo videri non potuit.

Respondendum est, q angelus quilibet formare potest vocem non assumendo, aut formando de aere ali quod corpus humanum. Quod tamen vocem formet non fabricato aliquo corpore est impossibile, quia vox debet formari per collisionem. Angelus tamen non habet in quo collisionem faciat, nisi aliquod corpus de aere condensando fabricet. Et non solum requiritur collisio ad formandam vocem, quia hoc in sono no articulo sufficit, in vocibus tñ, quæ articulatæ sunt. s. cum determinatione litterarum, & syllabarum, necesse est specialia atq; determinata esse instrumenta, & non quæcunq; id bruta non possunt formare articulatæ voces vt homo, quia non habent organa determinata vt homo: sed angelus loquens profert verba articulata, vt homo, ergo necesse est, vt aliqua talia organa de aere materia fabricet in quibus loquatur, & hæc esse non possunt nisi solida, & condensata. necesse est ergo fuisse vnu de duobus modis. s. vel q ange-

lus formauerit aliquod corpus de aere tale quale humanu, & posuerit illud intra aliq nubem densam, & obscuram super arcam ne conspici posset latens corpus: aut q loqueret sub coopertura arce, s. q arca qua nuc coram israelitis erat, non apparebat nuda, qa moreretur oes: sed erat operata tribus palliis. velo q pdebat ante sancta sanctoru, & vestimento de pellibus hiacinthinis, & pallio toto hiacinthino: ut patet Nu. 4. sic. n. operiebatur qn mouebant castra. manebat ergo nunc super propitiatoriu inter alas cherubin concauitas, in qua lateret posset corpus formatum de aere, sicut probauimus late Exod. 25. & Leuit. 16. c. inde ergo formarent voces angeli in corpore assumpto: & tñ no videret, quia latebat sub operimentis arce, & hoc est conuenienter dictum magis, q nubes nigra, & densa, in qua lateret corpus formatum poneretur super arca: quia hoc esset ad populi terrorem: & isto mo dicendū est, q Deus locutus fuerit Iosue, vel Moyse qn cunq; erant coram arca tecta operimentis. Surge cur iaces pronus. Ista fuerunt prima verba angeli ad Iosue: & locutus est ad eum, quia qñ oes seniores populi cum ipso iacerent, ipse solus erat dux, & excellētior. Surge. i. no iaceas in puluere: quia hoc non profest: sed magis surge ad vlciscendum iniuriam facta Deo. Cur iaces pronus. i. nihil sic proficies, quia non tollet aduersitas Israel sic iacendo, sed occidendo peccantem. id est si multu pronus iaceret ibi Iosue, non exaudiret Deus vt miseretur israeli, quousq; contereretur, qui peccauerat: sicut j. patet. & hoc non fieret tñ ibi, eum Iosue pronus iaceret. Peccauit Israel. Hic ponuntur sex verba, q idē si gnant, s. q referuntur ad eandem re signatam. s. q Israelitæ tulerint de anathemate. ponunt tñ multa uerba ad persuasionem: quia est iste color Rhetoricus, cum volumus aliquid exaggerare. s. demonstrandum esse val de malum, vel valde bonum. qñ. n. per vnicum uerbu signaret ipsa rei substantia, tñ singulæ cōditiones eius dem rei non exprimuntur eodem verbo. cum autem multa fuerint posita abundantius signatur conditio rei. Item proficit ad persuasionem, quia quodlibet verbum auditum proficit ad aliquam persuasionem. cū autem iterantur uerba ad eandem rem, maior fit impressio. & ob hoc vñ synonymis nimis proficit ad pro uocationem passionum affectuum sic dicit Isido. in principio synonymorum suorum. quia libellus quē synonymum uocant perueniens in manus eius, eum prouocauit in lamentum. & uere talis liber ille est, quod profecto non efficeret, si simplicibus & solis p quacunque re uerbis, descriptus foret. nimis enim artificiosa eloquentia ad permutationem affectu con fert, sicut est de melodiis iuxta Aristot. octauo politic. uolens ergo Deus mouere Iosue ad diligenter puniē dum, proposuit peccatum Israelitarum per multa uerba. Sic iterum fecit, cum Israelitæ coluerunt vitulum aureum Moyse absente, Deus proposuit diligenter peccatum eorum exprimens per singulas circumstā tias, ut magis moueret ad punitionē: de quo Ex. 32. c.

Peccauit Israel. Quia accipiendo de anathemate peccatum fuit cum iustum esset, ne quis contingeret appiam de his, quæ erant in urbe Iericho. & dicitur, q peccauit Israel, non q totus Israel peccauerit, aut magna pars eius, quia solus Achan peccauit: sed ex peccato eius dixit Deus peccasse totum Israel: & pro illo peccante toti populo inferebat penam.

Et prauaricatus est pactum. i. fallauit, vel transgressus est pactum. pepigerant. n. cum dño, q nihil acciperent de anathemate urbis Iericho: postea tamen acceperunt. & hoc est proprie prauaricari. sic dicitur. 4. Reg. 2. prauaricatus est Moab i israel. i. fregit pactum, q habebat cum Israel.

Tuleruntque de anathemate. Istud non fuit aliquid alterum.

terum preter peccare, & prauaricati pactum. sed in A tollendo de anathemate fecerunt omnia hæc. & ponitur tollere de anathemate, quia hoc per se erat peccatum: etiam si nihil aliorum poneretur. & ponuntur omnia ista pluraliter signantia, vt referantur ad totum Israel, qui dicitur peccasse peccante Achan.

Et furati sunt. Istud quod positum est tulerunt de anathemate est substantia facti. cetera autem ponuntur tanquam limitationes vel conditiones actus.

Quomodo Iudæi dicantur furati fuisse de anathemate: & an fuerit proprie furtum vel rapina. Quest. XX.

D I C V N T V R furati Israelitæ, quia tulerunt de anathemate. furtum autem est cōtrectatio rei alienæ inuito Domino animo lucrandi facta quod accidit hic. Nam ea B quæ erant in urbe Iericho quamquam iure bellico prouenissent Israelitis, quia tamen dederant ea Deo abdicantes a se per anathematis positionem fecerunt ea esse aliena. cum ergo postea uellent ea contrectare, non contrectabant res suas sed alienas. Ideo cōmittentur in eis furtum, sicut quis donasset alicui quippiam transit in dominium illius: si autem postea nesciente illo & nolente, iste qui donauerat, vteretur re illa animo lucrandi committeret furtum: sed simpliciter transferantur in potestatem Dei ea quæ erant in urbe Iericho per anathema impositum. ergo quicunque de Israelitis postea contrectaret aliquam de rebus illis, utebatur re aliena. Itē hoc erat inuito domino, quia Deus nō permiserat alicui de Israelitis q acciperet de anathemate Iericho. Item erat animo lucrandi facta ista ablatio. nam Achan vidit hæc quæ accepit pulchra esse, & concupiuit illa atque abscondit, vt patet infra cum dicitur, & concupiscens abstuli, & abscondi in terram. ergo lucrum eorum habere volebat. Sed an esset furtum specialiter dictum ista ablatio, an rapina, non clare patet: quia furtum cum distinguitur contra rapinam, est contrectatio rei alienæ sciente domino & non præbente cōsensum, nec qui accepit creditur dominum permitturum. Rapina vel latrocinium est cum res palam dño inuito aufertur non potenti eam defendere. neutrum autem horum totaliter conuenit ablatiōni de anathemate Iericho, nam non possumus dicere Deum nescientem, quia omnia videt & oculi eius in omni loco cōtemplantur bonos & malos: vt patet Prouer. 15. cap. Cum ergo Deo auferebatur aliquid de eo quod erat in urbe Iericho ad eum pertinēs scienti auferebatur, quia videbat & cognoscebat: non est igitur furtum totaliter dicendum. Item rapina aut latrocinium dici non potest, quia rapina est cum domino nō defendere potēti rem suam aufertur. Deus autem potēs erat ad defendendum ne Achan aliquid auferret de anathemate Iericho: ergo non fiebat rapina. Dicendum ergo est proprie assumendo vt nos diffinimus, non fuisse hic furtum nec rapinam, sed quandā ablationem rei alienæ quam large vocamus furtum.

An dici possit quod Achan non commisit furtum vel latrocinium: quia Deus cuius erant res, vidit, & consensit, cum aliter iste facere non posset. Et quod Deus influit & coadiuuat omnibus peccantibus circa omnia que agunt sine bona sine mala, non tanquam rector sed tanquam prima causa. Quest. XXI.

S E N adhuc dicit aliquis quod nō incurrit Achā crimen furti vel latrocinij auferendo aliquid de Iericho: quia Deus cuius erāt res ille vidit & consensit: cōsentiente tamen Domino nō est furtum nec rapina: nec fuit cōsensus iste coactio Alph. Toft. super Iosue.

ne aliqua inductus aut extortus sed simpliciter: quia Deum nemo ad aliquid adigere potest. Quod cōsensit patet: quia nisi ipse consentiret & ad agendum vires preberet, non potuisset facere Achan nec velle. quia Deus est prima causa, & ab eo de fluit tota perfectio in nos per continuationem actualem. Si autem defineret nos conseruare, caderemus in nihilum. ita nisi ipse ad omnia vires influxerit, nihil fieri possibile erit: ergo Deus tribuit Achan vires ad agendum: ergo non furatus est nec peccauit. Respondendum est dupliciter. vno modo ciuilitate, s. quod quamquā Deus viderit aut cognouerit Achan accipere de rebus suis, quæ erant in urbe Iericho, & prohibuerit non consensit. nam dato quod aliquis videret alium accipientem res suas clandestine, & non prohibeat vt postea accusare possit de furto, vel ob aliam causam, non tollitur quin ille furatus fuerit: quia iste contrectauit rem alienam & hoc inuito domino, id est quia credebat non permitturum. quāquam ergo permitteret, quia non constabat isti: sed ob hoc accipiebat clandestine, quia putabat palam non permitturū dominum, furtum committit quod ex animo pender. nec permissio domini tollere potest quin iste furetur. E contrario autem si iste qui accepit rem, creditur verisimiliter dominum permitturum & accepit: quamquam Dominus nō permiserit, nec postea cōsentiat, non commisit furtum. Sic ergo erat in Achā accipiente de rebus Iericho, quia quamquam Deus præsens esset, & non prohibuisset eum accipere, potuissetque prohibere: tamen quia Achan credidit quod non permetteret Deus, & se illicitum agere extimabat, vere commisit furtum. Alio modo responderi potest magis theologice, s. q Deus nō consensit ablatiōni rerum factæ ab Achan. Et quando obijci tur quod Deus cōsensit, alioquin nihil facere potuisset. Respondendum est q Deus voluit furtum Achā sū voluntatem beneplaciti non tamen secūdum voluntatem signi: quin potius contrariū se velle signauit, quādo iussit Iosue facere anathema sup Iericho, vt supra præcedenti cap. declaratum est. vel saltem illud factum ab Israelitis acceptauit: & hæc esse voluntas, quam nos sequi debemus quæ nobis cognita est. Volūtas autem beneplaciti est nobis incognita: ideo de hac nihil ad nos. sed Achā fecit contra voluntatē signi, quia Deus signauerat se nolle quod aliquis acciperet de rebus urbis Iericho: ergo nolente Domino abstulit. Sic est si aliquis iubeat seruo non accedere ad aliquam rem, & tamē desideret quod seruus accipiat illam rem, si seruus acceperit criminis reus est: fecit enim contra voluntatem signi domini sui, & tamen non contra voluntatem beneplaciti, sed magis illam executus est: ita ergo in Deo per omnia est. Et quando arguis q Deus præbuit isti vires ad agendum, quia alioquin non potuisset accipere aliqd immo nec velle accipere. Rndendum est hoc nō ob stare: quia Deus inquantū causa prima influit in omnia causata indefinenter, & quantum ad hoc non iubet aliquid, nec vetat, nec aliquid est malum, quod fit in comparatione eius nec bonum. Quia habet hoc modo habitudinē capitis, & principij naturæ: & non tanq rector in ordine rōnis. Malū autē & bonū accipiuntur in ordine ad rōnem, quia sunt per variationē debitariū circumstantiarum, vel per inexistentiā earū: hæc tamen sū rōnem sunt. sed Deus inquantum rector hæc vetat, nec præbet vires: ideo qñ Deus omni agēti siue bonum sit, siue malum, vires præbeat (quia hoc agit vt causa naturæ, & non determinat illud robur datum ad aliquid malum: sed nos data fortitudine, & continua influenza Dei abutimur in malum conuertentes, sicut cum pecunias, & cetera bona

na fortunę a Deo largita in malorum fomenta deducimus) Deus tamen ad malum illa nobis non dedit: quamquam ipsa indifferentia erant an ad bonum vel ad malum verterentur. non potest ergo dici Deum consensisse peccato, quod fecit Achan, quamquam ipse ei agenti vires prębuit. peccauit ergo siue eum furtum siue qualitercumque, fecisse dicere eligamus. *Atque mentiti.* Etiam in auferendo de anathemate dicuntur Israelitę mentiti semper referendo ad solum Achan. & dicuntur mentiti non quod post ablationem factam de anathemate cōmiserint aliquid mendacium, sed in auferendo mentiti sunt. nam ponentes anathema promiserunt, quod non acciperent aliquid de vrbe. cum autem abstulit aliquid Achan mentitus est, & ipso mentiente mentitus est Israel. *Et absconderunt inter vasa sua.* Solum Achan abscondit quę abstulit: & dicitur inter vasa, idest inter res suas. nam in medio tabernaculi sui fossa humo abscondit quę furatus est: vt patet infra in litera.

Non poterit stare Israel ante hostes suos. Hic transfertur pœna pro peccato Achan in totum Israel. Achan. n. pro se punitus est, vt infra patet: totus tamē Israel quę ipse peccauit, primo pœnas luit. Quomodo autem transferatur peccatum vnius in communitatem, & quomodo communitas non punita fuit hic pro peccato Achan sed pro peccato suo, & quid fecerit peccatum Achan declaratum fuit præced. cap. Ponitur autem hic valde magna pœna timoris, scilicet, quod non posset Israel stare contra hostes, quod dupliciter intelligi potest. Vno modo quod non possent stare Israelitę contra hostes, idest quod quamquam conarentur stare coram eis, non possent se defendere, quia alij confringerent eos. & hoc modo minus malum est nō posse stare coram hostibus quam fugere, quia isti non possunt stare cum robore hostium premanur & cadant: animos tamen viriles & bellicos gerunt. Alij vero qui fugiunt nondum contracti prementibus hostibus, corde pauitante, contra viriles animos atque bellicos fugam petunt. Alio modo potest intelligi quod non poterit stare Israel coram hostibus, idest non poterit consistere eis visis. & est sensus quod Israelitę antequam videant hostes habebunt animositatem, & ibunt ad loca hostilia: sed cum viderint vultus hostiū tanto concutientur pauore, quod consistere non poterunt: sic factum est in vrbe Hay. Nā Israelitę illuc iuerunt irritantes hostes ad pugnam: sed cum viderunt vultus hostiles, ilico terga verterunt nihil omnino resistentes, vt patet supra: & hoc est, quia vultus hostiles videbantur eis terribiles propter magnum timorem, quem eis Deus incusserat, & subito quidem incutiebat ad visum hostium, ac si in vultu hostium aliquid horrendum esset: nam cum irent Israelitę in vrbem Hay nihil timebant, sed cum hostium vultus primo viderunt. *Eosque fugiet.* Quia cum nō poterit eis resistere sed magis eis visis conterebitur, & fugiet. Est autem ista fuga non ex defectu virium Israelitarū, sed ex timore a Deo incusso in pœnam: vt patet cum sequitur. *Quia pollutus est anathemate.* Idest quia coinquinauit se peccando capiens de anathemate, quasi dicat peccatum fuit, vt hæ calamitates ei proueniant. dicitur pollutus propter Achan semper transferendo in populum peccatum illius. dicitur pollutus quia omnia peccata coinquinant: sunt enim quedam sordes animę velut magna corporum inquinamenta.

Non ero vltra vobiscum. Idest non adiuvabo vos ad expugnandum hostes sicut semper adiui, quousque fiat quod sequitur in litera: nō solum non erat Deus cum Israelitis adiuvans eos specialiter, sed magis specialiter impediēbat eos incutientibus terrorem visis

hostibus. Nam dato quod Deus non adiunisset specialiter Hebręos, sicut a principio adiunerat, sed solum pręberet vires communi influxu, vt alijs gentibus confert, non fuissent deuicti ab hostibus qui in ciuitate Hay erant. nam illi erant inferiores robore & numero Iudęis, Deus tamen incussit eis timorem, sicut alijs incutiebat Chananeis, & terga verterunt. sic enim Chananeorum gentes a Iudęis superate sunt, cum multo maiores & fortiores essent, & valde maioris numeri quam Iudęi: vt patet Deutero. 7. misit enim Deus terrorem suum in eos, vt fugerent visis Iudęis: vt patet Exo. 23. scilicet terrorem meum mittam in præcursum tui, & occidam omnem populum ad quem ingredieris: cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. magis ergo hic Deus intelligi voluit quam expressit.

Donec conteratis eum. Non dixit donec occidatis, sed conteratis: quia conterere est in minutissimas partes frangere, vel totum frangere. & hoc fuit in Achan, qui non solum occisus est, ita vt ipse solus periret in scelere suo, sed etiam contritus, idest totus fractus, scilicet quod ipse cum omnibus quę ad eum attinebant, deletus est omnibus lapidatis & combustis: vt patet infra: hoc etiam signat delere vel disperdere: vnde in hoc iussit Deus quod cuncta delerentur quę pertinebant ad eum qui peccauerat.

Qui huius sceleris reus est. Idest qui peccauit in hoc scelere. vocatur hoc scelus, quia est præuaricatio pacti cōstitutum cum Deo vt ipse Deus dixit, scilicet & præuaricatus est pactum.

Surge sanctifica. Hic ponitur cognitio peccati perpetrati in speciali: & hoc quātū ad duo, scilicet quantum ad peccatricem personam, & quantum ad culpā determinatam. Secunda ibi. *Et ait Iosue.* Circa primum. *Surge.* Non dixit Dominus Iosue quod surgeret, quasi tunc iaceret: sed ponitur surge ad excitationem ad faciendum aliquid. & iste modus est in tota sacra scriptura, vt dicatur alicui, quod surgat vel egrediatur, quando iubetur ei quod faciat aliquam rem, quam ante non faciebat. sic patet Exo. 32. surgens fac nobis Deos qui nos præcedant. non enim tunc iacebat Aaron, quando Israelitę congregati ista dixerunt. sed dicitur quod surgeret, idest quod velociter faceret. sic dicitur Exo. 2. egressus est post hæc vir de domo Leui accepta vxore stirpis suę. non dicitur ibi quod egressus est, quasi de aliquo loco egressus fuerit, sed quod tunc cepit cognoscere vxorem suam quam ante metu Pharaonis cognoscere non audebat. Potest tamen accipi hic surgere proprie, scilicet quod quamquā a principio dixerit Deus Iosue quod surgeret, tamen ipse ex humilitate iacuit pronus in terra. & nunc ei iussit secundo quod surgeret. *Surge sanctifica populum.* Idest conuoca vel fac esse paratos.

Dicitio quę hic ponitur, apud Hebręos est æquiuoca ad conuocare, vel parare, aut facere sanctum. Dicitio tamen latina non capit ista significata, & vt communiter ponitur pro parare. Sic accipitur supra 3. c. f. sanctificamini: cras enim faciet Dñs inter vos mirabilia, idest parate vos p deotionē ad mirabilia vidēda quę Deus facturus est. Et Nu. 11. sanctificamini: cras comedetis carnes, i. parate vos ad comedēdū carnes, s. vt capiatiscornuicines ascendentes de mari. Accipitur enim aliquādo pro facere sanctum: sic dicitur Leui. 21. ego Dñs qui sanctifico vos, idest facio esse sanctos, vel volo esse sanctos. sic etiā Hierem. 1. cap. antequā exires de vulua sanctificaui te, idest mūdauit te ab originali, vt exponūt doctores catholici. hic autem sanctificare videtur accipi pro conuocare, s. sanctifica populum, idest conuoca eos, vt mane præsto sint ad cognoscendum quis de eis peccauerit.

Et

Et dic eis sanctificamini in crastinum. Idest sitis vocati pro mane, vt omnes veniatis coram arca Domini ad videndum quis peccauit. vel sanctificamini, idest estote parati per deuotionem ad videndum sententiam Domini mane inter vos.

Quomodo sumitur hic sanctificatio quia pro apparatione.
Quęst. XII.

DICENDVM autem quod in his locis sanctificatio pro apparatione accipitur. sed ista apparatio non fiebat semper eodem modo, sed aliquando per lotionem vestiu & abstinentiam ab vxoribus, sicut fuit in datione legis. nam cum Deus iussisset Moyfi, vt sanctificaret populum veniens ad populum dixit. estote parati in diem tertium: & ne appropinquetis vxoribus vestris. ante hoc autem dixerat de lotione vestium. aliquando fit sanctificatio, idest paratio per ieiunium, sicut in cōdemnatione Naboth Iezraelite, quem cum vellet impia Iezabel condemnare ad mortem, vt coloraretur iniquitas eius, indixit ieiunium toti vrbi, vt postea videretur data sententia magis ex voluntate Dei. sic patet 3. Reg. 21. cap.

Aliquando fiebat sanctificatio ista sine apparatione per orationem, sicut in mittendis fortibus super Matthiam & Barnabam, vt alterum eorum acciperent in apostolatium, vt patet Actuum primo. hic autem aliqua cęremonia fortassis fieret in apparatu ad diem sequentem, sed non exprimitur quę fuerit. saltem esset apparatus per deuotionem, & attentionem: vt ad ea, scilicet, quę sequenti die futura erant, essent attentī. & fuit eis nunc prædictum, ne sequenti die nouiter conuocandi essent.

Hęc dicit Dominus Deus Israel. Proposuit hic Iosue verba Dei toti populo, vt scirent quid illud esset, super quo vocandi & applicandi ad Deum erant cras:

Ad quid Iosue replicauit ista verba, quę iussu Domini conuocauerat.
Quęst. XIII.

ET si dicas ad quid Iosue replicauit ista verba coram populo, quia iam audierat illa loquentem angelum Domini desuper arcam? Respondendum est quod reperti oportuit, quia ista vox non fuit audita a toto populo. nam quamquam Iosue coram arca pronus iacuerit, vel ceciderit, & cum eo seniores Israel, tamen ceteri pro reuerentia non ausi sunt accedere, ideo non audierunt: nunc autem Iosue repetente cunctis innotuit.

Sed dices quomodo totus Israel potuit audire uocem Iosue ad hoc, quod se pararet in sequentem diem?

Dicit aliquis quod forte hoc uoce præconū proclamatum est, sed nō multum refert quomodo fuerit, quia dato quod non audierint omnes Israelitę uocem istam de ore Iosue, quidam postea alijs declararent, quod sufficiebat ad sanctificationem omnium in crastinum.

Anathema in medio tui est Israel. Ista vox est ad totum populum, & magis proprie locutio fit hic quam supra: quia non dicitur peccasti in anathemate Israel. sed anathema est in medio tui, idest in te: quia erat Achan vnus de Israelitis, qui anathemate pollutus erat: & accipitur in medio tui, idest in te in quacunque parte esset. nam medium non accipitur hic pro eque distantia a quolibet extremorum, sed pro interpositione. Et est sensus: anathema est in medio tui, quasi dicat de vrbe Iericho anathematizata sumptū

Alph. Tost. super Iosue.

fuit aliquid quod est in medio tui, idest in te.

Non poteris stare coram hostibus tuis. Idest non poteris resistere hostibus tuis, quia debebunt te. vel non poteris stare contra hostes, scilicet non poteris consistere viso vultu eorū: quia immediate formidabis & terga vertes, vt supra expositum fuit.

Donec deleatur ex te. Supra dicebatur donec conteras: ad idem ista pertinent, quia conterere est totaliter frāgere, & signat destructionem non solum eius qui malum egit, sed etiam omnium quę ad eum pertinent. & hoc idem disperdere signat atque delere.

Qui hoc contaminatus est scelere. Idest qui peccauit auferens aliquid de anathemate: Istud peccatum contaminationem facit sicut pollutiones quę corpori accidunt.

Acceditisque mane singuli per tribus vestras. Hic ponitur modus quo venturi erant cras Israelitę ad comparentum coram Domino, scilicet, vt distincti venirent. erant namque distincti in deserto per tribus suas, & familias, & domos patrum: quia erant per quatuor vexilla distincti omnes Israelitę, & sub quolibet erant tres tribus distinctę: & in qualibet tribu familia quoque distinctę erant, de quo Numeri secundo capitulo. Postquam autem uenerunt in terram Chanaan non fuit totaliter obseruatus iste modus singularium in procedendo, vt patet ex dictis supra primo capitulo, & quarto capitulo. & tamen dato, quod essent distincti per tribus, & familias & domos sicut in deserto, forte quando uenirent apparituri coram arca, commiscerentur, ita quod non distinguerentur viri vnius tribus ab altera. ideo iussum est, vt venirent distincti per tribus & familias.

An in istis tribubus quę ueniebant coram Domino ad deprehensionem furti computarentur Leuitę. Et quando Leuitę intelligantur comprehendi in duodecim tribubus.

Quęst. XIII.

SE D quęret aliquis an in istis tribubus quę ueniebant coram Domino computarentur Leuitę. Et dicit aliquis quod non: quia hic iussum est, quod Israelitę uenirent per tribus suas: sed Leuitę non constituebant aliquam de duodecim tribubus Israel: ergo non ueniebant hic. patet hoc, quia quando computantur tribus Numeri primo & secundo. non ponuntur Leuitę tamquam tribus.

Item quando de singulis tribubus computati sunt viri ad lustrandum terram Chanaan, non fuerunt ibi computati Leuitę: vt patet Numeri decimotertio capitulo.

Dicendum est: quod Leuitę fuerunt hic ducti coram Domino, alioquin non potuissent fieri sufficiens perscrutatio de illo qui surripuisset de anathemate. nam potuisset aliquis de Leuitis surripuisse, & quamquam ceteri astarent, non inueniretur qui reus erat: necessarium erat igitur adduci etiam Leuitas.

Item hoc satis patet ex litera, quę non dixit accedant mane omnes tribus Israel, sed accedite singuli per tribus vestras: in singulis autem Leuitę comprehendebantur.

Et cum dicitur quod Leuitę non erant de duodecim tribubus Israel, potest responderi dupliciter. Vno modo quod hoc non obstat, quia hic non dicitur quod accedant per tribus duodecim Israel, sed quod omnes accedant per tribus suas: Leuitę autē de tribu aliqua erant; quamquam non computarentur in duodecim tribubus Israel: ergo ipsi quoque accedere debebant.

R 2 Alio

Alio modo responderi potest, quod quamquam diceretur hic, quod accederent duodecim tribus Israel, intelligeretur quod Leuitæ accederent. nam interdum Leuitæ computantur vt vna tribus de duodecim, interdum autem non: quando enim tribus duodecim accipiuntur ad aliquid sacrum, vel obligationem alicuius legis, nomine duodecim tribuum Israel intelliguntur etiam Leuitæ. Sicut erant ad describendum nomina duodecim tribuum Israel in rationali: & ad ponendum duodecim lapides in memoriam duodecim tribuum Israel in alveo Iordanis, & totidem in Galgalis: aliquando accipiebantur tribus ad aliquid temporale, scilicet ad computandum bellatores, vel ad dandum eis sortem terræ, vel distribuendum castrametationes: & tunc nomine duodecim tribuum non cõputabantur Leuitæ qui erant separati ad sacra, & Deus iusserat vt non computarentur cum Israelitis, vt patet Numeri primo, sed ponerentur in officijs sanctuarij: de his magis declaratum fuit supra 3. cap. & Deuteron. 27. Hic autem erat aliquid perinens ad Deum, scilicet quis peccauisset contra Deum. ideo non solū debebat inquiri inter alios Israelitas, sed etiam inter Leuitas. Et ipsi venerunt coram Domino distincti per familias suas tres principales: & quilibet per alias minores, sicut habetur Numeri 3. cap.

Singuli per tribus vestras. Idest quilibet veniat per tribus suas, vel cum tribu sua, ne misceatur, alteri tribui.

Quare Deus iussit applicari Iudæos per tribus, & tribus per familias, & familias per domos: & non omnes simul. Quæst. XXV.

Sed dicit aliquis, quare Deus iussit applicari omnes Israelitas per tribus suas, & tribus per familias, & non omnes simul? Respondendum est, quod hoc fiebat vt facilius detegere- tur peccatum istud vbi esset. nam siue hoc inquireretur per sortes, vt aliqua litera dicit, siue per lapides rationalis, vt volunt quidam: necesse erat vt si totus Israel simul veniret, pro quolibet eorum poneretur fors, vt accederet quilibet singillatim coram Domino ad videndum, an obscurarentur lapides rationalis vel Ephod. hoc autem difficillimum erat. ergo debuit dari alius modus, ne in tanta multitudine pro quolibet poneretur fors, aut quilibet specialiter applicaretur ad rationale iudicij. Fuit autem facilis modus iste, quem Deus posuit, scilicet, vt accederet omnes tribus Israel, & poneretur pro qualibet tribu vna fors, & caderet super vnam tribum: deinde illa applicabatur coram Domino distincta per familias, & pro qualibet familia ponebatur vna fors, & cadebat super vnam familiam. deinde familia applicabatur per domos, & cadebat super vnam. Extrema applicatio erat virorum illius domus, & cadebat super vnum: & ille erat qui peccauerat. Erat autem iste modus valde facilis, quia aliter oportebat fieri sortes valde multas: & esset magna confusio.

Cum Leuitæ cõputentur hic vt vna tribus, quomodo computantur Manasse & Ephraim. Et an detur pro eis vna fors vel dua. Quæst. XXVI.

Sed adhuc queret aliquis cum hic Leuitæ applicentur vt vna tribus, quomodo filij Ephraim computentur, & an detur pro eis vna fors, vel dua. Respondendum est in hoc non multum differre. Poterant enim poni dua sortes pro

F ambabus tribubus vel vna. nã si hic diceretur quod applicaretur Israel per duodecim tribus suas, & deberet computari Leui pro vna tribu, erat difficultas de Ephraim & Manasse: quia tunc necesse erat vt solum poneretur vna fors, sicut factum fuit supra tertio, & quarto, vbi dictum est quod eligerentur duodecim viri de tribubus duodecim ad educendos lapides duodecim de Iordane. ibi enim Ephraim & Manasse fuerunt vt vna tribus, & vnus lapis pro eis positus est. hic tamen non dictum est, quod accederet Israel per duodecim tribus suas: sed singuli per tribus suas: poterant ergo venire Ephraim & Manasse vt dua tribus: vel vt vna. Si autem veniant vt dua tribus, non est aliqua difficultas, quia fiet de eis sicut de qualibet aliarum, quia diuidentur per familias, & familiae per domos, & domus per viros. Si tamẽ dicatur quod venit vt vna tribus, inquireretur cum vna fors data fuerit, an fuerit nomine Ephraim vel Manasse.

Ad quod responderi debet quod daretur fors nomine Ioseph. quia cum computantur isti, vt vna tribus, redeunt in vnitatem patris, qui erat vnus filiorum Iacob sicut ceteri. & vocabitur tribus Ioseph.

Cum poneretur vna tribus pro Ephraim & Manasse nomine tribus Ioseph, si deprehenderetur Ioseph: qua tribus deprehenderetur. Quæst. XXVII.

Sed tunc quæretur si cecidisset fors super tribum Ioseph, quæ tribus deprehenderetur ex hoc, an Manasse vel Ephraim. Respondendum est quod hoc dato non deprehendebatur harum aliqua determinate: sed ponebantur rursus sortes, quod fieri poterat dupliciter. Vno modo quod sicut quælibet alia tribus diuidebatur per familias quæ sunt maiores diuisiones, & immediate sub tribu, ita cadente sorte super tribum Ioseph, diuidebatur primo in duas magnas diuisiones, scilicet in Ephraim & Manasse, & deprehenderet fors aliquam harum tribuum: & tunc illa diuidebatur per familias, sicut in ceteris fieri deberet.

Alio modo poterat fieri, quod cum deprehendisset fors tribum Ioseph, diuidebatur in familias, scilicet, quod omnes familiae Ephraim & Manasse computarentur, & pro qualibet daretur fors, atque applicarentur Deo: & tunc super vnam de illis familijs siue Ephraitarũ siue Manassitarum caderet fors, & illa applicaretur Deo, & deinde per domos suas vsque ad viros.

Cum applicabatur totus Israel per tribus suas, an applicarentur hic feminae, vel soli viri. similiter an & paruuli applicarentur. Quæst. XXVIII.

Quæretur adhuc an in ista applicatione ad Deum venirent femine. nam dictum fuit hic singuli per tribus, quod de solis masculis videtur intelligendum.

Aliquis respondebit quod tam masculi quam feminae veniebant in hac applicatione. nam ita poterant peccare feminae sicut viri: ergo erant applicandæ sicut viri, maxime quia agitur de furto in quo ita peccant feminae sicut viri.

Item quãdo aliqua lex datur. sub hac forma, sciquicunque furatus fuerit suspẽdatur, etiã femine tenent hac lege, quãquã verborum forma videatur de solis masculis eo qd masculinum genus cõcipit femininũ. ita

ita cum dicitur singuli per tribus suas, quamuis ponatur in masculino, tamen intelligitur etiam de feminino genere.

Respondendum tamẽ est quod in hac applicatione non veniebat aliqua femina: nec ex hoc poterat euitari, quin sciretur peccans. cuius causa est, quia femine nõ potuerunt in hoc peccare. Quærebatur. n. qd accepisset aliquid de anathemate Iericho: sed in urbem non intrauerunt feminae, quia ille in castris manserunt. soli viri bellatores qui lustrabant ciuitatem sequentes arcam ingressi sunt in urbem singuli per loca murorum, contra quæ erant vrntibus muris, vt patet precedenti cap. Feminas ergo aliquid hinc suscepisse non erat possibile: & dato quod post ablationem de vrbe Iericho tradidisset Acham vxori suæ, illa quæ furatus fuerat, illa non commiserat scelus capiẽdo de anathemate, sed qui rapuerat. ideo nõ erãt feminae applicandæ.

Idem dicendum est de paruulis & pueris qui non ibant ad bellum, quod isti non fuerunt appliciti: quia non poterant rapere, cum non intrassent in urbem. Soli ergo viri bellatores, qui in vrbe Iericho ingressi sunt, poterant furari. ergo hi soli per tribus, & familias, atque domos appliciti sunt. Erat autem conueniens applicatio, vt leuius expediretur quod intendebatur. sicut cum Saul consuleret Dominum, & nõ responderet, inquisiuit per sortes ob cuius peccatum hoc euenisset: & separatus est Saul, & Ionathas in partem vnã, & totus populus in alteram: & cadente sorte super Saul & Ionatham diuisi sunt, & cecidit super Ionatham, vt patet primo Regum 14. si tamen pro singulis viris debuisset ponere sortem, oportebat cuilibet de populo distinguere sortem vnã, quod esset valde magnæ occupationis.

Et quamcunque tribum fors inuenerit accedet per cognationes suas. Hic est grammatica vetus, scilicet impropria atque inusitata antiproxis. sicut dicitur Psalmus 117. Lapidem quem reprobauerunt adificantes, cum de- buisset dici quem reprobaucrant. Ita hic deberet dici: & quecunque tribus quam fors inuenerit accedet per cognationes suas.

An sortes istæ fuerint quod applicaretur tribus coram Domino: & non rationali cognosceretur quæ tribus peccauerat secundum Rabbi Salomon. Quæst. XXXIX.

Circa hoc quod dicitur de deprehensione tribus & familiarum videtur esse dubium: litera nostra dicit quod familia inueniebatur per sortes, & tribus; & domus & vsque ad virum: sed de his sortibus quis modus esset non videtur manifestum.

Rab. Salom. aliter dicit, scilicet, quod per mandatum Dei duxit Iosue omnes tribus Israel coram rationali iudicij: quod ornãmẽtum pontificale erat in sacerdotis pectore, in quo erant 12. lapides preciosi, sculpti atque celati duodecim nominibus filiorum Israel. vt patet Exo. 28. Et obscurato lapide tribus inde cognitum est eam peccasse, atque sic dicitur deprehensa. Ibi tamen non erat aliquis lapis pro familijs, domibus, & viris: ideo quæ familia peccasset, & quæ domus atque vir, non potuit ibi deprehendi, sed sortibus perquisitum est.

Sed Nicolaus arguit contra Rabbi Salom: dicens esse fictitium dictum in prima parte sui, quia in litera dicitur quod tribus etiam per sortes deprehensa fuerint, scilicet quamcunque tribum fors inuenerit, accedet per cognationes suas.

Sed istud argumentum nõ est efficax contra Rab. Alph. Toft. super Iosue.

A Salo. quia nõ habetur in Hebræo sicut hic. non enim fit mentio vlla de sortibus, sed dicitur. *Quamcunque tribum Deus ceperit, accedet per cognationes suas.* Et sic in omnibus sequentibus semper in Hebræo dicitur: quod quemcunque Deus ceperit vel deprehenderit: & de sorte nihil agitur. Ideo dictum Rabbi Salom. non repugnat literæ Hebraicæ sed nostræ: de qua non sumitur efficax, nec apparẽs argumentum contra ipsum. non stante autem litera ista nec Hebraica, sed ex fundamento rationis, dictum Rabbi Salomo. videtur continere aliquid probabilitatis: quia rationale quod erat in pectore sacerdotis habens lapides duodecim dicebatur rationale iudicij. vt patet Exo. vigesimo octauo. Ergo aliquid iudicabatur per illud: vel inquirebantur aliqua veritates: & hoc erat quantum ad ea quæ pertinebant ad filios Israel. Sic dicitur eodem capitulo. portabit semper Aaron coram Domino iudicium filiorum Israel in pectore. ergo per lapides istius rationalis poterat cognosci aliquid de statu duodecim tribuum, cum in duodecim lapidibus eius essent descriptæ tribus duodecim, vt patet eodem capitulo, nec est hoc absurdum. Quid autem cognosceretur per rationale iudicij, & quo modo, & quid per duos onichinos qui erant in Ephod declaratum fuit Exodi vigesimo octauo cap. Litera tamen nostra ponens sortes rationabilius transtulit, quia quamquam de tribubus singi posset, quod per fulgorem vel obscuracionem lapidum in rationali cognosceretur quæ tribus peccasset: tamen non poterat cognosci de familijs, & domibus, & viris. sed de his cognoscendum erat per sortes, vt etiam ipsi Hebræi dicunt: & tamen litera dat vniformitatem dicens quod ista cognitio semper erat a Deo, scilicet si tribus quam Deus ceperit, & familia quam Deus ceperit, & domus. ergo videtur quod erat idem modus capiendi, scilicet per sortes.

Literæ Hebrææ variatio.

Quis modus erat applicandi ad Dominum tribus & familias, & ponendam sortium ad hoc, quod deprehenderetur tribus, vel familia, vsque ad virum. Et quod in sortibus fortium veritas est valde dubia. Quæst. XXX.

Circa modum ponendarum sortium dubium videtur, quia dicitur hic quod applicabatur tribus, vel familia ad Dominum: & quod deprehendebatur sorte. nam si solum diceretur quod inuentum est hoc sorte, diceremus quod accipiebatur fors pro qualibet tribu, & illis collectis educabatur vna: & tribus illa erat a Deo capta. sic autem de tribuum familijs, & domibus, atque viris: hic tamen dicitur quod applicabatur ad Dominum, quod non videtur quomodo se habeat cum sortibus.

In quo dicendum est modum fuisse hunc, scilicet acciperentur cartulæ duodecim equales, & eiusdem figure, scilicet quadratæ vel rotundæ, & in qualibet earum scriberetur nomen vnus tribus: & illa poneretur in aliquo inuolucro, vel in sinu. iuxta illud Prouer. 16. scilicet sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur: & tunc conuolutis eis applicabantur duodecim tribus coram Domino, scilicet coram arca, vt Deus in cuius speciali presentia erant, redderet testimonium veritati faciens exire sortem tribus illius, quæ criminis rea erat: & tunc Iosue vel sacerdos magnus, aut aliquis alius quem elegerent, inuocato nomine Domini ad reddendum testimonium veritati mittebat manũ in inuolucrum, vt educeret inde sortem vnã: & cuius fors exiret erat criminis rea. Tunc autem Deus temperabat sortes ita, vt manus missa nõ apprehederet aliam sortem, nisi illam quam habebat

tribus rea criminis, iuxta illud Proverb. 16. Sortes in sinum mittantur, scilicet in quoddam inuolucrum: sed a Domino temperantur, id est ipse taliter temperat eas, & voluit facit, vt illa eueniat quam ipse vult euenire.

In eductione autem fortis credendum est, quod aliqua oratio de uota diceretur, vt Deus demonstraret veritatem in fortibus missis: sicut dixit Saul cum sortes posite sunt inter ipsum, & Ionatham, & totum populum, s. Domine Deus da iudicium quid est quod non responderis seruo tuo hodie. si in me aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est da ostensionem: aut si est in populo tuo hæc iniquitas, da sanctitatem. Fiebat autem applicatio harum tribuum coram Deo vel familiarum, vt Deus vellet designare veritatem eius quod inquirebatur in fortibus. nam totus status sortium pendet a Deo, vt ipse velit demonstrare id quod queritur per sortes. si autem sortes relinquatur fortuna, non reperitur aliqua veritas, aut erit dubia falsæ: sed Deus ea que facit interdum precibus nostris facere disposuit. ideo orandum est ad eum cum talia fieri debent: & quia magis confiderent Israelitæ hoc fuisse factum a Deo, cum essent in præsentia arcæ, iubebat Deus applicari tribus ante se apud arcam cum ponerentur sortes, & deinde familiarum. fortibus autem datis, & inuenta per sortem tribu Iuda, computata sunt familiarum eius que erant quinque, scilicet familia Selaitarum, Pharesitarum, Zareitarum, Anulitarum, Elsonitarum. vt patet Num. 26. cap. & nomina horum quinque fuerunt scripta in quinque cedulis eo modo quo dictum est de tribubus: & tunc separatim de conspectu Domini alijs tribubus, & manente sola tribu Iuda cum educeretur fors de inuolucro, inuenta est familia Zareitarum: & hanc dicebat Deus deprehendisse: tunc semotis ceteris familijs mansit illa coram Domino, & diuisa est per capita virorum, & cum poneretur pro quolibet cedula exiit fors Achor: & ille deprehensus est atque lapidatus. iste est modus sortium & deprehensionis Dei.

Si peccassent plures tribus vel familie aut viri, quomodo possent deprehendi fortibus: quia non proderat iste modus iam dictus. Quæst. XXXI.

Sed adhuc queret aliquis circa istam formam positam sortium, quid si peccassent plures tribus, quomodo deberet inquiri forte. nã hic solum dabatur forma pro vna tribu, cum applicitis omnibus ante Dominum debebat vnus solum educi fors.

Respondendum est quod iste modus fuit datus Iosue a Deo, quia ipse sciebat vnam duntaxat tribum peccasse, & educta vna forte educeretur nomen tribus peccatricis. si tamen Iosue non consulo Deo vellet inquirere peccatum populi, hoc modo nesciret an bene inquireret, quia poterat esse quod plures tribus peccassent. & tunc non proficiebat iste modus. De familijs autem idem modus erat, quia dato quod vna præcise tribus peccasset, tamen illa habebat multas familias, quarum quilibet poterat peccasse vel multæ. quomodo ergo inueniretur veritas per has sortes? idem de domibus cuiuslibet familie argui licet.

Dicendum est ad omnia hæc quod non habent certitudinem nisi ex Deo, qui dedit istum modum Iosue ad inquirendum peccatum. ipse enim cognouerat vnam præcise tribum, & vnam familiam, & vnam domum peccasse, quæ sic facilliter inuenirentur.

F De viro autem peccante idem dicendum est, quia ille vnus erat: poterant tamen in eadem domo multi peccauisse. vnde educta vna duntaxat forte non inueniretur sufficienter veritas, sed quia vnus erat solum inuenta est. & hoc signauit Deus in verbis suis dicens. non poterit stare Israel coram hostibus suis, eosque fugiet donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Ecce vnus dixit esse reum, & non dixit quousque conteratis reos huius criminis. si tamen fuissent plures tribus peccantes, & viri diuersarum tribuum, vel si esset eadem tribus, & multi viri eiusdem tribus non posset stare iste modus inquirendi extrahta vna forte: sed aut Deus proderet peccatores, aut dedisset alium modum. solum enim iste modus prodest vnico peccante.

Quomodo sortes a Deo diriguntur: & an in eis sit aliqua efficacia ad hoc, vt homines eis vtantur. quia sortes & fortuna atque casus habent causas. licet non nobis cognitæ & determinatæ. Quæst. XXXII.

CIRCA istas sortes magis considerandum est, quod homines volunt eis vri, eo quod limitantur sic iurgia humana: & videtur hoc a Deo factum. Vnde sciendum, quod si in fortibus omnibus fraus absit, sicut & in proiectione taxillorum, necessarium est fortes exire sic vel sic non a fortuna, sed a Deo diriguntur. & licet nobis qui futuros rei euentus ignoramus, sortes a fortuna & sine causa prouenisse videantur: tamen sine diuina ordinatione non proueniunt. si enim aliquid ideo fortium esse dicamus, quia illud futurum esse nescimus, nullamque eius comprehendimus causam, ea quæ natura constant fortuita asseruntur. Sicut si quis nescit eclipsim futuram vsque ad vnum annum, ei a fortuna euenisse putabitur. Nullus tamen nescit eclipsim certam naturæ regula atque inuariabili euenisse. Nobis tamen qui vulgariter solum sapimus, incognita est, eis qui circa mathematicas insidunt eclipsis futura præcognita est quantum ad tempus, & durationem, & figuram, & ceteras proprietates. Ita ergo de fortibus est, quoniam causam dirigentem habent determinantem eas ad sic euenire, & non aliter. sicut de fortuna vel casu probat Boetius de consola. libro quinto prosa prima, scilicet, quod si fortunam aut casum dicamus euentum temerarie nullo motu causarum prouenientem, casus nihil erit, sed erit casus vel fortuna aliquid, si dicatur esse inopinati euentus ex confluentibus inuicem causis. Ita de forte quam fortunam dicunt, vnde fors in communis latinorum locutione pro fortuna accipitur. Ideo dicendum eandem esse causas fortis & fortunæ: vtrumque quidem habet causas & confluentes, sed non determinatas & cognitæ nobis. Quod patet, quia non potest fors esse ex non ente. Omne enim quod est, ex altero est: & nihil est ex nihilo prout dicit principium efficiens & non materiale: sed fors aliquid est, ergo ex altero est. quod magis patet, quia quicquid est, aut est factum aut non factum: si sit non factum Deus est necessarius. si autem factum sit, ex altero factum est: quia a seipso nihil fit, licet a seipsis res conseruetur. Iuxta Arist. 2. de anima. Sors autem aliquid est, & non est ingenitum vel non factum. ergo est factum ex altero: & sic habebit causam. sunt autem causæ in sorte sicut in fortuna: dicimus enim fortientem in agro thesaurum inuenisse a fortuna esse. & tamen sine causis non est, quia qui fodiebat agrum thesaurum non inuenisset, nisi depositor pecuniam suam in agro obruisset, & fossor ibi foderet. Sunt ergo istæ

istæ due causæ euentus fortuiti, & quantum ad hoc quod iste posuerit thesaurum in agro, & alius fodiens inueniat thesaurum in loco quo alius obruit, non est fortuitum, sed fortuitum dicimus quod contigerit hunc fodisse, nisi contingeret alium suam pecuniam abscondisse. In confluxu ergo causarum qui incognitus est, fortuna ponitur. ita in fortibus quod positis pluribus fortibus in aliquo inuolucro ponatur simul illa quæ postea extrahitur, non est fortuna: & quod mittens manum aliquam sortem educat non est fortuna. sed quod hanc contingat educi & non illam est fortuna & fors. habet ergo fors causas, s. fors in aliquo inuolucro posita fuerit, & quod alius manum mittat ad educendum aliquam. confluunt autem istæ causæ quando contingit inanum missam hanc sortem accepisse, & non alteram.

Cum fors & fortuna causas habeat que contingenter confluunt: & an confluxus ille causarum sit ab aliqua causa vel annula, & quod necessario sit a Deo. Quæst. XXXIII.

Sed adhuc cum fors & fortuna causas habeat quæ contingenter confluunt, dicit aliquis illi confluxum non habere causas, sed accidere quod confluunt causæ istæ: vel quod non confluunt. & tunc manebit quod fortuna & fors non habeant causas. Sed dicendum est non posse stare, quia queretur de illo confluxu causarum in sorte & fortuna an sit ens vel non. Et tamē respondeatur quod sit ens. inquireretur an sit non factum: & tunc erit Deus. si est factum vel causatum oportet dari causas. & sic necesse est esse quod confluxus causarum habeat aliquam causam. & sic non manebit aliquid in fortuna & sorte quod non habeat causam. nam in fortuna & sorte duo sunt, s. causæ & confluxus causarum. Quærum vero ex parte causarum fortuna & fors habent causas, quantum autem attinet ad concursum causarum etiam ipse causatus est. ergo nihil est in fortuna & sorte sine causa. Quæ autem sit causa confluxus causarum fortunæ, id est faciens coniungi causas producentes euentum fortuitum: Dicendum est quod sit Deus. ipse enim coniungit causas secreto suo iudicio ignorantibus nobis, vt cum alicubi thesaurus defossus est, & inuenitur, euentus fortuitus est. causæ tamen eius sunt thesauri hic esse defossus, & fodere hic vbi est thesaurus. quod autem contingat hunc fodere vbi erat thesaurus absconditus, & non in distanti inde loco est confluxus causarum. fit aut hoc a Deo: quia ipse mouet nos vt cū nesciamus vbi fodere debeamus, fodiamus magis hic quam ibi. Sic dicit Boetius de consola. lib. 5. prosa prima. s. concurrere atque confluere cæs facit ordo ille inenitabili connexionem procedens, qui de prouidentia fonte descendens cuncta suis locis temporibusque disposuit. De fortibus autem conforme iudicium est. habent enim causas, s. quod in sinum mittantur siue in aliquo inuolucro sit: & quod aliquis manum mittat educaturus aliquam de illis. Confluxus causarum est quod contingat hæc eduxisse quam eduxit, & non aliquam alteram. iste confluxus a Deo est, quia cum aliquis manum mittit ad fortes, nescit quare magis accipiat vnã vel alteram, nec habet specialem inclinationem in alteram earum. & tamen determinatur in alteram earum, & non in omnes. Ergo necesse est quod ista determinatio sit causata ab aliquo superiori agenti mouere intellectum nostrum & voluntatem: nam voluntas nostra sequitur iudicium intellectus: cum autem intellectus habet manifestum bonum quod iudicat eligendum, determinatur ad illud: & non est indifferens ad hoc vel ad illud: & causa huius determinationis partim ab ipso est, partim ab obiecto. Cum tamen res secundum se sunt indiffe-

Alph. Toft. super Iosue.

A rentes non habentes aliquid, propter quod magis debeat eligi vna quam altera, & tamē determinatur ad vnam, necesse est hanc determinationem ab alio prouenisse: quia cum ens sit, causatum est: quia non est Deus, & tamen superior intellectu nostro qui directe agit in illum, nemo est nisi Deus. ergo ipse est qui nos determinat ad accipiendum hæc vel illam sortem. confluxus ergo causarum in fortibus a Deo est. Sic dicitur Proverb. 16. Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur, i. mittere sortes in sinum siue inuolucrum ad nos pertinet, quod est vna de causis sortium, etiam mittere manum ad educendam aliquam de fortibus ad nos pertinet: sed a Dño temperantur, id est mouere, vel disponere eas taliter, vt ista occurrat manui accipientis, & non aliq. a Deo fit. & iste est confluxus causarum in fortibus. De confluxu causarum in fortuna, quod Deus eum causet, patet in sacra Scriptura vt in homicidio facto casualiter, si quis. n. iaciat sagittas vel lapides ad aliquem locum, vbi nemo erat, nec intendebat percutere quemquam: aliquis autem trãseat & occidatur, fortuitum homicidium est: cuius causæ sunt quod iste sagittas iecerit, & alius per eundem locum transierit. Confluxus autem causarum, scilicet quod iste iaceret sagittas ad locum per quem ille transiret erat, aut ille transiret per locum ad quem ille sagittas iaciebat, a Deo est. Sic patet Exo. 21. vbi de homicidio casuali dicitur quod factum est a Deo, s. si quis per insidias occiderit proximum suum &c. & postea sequitur. qui vero non est insidiatus, sed Deus tradidit eum in manus eius, constitutam tibi locum in quem fugere debeat. Ecce dicit hunc qui casualiter occisus est, traditum a Deo in manus occisoris: sed hoc est facere quod ille transiret per locum per quem iste iaciebat sagittas. Ecce ergo qualiter euentus sortium non est relictus fortunæ quasi a temeritate sine vilo dirigente sit, sed Deus semper in fortibus mouet manum missam in sinum vel inuolucrum, vt hanc vel illam sortem accipiat: & ob hoc frequentant quidam sortes, quia quod fortibus determinatur, a Deo definitum arbitrantur. Et hoc quidem verum est nisi fraus fiat in fortibus, quia tunc mouetur manus missa determinate ad hanc vel illam ex proposito, & non indeterminate.

Cum sortes a Deo dirigantur: & Deus vult sic sortes euenire an per sortes scire possimus, quid Deus vere determinet sicut si nobis responderet. Et quod Deus per sortes iratus: sepe sciat prouenire contrarium eius quod significat velle: & fieret si sortes non essent. Et quomodo & quando per sortes possimus cognoscere voluntatem signi & beneplaciti Dei simul. Quæst. XXXIII.

Sed tunc dicit aliquis, quod cum sortes a Deo dirigantur, & non relinquuntur fortunæ, oia quæ determinantur fortibus certa erit ex voluntate Dei: & cum aliquid fortiendo alicui prouenerit, ita nobis constabit Deum voluisse illud, sicut si consultus Deus a nobis oraculo prophetico raderet: & non erit necessarius processus in inquirendo veritates a Deo, sed oia fortibus determinata constabunt. Respondendum est quod cum aliqua fors alicui prouenit, Deus vult illam sortem & non aliam prouenire: & cum aliquid forte declaratum fuerit, manifestum erit illud Deum voluisse. non tamen ex hoc nobis determinata voluntas Dei constat, quia Deus vult quod sit vno modo, quod non fieret alio modo. nã si aliquo absente res eius auferatur clam, Deus illud vult, imò Deo fecisse dicit, vt patet Amos 3. c. Non est malum in ciuitate quod Dominus non faciat. tñ si ipse fuisset semper p̄sens in custodia rerum suarum, non fuissent ablatae res eius, nec Deus voluisset eas surripi clã. sic quoque patet de oibus quæ fiunt. nam nihil sit

R. 4. quod

quod Deus non vult fieri. nam contra eius voluntatem nemini operandi facultas foret: tamen multa mala sunt quorum contraria Deus fieri iuberet. Nihil ergo est scire quid Deus voluit fieri, quia quodcumque nos fecerimus siue bonum siue malum, Deus illud voluit: nec ad hoc fortibus egemus. Hoc tamen est quod nobis constat per sortes diuiforias vel consultorias simpliciter positas. nam licet Deus moueat manum miseram ad hanc vel illam sortem, non manifestatur nobis totaliter determinata voluntas Dei, quia fortassis id quod fortiendo sic euenit, si consultu diuino aut proueniret: sed tunc fortes aliquid proficiunt, & voluntatem determinatam Dei demonstrant, quando signant voluntatem signi, & beneplaciti illius, siquid Deus signet se velle, & quid determinate velit sicut in re prouenit. Hoc autem non semper signatur per sortem positam: sed aliquando Deus facit prouenire contrarium eius quod signat se velle, & fieret, nisi demerita nostra in alterum inducerent. Sic enim Deus signabat se nolle quod Iudaei facerent Regem, ut patet 1. Reg. 8. & 12. cap. Et id esset voluntas beneplaciti Dei, nisi demerita & nequitia Iudaeorum aliter efficeret: voluit tamen Regem fieri, licet increpuit. ut patet 1. Reg. 12. Ita in sortibus cum usus earum non sit multum licitus, potissime in consultoria sorte, & Deus nolit illas, si inquireretur alio modo consulendo eum, aut ratione humana conueniendo, forte placatus aliud de rebus disponderet, quam iratus propter sortes disponit: & tunc fieret secundum voluntatem suam signi & beneplaciti, quod nunc secundum voluntatem beneplaciti disponit, quando tamen Deus oratur, ut demonstrat quod velit per sortes in causis, quibus sit licitum uti fortibus, mouet taliter fortes, ut pateat voluntas signi & beneplaciti: quia ipse specialiter mouet fortes ut vult simpliciter, & non ut vult secundum demerita nostra. Sic factum est in positione sortium ad electionem apostoli vnius, quia ieiunio praemisso, & facta oratione positae sunt sortes, ut Deus declararet quem vellet per sortem: & factum est quia cecidit fors super Mathiam, quem Deus determinate eligi volebat, & quem elegerunt apostoli, si inuocato Spiritu sancto congregarentur ad eligendum: quia sicut Deus declaraturus erat in sortibus, quem vellet, ita declararet monendo voluntates eorum in vnum ad concorditer eligendum: & ob hoc, ut videretur quod Deus declarabat illum peccasse super quem fors caderet, & non videretur esse factum leuiter, sicut in communibus sortibus diuiforijs, iussit ut applicarentur ante Dominum, scilicet, ut ipse redderet testimonium veritati. Sic quoque Saul quando per sortes inquisiuit quis peccasset in Israel, & quare non redderet Deus sibi quaerenti responsum, fecit congregari omnes ante Dominum. ut patet primo Regum 14. Hic autem quamquam non fuissent congregati Israelitae ante Dominum, dedisset Deus testimonium veritati signas quis peccasset, cum ipse iussit istas sortes poni, ut tamen Israelitae crederent ista a Deo euenisse, & non a casu, iussit fieri cum magna solemnitate, & applicitis omnibus ante arcam.

De sorte que cecidit super Mathiam. & inf. q. 41.

An Iosue peccauerit inquirendo peccantem sortibus: & an nobis sic inquirere liceat: & de sortibus consultorijs & diuiforijs quid sint, & quomodo, & quando licite. Quasi. XXXV.

Sed nunc aliquis queret an Iosue peccauerit inquirendo peccantem per sortes. Ad quod manifesta est responsio, scilicet, quod non peccauerit, quia siue uti fortibus huiusmodi consul-

torijs licitum esset siue non, quia Deus mandauit licitum erat. Nam quodcumque Deus fieri iubeat licitum est, nec solum licitum, sed etiam necessarium, si manifeste constet Deum illa iubere: unde si Deus iubeat alicui occidere alterum etiam si pater suus sit, tenetur. sic mandauit Abraham occidere filium suum, & ipse eum iam occidere parabat extendens gladium super eum nisi angelus vetuisset. ut patet Gen. 22. c. & in hoc magis meruit Abraham quam in omnibus quae fecit vnquam. Idem si Deus alicui nostrum iubeat cognoscere carnaliter uxorem proximi sui, tenetur. de quibus magis dictum est Gen. 22. & Exo. 3. Deus autem mandauit Iosue ponere has sortes. ergo licite agebat & meritorie ponendo illas: & peccaret si non poneret quia necessitabatur. ideo quamquam fortes secundum se essent illicitae: quia tamen Deus iubebat Iosue ut vteretur eis, tenebatur.

Sortes diuiforiae secundum se male non sunt, sed a malo proueniunt. Et quae fortes sunt licite. Et quamquam omnia hominum corda sunt in manu Dei: specialius tamen sunt corda regum & principum. Quasi. XXXVII.

Sed dubium est an ipsae sortes illicitae sint. de quo quomodo sint quaedam fortes diuiforiae, & quaedam consultoriae: & quid utraque agunt, & quando consultoriae licite sunt, & quando illicitae: & sic de diuiforijs declaratur Nu. 26. vel 34. ubi de hoc. Sed in generali de sortibus dicendum est, quod ipsae male non sunt secundum se, sed a malo proueniunt. ideo interdum illis uti illicitum est. nam fortes diuiforiae sunt ad distinguendum quid cui proueniat, scilicet quando plures partes sunt, & plures qui suscipiant, atque sorte dirimitur quid cui proueniat: ideo ponuntur autem istae sortes nisi quia conuenire partes nequeunt, quid cui proueniat: sed hoc non conuenire malum est. & tunc uti fortibus diuiforijs, quamquam secundum se malum non sit, tamen a malo est, id est a discordia partium de prouenientibus portionibus quae mala est: cum pro his partibus, & terrenis contendendum nulli fore debet.

Dicendum ergo de sortibus diuiforijs, quod male non sunt, sed a malo: nisi quaedam alia intercedant propter quae non solum a malo sunt, sed etiam mala. de quibus differitur Nume. 26. Consultoriae autem fortes sunt ad vnum. & in hoc distat consultoria a diuiforia, quia diuiforia ad duos vel plurimos est. consultoria autem ad vnicum, ut cum in electionibus quaratur quis debeat assumi in episcopum, vel ad aliquid alterum, & generaliter in omni electione siue ecclesiastica siue seculari si fortes sumantur. nam ibi non sunt plura distribuenda pluribus, sed vni dandum est id de quo dubitatur. Vocatur autem haec fors consultoria, quia per eam Deus consulitur, quem eligi velit in dignitatem illam, vel officium, vel quodcumque de quo agitur. ista fors est magis illicita quam diuiforia: ideo ista est a malo & est aequaliter mala.

Primo est a malo, quia prouenit ex non concordia plurium ad idem. Deberent namque conformare se homines quando tales electiones celebrande sunt inuicem: ut omnes habentes oculos in directum cessante omni cordis prauitate eligerent, quem existimarent aptiorem ministerio de quo agitur. sed quia non est oculus omnium in bonum, sed plurimorum oculus nequam est, & totum corpus tenebrosum iuxta testimonium Saluatoris, discordant filij lucis a filijs tenebrarum, nec communij consensu electio celebratur. velle ergo uti fortibus ob defectum communis consensu a malo est.

Amplius

Amplius autem est a malo fors consultoria magis quam diuiforia, quia est ob defectum fidei. nam in electionibus praeratorum ad res magnas, ubi status politici vertitur periculum, aut lucrum, praecipue in electionibus ecclesiasticorum praeratorum, qui specialius ad Deum pertinent, deberent homines committere se Deo, confidentes quod ipse regens ista, & habens curam omnium istorum magis quam nos, qui ista administramus, nos dirigeret, cum sine voluntate illius, nec vnus de paruis passeribus cadat. iuxta testimonium Saluatoris Luc. 12. quamquam quinque illorum disponio veneant, ibi autem de nobis curam esse dixit patri nostro celesti, quanto magis in rebus magnis, ubi versatur status communitatum? & quanto maioris multitudinis agatur negotium, tanto habet Deus maiorem curam. ideo specialius facta magna per eum administrantur. ideo cum Hieremias dixisset, quod cor hominis erat in manu Dei, & via nostra non est in nobis, ut patet Hier. 10. c. f. scio Domine, quod non est hominis via eius, nec viri, & rambulet & dirigat gressus suos. Salomon in prouer. 21. cap. solum dixit de corde & via regis. f. cor regis in manu domini, & quocumque voluerit verteret illud. q. d. quod quamquam omnia corda hominum sunt in manu Dei, specialius tamen sunt corda regum, quia isti propter sublimitatem potestatis plurima facere possunt aut prohibere. ideo Deus infrenat corda ipsorum, ut contra voluntatem eius non moueantur efficaciter.

Est igitur sic in electionibus praeratorum, quod Deus magnam curam de illis gerit; confidere ergo debemus, quod Deus qui fidelis est, & seipsum negare non potest, si in eum mentem nostram dirigamus, & iaciamus in eum curam nostram, ipse nos enutriet non dando nobis fluctuationem, sed confirmabit corda nostra, & diriget in illum quem ipse specialiter secundum voluntatem signi & beneplaciti praesse vult populo suo, & non oportet poni consultorias sortes. f. ut per illas voluntas Dei de eo quem eligi vult, pateat. sed prouenit ista fors ex fidei paucitate. Quia si confideremus, quod Deus moueret corda nostra ad eligendum eum quem vult ipse praesse populo suo, non confugeremus ad alias certificationes, sed quia bonitati eius non bene confidimus, conuertimur ad sortes. & tunc si prorsus ratione non careamus, fortes in hoc nihil nobis notificant, quia cum ponimus sortem ad electiones praeratorum faciendas, aut ponimus, ut Deus per eam nobis declaret, quem eligi vult, an ut tollatur humana discordia. Si autem solum sit, ut tollatur humana discordia, non est ex paucitate fidei, est tamen ex alio malo, quod est discordia humana. Si autem fiat ad videndum quem Deus eligat, sicut Apostoli fecerunt in electione Marthiae, dicentes tu domine qui nostri corda hominum ostende, quem elegeris ex his vnum accipere ministerium huiusmodi & apostolatum. ut patet Act. 1. cap. Nihil magis proficiunt fortes quam electio, quia sicut credimus Deum mouere, ut cadat fors super hunc, vel illum, ita rationabile credi est, quod si rogauerimus eum, mouebit corda nostra, ut concorditer eligamus eum quem ipse eligi vult. non est enim maior ratio de motu cordium, quam de motu sortium. Ideo valde fuit consentaneum fidei & rationi, ut fortes consultoriae in electionibus tollerentur: potissime in ecclesiasticis electionibus valde spiritualibus, de quibus alibi dicitur, nam hoc modo magis eruditur homo ad confidendum Deo quam alias. In veteri autem testamento aliquando permittebatur Deus sortes, & aliquando eas iubebat. Iussit autem eas hic & Leni. 16. & Num. 26. & 34. Sed ille quae habentur in Numero ad diuiforias pertinent, & ad res terrenas, ideo magis licitae sunt quam istae. Iste autem

Consentaneum fidei & rationi fuit, ut fortes consultoriae in electionibus tollerentur, & quare.

quae habentur Leuitici 16. etiam diuiforiae sunt, quia ponebantur duae sortes per duos hircos. f. quis hircus proueniret Deo, & quis in caprum emissarius. ideo istae minus licitae erant quam diuiforiae, quae ad terram diuidendam pertinebant. Iste tamen ponebantur super duos capros ad tollendum dubium Iudaeorum, quia vnus eorum mittendus erat in solitudinem portans iniquitates totius populi super se, & quia credebant hoc efficere non posse, nisi esset ille, quem Deus ad hoc specialiter eligeret, ut securi de hoc essent, iubebat Deus de hoc poni hic sortem.

De sortibus quae habentur hic ad inquirendum peccantem, dicendum est, quod erant licitae ex mandato Dei, quamquam non essent licitae alias, & ipse eas faciebat certas venire, sicut postea confessus est ille, super quem fors cecidit. ut patet infra. si tamen Deus non iussisset nunc poni has sortes, non fuisset licitum uti eis, nec nunc licet his uti. f. quod inquiramus quis in iudicio condemnari debeat per sortes, vel inquiramus delictum occultum per sortes. Sunt enim haec sortes incertae valde & periculose, quia poterit forte condemnari in iudicio qui innocens est, vel in inquisitione occulti peccati poterit cadere fors super eum, qui innocens est relicto nocente, quo nihil iniustius, ut taliter distribuatur pena & honores. Aliquando autem Deus veritatem in his declarat, sicut in Iona propheta, qui fortibus datis deprehensus est sorte, ut mitteretur in mare ad placandum Deum, ut quiescerent fluctus. ut patet Ionae 2. cap. Non tamen semper sic veritas declaratur, nam hoc modo omnes veritates forte inquirere possemus.

Quomodo potest accidere, quod fors falsum dicat, cum Deus semper temperet fortes missas iuxta Salomonem, & faciat, quod sic eueniant. Quasi. XXXVII.

Sed dicit aliquis cum Deus temperet fortes missas in sinum, ut patet Prouerb. 16. & semper illas temperet, quomodo potest accidere, quod fors ab eo mota falsum dicat?

Respondendum est, quod id quod Deus facit non est falsum, vel id quod per sortem designat. Falsum namque esset si aliud in re esset, & aliud ipse signaret, sed Deus non designat per sortem apparentem id, quod nos intendimus, nec aliquid alterum. nam licet nos ponamus sortes ad inquirendum quis peccauit, Deus tamen non dicit nobis, quod mouebit manum miseram in sinum, ut educat sortem eius qui peccauit: sed mouet manum ad educendum hanc, vel illam sortem ex alia causa: ideo qualitercumque eueniat, Deus non signat hic verum vel falsum per sortem educam de inuolucro, cum nihil designare nobis intendat. si autem nobis dixisset, quod faceret educi sortem peccatoris, vel quod manifestaret peccatorem per sortem, necesse esset, quod fors peccatoris exiret, & tunc si da-remus, quod non exiret illa, diceremus, quod Deus falsum designabat per sortem. Et sic erat hic, quia ipse iussit applicari omnes Israelitas, ut declararet quis inter eos peccasset, & hoc sorte missa. Si ergo non fuisset Achan peccans, cum fors super eum cecidisset, signaret falsum fors illa a Deo data. in nobis autem utentibus huiusmodi fortibus nihil tale est, quia Deus non dixit se quippiam declaraturum per sortem, ideo quaecumque fors exierit, nec verum, nec falsum signat.

Obiectio

Obiectio contra predicta. Et quod Deus mouendo sortes falsas influit, ut causa vincit, & non ut rector aut iudex, ideo non facit malum. simile sup. in hoc cap. q. 21. & de hoc vide etiam sup. c. 6. q. 27. & 32. & 42. Quæst. XXXVII.

Sed adhuc dato, quod Deus non signet hic falsum per sortem, si non eueniat peccatori, tamē arguetur, quod malum agat, quia mouet, ut eueniat illi, qui non peccauit, & per hoc moriatur. hoc autem æque inconueniens est, sicut superius.

Respondendum est, quod Deus non facit in hoc malum, quia vitur iure suo. ipse enim est causa supra ma influens super omnia causata. sui iuris est, ut in his moueat cor nostrum, & membra nostra ad talia, vel talia agenda.

Si autem arguas, quod ex hoc malum sequitur, quod occiditur ille, qui non est mortis reus superstitio illo, qui sceleris actor est. Respondetur, quod ad hoc non præstat causam Deus immediatam, sed magis isti qui huiusmodi sortibus vtuntur in culpa sunt. quis enim eis iussit, ut hoc modo incertissimo inquirent peccatorem occultum? cum ergo committant se manifesto discrimini, quodcunque malum inde prouenerit ipsorum culpa est, & Deo non est ascribendum.

Aliter autem responderi potest & cōuenienter valde, quod datis sic sortibus ad inquirendum peccatorem, quamquam Deus moueat manum missam, ut accipiat aliam sortem, quam viri peccatoris: tamen malum non agit, quia ille cuius fors educta est de inuolucro, licet non sit reus huius, quod nunc in quæstione est, tñ aliorum forte maiorum reus est. Deus autē vult nunc eum puniri referuans eum, qui tunc peccauit pro suo tempore puniendum, vel forte differt punitionem, ut cōuertat eum ad se miseretur illius, iuxta illud Isa. 30. ideo expectat nos Deus, ut miseretur nostri. puniendo autem illum bene agit, quia si illius scelera iudicibus cognita forent eum acriori supplicio plectendum darent. tradidit ergo nunc eum occidendum hac forte iudicibus ignorantibus quare occidatur. & sic Deus nobis ministrantibus iustitiæ suæ modum explet ignaris tamen nobis horum, quæ per nos geruntur. Sic autem in homicidio casuali: quia tradidit Deus in manus nostras, ut occidamus eum quem nos occidere nollemus, & satis dolemus: ipse tamen mortis huius reus est, quia scelera sua hoc promeruerunt.

Si ponantur sortes inter aliquos ad inquirendum delictum, numquid poterit fors comprehendere illum, qui penitus coram Deo, & hominibus innocens est. Quia ista conclusio videbitur alicui minus dicto difficilis: tamen in corroboracionem eius facit dictum beati Gregor. in oratione ser. 6. post eum, scilicet nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas, & omnia illa, quæ late prosequitur Boetius quarto de consolat. profa. 6. & si arguas contra: de dicto Iob non peccauit & in amaritudinibus etc. & de dicto magistri Seni. in 4. dist. 15. dicentis, quod Deus dat mala alicui sepe sine peccato etc. Et de Christo & Abraham & multis martyribus & confessoribus, qui multa passi sunt sine illo peccato. Ad hæc facile respondebis ex his, quæ do. Abulen. dicit hic, & precedenti q. & seq. 72. & supra 6. cap. q. 27. & 37. cum alijs, & in 2. parte sui defensorij. cap. 34. Quæstio. XXXIX.

Sed dices, ponatur quod sortes sumantur per aliquos ad inquirendum peccatum, & exeat fors illius, qui totaliter coram Deo, & hominibus innocens est morietur, & Deus moueat sortem illius qui nihil peccauerat, relicto nocente superstitio.

Respondendum est, quod non est talis casus admittendus. nam si aliquis fuerit simpliciter innocens, non mouebit Deus sortem eius, nec occidi faciet. & quod amplius est dato, quod iniqui conarentur per fraudem opprimere eum datis sortibus, ut exiret fors illius factio dolo, non exiret, quia Deus non permetteret. Deus enim facit nos cōtrarium agere eius, quod volumus interdum, & loqui contrarium eius, quod optamus, atque proponimus, sicut patet in Balaam propheta qui venerat ad maledicendum Iudæis. vt patet Num. 22. cap. & tamen cum conaretur maledicere benedicebat, eo dolente quod benediceret. vt patet Num. 23. & 24. Vnde cum conareretur Balach rex Moabitarū, quod vocauerat eum ad maledicendum hostibus, quibus ipse econuerso benedicebat: respondit se non posse facere aliud. vt patet ibidem. sic ergo quamquam ini qui conentur delere iustum, non poterūt, quia Deus non sinet.

Et si aliquando exiret fors eius, qui videtur prorsus innocens? Respondendum est, quod ille non est totaliter innocens, quia licet in oculis nostris sic videatur. Dei tamen iudicium valde distans est. & quamquam inter nos viri prudentissimi aliquos iudicent innocentes, non ex hoc firmiter tenendum est esse innocentes, quia Deus interdum contrarium iudicat. Cato enim viro iustissimo ac prudentissimo Romanorum placuit causa Pompeij, Deo tamen placuit causa Iulij Cesaris. Sic ait lib. 1. de Bello ciuili Lucanus.

Videtur causa dies placuit, sed victa Cato.
Et Boetius de consol. lib. 4. profa. 6. ait. nam vt pauca, quæ ratio valet humana de diuina profunditate perstringam, de hoc quem tu iustissimum & equi feruissimum putas, omnia scienti prouidentia diuersum videtur, & vidtricem causam dijs, victam vero Cato ni placuisse familiaris noster Lucanus admonuit.

Sed aliqui aliter respondere volunt dicentes, quod si educeretur fors hominis penitus innocētis, & moreretur, propter hoc non videbatur aliquod inconueniens, quia Christus innocens fuit, cum nihil impie vnquam egerit, neque labē originale contraxerit: passus tamen fuit acriter.

Respondendum est ex hoc nihil sequi. quia Christus passus est, quia ad patiendum venerat. nam oblatu est, quia ipse voluit. ad nihil enim in mundum venerat, nisi vt nos redimeret: redemptio autem morte & penalitatibus eius consummanda erat. ideo non est ad consequentiam caterorum trahendum, quia de alijs nemo ad hoc natus est. Sed adhuc instabitur de Virgine benedicta, quæ non venit, vt pro nobis pateretur, multas tñ sustulit penalitates: ipsa tñ nihil peccauit. Ad quod aliquis rōdebit, quod contraxit originale labem, & ex hoc passa est penalitates, licet nihil actuale commiserit. Dicendum est, quod si non contraxerit originale, vt supponitur a nobis, tñ digne passa est, & iussit in limbum si mortua fuisset ante passionē Saluatoris, de quo late dictum fuit in libro nostro de quædam metaphoricis paradoxis. Quamquā in hoc iuxta antiquorum nostrorum sensum satis dici potest, quod poenæ quædam proueniant bonis non meritis, vt meliores fiant, vel vt in malum non decidant. sed istæ sunt velut quædam tentationes & passionēs. sic ait Boetius de consolat. lib. 4. profa. 6. Si quosdam remorderet ne longa felicitate luxurient, alios duris agitari finit, vt virtutes animi patientiæ vsu atque exercitatione confirmet.

Ex his ergo patet, quod quamquā Deus moueret manus missam in inuolucrum ad sortium educationē, ad educendam sortem hominis, qui illius criminis, de quo agebatur reus non erat, non faciebat malum. nos tñ si sortibus in inquisitione criminum vtamur, peccamus, quia exponimus nos discrimini. hoc enim modo

eum qui reus non est, reum efficiemus. Sunt igitur A sortes consultoriæ ad inquirendum peccatorem magis illicitæ quàm in electionibus, & omnibus alijs modis. In veteri tamen testamento permixtæ fuerunt ex paucitate fidei, vel quia Deus volebat se conformare, sic illi populo, qui ad maiora non poterat eleuari. Vnde quia istæ sortes secundum se incertæ erant, quamquā cum Deus illas iuberec poni, propter Deum mandantem efficiebantur certæ, Iosue non solum stetit determinationi sortium, sed postquam fors venit super Achan, inquisiuit ab eo quid fecisset, & coegit eum confiteri, nec eum condemnauit ad mortem antequam confiteretur, & confessus est. Hoc quidem non quasi Iosue hæsitaret, an sortes verum determinassent, & confessione rei patefieri veritatē exposceret, sed vt totus populus videret, quomodo Achan iuste occidebatur ex confessione sua.

Item vt in hoc appareret gloria Domini, quæ per sortes veritatem fecerat inquiri, & certissime inueniri. & hoc patet, quia cum peteret Iosue ab Achan, quod confiteretur peccatum suum ait. fili mi da gloriam Deo Israel. i. demonstra gloriam eius consistendo, quod fors ab eo forte missa verum signauerit.

Sortes consultoriæ pertinent ad homines imperfectos, ideo non ponuntur in nouo testamento. Et quod firmiter considerare debemus, quod quotiescunque in prelatorum electionibus Deo puro inuocauerimus corde, mouebit affectus nostros, vt eum in rectorem eligamus, quem ipse populo suo præesse velit. Quæstio. XLI.

Nunc autem in nouo testamento, quia est status perfectior & maioris fidei, non permittuntur sortes consultoriæ ad electiones, & multominus ad inquirendum peccatum, vel quæcunque occulta: sed electiones inuocato Spiritu sancto per vota singulorum sunt, de quo confidendum est, quod cum eum puro inuocauerimus corde, moueat affectus nostros, vt eum in rectore, aut præpositum eligamus, quem ipse populo suo præesse velit. Et si obijciatur de electione Matthiæ ad apostolum facta per sortes, quæ pertinet ad nouum testamentum.

Respondendum est, quod apostoli adhuc erant imperfecti in fide habentes reliquias conuersationis veteris testamenti. & quamquam eorum sincera foret intentio, tamen fides adhuc pauca erat. sicut enim Dei voluntatem inquirere conati sunt per sortes, & certissime cognouerunt, ita considerare debuissent, quod eis in charitate non ficta coniunctis Spiritus sanctus adesset mouens corda eorum ad eligendum eum, quem per sortes acceperunt. quem Deus in apostolatū assumi dignaretur. Hoc autem fuit, quia nondum confirmati erant in fide, & charitate. nam licet cum Christo conuersati essent per tres annos fere, aut vt quidam volunt per tres & dimidium, tamen non confirmauerat corda eorum. solum enim eis, vt ceteris prædicabat, & aliqua secreta declarabat, quæ alijs abscondita relinquebat. iuxta illud Matth. 13. f. vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, tñ non tangebatur corda eorum in Christo, tamē nihil proderat exterior cōicatio, sed interior tactus. nā etiam si per mille annos mansisset cum eis prædicās, & non tetigisset specialiter corda eorum, nunquam in aliquo profecissent, quia nondum a Deo traherentur. nemo tamen ad eum venire potest, nisi primo trahatur. vt patet Io. 5. Fuerunt autem in hac cōuersatione imperfecti, & secundum carnem, toto tpe, quo cum Christo manserunt. vnde sepe ipse increpabat eos, vt patet Matth. 17. cum ait. O gnatu incredula & per-

uerfa quousque ero vobiscum, & quousque patiar vos! & paululum post hoc inter se absente Christo cōten debant, quis eorum maior esset, quod ad manifestos gloriæ amatores pertinet. de hoc Matth. 18. c. Nec solum Christo viuente hoc fecerunt, sed etiam cum pareretur oēs adhuc infirmi, & non bene credentes abierunt eo relicto, vt patet Matth. 26.

Nec hoc sufficit, sed etiam eum cognouisse negauit Petrus, vt patet eodem cap. & ter quidem, sic omnes euangelistæ testantur. Sed & hoc non tñ imputandum erat, quia timore humano inducti faciebant: sed & cum surrexisset, non credebant eum surrexisse, vt patet Luc. 24. & Io. 20. & 21. vnde eis ad hoc signa dedit, vt patet eisdem locis: conuersatus est autē post resurrectionem Christus cum discipulis suis apparatus illis. 40. diebus in multis argumentis vsque ad diem, quo assumptus est, vt patet Actu. primo. & tñ adhuc erant rudes & imperfecti in fide: nam cum ascēsurus foret interrogauerunt eum dicentes: dñe si in tempore hoc restitues regnum Israel. ecce quā loquebatur de Israel secundum carnem.

Dicendum autē vt aliquis, quod illud non inquirebant apostoli, sed aliqui alij, quia dicitur Act. 1. in litera, igitur qui conuenerant interrogabāt eum dicentes, dñe si in tempore hoc &c. Respondendum est, quod isti erāt apostoli, quod patet ex verbis Saluatoris, quæ sequuntur immediate. f. non est vestrum scire tēpora & momenta, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis spiritum sanctum superuenientem in vobis, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ: hoc tñ de apostolis intelligi necesse est qui missi sunt ad predicandum per totum orbem. Ecce ergo manifeste patet, quod vsque ad ascensionem Christi erant apostoli nimis imperfecti in fide, & post eam semper fuerunt vsque ad spiritum sanctum superuenientem, qui tetigit corda eorum, & in fide confirmauit atque charitate inflammauit. Vnde postea alteri viri effecti, iam non vt prius loquebantur, & hoc quia insilierat in eos spiritus dñi, & mutati fuerant in viros alteros: ideo iam sortibus vsi nunquam sunt, sed per electionem. Sic enim paulo post factum fuit in electione septem virorum, vt præsent viduis. nam elegerunt eos, & imponentes manus ad collationem spiritualis gratiæ confirmauerunt eos, vt patet Act. 6. c. de quibus primus fuit Stephanus. electio autem Matthiæ fuit ante aduenientē spiritum sanctum in Pentecoste. Ideo sortibus facta est, quia adhuc imperfecti erāt. Deinde iam multum confidentes Deo cum congregarentur in charitate, confidebant, & credebāt spiritum sanctum esse cum illis. Vnde dicebant placuit spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum &c. vt patet Actu. 15. postea et proueniente & multiplicata fide eorum in successoribus sortes abolitæ sunt, & iam eas ecclesia detestatur: si tamen in aliquibus casibus eis liceat vti declaratur Num. 26. vel 34.

Quare Achan audiens Deum dixisse esse anathema in Israel, & inquirendum sequenti die, cum sibi conscius huius esset non fugit. Quæst. XLII.

Quare autem aliquis circa Achan, cum audiuit, quod Deus dixerat esse anathema in Israel, & quod sequenti die erat declarandum, erat, quod sibi conscius huius sceleris, quare non fugit. Aliquis forte respondebit, quod Achan non putauit peccatum magnam esse infligendam quam reperiretur furtum: ideo non recessit de castris. Sed non stat, quia in litera expressum est, quod ille qui reus erat, criminis huius, delendus foret, vt patet infra cum dicitur quicquid

in hoc facinore deprehensus fuerit; comburetur igni cum omni substantia sua. Deus quoque ante hoc dixit, non poterit stare Israel coram hostibus suis, eosque fugiet, quia anathemate pollutus est: non ero vobiscum ultra donec cōteratis eum, qui huius sceleris reus est: non ergo ob hoc stetit in castris. Alio modo respondit aliquis, quod non potuit Achan fugere, quia quando sortes posite sunt, erant omnes coram domino, & cecidit super eum fors: si autem fuisset alibi fugisset. Respondendum est hoc ceteris, quod stare, quia istud fuit denunciatum per vnum diem ante, & iustum est, quod sequenti die omnes venirent coram domino ad declarandum quae peccasset. vnde dixit Iosue, sanctificamini in crastinum. i. estote parati pro mane ad veniendum, & subditur, accedetique mane singuli per tribus vestras: Achan ergo audiens hoc cum esset sibi confidius sceleris potuisset fugere ipsa nocte de castris. Dicendum est, quod quamquam Achan sciret penam mortis esse infligendam peccatori, & quamquam cognovisset ante hoc per diem vnam tamen non fugit, & hoc quia forte non habebat quo fugeret: nam tota gens in circuitu erat Chananeorum, & putarent eum exploratorem, atque occiderent extra suos, ergo clementiam sibi quodcumque futurum opinabatur inter suos.

Item forte dato, quod conaretur fugere Achan de castris, non posset, quia erant custodes castrorum in extremitatibus ne quis de exercitu fugiat, aut ne hostes repente in circuitu percussant castra, & hic non finirent eum profugere.

Item forte Achan quamquam audisset verba de declarando peccatore coram domino, non credidit futurum, quia nunquam simile viderat: non enim fuerat simile factum aliquid ante tempora sua. ideo magis putavit hoc esse comminationem quam veritatem futurae rei: vnde fugere non curavit. Aliter forte dici potest, quod quamquam Achan timeret futuram sibi mortem, tamen Deus peruerit cor eius, ita ut non maneret ei consilium neque vires, quia volebat in eo monstrare gloriam suam, sicut dicitur de Pharaone, quod ideo Deus posuerat eum, ut monstraret fortitudinem suam in eo, ut patet Exo. 9. c. & ad Rom. 9. stetit ergo quia Deus eum stare fecit, licet aliter potuisset sibi inquirere subterfugia.

Accedetique mane singuli. Id est omnes de populo, s. soli viri, quia foeminae non accedebant cum non potuissent peccare in anathemate, ut supra declaratum est. Etiam intelligitur de viris numero accipitur ad bellum a 20. annis & supra, quia alij minores non introierunt urbem Iericho, ideo non poterant rapuisse de anathemate: sed viri bellatores qui poterant rapuisse applicabantur. Per tribus suas. Id est non venient omnes commixti, sed quilibet vir veniet cum eis qui sunt de tribu sua, ut distincta omnia sint. Causa huius erat, quia primo ponenda erant sortes per tribus, & deinde per familias tribuum, postea vero per domos: ad extremum autem per viros. Si autem aliquis de vna tribu esset cum viris alterius tribus, non posset fors verum dicere, quia aut tunc caderet fors super tribum illam, de qua erat vir peccator, aut super tribum illam cum qua tunc erat. Si primo modo non reperiretur ibi, cum tota tribus divideretur in familias, domos, & viros. Si autem secundo modo etiam non conueniret assignaretur, quia debebat tunc per familias suas tribus illa diuidi, & familiae per domos, & domus per viros, tamen in viris illius tribus non inueniretur peccator. Debebat ergo singuli esse per tribus suas, & cum his tribubus erat tribus Levi: quia Leuitae etiam potuissent peccare in anathemate Iericho. ideo de eis, sicut de ceteris inquirerebatur an peccassent. Et quam-

omneque tribum fors inuenit. Fors dicebatur inuenire tribum, quia primo fuerunt praesentare omnes. 12. tribus coram arca, & scripte fuerunt cedulae. 12. equales: eiusdemque figurae nominibus. 12. tribuum: missaeque sunt cedulae in aliquo inuolucro, de quo missa manu Iosue vel aliquis de alijs educturus erat vnam, & cuius tribus cedula exisset, erat rea huius criminis, & dicebatur eam inuenire fors. i. Deus eam inueniri faciebat per sortem. Accedet per cognationes suas. Cum comprehensa esset vna tribus sorte ceterae erant immunes, nec in eis aliquid inquirerebatur, sed illa tribus diuidebatur per familias, vocatur autem hic cognationes familiae, quia sunt quaedam cognationes sub tribubus: omnes enim istae diuisiones sunt cognationes, quia tribus cognationes sunt, sed maxime. Familiae quoque cognationes quaedam minores sunt: domus etiam sunt minime cognationes, quae diuidebantur, & tunc istae familiae erant inscribendae cedulis totidem quot erant familiae & ponendae in inuolucro, & missa manu cedula monstrabat extracta, quae esset tribus illius familia criminis rea. Et cognatio per domos.

Domus quot modis capitur in sacra scriptura, quia quintupliciter. vide supra 2. c. q. 51. Quest. XLIII.

SVB familijs in tribubus sunt alie minores diuisiones, quae vocantur domus. Accipitur enim varie domus: aliquando pro toto vno magno genere, & sic omnes Iudaei vocantur vna domus. s. domus Iacob, ut patet Psal. 113. s. domus Iacob benedicite dominum. Et sic apud poetas accipitur. vnde congregatio omnium Romanorum vocatur domus Assarici, vel domus Aeneae, sic accipit Virgil. primo Aeneidos. s.

Cum domus Assarici Phisiam claraeque Micenas. Imperio reget & victis dominabitur argis.

Hoc autem de oibus Romanis intelligi voluit. Aliqua accipitur domus pro vna tribu, ut patet Psal. 113. domus Levi benedicite dominum. Aliqua accipitur domus pro familia, ut dicitur domus Aaron. erat autem Aaronita de familijs Leuiticis tribus sub maxima familia Chathitarum. Alio modo accipitur domus pro vna oeconomia. s. pro conjunctione viri vxoris & filiorum, in qua ponuntur sex minima vel termini. s. dominus & seruus, vir & vxor, pater & filij, ut patet primo Politicorum. c. 2. haec sunt sex ad quatuor personas reducuntur, quia qui est vnus est vir, & est pater: sed ad aliud & aliud sumptus. Alio modo accipitur domus pro congregatione aliquorum in descenditium ab eodem patre vel auo, qui non faciunt vnam oeconomiam, sed multas. non accipit hic domus pro primo. nec 2. nec 3. nec 4. modo sed quinto. De primo satis patet, quia alias non fieret distinctio: sed omnes Hebraei essent vna domus. De 2. & 3. patet, quia distinguitur hic domus contra tribum, & familiam: etiam quia dicitur, quod Achan erat de tribu Iuda, & familia Zare, & domo Zabdi. Quod non accipitur 4. modo patet, quia vir dicitur hic qui facit distinctas oeconomias: nam Achan habebat vnam oeconomiam per se quae vocatur domus, quia habebat vxorem, & filios atque filias, & suppellectilia, & iumenta. Erat ergo hic domus in 5. modo.

Domusque per viros. In hoc patet, quod non fuerint foeminae applicite ad eum, ut inuestigaretur inter eas peccatum, quia domus per viros diuidebatur, & non per viros & foeminas: & fiebat eodem modo, vrin praecedentibus, quia considerabatur in qualibet familia quot essent domus, & totidem fiebant cedulae modo quo supra dictum est. inuenta autem domo computabantur viri illius domus, & describebatur per singulas cedulas, atque positus eis in inuolucro educebatur cedula vna,

vna, & quae esset faciebat virum ibi descriptum criminum: vnde ad vltimum exiit cedula Achan.

Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur. Praedicebat hic penam Iosue ad maiorem terrorem, ut attentis essent, & parati ad videndum, quem Deus comprehenderet ex Israel. i. cuius cedula ad vltimum exierit morietur. Comburetur igni. Ista pena dabatur, quia omnia quae erant in vrbe Iericho posita fuerant sub anathemate, erantque cremanda, sicut ipsa vrbs cum eis, quae ibi fuerunt exusta est, ut patet praecedentibus. Achan autem impedivit hoc furando parte eorum quae ibi erant: debuit ergo cremari ab igne qui peccauit auferendo ea, quae cremanda erant igni.

Cur Achan lapidatus est cum cremaretur igne. Et ad hoc opinio Nicolai, de qua latius infra q. 65. tamen quae hic asseritur, non videtur esse opinio propria auctoris, ut patet infra in questionibus supra textum. Quest. XLIII.

SEB dicitur quomodo ergo postea lapidatus est, ut patet infra in litera. Quidam dicunt, quod peccauit dupliciter Achan. s. in auferendo de anathemate Iericho, & infringendo sabbatum. Propter primum debebat comburi Achan, sicut peccauerat in rebus comburendis, ut per quae quis peccat per haec torquetur, ut patet Sap. 11. c. Peccauit etiam infringendo sabbatum, quia dies septimus, in quo vrbs Iericho corruit, & capta sunt de anathemate haec quae infra habentur, dicitur fuisse sabbatum: sed infringentibus sabbatum pena erat, quod lapidarentur, ut patet Num. 15. de illo qui colligebat ligna in deserto die sabbati. sed an fuerit non constat. satis tamen rationale aut verisimile est. Potest aliter dici, quod ad terrorem maiorem populi factum est, ut magis timerent insidiis multis penis quam vna.

Item ut ipsemet populus vindicaret offensam Dei in Achan, cum a Deo fuerit punitus propter eius peccatum, si tamen solum combureretur, non poterat populus per se infligere mortem. Data fuit ergo alia pena, in qua omnes possent. s. in lapidatione, quia totus populus mittebat lapides in Acham, & vindicabat iniuriam & offensionem factam Deo, quae Israel concitatus fuerat, & damnum illatum eis. s. quia de eis pro peccatum Achan mortui fuerat. 3. 6. viri, ut sup. patet.

Item leuius fiebat hoc Achan: est. n. leuius genus mortis atque velocius, & cum minori sensatione lapidatio, quam crematio, nec in parum: fuit autem lapidatio, & cum defecisset oppressus lapidibus crematus est. sed haec ratio vera sint disputabitur latius infra quoniam supra textum. Cum omni substantia sua. Id est cum oibus quae ad eum pertinent. substantia proprie hic possessas res notat, & non filios, & filias atque vxorem, quia ista non possidentur, non nisi solum substantia peccantis exusta est, sed et filij, & filiae, ut patet infra. hoc autem non videtur expresse Deus dixisse, satis tamen colligitur ex verbis cum dixit. non ero ultra vobiscum donec conteratis eum, qui hoc scelere contaminatus est. Iussit enim illum conteri: sed conteritio signat totalem & simultaneam destructionem, ideo non solum ipse, sed et omnia quae eius erant, destruenda erant: alioquin occisus diceretur, sed non contritus aut deletus.

Quare combusta fuit tota substantia domus Achan. Et quod rapiens aliquid de anathemate efficiebatur anathema. Questio. XLV.

SEB quaret aliquis quare combusta fuit tota substantia Achan? Respondendum est, quod istud peccatum fuit in peruerendo anathema: fuerat. n. vrbs Iericho cum omnibus quae in ea erant subiecta

anathemati. ipse autem accipiendo quae intra habentur praeparatus est illud: ideo debuit ipse fieri anathema sicut id, quod sumpsit de anathemate, ut consimilis modus punitionis per omnia esset, sicut fuit transgressionis. cum autem aliquis ponebatur sub anathemate, totus ipse erat anathema, ergo debebat oia quae pertinebant ad Achan esse anathematizata. Quod autem rapiens aliquid de anathemate efficiatur anathema, patet Deuter. 7. f. ne auferas quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est.

Item fiebat ad maiorem terrorem, quod non solum peccantes, sed etiam quae ad eos pertinent, deleantur. Ita etiam secundum leges humanas aliqui peccantes delentur cum rebus suis, vrin criminibus laese maiestatis, ut patet ext. de here. c. vergentis. & quia longe magis est aeternam quam temporalem offendere maiestatem, si pro lesione maiestatis terrenae infliguntur delationes peccantium, & rerum suarum, multo magis pro lesione aeternae maiestatis infligi iustum est, sed hanc offenderat Achan, ergo dignum erat eum cum rebus suis perire. Alij vero hoc aliter exponunt, de quo dicitur infra in questionibus supra textum.

Quoniam praeparatus est pactum domini. Ista est causa quare inflata fuit pena haec. dicitur Achan praeparatus pactum domini. i. falsauisse, vel peruertisse, quia fuerat inuitus fecius cum domino, ut esset super totam urbem Iericho anathema cum rebus suis. Achan autem accepit de rebus illis, ergo praeparatus est pactum quod ad scelus pertinet, sicut inter homines qui falsant federa coposita, magnis supplicijs digni habentur.

Et fecit nefas in Israel. Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod fecit Achan nefas in Israel. magnum peccatum, quod nefas vel scelus vocatur, & fecit in Israel. i. inter Israelitas: ideo maiori pena multandus est quam si fecisset in alio populo, quia iste populus est sanctior, & in eo grauius peccata debent puniri. Sic dicitur de puella, quae manens in domo paterna fornicata est, & postea cum desponsaretur subtrahit se esse desolatam. Sponsus autem accepit eam tanquam virginem: si postea obijciatur ei, quod non est inuenta virginitas, iubetur lapidari puella. & subiungitur, quia fecit nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui, ut patet Deuter. 22. cap.

Alio modo accipi potest, quia fecit nefas in Israel. i. fecit magnum damnnum, vel peccatum contra Israelitas. s. quod propter actum eiusdem conuertit Israelitas in fugam apud urbem Hay. & corruerunt vulnerati de eis. 3. viri, ut patet supra in litera. Sed primum sensus melior est, quia quamquam rationabilis causa esset, ut puniretur qui praeparatus fuerat pactum, quia laeserat Israel: tamen istud nomen nefas, non potest importare penam, sed culpam.

Surgens itaque Iosue mane, applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quae cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerens reperit Zabdi. Cuius domum in singulos diuidens viros inuenit Achan filium Charai, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda.

Surgens itaque Iosue mane. Hic ponitur executio praedictorum. s. surgens Iosue sequenti die ad exequendum ea quae Deus iusserat. Applicuit Israel. Id est fecit applicari totum Israel ante arcam. quare autem applicaretur ante arcam supra data est causa. s. ut intelligerent Israelitae hoc fuisse factum Deo iubente, & reddente testi-

In q. 28.

In q. 55. 61. & 65.

In q. 28. & 30. huius.

testimonium veritati, q non sic intelligerent si sine solennitate, & non ante arcam fieret. Per tribus suas. Idest applicuit totum Israel applicando tribus eius. f. 12. tribus, & cum eis tribum Leui, quæ non computabatur communiter tanquam vna de tribubus. sed applicita est, vt etiam inquireretur si esset in ea iniquitas, & ne cæteri Israelitæ conquererentur. Dicerent enim, q poterat esse vir peccator inter Leuitas, qui si non applicarentur necesse erat cadere forte sup vnâ de alijs tribubus, quæ nihil peccauerant: adhibita aut ea sicut ceteris non esset causa dubitandi & conquerendi. Et inuenta est tribus Iuda. f. cum poneretur sortes. 12. pro. 12. tribubus educta est de inuolucro cedula, in qua erat descriptum nomen tribus Iuda.

Quæ cum inxta familias suas esset oblata. Cû positis fortibus inter omnes tribus inuenta est rea tribus Iuda, cæteræ recesserunt, & mansit tribus Iuda, quæ tunc diuisa est per familias suas, vt sciretur in qua familia esset iniquitas. Fuit autem distincta in quinque familias suas. f. Zareitarû, Pharestarû, Ephronitarû, Amulitarû, Selaitarum, quæ habentur Num. 26. c. deriuatæ & nominatæ a filijs Iudæ, & pro his quinq; datæ sût. 5. cedulae inscriptæ nominibus singulari, & posite in inuolucro. Inuenta est familia Zare. Ista erat vna de familijs Iuda denominata a Zare filio Iudæ: fuerunt. n. duo filij illius nati de Thamar nuru sua. f. Phares & Zaram, vt patet Gen. 38. & a Zare vocatur familia Zareitarum, de qua erat Achan. fuit aut inuenta ista familia, quia fuit educta cedula inscripta nomine eius de inuolucro.

Quomodo intelligitur, quod familia Zare diuisa fuit per viros. Quæstio. XLVI.

ILLAM quoque per viros offerens. Capta familia Zare separatæ fuerunt reliquæ familie: mansitque illa quæ rursus diuisa est per domos: nam quilibet familia continebat domos. sed in litera dicitur, q familia Zare diuisa fuit per viros. Dicendum est, q pti mo diuisa fuit per domos, & domus per viros: sic. n. supra dixit Iosue: quancunq; tribu fors inuenerit accederet per cognationes suas, & cognatio p domos: ergo per domos diuisa est familia Zare. hic tamẽ subdicitur, quia est modus sacræ scripturæ, q cum aliqd debet bis narrari semel, enarrentur quædam quæ secundo non dicuntur, vt enitetur longitudo sermonis, sicut patet præceden. c. ex declaratis ibi. sic ergo hic, cum supra fuerit posita ista examinatio plene, cû hic repetitur, ponitur non plene, quia subintelligitur.

Dicendum est ergo, q modus fuerit iste. f. q primo applicitis tribubus coram dño inuēta est sorte tribus Iudæ: deinde illa applicita inuenta est familia Zare: quæ postea per domos diuisa inuenta est domus Zabdi, & postea diuisa illa per viros inuentus est Achan, quod signatur infra cum dicitur: inuenit Achã filiu Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda: expressit. n. ibi oēs in quibus computari possunt domus & familie. Et tñ si adhuc clarius inspiciamus nihil hic dimissum est, licet quidã existimēt, q et fuerit cõputatæ hic domus. & in hac cõputatione reperta est domus Zabdi, vt patet in litera: nã si ista diuisio, q hic dicitur p viros esset vltimata diuisio per viros, nõ diceret, q inuentus est Zabdi, sed Achã: dicitur tñ Zabdi. Itẽ q postea dicitur, q domus Zabdi diuisa est per viros, ergo diuisio ista Zare per viros non est pprie distinctio per viros, sed per domos. Sed dices, quõ ergo dicitur, q diuisa est familia Zare per viros? Rõndendum est, q non vocantur hic viri personæ singulares, in quas vltimata resolutio fit: sed vocantur viri qui sunt capita domorum, sicut alij sunt capita familiarum, & alij capita tribuum, & poterat dici,

q quilibet harum diuisionum fiebat per viros, quia ponerentur. 12. viri principes tribuum pro. 12. tribubus, & viri principes familiaru pro familijs, & sic de domibus. Est ergo sensus. Illam quoque. Idest familiarum Zare. Per viros offerens. Non per viros qui sunt personæ singulares, sed per viros qui sunt capita domoru.

An Zabdi fuerit hic positus tanquam caput domus. Quæstio. XLVII.

NEC etiam intelligi potest, q Zabdi fuerit hic positus tanquam caput domus sue, & cecidit super eum fors: nam iste a multis temporibus mortuus est, quia Zabdi fuit filius primogenitus Zare, cum ab eo denominetur domus. Zare autem ingressus est in Aegyptum cum patre suo Iuda, vt patet Gen. 46. qui 20. annis post aut ante gigneret filium suu Zabdi: haberet ergo Zabdi tot annos quot effluerunt ab ingressu Iacob in Aegyptum vsque in diem hac præter. 20. aut pauciores annos. f. q effluisent ab ingressu in Aegyptu vsq; ad natiuitatem eius. sed hoc non stat, quia non posset tot viuere annis sm cursum illius temporis, ergo non vivebat tunc. Qd patet, quia ab ingressu Iacob in Aegyptum vsque ad exitum Israelitarum fluxerit anni ducenti & quindecim, vt fuit declaratum, Genes. 15. & Exo. 12. quibus addantur. 40. anni, qui fluxerunt ab exitu de Aegypto vsque ad transitum Iordanis, & pauci dies qui superexercebant, erunt anni ducenti quinquaginta quinque, a quibus subtrahantur. 20. qui fluere poterant ab ingressu in Aegyptum vsque ad natiuitatem Zabdi, manebunt ducenti triginta quinque; anni, quos agebat tunc Zabdi si viueret: sed ad hanc ætatem nemo accedebat tempore illo. nam ætas maior erat centum viginti annorum, vel paulo amplius.

Dicendum ergo, q Zabdi tunc non vivebat, immo nec exierat de Aegypto, quia essent plures quam centum anni a morte sua vsque ad tempus istud: non ergo fuit hic repertus Zabdi tanquam super eum cade res fors pro domo sua, sed repertus fuit Zabdi. i. domus Zabdi, scilicet quod diuisa familia Zare per sortes inuentus est Zabdi. i. cecidit fors sup domu Zabdi.

Cuius domum in singulos diuidens viros. Zabdi erat domus, & post domum non est alia diuisio, nisi per singulas personas domus illius, idest cognationis. Ideo non dicitur hic, quod diuisa est domus Zabdi per viros, sicut dicebatur de familia Zare: sed quod fuit diuisa per singulos viros, idest singulariter p personas, non existente alia diuisione vteriori. & pro quolibet horum virorum posita fuit vna cedula, sicut supra dicebatur de tribubus & familijs.

Inuenit Achã. Iste est cui prouenit vltimate fors, & propter hunc fuerit posita omnes sortes, quæ supra habitæ fuerunt.

Filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Hic ponitur tota linea generationis Achan vsque ad caput tribus, quæ erat Iudas, & sunt quatuor generationes; quæ effluerant a principio tribus ipsius: erat Charmi pater Achan, & Zabdi pater Charmi, scilicet auus Achan, & Zare proauus. Iudas autem caput erat totius generationis & cognationis magnæ, quæ est vna tribus.

Et ait Iosue ad Achan: Fili mi, da gloria Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respon-

ditque

ditque Achan Iosue, & dixit ei. Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti: regulaque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei: argentumque fossa humo operui.

Et ait Iosue ad Achan. Hic ponitur cognitio peccati quantum ad culpam determinatam: nam iam persona cognita erat. f. Achan. Inquisiuit tñ hic Iosue ab Achan de facto suo. f. quõ accepisset de anathemate. Nam per sortem a Deo missam manifestum erat, q peccasset Achan. sed modus non fuerat declaratus. et inquisiuit Iosue, vt non videretur solum condemnari iste ex datis sortibus, sed ex ore, vt sic condemnatio iustior videretur. Item ad dandum gloriam Deo, vt supra dictum est, & sequitur immediate. Filii da gloriam Deo Israel. Vocauit Iosue Achan filium suum. est. n. modus dulcis ad suadendum cõueniens, & hoc vt induceret eum ad confitendum quid fecisset. postquã tñ confessus est non vocauit eum filiu, sed dure locutus est dicens, quia turbasti nos exturbet te Deus in die hac. Da gloriam Deo Israel. Idest cõfiteri peccatum, & modum eius, & sic dabis gloria Deo Israel. Est sensus, q fors venerat super Achan, q ipse sceleris reus esset. & ista fors a Deo prouenerat: si. n. ista fors manifestam diceret veritatẽ, erat gloria Deo. f. q declarasset veritatem absconditam per sortes datas, an tñ verum esset, q fors signabat. f. q peccasset Achan vel non, nemo sciebat nisi Achan. Nemo ergo poterat dare gloriam illi declarãdo, q fors verum designaret nisi Achan. Rogando ergo q confiteretur, qd fecerat, rogabatur q daret gloriam Deo. sic est qñ aliquis profert aliqua verba sniarum continentia pondus, & alij ea approbant, datur ei gloria, quia constat eum verum protulisse, qd non constabat a principio.

Et confitere atque indica mihi quid feceris. Iosue bene no uerat, q peccasset Achan rapiendo de anathemate: quid tñ determinate fecisset non cognoscebat, quia Deus non prouiderat. ideo petebat hoc declarari per verbum suum. et proficiebat hoc, vt sciretur quæ erant ea quæ rapuisset Achan de anathemate, & cremarentur, sicut cætera in vrbe Iericho fuerant combusta. Ne abscondas. Caliquid tam de facto q de modo facti, quia iam nihil proficiebat, q Achan absconderet, q Deus declarauerat, q peccauisset Achan, & reus mortis esset. ideo et si non cõfiteretur, moreretur. erat ergo melius confiteri. Respondit Achan Iosue. Non recitauit Achan confiteri delictum, quia iam Deus manifestauerat eum peccauisse, cuius auctoritas maxima est: nec ei quisquam refragari potest negando, quod ipse asseruerit, & nihil magis sic ei penalitatis infligendum erat. Vere ego peccaui domino Deo Israel.

Aliquando peccamus directe contra Deum & solum contra eum. Interdum autem peccamus contra Deum, sed non directe, & quod ad primum modum pertinent præcepta primæ tabule. ad secundum præcepta secundæ. Et quod in præceptis primæ tabule est duplex Dei offensio, in præceptis uero. 2. una tantum. Quæstio. XLVIII.

CONFITETUR Achan primo in vniuersali peccatum suum, & postea illud explanat in particulari. dicit se peccauisse Deo Israel, non q hoc aliquid nouum, & incognitum sit, quia quicunq; peccat, in Deum Israel peccat: sed

quia aliquid specialiter in Deum egit. Quicunq; enim, aliquis peccat, necesse est, q agat contra legem Dei positam, aut contra dictamen recte rationis: quocunq; dato peccatur in Deum. nam qui agit contra legem a Deo datam manifestum est, q in Deum peccat, quia offendit eum contemnendo legem illius, sicut offendit legislatorem qui aliquam legem eius infringit. si autem agat contra dictamen recte rationis, et peccatum est contra Deum, quia ipse dedit dictamẽ rationis, quod pertinet ad cõscientiam & ius naturale, vt patet ad Roma. 2. ideo agentes contra hoc Deu actorem huius offendunt. in omni ergo peccato offensio Dei est. Est autem alia offensio specialis. f. quia dã num vel vtilitas eius, quod fit alicui prouenit, sicut cû aliquis occidit proximum suum, Deus offenditur, qã dedit mandatum contrarium. læsio tñ ipsius proximi est. aliqñ autem vtrunq; horum ad Deum est. f. q peccãdo offenditur ipse tanq; legislator, & offenditur tanquam persona singularis, cui prouenit damnum vel vtilitas ex re quæ fit. Est autem hoc in decalogo, nam in præceptis primæ tabule quicunq; Deum offendit peccat in eum, vt in legislatorem, & vt in personam singularem, & sic est duplex offensio. In præceptis autem tabule secundæ quicunq; peccat solum offendit Deum vno modo. f. vt legislatorem. quod patet, si aliq; colat Deos alienos peccat in prima tabula, & dupliciter offendit Deum. Primo quia Deus ius fit non coli Deos alienos, & contemnitur lex eius. Secundo peccatur in eum tanq; in personam singularem, quia colendo Deos alienos tollitur Deo honor suus vnicus. f. q ipse solus sit, cum hoc alijs ascribatur, qui non sunt dii. Idem si nomen eius ad inania transferamus, vel sabbatum perfrigerimus eius legem contemnimus, & honoris eius derahimus tollentes nominis decus, & cultum sabbati. In præceptis autem secundæ tabule vnica offensio Deo fit. nam si occiderimus proximum, aut furati fuerimus res illius, vel vxorem abstulerimus, Deum legislatorem contemnimus legẽ eius violantes: damnum autem vel iniuria ex actu ipso specialiter Deo non irrogatur, sed proximo, & sic est in omnibus præceptis secundæ tabule. Ex quo sequitur, q maior offensio Deo irrogatur extẽsiue, aut plurificatiue in præceptis primæ tabule q secundæ: qã in quolibet præcepto secundæ tabule Deum simpliciter offendimus. in præcepto autem quolibet primæ tabule offendimus dupliciter. Sic autem est in hoc peccato, quia pertinet ad primam tabulam reducendo in secundum præceptum. nam fit nomen Dei irritum cum pactum promissum nomini eius violatur. sic dicebatur supra. f. peccauit Israel, & preuaricatus est pactum. & magis declaratur, quia auferẽdo de anathemate Iericho erat peccatum: ideo necesse erat, q esset contra Deum tanq; conditorem legis, aut rectæ rationis, q quam omne peccatum est. Secundo erat offensio Dei specialis in hoc crimine tanquam cõtra personam singularem, quia auferebantur res vrbs Iericho quæ ad Deum pertinebant. nam per anathema positum res illæ erant Dei. ideo accipiẽdo eas Deo irrogabatur offensio, sicut proximo infligitur cum res eius auferuntur. tota ergo huius facti offensio contra Deum erat: ideo non erat solum istud peccatum generaliter contra Deum, sicut sunt omnia alia peccata, sed etiam speciali modo. vnde proprie dicitur, quod Achan peccans in anathemate, vere peccauit Deo Israel.

Et sic, & sic feci. Hic declaratur modus, scilicet modus peccandi fuit sic, & sic, scilicet sicut immediate declaratur in litera.

An Achan

An Achan præuaricatus fuit anathemata quinque, vt putat Ra. Sal. quia non. Et quot bella Iudæorum fuerunt ante transitum Iordanis, & in quibus fuit positum anathema, & in quibus non.
Quest. XLIX.

RABI Sal. dicit. Sic, & sic feci. Id est nõ feci ego nouiter peccatum in anathemate, sed ego iam feci multoties sic. & quia geminatur hic sic & sic, dicit Ra. Sal. q̄ peccauit Achan in alijs. 4. anathematibus, & iam erant quinque: sed hoc non habet aliquem colorem. Et litera etiam non potest stare, quia non fuerunt vnquã tot anathemata posita. nã in terra Arad regis Chananeï fuit anathema, cum deleuit Israel vrbes illius. & tñ ibi nullus rapuit. nam si rapuisset fuisset iratus Deo contra Israel, & fecisset sicut nunc factum est. Vel dato, q̄ velimus aliquos ibi peccauisse, & fuisse de eis Achan: tñ illud vnum anathema erat, & non 4. Non erant autem alia bella, in quibus committi posset anathema. nam in primo bello factõ in deserto. s. contra Amalechitas nõ fuit positum aliquid anathema. de quo Exo. 17. In secundo quoque bello contra Chananeos & Amalechitas nõ fuit positum anathema, nec poni potuit, quia Israelitæ superati sũt, & hostes eorum occiderũt de eis vsq; in Horma, vt patet Num. 14. Tertium bellum fuit contra Chananeum regem Arad, cum ipse audiuit venisse Israel per viã exploratorum, & pugnans superauit Israel, atque cepit prædam: in hoc quoque non poterat poni anathema, quia Israelitæ superati sunt. vt patet Num. 21. c. Quartum bellum fuit contra eundem Chananeum regem Arad, vbi Israel voto se obligans dño ait. Si tradideris in manum meam populum istum, delebo vrbes eius, & sic factum est, atq; fuit anathema, nec ququam captum est de vrbebibus illis, q̄ si velis astruere Achan inde quicquam vsurpasse habebit vnum anathema. Fuerunt quoque alia duo bella contra duos reges Amorrhæorum. s. Og, & Sehon, cum tota eorũ terra capta est: ibi tamen non fuit positum aliq̄ anathema: sed licuit cuicunq; capere de præda. nam iumenta in partem venere prædantium. vt patet Deut. 3. & 4. non poterat ergo ibi infringere anathema.

Aliud autem post hoc bellum fuit contra Madianitas, de quo Numeri 31. sed in hoc non fuit positum anathema, quin potius tota terrã præda capta est a Iudæis & diuisa inter ipsos. & datum fuit de ea sacerdotibus, & domino, vt patet eod. c. nõ poterat etiam hic præuaricari Achan. Post hoc autem non fuit aliquid bellum vsque ad transitum Iordanis in vrbe Iericho, vbi peccauit Achan. non potuit ergo peccare Achan in quinque anathematibus, vt ait Ra. Sal. sed in vnicõ ante hoc.

Dicendum tamen est, q̄ ibi non peccauerit. nam tunc iratus Deus percussisset Israelitas tradens in manus hostium, sicut hic tradidit. & adhuc erat maior causa tradendi quã hic: nam ibi Israelitæ fecerunt votum de anathemate ponendo antequam Deus traderet gentem, vt patet Numeri 21. c. dicens si tradideris gentem hanc in manu mea delebo vrbes eius, & ante hoc dicitur. at Israel voto se obligas dño ait &c. hic autem in vrbe Iericho nõ fuit votum sic factum, sed consensus totius populi de anathemate posito a Iosue, magis ergo peccarent infringentes illud anathema, quã in hoc infringere. & consequenter magis Deus puniisset, sed nihil tale factum est, aut in Israel, aut in Achan: ergo nemo ibi peccauit infringendo anathema. *Vidi enim inter spolia pallium coccineum.*

Quare pallium coccineum vocatur hic in Hebræo de terra Senaar, seu pallium Babylonicum. Quest. L.

PONITVR in speciali modus peccandi. s. q̄ vidit Achan, & concupiuit. accepit. n. pallium coccineum. vocatur coccineum. i. de cocco bis tincto. est. n. sericum rubeum valde tinctum, sicut in vestibus sacerdotis magni ponebatur cocco bis tinctus, vt patet Exo. 28. erat preciosum istud pallium, vt infra dicitur: ideo cũ multa spolia videret, istud specialiter concupiuit. hoc erat q̄ Israelitæ cõsis omnibus Ierichontinis incedebant per totam vrbe inquirentes aurum, & argentum, & vas aenea, atque ferrea, vt ducerent in thesauros dñi, sicut iustum fuerat præced. c. Achan vero hæc videns abscondit. Non erat pallium istud vestimentũ, siue chlamis, quia non potuisset occultare Achan exiens de vrbe Ierichontina & reuertens in castra: sed erat ali quid paruum, sicut sudarium quod facister abscondi potuisset: in Hebræo dicitur hic. *Pallium Babylonicum.* Dicit Ra. Sal. q̄ omnes reges terrã in vrbe Iericho habebant palatia. ideo rex Senaar, qui dicitur rex Babyloniæ habebat palatium ibi, in quo erant vestes Babylonicæ, & ibi inuentum est pallium Babylonicum, siue de Senaar. Sed hoc satis apparet falsum. s. q̄ in terra vnus regis alij reges habebant palatia ad habitandũ ibi: quomodo ergo rex Babyloniæ haberet palatium in vrbe Iericho, quia illa pertinebat ad alium regem? potissime, quia valde distabat inde Babylon, siue terra Senaar. Sed quamq̄ non poneretur sic, aliter poterat dici, q̄ erant ibi pallia de terra Senaar. s. adducta de terra Senaar, sicut in terra hac dicimus esse pãnos Anglicos, aut Gallicos, vel Britannos, quia de terris illis huc perducuntur. Vel vocaretur pallium Babylonicum, quia esset tale qualia illa quæ primo in Babylone fuerunt, sicut in terra hac dicimus esse vestes Burgundianas, aut Germanicas, vel Italorum, cum tñ de terris illis vestes factæ ad nos non aduehantur: sed quã nos tales in figura vestes formamus, quales apud Anglicos, Germanos, aut Italos sunt.

Hieronymus transtulit coccineum, vbi Hebræi dicunt Babylonicum, vel de Senaar. Causa mutationis fuit ex similitudine dictionis, quia in hebræo ponitur hic pallium de Senaar: similis huic est alia dicitio. s. (le ni) quæ signat bis tinctum, & putauit Hieronymus Senaar deriuari de Seni, & tunc ad bis tinctum pertinere, & hoc nos coccineum vocamus, quia cocco est qui bis tinctus est: sic patet Exo. 25. & 28. vbi litera nostra dicit coccoque bis tinctum. litera hebraica dicit Tolaad Seni. i. vermis bis tinctus: dixit ergo pallium coccineum, vel bis tinctum, vbi Hebræi cõsiter Babylonicum dicunt. *Valde bonum.* Id est preciosum, & ista fuit causa, quare ita desiderauit Achan illud hñe: litera hebraica dicit. *Vnum & bonum.* Sed ad vnum sensum pertinet ambo. nã vnitas signat singularitatem. s. q̄ pallium istud erat spãliter bonũ. & iõ vnice bonũ dici poterat. vel vnũ & bonũ, quasi ipsum solum bonum esset. *Et ducentos siclos argenti.* Ipsa est moneta valde vsitata, quæ erat inter Iudæos, & erat inter Chananeos, & per hanc fiebat oēs appreciationes & estimationes in lege. sic patet Leuiti. 27. s. ois estimatio siclo sanctuarij ponderabit. Et in redẽptione primogenitorũ q̄ erat lex perpetua, ponebant quinq; sicli, quasi ista moneta duratura semp eẽt apud Iudæos, vt patet Nu. 3. & 13. c. Cõsistebat aut sicli in figura & pōdere, quia ois moneta debito caractere insignit. Cõsistebat et in determinata q̄titate pōderis, quia erat moneta de materia preciosa q̄ est sine caractere valoris magni est. vñ siclus interdũ pro determinato pondere ponitur, interdum vero pro moneta solum.

Regu-

Regulamque auream. Id est aliquam virgam de auro factam in modum regulæ. in Hebræo dicitur. *Lingulam auream.* Sed idem est. s. quod ista regula erat in modũ lingue fabricata. vel si principaliter vocem eam linguam, poterimus vocare consequenter regulam, quia illa lingua aurea erat ad aliquid regulandum.

Quinquaginta siclorum. Id est ponderis quinquaginta siclorum. Ecce solum ponitur hic siclus pro pondere, quia cum siclus qui est moneta, sit argenteus non poterat regula aurea continere aliquos siclos, sed erat pōderis quinquaginta siclorum.

Et concupiscens abstruli. Hæc omnia pulchra erant, scilicet aurum, & argentum, & pallium coccineum valde pulchrum. ideo motus fuit Achan cupiditate eorum, maxime, quia vidit opportunitatem ad tollendum de loco in quo erant, cum nemo illa videret. Erantque parue quantitatis ita, vt faciliter absconditæ portari possent, quod non fecisset Achan si hæc essent magne quantitatis, quoniam non posset educere de vrbe, vel introducere in castra non videntibus alijs Israelitis, qui eum prohiberent.

Et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei. Postquam duxit Achan ista de vrbe Iericho, nõ ausus fuit illa ponere coram alijs Israelitis, ne cognoscerent illa esse de anathemate Iericho, & lapidarent eum, sed abscondit, vt postea in alijs locis quæ capturi essent, posset se dicere accepisse de præda. *Contra medium tabernaculi mei.* Non ausus est alibi defodere ne ab alijs inuenirentur. in tentorio autem suo nemo posset illa tollere quia ipse diligenter cernebat. Habebat Achan tabernaculum, quod erat tẽtorium factum de pellibus, vel panno, & sic singuli Israelitæ habebant. Extendebatur autem istud tentorium funibus & paxillis, sicut patet in tentorijs quæ ducuntur ad bellicas expeditiones. erant enim domus portatiles, & postea istud tentoriũ cum ipso Achan crematum est.

Argentumque fossa humo operui. Repetitur hic de argento, id est de siclis, quia non erat ibi aliud argentum, regula namque erat aurea. Et fit repetitio, quia forte non erat argentum in eodem loco in quo cætera. & hoc forte ne si vnum reperiretur, non reperiretur alterum. & hoc signatur infra, quia eodem modo fit repetitio cum dicitur. & inueniunt omnia abscondita in eodem loco, & argentum simul, id est circa illa, licet forte non essent in eodem loco.

Misit ergo Iosue ministros, qui currentes ad tabernaculum illius repererunt cuncta abscondita in eodem loco & argentũ simul. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zaræ, argentumq; & pallium, & auream regulam: filios quoq; & filias eius, boves, & alinos, & oves ipsũq; tabernaculũ, & cunctam supellectile, & ois Israel cum eo: duxerunt eos ad vallem Achor. Vbi dixit Iosue. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Congregaueruntque super eum aceruũ magnum lapidum: qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor domini super Iosue.

1. Reg. 18.
Iudic. 2.

ni ab eis. Vocatumque est nomen loci illius vallis Achor vsque hodie.

Misit ergo Iosue ministros. Hic ponitur tertium principale, s. peccati cogniti punitio. Et hoc fuit, quia primo ducta sunt ea quæ rapuerat de anathemate, & postea cum eo combusta sunt. *Misit ergo Iosue ministros.* Id est aliquos executores ad ducendum ea, quæ absconderat in terra Achan. *Qui currentes ad tabernaculum illius.* Vt diligenter, & solite expedirent quæ iussa erant. *Cuncta abscondita in eodem loco.*

Quomodo res illæ furtiue erant absconditæ in eodem loco. Quest. LI.

DICEBANTVR omnia esse in eodem loco, quia argẽtum erat circa pallium coccineũ, & regulam auream. tñ non erant totaliter simul, alioquin non fieret repetitio de argẽto immediate, s. & argentum simul, sed erat aliquanta distantia. Potest aliter intelligi, q̄ erant cuncta in eodẽ loco, non in eodem loco terre, sed in eodem loco in quo dixerat ea esse Achan. *Et argentum simul.* Id est, & ducenti sicli de argento erant simul, id est iuxta vel circa pallium coccineum, & regulam auream. Vel sicut habetur in litera Hebraica, argentum erat j. infra pallium, & regulam auream, s. q̄ primo defoderit siclos argenti Achan in profundo loco, & operuit humo: deinde in eadem humo interiecta posuit regulam, & pallium, atq; rursũ operuit, & sic erant omnia in eodem loco, s. in eadem fossa, sed distabat aliquantulum argentum, & ob hoc fit repetitio, s. q̄ postquam dictum est omnia esse in eodem loco subiungitur, & argentũ simul: & tñ non esset repetitio ad aliquid vtilis, nisi aliqua distantia esset inter hæc. *Auferentesque de tentorio tulerunt ad Iosue.* Quia ipse sic iusserat ad hoc, quod illa cremarentur. *Et ad omnes filios Israel.* Scilicet, q̄ præsentata sunt coram Iosue, & omnibus Israelitis, vt videret propter quid eis turbationes præpositæ acciderant. *Et proiecerunt ante dominum.* In hoc satisfaciebant Israelitæ Deo, quia peccatum fuit in hoc, q̄ Achan tulit de anathemate, quia res illæ pertinebant ad Deum, sicut patet cum alicui res auferuntur, satisfit ei cũ res ducuntur ad potestatem eius, ita cum res ablatae de anathemate Iericho essent Dei, quia per anathemate positio nem transferant in ius illius, postea autem Achan abstulerat in quo fiebat offensio, nunc vero proieciendo ea coram domino reducebantur ad eum, vt essent illius, sicut cum anathematizata sunt, & quia istæ res nõ proficiebant iam ad vñs Dei, ductæ sunt vt cremarentur cum ipso peccante. Et dicitur, q̄ proiecerunt ante dominum, id est ante arcam, quia ibi torres positæ fuerant, & ibi manserunt dum viri iucunt in tabernaculum Achan ad ducendum ea quæ furatus fuerat.

Tollens quoque Iosue. Postquam perfecte manifestata fuerunt omnia, sola pœna infligenda restabat, & ad hoc accepit Iosue Achan ducens eum ad vallem in qua lapidatus est. dicitur Iosue accepisse, vel tulisse Achan; quia iussit eum teneri, & captum duci. *Achan filium Zaræ.* Vocatur Achan filius Zaræ, nõ quod filius eius immediatus sit, quia erat filius Charmi, & pronepos Zaræ, quia supra dicitur Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zaræ: vocatur tamen filius Zaræ, quia fuit de familia eius, sic poterat vocari filius Iudæ, quia erat de tribu eius.

Argentumque. Vocatur argentum ducenti sicli, quos furatus fuerat de anathemate Iericho.

Pallium, & auream regulam. Omnia ista tulit Iosue, & combussit cum ipso Achan.

S Quare

Quare Iosue cremavit ea quae furatus fuerat Achan. Quae. LII.

Sed queret aliquis, quare Iosue cremaverit hęc. Responderi poterit de pallio coccineo, qđ cremari debuit, nam ista fuerant ablata de anathemate Iericho. omnia autem quę ibi erant cremari debebant. pallium ergo, quia nō fuit crematum cum vrbe auferente illud Achan, nunc cum ipso cremari debuit, ne superesset quicquam de anathemate. De sciclis tamen argenti, & aurea regula nō stabat idē, quia hęc debebāt seruari in thesauris domini, iussum quippe fuerat omne aurum, & argentum, vasa aenea at que ferrum seruari in thesauris domini, vt patet p̄ce denti ca. Dicendum est, quōd hęc non fuerunt seruata in thesauris domini, sed cremata cum Achan propter duo. Primo, quia Achan peccauerat in auferendo hęc de anathemate. ideo iustus fuit, vt materia peccandi cum ipso peccatore periret. Secundo, quia non debebat transire in thesauris domini, sicut reliqua metalla sumpta in vrbe, quia ista fuerant vilia nimis cum vsurpata sunt ab Achan. ideo iam non erant apta ad thesauris domini, sed magis vt perirent cū Achā. Filios eius, & filias. Etiam ducti sunt ad mortem filij, & filia Achan, vt cum ipso lapidarentur, atque cremarentur. Dicunt quidam doctores hebreorum, qđ filij, & filia Achan ducti sunt, non ad occidendum, sed ad hoc, qđ viderent p̄nam patris, & arcerentur a similibus peccatis. Sed hoc stare non potest, vt inferius dicitur in quæstionibus.

Quare filij Achan lapidati sunt pro peccato patris. Et opinio quorundam, quōd filij emancipati non possunt puniri pro peccato patris. Quae opinio confutatur infra quæst. 71. Quæst. LIII.

Item circa istos filios, & filias Achan est dubium quomodo proprie perierint, nihil equidem peccauerant, potissime, quia scriptura dicit Deuteronomij 24. non occiduntur patres pro filiis, nec filij pro patribus.

In hoc respondendum est breuiter, quantum attinet ad expositionem literę illam legem, secundum quosdam intelligi in iudicio humano, scilicet, quōd iudices non occidant patres pro filiis, nec econuerso: Deus tamē faciet quomodo voluerit, patet, quia illud est lex cum dicat non occidantur, idest non occidantur. lex tamen nō imponitur Deo ab ipso, nec ab alio, ergo de eo nihil tangitur. de hoc scilicet, quando secū dum legem Dei, vel humanam filij possint pro patribus occidi, declaratum fuit Deuteronomij 24. cap. satis late.

Hic autem dicendum est secundum opinionem quorundam, quōd Deus nō occidit pro patribus omnes filios, sed solum filios paruulos. Si autem filij sint emancipati non manentes in domo, nec in potestate paterna, sed per se, non occidet Deus illos, nec iubebit occidi, quod patet Ezech. decimo octauo, per totum capitu. vbi dicitur, quōd anima quę peccauerit ipsa morietur, & filius nō portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, sed si pater fuerit nequam morietur, & si genuerit filium declinantem a vijs patris ille non morietur, quōd si pater ambulans in vijs domini genuerit filium in contrarium, morietur, & non liberabitur propter patrem.

Ponit causam huius, quia quilibet secundum merita, & demerita sua punietur, & premiabitur, & quia in filiis adultis est necessario meritum, vel demeritum, non morietur pro peccatis patris, quia si mali fuerint, & moriantur, pro peccatis suis pereunt, si autem boni

In q. 68.

Pro maiori declaratione huius vide, quod scripsit supra 6. huius a qđ. 27. vsq. ad qđ. 45.

fuerint, quamquam patres mali fuerint, Deus non occidet filios. De filiis paruulis manentibus in potestate paterna secus est, quia ipsi non habent aliquid secundum, quod mereantur, aut demereantur. ideo punit illos Deus, vt res pertinentes ad patrem suum, & nō nocet eis quęcunque mors euenerit, quin potius innocentibus mortis atrocitas ad coronam est: patribus autem eorum est poena mors iporum, quia eos tenero diligunt cordis affectu, & ferē vt se ipsos. Sic factum fuisse videtur in filiis, & filiabus Achan. f. quōd filij sui paruuli, & filia mortui sunt. Quod aliter inducitur, ga dicitur hic, quōd tulerunt filios, & filias, & tabernaculum: & sic videtur, qđ isti adhuc manebant cum Achā in tabernaculo suo. vnde paruuli essent in potestate paterna. si autem habuissent maiores filios, qui iam viri p se essent, non occiderentur, vel si habuit non occisi sunt. nam si habuisset Achan aliquos filios magnos iā vxoratos, & habentes familiam, & ipsi cremarentur, non solum ipsi cremarentur, sed etiam filij eorum, scilicet nepotes Achan, & tabernacula sua, sicut tabernaculum Achan, vt patet hic. vnicum tamen tabernaculum crematum recolitur, f. tabernaculū solius Achā: ergo non habuit filios maiores, f. coniugatos qui cremarentur cum eo, sed paruulos qui pertinebant ad familiam illius. Filij autem magni emancipati non pertinent iam ad familiam paternam, sicut nec ad patriā potestatem. Rationabile ergo est, quōd dicit hęc opinio, qđ Deus occidat paruulos filios alicuius pro peccato illius, sed non magnos, quia sicut alicui peccanti rationabiliter auferuntur res, & delentur, & ipse patitur ita & de filiis paruulis est, qui sunt, vt res eius, vel partes illius, iuxta Aristotelem quinto Ethicorum, f. filius est pars patris donec sit Pelicōn, idest, donec sit magnus, vel emancipatus: filij autem magni vel emancipati non sunt iam partes, vel res patrum, ideo non est rationabile pati pro patribus. De his filiis, & filiabus Achan dicendum est, quōd ista mors fuerit ad maiorem coronam: nihil enim mali promeruerant, nunc autem Deus percusserat eos atroci morte propter patrem: debebat ergo hoc eis recompenfare in maiori tate gloria in vita eterna: Vtrum tamen hęc quę sic in expositione huius literę dicta sunt habeant veritatem, latius disputabitur infra in quæstionibus super hunc textum.

An vxor Achan lapidata fuerit cum eo. Quæst. LIII.

Sed circa vxorē Achan inquiretur, an ipsa quoque lapidata fuerit, & cremata cum Achan. Respondendum est, quōd non fuit lapidata, & nec quicquā mali passa est, quia solus Achan cum rebus suis perijt, vxor autem Achan non erat aliquid ipsius Achan, nisi eo modo quo Achan erat aliquid ipsius vxoris, quia vir & vxor ad paria iudicātur. sicut ergo peccante sola Achan vxore, non occideretur a Deo Achan, ita peccante Achan non debuit perire vxor eius.

De filiis autem & filiabus longe distans est, quia isti pertinent ad patrem cum ab eo particulę decise sint. ideo de vxore nihil dictum est, sed de solis filiis, & filiabus. Et afinos, & oues. Hęc cum eo combusta sunt ad maiorem delicti punitionem, & vt populus magis timeret videns ista fieri, etiam quia cum peccasset Achan anathemate, efficiebatur ipse anathema. Sic patet Deuteron. 7. f. ne inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, sed in anathemate omnia destruantur, vt patet Deuter. 13. ergo non solum Achan effectus erat anathema, sed etiam omnes res eius, erantque cremandę.

Ipsum-

Ipsumque tabernaculum. Etiam tabernaculum pertinebat ad res Achan: ideo cremandum erat, vt nihil de pertinentibus ad eum maneret. Erat autem tabernaculum istud portatile: si enim haberet domū Achan, illa dirueretur, atque incenderetur sicut factum est de vrbe Iericho quę tota succesa est, quia fuit posita sub anathemate, & non habitaret quisquam in domo illa in eternum in exemplum criminis, & punitionis. Sic etiam fit in committentibus crimen lesę maiestatis, circa principes magnos, nam ipsi cum rebus suis pereunt diruptis habitaculis eorum, atque interdictis habitari in eternum.

Et cum istam supellestem. Idest omnia bona mobilia. intelligendum est hoc de eis quę pertinebant ad Achan, nam de possessione vxoris suę ad quam nihil attinebat peccatum Achan, nec ipsa perijt, nihilque combustum est. ideo licet Achan dum viueret, possidebat atque disponebat bona vxoris, tamen quia ipse peccauit, res suę solum perierunt reseruat rebus vxoris.

Et omnis Israel cum eo. Idest Iosue duxit Achan ad locum lapidationis, & etiam omnis Israel cū Iosue duxit Achan, quia non tenebat Iosue vincitum Achā, sed alij ministri illum tenerent. vel magis ipse ibat cum ceteris non vincit, quoniam frustra conaretur fugere inter tantam multitudinem. Et duxerunt eos ad valem Achor. Ibi fuit lapidatus Achor, & omnia quę ad eum pertinebant combusta sunt. & ista vallis fuit sic nominata, non quōd ante nominaretur vallis Achor, sed tunc nouiter nominari coepit, nec tamen ideo nominata est, quia vocabatur Achor vir ille, sed ex eo, quod dixit Iosue nominata est. Fallunt enim in hoc ex similitudine nominis non attendentes, quia nō est idem nomen viri combusti & vallis. Sed vallis vocatur Achor, & vir vocatur Achan. sed vocatur vallis Achor ab eo, quod dixit Iosue, nam Achor in Hebręo turbationem notat, sicut cum turbatur aqua. & quia Iosue dixit, quia turbasti nos, exturbet te Deus. vocatur nomen vallis Achor, idest turbatio. vir tamen non vocatur Achor, sed Achan. Et pater ex similitudine diuionum, nam dixit Iosue. Afer Achor tenu. Idest, quia turbasti nos: vocatur ergo inde vallis Achor, idest turbatio. & ex hoc quidam turbantur, & habent occasionem corrumpendi dictionem hanc, quia reperiunt in Hebręo Achor in nomine vallis, & quia existimant esse deriuatum a nomine viri, vocant ipsum virum Achor, vt supra declaratum est.

Vnde vallis Achor fuerit sic nominata. vide supra quæst. 3.

Sciendum autem, quōd ponitur hic istud nomen per anticipationem, quia nondum vocabatur vallis illa Achor, sed postea vocata est, vt patet infra, quia tamen immediate factum est, scriptor qui post hęc omnia scripsit anticipando vocauit nomen vallis Achor. Et dixit Iosue. Hoc fuit cum poneretur Achan in loco lapidationis. Quia turbasti nos, exturbet te Deus. Turbauerat Achan Israelitas, quia propter peccatum eius fuerant dati in manus hostium, & corruerant vulnerati triginta sex viri, vt patet supra, nec solum hoc malum esse putabāt Israelitę, sed etiam alia maiora mala, scilicet, quōd audirent Chanaanai, & omnes habitatores terre, atque conglobati circundarent eos & delerent, vt patet supra in litera. erant ergo nimis turbati magnas timentes calamitates, & certissime sibi euentura erant, nisi cęde Achan scelus expiaretur. Dixerat enim Deus nō poterit stare Israel contra hostes suos, eosque fugiet donec deleatur ex te, qui huiusmodi sceleris reus est. Exturbet te Deus. Idest ponat te in turbatione, scilicet quōd ipse tibi hanc poenam procurauit, in qua nunc turbaris, & dicitur hoc quasi per modum optandi. tamen magis intelligendum est per modum indicandi, & in presenti, scilicet, quōd Deus exturbat te.

Alph. Tost. super Iosue.

In die hac. Idest, nunc est turbatio tua, vel poena, sicut fuit turbatio nostra propter te diebus p̄cedentibus. Vel dicitur in die hac, idest nunc sit poena tua, & nō referuetur in futuro seculo tibi cruciatus. sed hoc magis alienum est.

Lapidauitque eum omnis Israel. Non solum fuit Achan lapidatus, sed etiam combustus. nam lapidibus pressus mortuus est, postea vero combustus. & sicut de eo dicitur, quōd lapidatus est, ita etiam de filiis eius, & filiabus.

Cur Iosue mutauit poenam quam Deus infligi iusserat p̄uariatori. Et an vocetur ignis qualibet poena. tamen hęc quęstio non est eadem cum quęstione 44. & 61. Et quōd Achan non fuit damnatus eternaliter, quia penituit, & doluit de peccato, vide supra 1. cap. q. 6. Quæst. LV.

Et si arguat aliquis, quōd filij & filię non fuerunt lapidati, sed combusti, quia de solo Achā dicitur, quōd lapidatus est, & de cunctis qui ad eum pertinebant, dicit quōd igne cremata sunt.

Dicendum, quōd vtrunq; debet referri ad Achan, & vtrunque ad res suas. nam manifestum est, quōd Achā crematus est, quia iussit eum comburi, vt supra patet. litera tamen dicit hic, qđ fuit lapidatus, & non t̄git, an fuerit combustus. intelligendum ergo, qđ vtręque poenam passus sit. ita de rebus suis econuerso dicitur, quōd crematae sunt, & quōd non lapidatae: tamen dicendum, quōd fuerint lapidatae viuētia, & postea cremata. supellestilia autem & cetera quę non viuēbāt, igne consumpta sunt.

Sed dicit aliquis, quomodo Iosue transgressus est p̄ceptum domini de poena p̄uariationis? dixerat enim quicunque in hoc facinore fuerit deprehensus comburetur igni. hic tamen dicitur, quōd fuit lapidatus.

Respondent quidam Iudęi, quōd crematio nō est aliqua p̄na specialis, sed quamcunque afflictionem, vel penalitatem signat. sic patet Deuteron. 4. & Hier. 6. vbi seruitus Aegypti vocatur fornax ferrea. fornax tamen ab igne dicitur. ita dicunt quamcunque poenā datam Achan, intelligi nomine cremationis, siue sit lapidatio, siue alia. Sed hoc non stat, quia iussit dominus, vt cremaretur Achan cum omni substantia sua. & sic factum est de substantia, vt patet hic. ergo intelligendum est, quōd fuerit a Deo iussum, vt cremaretur Achan. Item non solum iussum est, quōd cremaretur Achan, sed etiam tota substantia eius. tamen si nomine cremationis intelligeretur hic poena quęcunque, & non esset combustio, nō posset hęc infligi omnibus rebus eius. nam res inanimatę Achan nihil pati poterant, nisi qđ cremarentur. ergo crematę sunt. sed eadem poena dicta est a domino de Achan, & de rebus suis, ergo etiam Achan vere crematus est. Aliqui adhuc volentes respondere dicunt, qđ Deus dixit de Achan, qđ cremaretur, signe inferni pro hoc scelere. Iosue autem qui erat hic iudex debebat dare poenam temporalem, ideo dedit lapidationem. Dicendum est breuiter hoc non stare, vt inferius in quęstionibus supra textum latius disputabitur. Primo quia non videtur, quōd iste fuerit eternaliter dānatus, quia pro peccato suo condignam poenam hic tulit, non ergo videbatur, quōd post mortem puniendus foret, potissime quia videtur doluisse de peccato suo Achan, & illud confessus est humiliter petente Iosue dicēs. vere ego peccavi domino Deo Israel, & in hoc dabat gloriam Deo in se ipso. ideo satis erat hoc ad liberationē a poena futuri seculi. sic enim dixerat sibi Iosue: fili mi da gloriam Deo Israel.

In qđ. 62. & 63.

S 2 Item

Item dato, quod Achan cremandus esset igne eter...

Item solidius patet, quod non intelligatur de crema...

Item non potest intelligi de poena in igne eterno...

Si autem intelligatur per modum indicationis pe...

Item huic consonat litera ex verbis Iosue, scilicet...

Intelligitur ergo crematio de presenti, & sic factu...

Aliter responderi potest, quod Deus vtramque pe...

culæ omiffa in libris Regum suppleantur in libris Pa...

Quare res inanimatas Achan, vt supellestilia, & omnia alia...

Ad huc ultra predicta in superficiali literæ expo...

Aliqui dicunt, quod hoc verum est. ideo dicunt, quod...

Sed dicendum est, quod iste sensus est mysticus, &...

Et cum volunt isti dicere, quod intelligatur de peccatis...

Ad huc ultra predicta in superficiali literæ expo...

In q. 61. & 62.

In q. 49. & 50.

Quid

Quid est regula aurea, & quare pro tam paruo furto fuit, tam...

Sed quæretur specialiter circa quedam istorum bonorum...

Sic exponit Adamantius, & Glo. ordinar. scilicet furatus...

Secundo, quia si intelligitur de eloquentia gentium...

Alph. Tost. super Iosue.

Cum autem obijcitur quomodo pro furto, tam parua...

Dicendum, quod furtum fuit paruum, sed peccatum...

Quare regula aurea, & scili. & pallium coccineum cremata...

Sed adhuc quæretur, quare aurum quod accepit Achan...

Secundo, quia ista accepit Achan de anathemate Iericho...

Sed aliquis dicit carnem ponebantur in thesauris domini...

Secundo fuit, quia Deo non debent applicari, nisi ea...

S 3 Quare

verba illa non posset, recte dicitur lapidationem igne fuisse, ut agnosceret poena illa hominem illum fuisse purgatum, ne puniretur in posterum, quod significat vasa in Leuitico, quae iubentur igne purgari. Tertia opinio est, quod Deus iussit Achan lapidari, & non cremari: & ita impletum est. cum autem obijcitur, quod dicitur Deus igne cremabitur, dicunt quod intelligitur de poena quam praenunciavit Deus futuram esse in alio seculo ipsi Achan, & non de aliqua qua hic deberet inferri. & hoc ostendunt in quantum dicitur igne cremabitur, & non de igne cremabitur. & ita secundum hanc opinionem verba ista Dei non debent accipi imperatiue, sed praenunciatiue. Et istam etiam opinionem ponit Adamantius cum praecedenti dicens. si autem tale peccatum fuit illi, propter quod eum etiam post hanc vitam gehennae ignis susciperet, ideo Iesus voluit eum lapidari, ut quod a domino sic dictum est igni cremabitur, intelligeretur quod dominus erat in igne, non quod ab ipsis esset faciendum. non enim dictum est igni cremabitur eum. cum vero ita dictum est, ut magis videatur Deus, quod ei futurum erat praedixisse, quam quod ei ab hominibus fieret praecipisse, non potuit melius facere Iesus qui diuina verba, sicut propheta intellexit, quod hoc ipsum propheticè fecit, quod ut illi lapidibus magis, quam flammis perimeret, ne in illis ignibus verba domini videretur completa, quae ob aliud dicta volebat intelligi.

Prima opinio Augustini de morte Achan, non potest stare propter tres rationes. Quae. LXII.

Secundo dicendum, quod istae opiniones non stant, licet inter eas rationabilior est, & quae magis teneri possit per prima opinio. quae est Augustini. & tamen adhuc illa non videtur stare, quia illa ponit vnicam fuisse poenam, lapidationis, & illam vocari ignem. Primo quia non starent proprie ista verba, sed per metaphoram, scilicet lapidatio vocaretur ignis, sed istud non conuenit circa mandata Dei quae secundum verba plana debent poni, & ita impleti. & nusquam inuenitur in aliquo precepto dato a Deo talis modus loquendi metaphorice, ut poena quaelibet per ignem intelligatur, licet in narrationibus rerum gestarum non sit istud inconueniens, quia ibi metaphora habet locum, eo quod ex ipsa re gesta cognoscitur sententia verborum, & tale est illud. eduxit vos dominus de fornace ferrea Aegypti, quia narratio est, & non preceptum. sed hic est preceptum, ideo cum dicatur de igne, sic debet intelligi ad litteram.

Secundo quia si iste modus loquendi haberet locum in diuinis mandatis, fieret confusio poenarum a Deo iussarum. nam aliquando iubet Deus peccatores cremari, aliquando inferri alias poenas. si autem nomine ignis intelligeretur quaelibet poena, posset inferri vna pro alia contra intentionem Dei, quod est magnum inconueniens. ergo non potest intelligi ignis, nisi pro igne. Et patet hoc, quia aliquando imponitur poena ignis, sicut Leuitico 24. capit. sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro flammis exuret, & Deuteronomio 13. capit. de ciuitatibus idolatrarum iubeatur, quod cum omnibus quae in eis erant, cremarentur.

Tertio patet, quod non possit accipi mandatum Dei de lapidatione, quia si de solo Achan diceretur, posset aliquo modo concedi, & tamen dicitur de eo, & rebus suis. si quicumque in hoc facinore deprehensus fuerit comburetur igni cum omni substantia sua. & ita oportet, quod ista poena ignis esset communis ad Achan & ad omnes res eius. & tamen accipiendo lapidationem non pro igne, non poterat esse poena communis, quia inanimata & insensibilia, maxime res molles, ut vestes, non possunt lapidari, possunt autem omnia crea-

mari, tam dominus quam res possessore, non ergo intelligitur lapidatio nomine cremationis.

Secunda opinio Adamantij non stat propter septem rationes. Et quod Deus nunquam determinate reuelat alicui viuenti, quod debet damari, vel non damari post hanc vitam. Quae. LXIII.

Secunda & tertia opiniones non stant. De secunda patet, quia ista praesupponit id quod prima, & addit aliquid id quod praesupponit est, scilicet, quod hic fuerit vnicam poenam, scilicet lapidationis, & illa intelligatur nomine ignis. & quantum ad hoc militat eadem rationes tres quae ponuntur praecedenti quaestione.

Aliud est, quod addit, scilicet ista poena lapidationis vocetur crematio per ignem, eo quod ista poena erat ad purgandum loco poenae aeternae quae erat in igne.

Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia iste modus loquendi est multum alienus. nam si non recipitur metaphora in preceptis Dei de vna re temporali ad aliam propter dubitationem intelligendi, multo minus recipietur de re temporali ad rem spiritualem, & pertinentem ad aliud seculum, de quo minor cognitio est, & maior dubitatio esse poterat. & tamen tale esset hic faccipiendo, quod euiteretur aeterna crematio.

Secundo, quia scriptura debet taliter proponi, quod intelligatur ab eis quibus proponitur, & maxime illa quae consistit in preceptis. & tamen si intelligeretur, quod lapidatio vocaretur crematio, quia supplebat locum aeternae cremationis, non intelligeretur a Iudeis, quia illi ignorabant prorsus ea quae pertinebat ad futurum seculum, & ad statum animarum corporibus solutarum: ideo non intelligeretur de hoc. patet istud, quia adhuc tempore Christi, quando fiebat status Iudaicus, & praecesserant omnes sapientes Iudeorum, & tanta exercitatio in lege, adhuc Hebraei erant incerti de futuro seculo. Nam Saducei dicebant, quod non erat resurrectio mortuorum, neque est aliquis Angelus, neque diabolus, siue spiritus. Pharisei autem confitebantur afferentes vtrunque. Actuum 23. c. & tolerabantur istae opiniones. & sic patet, quod non erat certitudo aliqua inter Iudeos de his, quia si esset certitudo non toleraretur tantus error Saduceorum. sed qui ignorat immo negat resurrectionem, & Angelum, & spiritum, negat necessario statum animarum corporibus solutarum quantum ad poenas & gaudia, cum anima corpore soluta sit spiritus. ergo non poterat scire esse poenam ignis post mortem. multo minus ergo istud notum esset tempore Iosue, quando incipiebat status legis, & non praecesserat exercitatio circa cognitionem eorum quae pertinebant ad legem, & ad alia inde dependentia, & sic Deus non loqueretur de hoc.

Tertio, quia Deus nunquam loquitur aliquid superuacuum, & inordinatum, cum ipse sit regula totius ordinis. & tamen superuacuum erat, quod Deus loqueretur ad Israelitas de eo quod nullo modo pertinebat ad eos, ergo non loqueretur. tale autem erat, quod diceret Deus de commutatione poenae aeternae in istam temporalem, quia ista commutatio nullo modo fit per nos, sed per solum Deum, cum ista commutatio pertineat ad iudicium futuri seculi, ergo non intelligeretur verbum Dei de hoc.

Quarto, quia non videtur hoc conuenire litterae. nam dicitur quicumque deprehensus fuerit in hoc scelere igne cremabitur. & ita certificaret Deus, quod quicumque ille esset, non puniretur in inferno, sed solum puniretur hic, quod non est conuenienter dictum, quia poterat esse, quod qui deprehenderetur in hoc facinore non doleret de hoc peccato, & sic moreretur in peccato mortali,

mortali, & talem nunquam Deus liberaret a poena aeterna per quacunque poenam temporalem, ergo non certificaret Deus sic. Sed ad hoc aliquis diceret, quod Deus poterat de hoc certificare, quia ei omnia sunt nota, & potest conuertere, vel auertere corda hominum, quocumque ille voluerit. Prouer. 15. & 21. c. Dicendum, quod non stat, quia licet hoc verum sit, tamen Deus de talibus nunquam vult certificare ne videatur libertatem arbitrij tollere ad se vertendum ad vnum, vel ad alterum, & patet hoc Ezechiel. 3. c. vbi Deus dicit prophetae, & dices ad eos, haec dicit dominus si forte, vel ipsi audiant, si forte quiescant, & iterum ibidem, loqueris ad eos verba mea si forte audiant, & quiescant. certum est autem, quod Deus sciebat an loquente Ezechiele ad Israelitas audirent, & quiescerent, vel non. & tamen dixit si forte, ad saluandum liberum arbitrium, ut inueniatur, quod in potestate eorum erat audire, & quiescere vel non, quia alias frustra fieret exhortatio, & sermo prophetae ad eos, & ita solet Deus loqui in similibus, non ergo certificaret hic. Quinto, quia erratur in fundamento. nam poena temporalis nunquam succedit loco aeternae. nam nullus obligatus ad poenam aeternam liberatur per temporalem poenam, neque Deus recipit talem commutationem, sed qui obligatus est ad poenam aeternam liberatur ab illa per contritionem sola de peccato, quia tunc gratificatur, & efficitur in charitate. impossibile est autem existentem in charitate esse obligatum ad poenam aeternam, quae est poena hostium, & non filiorum. poena autem temporalis non potest satisfacere nisi pro alia temporali siue istius seculi, siue alterius, & ita Achan non liberaretur per istam poenam lapidationis ab igne aeterno. Sexto, quia non valeret etiam si aliquis dicit, quod intelligitur de liberatione a poena ignis purgatorij quae poena grauissima est, ut ait Grego. & 25. dist. c. qui in alio seculo. nam etiam pro poena purgatoria non satisfacit hic aliquis per quacunque poenam, nisi illam sustineat existens in charitate, quia satisfactio non fit sine charitate per quacunque poenam, vel opus. ideo etiam pro igne purgatorio non poterat satisfacere Achan per lapidationem istam nisi esset in charitate. non ergo diceret Deus, quod commutaretur lapidatio ista pro igne purgatorio. Septimo, & maxime ad litteram, quia nullo modo potest stare ista interpretatio. nam si de solo viro diceretur, quod cremaretur igni, id est quod per lapidationem liberaretur ab igne inferni, vel purgatorij, posset aliquo modo stare, tamen dicitur de homine cum rebus suis, igne cremabitur cum omni substantia sua, & tamen ad res possessas non conuenit aliqua mutatio poenae aeternae, vel purgatorij, ergo neque in Achan potest ita intelligi, cum illa crematio a Deo dicta sit communiter, tam de Achan quam de rebus eius, & ita non stat ista secunda opinio.

Nullus obligatus ad poenam aeternam liberatur ab illa per poenam temporalem, & per contritionem sola de peccato, quia tunc gratificatur, & efficitur in charitate. impossibile est autem existentem in charitate esse obligatum ad poenam aeternam, quae est poena hostium, & non filiorum. poena autem temporalis non potest satisfacere nisi pro alia temporali siue istius seculi, siue alterius, & ita Achan non liberaretur per istam poenam lapidationis ab igne aeterno. Sexto, quia non valeret etiam si aliquis dicit, quod intelligitur de liberatione a poena ignis purgatorij quae poena grauissima est, ut ait Grego. & 25. dist. c. qui in alio seculo. nam etiam pro poena purgatoria non satisfacit hic aliquis per quacunque poenam, nisi illam sustineat existens in charitate, quia satisfactio non fit sine charitate per quacunque poenam, vel opus. ideo etiam pro igne purgatorio non poterat satisfacere Achan per lapidationem istam nisi esset in charitate. non ergo diceret Deus, quod commutaretur lapidatio ista pro igne purgatorio. Septimo, & maxime ad litteram, quia nullo modo potest stare ista interpretatio. nam si de solo viro diceretur, quod cremaretur igni, id est quod per lapidationem liberaretur ab igne inferni, vel purgatorij, posset aliquo modo stare, tamen dicitur de homine cum rebus suis, igne cremabitur cum omni substantia sua, & tamen ad res possessas non conuenit aliqua mutatio poenae aeternae, vel purgatorij, ergo neque in Achan potest ita intelligi, cum illa crematio a Deo dicta sit communiter, tam de Achan quam de rebus eius, & ita non stat ista secunda opinio.

Tertia opinio etiam Adamantij non potest stare. Et quod grauius, & periculosius est certificare de aliquo, quod condemnabitur quam, quod saluabitur, & quare. Quae. LXIII.

Tertia opinio etiam non stat. ista enim praesupponit aliquid quod prima, scilicet Achan solum fuit lapidatus, & addit aliquid. Quantum ad primum dicendum, quod non stat, sicut neque prima, sed non omnino per eas rationes per quas prima, quia illae procedebant ad ostendendum, quod lapidatio vocaretur crematio, quod prima opinio asserit, & tamen ista tertia non asserit, quod lapidatio vocetur crematio, ideo dicendum, quod id, quod praesupponit ista opinio, scilicet poena Achan fuerit vnicam, lapidationis est falsum, quia fuerunt duae poenae, ut ostendetur infra. Aliud est

In q. seq.

quod addit ista opinio, scilicet crematio Achan intelligitur vere de crematione non de aliqua temporali, sed de igne inferni. Et dicendum, quod istud non stat. Primo, quia si ita Deus intelligi vellet, non intelligerent Israelitae, cum ipsi nescirent esse talem ignem post mortem, immo an erat aliquis status animarum corporibus solutarum, ut ostensum est supra. ergo non intelligitur de hoc. Secundo, quia hoc esset superuacuum dictum. nam quod ille qui reus erat huius criminis, puniretur poena aeterna, vel non, erat superuacuum dici Israelitis, cum per eos fieri non deberet, sed per Deum secreto iudicio, ergo non diceret illis hoc. Tertio, quia Deus non praenunciaret sub certitudine, quod reus huius criminis arderet in inferno, quia in hoc videretur tolli libertas arbitrij. nam poterat ille dolere de peccato suo, & sic non puniretur aeternaliter. de talibus autem esset inconueniens, quod Deus certificaret. Quarto, quia dato, quod sit inconueniens quocumque de his cum futura sunt certificare, multo est grauius certificare de aliquo, quod condemnabitur quam, quod saluabitur, quia magis repugnat libertati arbitrij, & bonitati Dei: nam quocumque sit aliquis aggrauatus magnis peccatis, & non det operam, ut resurgat, tantae sunt diuitiae bonitatis Dei vocantis hominem ad penitentiam, ad Roman. 2. c. quod excitabitur, & trahetur, ut velit bonum, & sic saluabitur, & sic adiuuatur in hoc liberum arbitrium, & magnificatur bonitas Dei. Cum autem praenunciatur de aliquo certissime, quod damnabitur, minuitur valde libertas arbitrij, quia innuitur quasi, quod non possit de peccato resurgere, & bonitati Dei videtur praedictari, quia signatur, quod Deus non mouebit efficaciter illum qui est in peccato ad hoc, quod resurgat. nunquam ergo Deus de aliquo manifeste praenunciat, quod condemnabitur, unde neque faceret nunc de Achan. Quinto, quia non potest hoc concordare litterae. nam dixit Deus igne cremabitur cum omni substantia sua, & sic poena cremationis erat communis peccatori, & rebus eius, & tamen res possessae non possunt cremari igne aeterno, vel purgatorio, sed temporali, ergo non intelligitur illud verbum Dei de igne inferni. Cum autem ista opinio fulcitur, quia dicitur igne cremabitur, in quo innuit quid ipsi Achan eueniret, & non quid ludaei illi infligenti essent. Dicendum, quod motiui non stat, quia etiam si non videantur dirigi verba ista ad iudices, vel ad populum, ad ipsos vere diriguntur. nam ante hoc Deus dixerat, non ero vobiscum donec contratis eum qui huius sceleris reus est, & sic populum illum contereere debebat. Quod vero obijcitur de isto modo loquendi non obstat, quia tales modi loquendi sunt sepe in sacra scriptura, & tamen ibi certum est poenas nominatas inferri per iudices, sicut Exodi 22. c. vbi de occidente furem agitur, dicitur, quod si ortu sole occiderit quis furem morte moriatur, & tamen certum est, quod ista mors non infligebatur a Deo, sed a iudicibus.

Item adhuc patet omnino simile, ut in casu nostro de crematione, quia Leuitici 20. capitulo dicitur qui supra uxorem filiam duxerit matrem eius scelus operatus est, viuus ardebit cum eis. non dicitur viuum eum comburetis; & tamen certum est, quod iudices hoc facere debent.

Item patet Leuitici 24. cum dicitur sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuret, & non dicitur ibi flammis eam cremabis, & tamen certum est, quod hoc facerent iudices, & non Deus, & tamen nihil plus est dici igni cremabitur, vel comburetur quam dici flammis exuret, sed cum dicitur flammis exuret nemo dubitat quin ad iudices pertineat, & non ad Deum. ergo cum dicitur hic, igni comburetur intelligitur, quod iudices

In q. pced.

dices hoc facerent, & non q̄ Deus, & sic non potest intelligi de pena inferni. vnde ista opinio non potest stare in veritate.

Auctoris determinatio quantum ad punitionem ipsius Achan præter opiniones præmissas, & opinionem Nicolai, & Rab. Salomonis. Quæst. LXV.

DICENDUM autem, q̄ veritas huius est, q̄ nihil mutatum fuit de eo. quod Deus dixerat vnde, sicut Deus dixit igne comburetur cū omni substantia sua, ita factum est. nam crematus est ipse. & omnia quæ ad eum pertinebāt. Sed obijcietur, quō dī in litera, q̄ lapidauit eum omnis Israel, & sic nō fuit crematus. Dicendū, q̄ Achan, vtrāque penam sustinuit: crematus enim fuit, & lapidatus est, & fuit ordo, quod Achā prius lapidatus fuit, & sic mortuus crematus est cum omnibus quæ ad eum pertinebant, & tunc stat tota scriptura; & non est aliqua dubitatio. Sed tunc obijcietur, quō ausus est Iosue inferre duas penas Achan, cum Deus vnā iussisset, s̄ cremaretur. punire tñ supra id, quod Deus iubebat, erat crudelitas. & videretur peccare Iosue. Dicunt quidā, q̄ in ista fuit duplex pena, quia Achā peccauit i duobus, s̄ iuratus est de anathemate, & violauit sabbatum, quia dies ille quo hoc accidit erat sabbatum, sicut tamen est supra in expositione literali textus. Et tunc diceretur, q̄ solum Deus iniunxit penam de violatione anathematis, & ista fuit crematio, & expressit illā Deus, quia non erat per legem aliquam determinata: quantum ad violationem sabbati Deus nihil iniunxit, sed iudices illam per se intulerunt. Si autem hoc concedere potest esse causa duplex. vna quia pena violationis sabbati erat statuta per legem, cuius iudex est executor, ideo ad eum pertinebat inferre illam. erat autem pena illa lapidationis, vt patet Num. 15. de illo qui colligebat ligna in sabbato, ideo lapidatus est. Secunda causa est, quia cum Deus non loquatur aliquid superfluum, & pena violantis sabbatum erat iam statuta a lege, eratq; superfluum illam repeti, Deus nihil de illo iussit, quia et illo non iubente lapidaretur quicumq; violaret sabbatum, de præuacatione anathematis non erat pena imposta a lege, ideo Deus illam expressit. Et tunc cum dicebatur, q̄ erat crudelitas inferre ipsi Achan plures penas quam Deus iusserat. Dicendum, q̄ non erat, quia iam ille penæ cōstitutæ erāt per legem, & Deus illas iusserat, licet non nunc, sed prius. Sed tñ adhuc dicendum, q̄ nō fuerunt datæ istæ duæ penæ pp̄ istas duas causas. Primo, quia si propter violationem sabbati lapidaretur, cum illa esset poena principalis, quia crematio post mortem inferebatur, poneretur causa illius, & tñ nihil exprimitur de violatione sabbati, ergo intelligendum est, q̄ non fuit propter hoc. Secundo, quia præsupponitur, q̄ dies ille erat sabbatum, & tñ hoc non constat, & sic v̄ diuinatio.

In 95. 44. & 55.

Tertio, & principaliter, quia siue illa dies esset sabbatum, siue non esset, non poterat Achan violare sabbatum, quia illa fuit dies in qua corruerunt muri Iericho, & præcepit Deus, q̄ quilibet intraret per locum in quo staret, & occiderent omnes habitatores in vrbe, cremarentq; omnia quæ ibi erant præter aurum, argentum, ferrum, & c̄s, quæ collecturi erant, & reseruari in thesauris Dei, & ita in omnibus illis operationibus non violabatur sabbatum, sed Achan nihil aliud fecit, quia inquirere ista in vrbe Iericho, & accipere non erat peccatum, neq; violatio sabbati, quia necesse erat illa accipi ad ponendum in thesauris Dñi, sed solum fuit peccatū Achan, quia concupiuit ista, & retinuit sibi, sed ista non erat aliqua operatio per quam violaretur sabbatum, ergo non peccauit in hoc, neq;

fuit pro hac pena imposta. Aliter ergo dicitur a multis, sicut diximus supra in expositione textus, s̄ q̄ factū est ad terrorem propter magnitudinem peccati, quia magis terrentur videntes, & audientes inflctis duabus penis quam vnica.

Item factum est, vt populus in eum vindicaret per seipsum. quod non fieret si solum cremaretur, sed in lapidatione totus populus concurrebat.

Item quia non erat maior pena Achā inflctis duabus penis quam vnica, quia primo lapidaretur, & postea mortuus cremaretur. durior tamen est pena cremationis quam lapidationis.

An Iosue de corde suo posuerit penam lapidationis Achan, vel Deus illud iusserit, & quod Deus illud iusserit. Quæst. LXVI.

SED tunc est dubium, an istam penam lapidationis Deus imposuit, vel Iosue ex corde suo illā inflxit. Aliq̄ putāt, q̄ Iosue de corde suo istud fecit, & hoc quia non constat in litera de diuino præcepto. Sed dicendum, q̄ non stat conuenienter, q̄ Iosue istud fecerit Deo non iubente.

Primo, quia si Deus non determinasset penam, cōueniens erat, q̄ Iosue qui erat princeps populi eā imponeret, vt ei videretur. tñ cum Deus præfixisset certam penam, s̄ comburetur igne, adhuc Iosue audere aliquid aliud facere addendo, vel minuendo non est incōueniens. nam Iosue laudatur valde, q̄ non præteriiuit vnum de verbis Moyfi 7. 10. c. & sollicitè admonetur obseruare omnia verba Moyfi supra 1. capitu. a fortiori ergo conaretur obseruare verba expresse dicta a Deo, ita vt de illis nihil mutaret, neq; adderet. Secundo, quia forte aliquis diceret, q̄ Iosue seruauit præceptum. nam ille cremauit Achan, sicut Deus iusserat, & insuper eum lapidauit, & sic non præuacatus est, quia non omisit quicquam, sed supererogauit.

Sed dicendum, q̄ hoc nō conuenit; quia præcepta Dei ita striete obseruanda sunt, q̄ sicut non licet omittere aliquid de eis, ita neq; licet aliquid addere. & maxime hoc tpe veteris testamenti, vbi erat exactissima taxatio rerum, vt dī Deuter. 12. c. f. quod præcipio tibi hoc statim facito domino Deo tuo, neque addas quicquam, neque minuas, & ita non liceret Iosue aliquid addere. Tertio, quia per hoc Iosue videbatur non obseruare, quod Deus iubebat. nam dixit igne comburetur, & hoc erat in poenam. si autem mortuus esset Achan, quando cremaretur non sentiret penam, ideo non compleretur mandatum fm̄ intentionem Dei.

Quarto, quia qñ aliqui iubētur cremari intelligitur q̄ viuentes crementur, vt Leui. 20. ca. de illo qui accepit matrem, & filiam in vxores, dicitur viuus ardebit cum eis. & Leuit. 21. cap. de filia sacerdotis deprehensa in stupro idem signatur. ergo cū diceretur hic igne comburetur, nisi aliud asseratur, oportebat intelligi de crematione in vita. & sic Iosue cremās illum mortuum non videbatur implere mandatum Dei.

Quinto, quia etiam videbatur facere Iosue contra intentionem Dei inferendo minorem penam quam Deus imponebat. Deus enim dixerat igne cremabit, & ista est grauissima poena. Iosue autem lapidauit est. & postea mortuum combussit nihil de combustionē sentientem. sed lapidatio est poena minor quam combustio. ideo Iosue sic faciens minorem penam rogauit quam Deus imposuisset: peccatum tamen erat inuenire de eo, quod Deus iusserat, quia nullus debet esse clemētor Deo. sic enim peccauit Saul cōtra Amalechitas minuendo aliquid de poena, & vltione, quam Deus iusserat, & a Deo reprobatus est. 1. Reg. 15. cap. & ita esset hic.

Sexto,

In 95. 44.

In 95. 44.

Sexto, quia ponendo istas duas penas pro vna, videtur quod nullo modo poterat benefici, quia aut ambaz erāt aliquid maius quam pena cremationis a Deo imposta, aut non: sed aliquid minus. Si aliquid maius peccaret Iosue per crudelitatem puniendo acrius quā Deus iusserat. si autem esset aliquid minus peccaret, quia non implebat totam penam a Deo impostam. ideo dicendum est, q̄ non fecit hoc Iosue a seipso, sed Deo iubēte. Et videtur, q̄ fuerit iste modus, s̄ q̄ Deus vtramque penam imposuit, tamen scriptura non expressit vtramque, quia interdum est breuiloqua tacēdo aliqua eorum quæ dicta fuerant aut facta. Et causa videtur huius, quia Deus volebat, q̄ non solum periret peccator, sed omnia quæ ad eum pertinebant, & quia poterat esse quædam poena cōmunis ei, & rebus suis illam expressit scriptura, sicut comburetur cum omni substantia sua. poena autem lapidationis non poterat esse communis. ideo non expressit eam scriptura in mandato, sed expressit in executione, s̄ q̄ lapidatus fuerit Achan. Adhuc potest alio modo dici, s̄ q̄ Deus a principio antequam deprehenderetur peccatum Achan, dixerit solum de vna poena, sicut comburetur. & ideo illud solum potuit tunc exprimere scriptura. postea vero deprehēso scelere eius, Deus iussit eum etiam lapidari, & de verbis Dei tunc nihil expressit scriptura.

Quare Deus iussit duas penas inferri Achan, & an sufficeret vna. Et quomodo intelligitur non iudicat Deus bis in idipsum, & est pulcher intellectus. Quæst. LXVII.

SED tunc dicitur, quare Deus voluit, q̄ inferrentur Achan istæ duæ poenæ, quia videtur, q̄ altera earum sufficiebat. Item quia Deus non iudicat bis in idipsum, ergo neque debent duæ penæ pro eodem peccato inferri. Aliqui dicunt vno modo, s̄ q̄ datæ sunt duæ penæ, vt populus posset vindicare se de Achan qui offenderat eos, & tñ cremando eum solū non se vindicabat populus, quia non efficiebant ipsi hoc, ideo debuit etiā lapidari, quod populus faceret.

Dicendum, q̄ ista per se non est causa sufficiens. nā si propter hoc fiebat poterat lapidari Achan, & q̄ nō cremaretur. & sic satisficeret populo. & tñ non ita factū est. Est ergo dicendum, q̄ fuit primo, quia iudicauit Deus non sufficere alteram istarum penarum, siue pp̄ magnitudinem peccati, siue ad magnitudinem terroris, quem imponere volebat Israelitis ex penis Achā. ideo voluit potius esse duas q̄ vnica, & ista est veritas.

Secundo fuit ad ostendendum differentiam inter peccantem, & res eius. omnia enim pertinentia ad Achan propter ipsum debebantur. ideo debuit esse maior poena eius quam illorum. & sic voluit Deus, quod Achan lapidaretur, & cremaretur. res autem suæ solū cremarentur.

Tertio potuit esse propter cōditionem anathematis. peccauerat enim Achan in anathemate, & ita videbatur ipse cum rebus suis factus anathema. sed in anathemate vrbium erat modus, q̄ homines occiderentur, deinde cum omnibus rebus quæ erant in vrbibus cremarentur Deute. 13. ca. ita ergo Achan nunc prius lapidatus, & occisus est: postea vero crematus est.

Ad primam rationem in contrarium dicendum: quod Deus voluit inferri penas istas duas, quia nulla per se sufficere iudicata est, siue propter magnitudinem criminis, siue propter magnitudinem terroris, q̄ incutiendus erat, & incuti conueniens erat.

Ad secundum dicendum, q̄ Deus non iudicat bis in idipsum. ideo non punit bis pro eodem crimine p̄na sufficienti, quia hoc esset simpliciter iniustum, & tamen, quando non est vna poena sufficiens, inferit mul-

tas, ita vt omnes suppleant vnā penam condignam peccatis. & hoc fit tam in iudicio diuino quam in humano. voco nunc iudicium humanum vbi iudicator per legem datam solum ab homine, & non a Deo, ga sepe imponuntur multæ penæ simul, vt pro aliquo delicto inferatur poena capitis, & confiscantur bona: similiter in iudicio diuino multæ penæ inferuntur pro eodem delicto, quando non est qualibet sufficiens. & dico iudicium diuinum tam vbi solus Deus iudicat, q̄ vbi per legem ab eo impostam iudicatur. De primo, sicut quando pro aliquo peccato punit Deus hichomines, & in eodem ipso peccato illos morientes cremat igne eterno. De secundo patet in legibus a Deo datis. nam qui seduxerit virginem dupliciter punitur, scilicet dotat eam, & accipit in vxorem. Exodi 22. ca. similiter qui imponit vxori suæ falsum nomen dicēs, non inueni eam virginem tripliciter punitur, scilicet flagellatur, soluit quinquaginta flosos, & priuatur licētia repudiandi. Deuteronom. 22. cap. & hic similiter erat. vnde nō inferebatur Achan vnica poena, sed multæ, scilicet lapidabatur, cremabatur, res suæ debebant, & tamen in omnibus his non iudicatur Deus bis in idipsum, quia omnes istæ poenæ simul sumptæ non erant tale quid maius quam peccatum Achan.

An filij Achan occisi fuerint cum eo, vel solum ducti ad videndum mortem patris, vt quidam Hebraei asserunt. Quæst. LXVIII.

SED nunc est dubium de filiis Achan, quomodo occisi sunt cum non peccassent. Aliqui dicunt, quod non fuerunt occisi, quia neque litera illud asserit, & ita dicunt aliqui Hebraei. Cum autem obijciatur, quod Iosue tulit filios, & filias. dicunt quod non tulit eos ad occidendum, sed ad hoc, quod viderent mortem patris, & admonerētur abstinere a similibus. Sed dicendum, quod non stat. Primo quia hoc tenetur communiter ab omnibus sapientibus expositis, quod tam filij quam filiae perierunt. sic tenet Adamantius, & Glo. ord. dicens filios eius, & filias cū pecoribus, & omnibus quæ habebat populus obruit.

Secundo, quia Deus videtur significasse, quod Achan cum filiis suis periturus erat, inquantū dixit. non ero vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est, & tamen non deletur, vel conteritur qui solus occiditur. nam licet ipse moriatur non moritur omnino si manent filij eius, quia manet nomen eius & domus, iuxta illud Ecclesiasti. 3. c. mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus. similem enim sibi reliquit post se. ad hoc ergo, quod contereretur, ideo penitus deleteretur Achan, debebant occidi filij eius.

Tertio, quia non potest stare expositio illa quā dāt, s̄ q̄ ducerentur isti ad videndum mortem patris, vt admonerentur non committere similia. nam hoc modo non ipsi soli, sed totus Israel iuit ad videndum mortem Achan, cum dicatur in litera. lapidauit eum omnis Israel. ergo cum fiat mentio de filiis, & filiabus videtur, q̄ ducti sunt ad mortem. Quarto, quia fit differentia inter omnes Israelitas qui iuerunt ad mortem Achan, & filios atque filias eius. nam de filiis, & filiabus dicit, q̄ ducti sunt. de Israel dicitur, q̄ duxit istos, s̄ quod Iosue, & omnis Israel tulerunt filios, & filias Achan. ergo Israel iuit ad occidendum Achan, & videndum mortem eius. filij autem, & filiae Achan nō iuerunt, sed dicitur, quod ducti sunt, scilicet ad hoc, quod occiderentur.

Quinto, quia fit mentio de filiis, & filiabus, & non fit mentio de vxore eo, quod omnes tenent, quod nō fuerit occisa pro peccato Achan, quia Deus dixit, q̄ puniebat peccata patrum in filios. Exo. 34. c. sed non dixit,

In 95. 44.

dixit, quod puniebat peccata virorum in vxores, & sic declarauimus, quod non occisa fuerit supra. & tamē si ad videndum mortem Achan intelligerentur isti ducti, etiam duceretur vxor, sed non dicitur de ipsa, quod ducta sit, sed solum de filijs, & filiabus. ergo fuerunt ducti ad hoc, quod occiderentur.

Sexto, quia dicitur, quod Iosue tulit filios, & filias, boues, oues, & asinos, & tabernaculum, cum queque supellectilē. & tamen constat de omnibus alijs rebus quod ducta fuerint ad hoc, quod perirent. cum dicatur in litera, & cuncta quae illius erant igne consumpta sunt. ergo etiam de filijs, & filiabus Achan dicendum est, quod occisi fuerint, & ista est veritas. & sic tetigimus supra in litera expositione.

An filij Achan occiderentur cum eo, quia fuerint conscij criminis, & quod non fuerint conscij, nec propter hoc occisi sunt. Quæst. LXXI.

Sed tunc quæretur, quomodo isti occiderentur cum non peccassent. Aliqui dicunt, quod erant filij, & filia conscij huius peccati, ideo occisi sunt.

Sed dicendum, quod non satis conuenit, quia litera non exprimit eos fuisse conscios, sed solum, quod occisi fuerint, sicut cæteræ res Achan deletæ sunt.

Secundo, quia non videtur, quod Achan manifestasset hoc alicui de domo sua, sed potius, quod celaret ne ab Israelitis sciretur. nam dicitur, quod ipse abscondit in terra in medio tabernaculi sui, & ibi postea res inuentæ sunt, vt patet in litera.

Tertio quia si aliquis conscius esset huius sceleris, potius videretur, quod vxor Achan conscia esset, quam quod filij, & filia. sed ipsa non ducta est ad mortem, sed solum filij, & filia. ergo non fuit hoc quasi essent conscij criminis.

Quarto, quia dato, quod aliquis de filijs, aut filiabus Achan conscius esset huius rei, non est verisimile, quod omnibus filijs, & filiabus manifestasset, quia sic facile erat publicari peccatum Achan, & periret. & tamen omnes filij, & filia perierunt cum Achan. ergo non fuit hoc quasi essent conscij criminis.

Quinto, quia etiam si essent conscij criminis non videbantur rei alicuius poenæ. nam ipsi non fuerunt in consilio, vt Achan raperet ista de anathemate, sed viderunt ea postquam Achan illa adduxisset in tabernaculum. sed tunc nihil isti poterant facere nisi forte accusare patrem apud populum de facto illo, sed filij non tenebantur accusare patrem ad mortem, immo non licebat eis propter maximum debitum naturale. ergo nihil peccabant occultando, & ita non occiderentur pro hoc.

Sed aliquis dicit, quod forte isti filij fuerunt in consilio rapiendi ista de anathemate, & ita quasi fautores criminis morte digni erant. ad Rom. i. c.

Dicendum, quod non stat, quia non solum isti non fuerunt in consilio rapiendi aliquid de anathemate, immo & ipse Achan, quando iuit ad urbem Iericho vastandam, & diripiendam, non deliberauerat furari aliquid de anathemate, sed postea casu vidit hæc, & videns concupiscit atque rapuit. sic dicitur supra in litera vidi enim inter spolia pallium coccineum, & ducentos siclos argenti, regulam quoque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi. & ita non potuerunt peccare filij Achan in hoc, neque tanquam conscij sceleris occisi sunt. Sed dicendum est, quod ad terrorem, & ostendendum magnitudinem criminis voluit Deus, quod filij cum patre nunc occiderentur. & patet ex modo litera, quia dicitur, quod Iosue tulit filios, & filias, & boues, & omnia alia, & ta-

Vide de hoc latius met. do. A. bul. Deuterion. 13.

men certum est, quod alia non deleta sunt quasi in aliquo peccassent, sed solum ad terrorem, & ostendendam grauitatem criminis. ergo de filijs, ita factum est. & non quasi aliquid ipsi peccauerint in furto Achan.

Probatio quorundam, quod soli filij parui puniantur a Deo pro peccato patrum, filij autem emancipati non puniantur. vt & quæst. 53. Quæst. LXX.

Sed tunc manet illud dubium quod prius, scilicet quomodo Deus voluit, quod isti occiderentur, cum non peccassent. Dicunt aliqui, quod filij occiduntur pro peccatis patrum in iudicio Dei, non autem iudicio humano, ita hic. nam Iosue non fecit hoc quasi a seipso, sed quia Deus illud iussit. nam secundum legem qua Deus iusserat iudicibus iudicare, non erant occidendi filij pro patribus, vt patet Deute. 24. c. & hoc verum est. Sed adhuc istud non satisfacit, quia dicitur, quare Deus voluit, quod innocentes occiderentur? Aliqui dicunt, quod filios paruulos quando sunt in potestate patris Deus occidit pro peccato patris. ipsos autem filios magnos qui iam sunt emancipati, non facit mori pro patribus. & ita dicunt fuisse in presenti, scilicet omnes isti filij Achan erant paruuli. Sed dicendum est, quod hic sunt duo. vnum est, quod pertinet ad presens, scilicet an omnes filij Achan essent parui, & in potestate patris, an essent aliqui adulti, & emancipati. & quantum ad hoc non est manifestum satis, an fuerint omnes filij parui. satis tamen potest dici, quod erant omnes paruuli, vel saltem non emancipati sed manentes in potestate, & domo paterna, quia dicitur tulit Iosue filios, & filias, boues, & oues, & asinos, ipsumque tabernaculum, & ita innuitur, quod filij, & filia Achan erant omnes paruuli, & manentes in tabernaculo eius, & ita non habebat Achan filios aliquos, & filias coniugatas. vel si habuit non fuerunt nunc occisi pro peccato patris, quia magis pertinent ad patres, & reputantur res sua filij paruuli manentes in domo, quam coniugati, & emancipati, & hoc satis tetigimus supra in expositione literæ. In q. 53.

Aliud erat generale, scilicet filij adulti, vel emancipati non puniantur pro peccato patrum. Et dicendum, quod ita solet teneri in omnibus distinctionibus, quæ sunt ab alijs, & a nobis post eos, vt tactum est supra in litera. Et hoc videtur habere aliquam rationem. Primo, quia non videretur quomodo concordarentur auctoritates sacre scripture. nam quemadmodum dicitur Exo. 34. c. quod Deus punit peccata patrum in filios, ita dicitur Ezech. 18. c. anima qua peccauerit ipsa punietur, & filius non portabit iniquitatem patris. vt autem concordentur auctoritates istæ dicunt, quod illa de translatione peccati patrum in filios intelligunt de paruulis qui peccare nesciunt. & ideo pro solis patribus puniuntur. illam autem Ezech. 18. capitu. intelligunt de adultis, & emancipatis, quorum per se est actus, & ita pro peccato suo puniri possunt, & pro bono opere premiari.

Secundo patet hoc, quia multum differt inter filios paruulos, & filios adultos extra potestatem patris, quia paruuli non sunt aliquid separatum a patre, sed vt pars eius. adulti autem sunt, vt homines separati per se existentes. Sic dicit Aristotele. libro 3. Ethico. scilicet filius est pars patris donec sit pelicon, id est magnus, vel emancipatus, quasi dicat, postea non est, vt pars, sed vt homo per se existens. & tamen ad hoc, quod homo puniatur in aliqua parte corporis sui, non oportet, quod illa pars peccet, sed satis est, quod homo peccet, quia tunc iuste inferetur poena in quacunque parte quæ non est separata, sed non ideo iuste punietur quicunque alius homo. ita cum filius paruulus sit, vt pars patris, potest puniri pro patre, sicut pars pro toto. filius autem adultus

adultus non est, vt pars, sed vt aliquid separatum, ergo non punietur pro peccato patris.

Tertio patet hoc, quia hic vbi erat iudicium Dei puniti fuerunt paruuli filij Achan pro eo, sed non aliqui magni, vt dictum est præceden. quæst. ita igitur fiet in omnibus alijs.

Contra assertionem præcedentem probat, quia vere tam filij parui quam adulti, & emancipati puniantur pro peccato patrum. Et non solum secreto Dei iudicio puniuntur filij emancipati pro peccato patrum: sed etiam quando Deus iubet hominibus exequi poenam in illos. Quæst. LXXI.

Sed dicendum, quod istud non stat, immo filij puniuntur pro peccato patrum tam parui quam adulti. Primo quia sacra scriptura Exod. 34. & Num. 14. & in alijs locis dicit, quod Deus punit peccata patrum in filios nihil distinguens. ideo videtur, quod neque nos distinguere debeamus.

In q. 30. & 31.

Secundo, quia vt ostensum est præceden. cap. ideo dicuntur puniri peccata patrum in filios, quia in eadē poena duo cruciantur, scilicet filius cui infligitur, & pater qui ita de illa affligitur, & tristatur, sicut filius qui tolerat. in alijs autem hominibus qui ex lege nature non copulantur tanto amore, non dicitur puniri vnus pro alio. & tamen pater, ita diligit filium adultum, sicut paruulum, immo magis dolet de morte adulti quam paruuli. ergo ita punietur adultus pro peccato patris, sicut paruulus.

Tertio, quia vnus punietur pro peccato alterius propter quandam punitionem quæ inter illos est, ita vt vnus videatur esse alius. puniuntur autem subditi pro peccato domini, sicut quando pro peccato computationis populi quam fecit Dauid occidit Deus peste, vel gladio angeli percutientis septuaginta millia virorum, & tamen magis pertinent filij adulti ad patrem quam subditi ad dominum. ergo punientur filij adulti pro peccato patrum.

Quarto, & principaliter patet, quia Exodi 34. ca. dicitur, quod Deus punit peccata patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam generationem. & ita Deus punit peccata patrum in nepotes, & pronepotes. sed non habet nepotes, nisi qui habet filios adultos a quibus gignantur, & nepotes non pertinent ad auum, nisi propter patrem qui est filius aui. ideo si Deus punit peccata patrum, id est auorum in nepotes, a fortiori puniet ea in filios adultos quorum sunt filij ipsi nepotes, quia propinquior est patri filius adultus quam filij illius filij, id est nepotes. non est ergo dubium quin Deus puniat peccata patrum in filios adultos.

Aliqui conuicti a ratione consentunt, quod Deus puniat peccata patrum in filios adultos, quantum ad hoc, quod secreto iudicio suo puniat filios pro peccatis patrum sine aliquo ministerio humano. & tamen quantum ad hoc, quod iubeat per homines occidi pro peccatis patrum filios, dicunt quod fit aliquando in filijs paruulis, sed nunquam fit in adultis.

Sed dicendum, quod ista distinctio non stat. Primo, quia non videtur habere fundamentum, sed ficta est de intentione istorum, qui volunt euadere rationem, & ideo non est admittenda.

Secundo, & efficacius patet, quod Deus puniat ministerio humano filios pro peccato patrum, immo & nepotes. sicut patet 2. Reg. 21. cap. vbi fuit famas per triduum propter peccatum Saulis, quia occiderat Gabaonitas, & non cessauit quousque Dauid ex responso Dei occidit duos filios Saulis faciens illos suspēdi, & quin que nepotes eius. Isti autem erant viri adulti, quia scriptura vocat eos septē viros, & fuerunt suspēsi, quod non fieret si essent paruuli, & tamē certum est, quod

factum est iubente Deo, licet illud fecit Dauid. quod patet, quia immisit famē trium annorum in terram, vt fieret ista vindicta, & quando quæsitum est ab eo de causa famis, dixit esse, quia non erat vltio data Gabaonitis de domo Saulis, & quando Dauid occidit illos septem cessauit famas: nam dicitur, quod repropitiatus est dominus terræ eod. cap.

Ex hoc patet efficacius, quam ex omnibus locis, quod punit Deus peccata patrum in filios tam paruulos quam adultos, cum isti essent viri.

Etiam patet, quod puniatur peccata patrum in nepotes, quia quinque nepotes Saulis, scilicet filij Michol filie eius, suspēsi sunt pro Saule. & hoc non inuenimus, ita expressū in alio loco scripture. & quod ibi dicitur de nepotibus qui sunt in secunda generatione, factū fuisset de pronepotibus qui sunt tertia generatio, & de abnepotibus qui sunt quarta generatio, si fuissent ibi inuenti. & tamen non fuerunt aliqui alij inuenti de domo Saulis nisi isti præter Miphoboseth filium Ionathæ nepotem Saulis, quem non potuit occidere Dauid propter iuramentum præstitū Ionathæ. 2. Regum 22. cap.

Et iste est specialis casus in quo punitur filius pro peccato patris post mortem eius, nam generale est, quod filij non puniantur pro peccatis patrum nisi viuentibus eis, & videntibus, quia tunc dolent patres de poena filiorum. & afflictio illorum est poena patribus, ac si ipsi paterentur, quod non accideret si punirentur filij post mortem patris. Et ista est causa quare vsque ad quartam generationem solum puniuntur peccata patrum in filios. Exodi 34. cap. scilicet vsque ad illam generationem solent homines videre ad plus posteros suos, & non amplius viuere, vt declaratum est præcedenti capi. hic tamen post mortem Saulis fuerunt suspēsi isti. & fuit specialis casus, scilicet aliter non poterat vindicari Gabaonitæ de domo Saulis, quod tamē Deus volebat eod. capit. alias autem viuentibus patribus fiunt punitiones, tam in filios quam nepotes, vsque ad generationem tertiam, & quartam.

In q. 30.

Ad obiecta illa quæ supra questione septuagesima proposita fuerunt. Et concordia auctoritatum scripture sacre quæ videntur de directo contradicere, scilicet punit peccata patrum in filios, & filius non portabit iniquitatem patris. Quæst. LXXII.

EX his responderi potest ad ea quæ obiebantur supra q. 70. Ad primum de concordia auctoritatum dicendum, quod possunt concordari sine limitatione ista, & aliqui dicunt, quod possunt intelligi sic, scilicet cum dicitur, quod puniuntur peccata patrum in filios intelligatur in iudicio Dei, cum dicitur Ezech. 18. filius non portabit iniquitatem patris intelligatur in iudicio humano. quia ita mādatum est in lege, non occiduntur patres pro filijs, neque filij pro patribus Deute. 24. cap.

Sed dicendum, quod non stat, quia necesse est intelligi in iudicio Dei, & non humano. & patet quia Ezech. 18. cap. in principio respondet Deus ad prouerbum, & querelam filiorum Israel, scilicet patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupefuit. & subditur. viuo ego dicit dominus non erit parabola hæc in prouerbijs in Israel. ecce omnes anime meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est. anima quæ peccauerit ipsa morietur, & ita apparet, quod Deus loquatur de iudicio suo, cū dicat omnes anime meæ sunt.

Etiam si esset hoc secundum humanum iudicium, & non secundum iudicium Dei, maneret semper calumniosum prouerbum Israelitarum contra Deum, scilicet

scilicet patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obtuferunt. & tamen Deus uult auferre illud prouerbiū. ergo in iudicio suo intelligitur, quod filius nō portabit iniquitatem patris. Item patet, quia eod. cap. circa finem dicitur, quod Israelitæ dicebant. non est equa uia domini, audite ergo domus Israel, nunquid non est equa uia mea, & non magis uic uestræ prauæ sunt: & sic ostendit Deus, quod omnia illa quæ ibi dicta sunt, scilicet, quod Deus non puniat filiū pro patre, & e cōtrario, pertineat ad uiam suam, id est ad iudicium suum. Aliter ergo concordandæ sunt auctoritates, sc̄p̄ vna loquitur de rigore veritatis, & alia de quadam apparentia, vel vna loquitur quando peccata sunt, & alia quando nulla peccata sunt. nam secūdum veritatem Deus nunquam punit vnum hominem pro alio, neque filium pro patre, si alias non sit ipse debitor pro aliquo peccato, pro quo etiam si nullum patrem haberet puniretur, vt ostensum est præceden. capi. Sed dicitur puniri filius pro peccato patris, quando pater peccauit, & filius etiā peccauit, & Deus infert aliquam penam filio quantum ipse pro peccato suo meretur, vel saltem non maiorem infert, tamē illam principaliter propter peccatum patris, s. vt pater qui peccauit videns penam filij affligatur de illa, ac si vere inflicta esset ei. & per hoc ipse pro peccato suo punitur, quia in pena filij ipse puniri non minus quā si in seipso torqueretur. & hoc est vere puniri peccata patrum in filios, id est quia filius punitur, vt pater in eo puniatur pro peccato suo. Si tamen filius in nullo peccauit, vel non manet debitor alicuius pœnæ, non inferret ei Deus penam aliquam, vt in illa pater puniatur. Et secundum hoc cōcordantur istæ auctoritates, quia cum dicitur, quod punit Deus peccata patrum in filios, intelligitur si ipsi filij peccauerunt, propter quod mereantur penam illam sibi infligi, & sic simul puniantur pro peccato suo, & patres in eis. Quod autem habetur Ezech. 18. cap. intelligitur quando filius non peccauit, vel non est debitor alicuius pœnæ, quia tunc non inferret Deus aliquam penam eis, vt patres puniantur in illis, quia hoc esset punire immeretem. & hoc innuitur eod. cap. ubi enumeratur peccata pro quibus Deus punit homines. & postea concluditur, quod si filius non egit aliquod illorum, non punietur etiam si pater peccauerit valde. Ad secundum dicendum, quod aliqua differentia est ad patrem inter filios paruulos, & adultos, quia paruuli sunt pars patris, & non magni, vel emancipati, & tamen non inferuntur ex hoc, quod sit iustum paruulos puniri pro peccatis patrū, vel vt partes qualdam ipsorum, adultos vero nequaquam, quia tam iniustū est puniri paruulos sicut adultos. vnde nulla lex humana est quæ puniat filios paruulos pro peccatis patrū. & si punit paruulos, punit quosque adultos, vel emancipatos, sicut fit in crimine læsæ maiestatis, in quo filij aliquam penam saltem exheredationis, & infamiae sustinent pro patre. extra de hæreti. cap. vergentis. & tamen illa, ita ad adultos, & emancipatos, sicut ad paruulos extenditur. Et Aristoteles, quando filios dixit esse partes patrum, quousque sint emancipati, vel inagni, & non postea, non dixit volēs innuere, quod paruuli possint puniri pro peccatis patrū, & non emancipati. sed quod inter patrem, & filios paruulos nō sit iustum simpliciter, quod vocatur iustū politicum, sed vel nullum iustum, vel iustum, quod vocatur paternum. inter patrem autem, & filios emancipatos, qui desinunt esse in potestate paterna, est iustum simpliciter, quod est politicum. Et huius rei dat Aristote. causam lib. 5. Ethic. cap. politici autem iusti, sc̄p̄ non sit iustum simpliciter hominis ad filios paruulos, quia sicut non est iustum aliquod hominis ad partes corporis sui, quia sunt aliquid eius, licet non sit do-

minus earum, ita non erit iustum simpliciter patris ad filios paruulos, quia sunt velut partes quædam patris. magni autem non sunt iam pars patris. & tamen quantum ad puniendū filios pro peccato patris equale est de adultis, & paruulis. quia vel neutri punientur, vel vtrique, quia vtrisque pater diligit, & de vtrorumque penis affligeretur.

Ad tertium dicendum, quod non est omnino certum, an filij, & filia Achan nunc fuerint paruuli cum puniti sunt, & nulli emancipati, vel magni puniti fuerint. & tamen potest concedi, quod omnes fuerint paruuli, vel saltem non emancipati, qui tunc cum patre puniti sunt, vt tactum est supra. hoc tamen non fuit quasi non liceret occidi maiores, sed quia nulli tales inuēti sunt, scilicet, quia non habuit eos tunc Achan, id est quia nunquam habuerat, vel quia defuncti erāt. & sic soli paruuli filij cum eo tunc inuenti sunt.

Quare filij Achan occisi sunt pro patre cum ipsi non peccauerint, & an fuit eis pro peccato patris mors inflicta, vel accelerata. Quæst. LXXIII.

Sed tunc manet adhuc dubium, quō puniti sunt isti filij Achan pro peccato patris, cum ipsi non peccauerint. Aliqui dicunt, quod filij nō occisi fuerunt, sed solum ducti fuerunt ad videndum penam patris, sed istam opinionem supra improbauimus.

Alij dicunt, quod nō occisi fuerunt, sed solum Achan, & quod per filios, & filias, & cuncta quæ possidebat Achan, intelligantur opera eius, sic tenet Adamantius in vna expositione.

Sed dicendum est, quod iste sit sensus mysticus. nā secundum literam necesse est concedi, quod filij Achan cum patre occisi fuerint, vt ostensum est supra.

Alij dicunt, quod filij Achan pro patre puniti sunt, sed non pena æterna, sed solū temporaliter occisi sunt.

Sed dicendum, quod isti narrant veritatem, sed nō soluunt quæstionem, neque tollunt difficultatē, quia licet verum sit, quod filij non puniantur æternaliter pro patribus, non iustificatur inde, quod puniantur temporaliter pro illis, quia esset ibi pena sine causa. & sic videretur iniusta, quare tamē possit dici, quod filij puniantur pro patribus pena temporali, & non æterna, neque purgatoria, declaratum est præceden. ca. Istam tñ solutionem inter alias tenet Adamantius. Alij autē dicunt, quod factum fuit hoc iudicio Dei occulto, vt sicut occisi sunt triginta sex viri pro peccato Achan, ita & occiderentur filij eius.

Alij dicunt, quod filij Achan non fuit hic mors inflicta pro peccato patris, sed accelerata, quia etiā non peccante patre erant ipsi debitores mortis. & istas etiā solutiones tenet Adamantius, & Glo. ord. dicēs filios, & filias eius cū pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus obruit. non tamen hoc iudicio humano, sed ipiritu prophetico fecit Iesus. s. iue intelligens omnia quæ sunt eius, vt neque filios censeret exceptos, siue opera eius quæ post mortem fuerat Deus in illo crematurus, non solum per cætera quæ illius erant, sed etiam per filios significans, nec ideo credendum est pro peccato patris, a quo innocentes erant, post mortem igne inferni esse cremandos: mors enim quæ omnes manet quā de primo peccato veniat, quia ita nati sumus, vt necessario moriamur, accelerata quibusdam est, vnde raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. quo ergo iudicio, vel misericordiam fuerit irrogata filijs eius, vel illis triginta sex viris, cū omnes fuerint a peccato eius alieni, latet apud Deum apud quem non est iniquitas, secundum illud impio peccatum etiam est, quod plus terribiliter oportebat quæretur quod

Loquitur per verba patris nota.

In q. 53. & 79.

In q. 68.

In q. 68.

In q. 36. & 37.

Ista sunt verba Adamant.

Auctoritas cōcordia.

In q. 29. & 39.

Responsio ad auctoritatem Arist. quod filius est pars patris

quod admissum est. & tanto timuerunt ceteri factum eius imitari, quāto horrerēt in tam magnum, & tam iustum populū odium dari, & eis quos ad spem propagandi generis se reliquitur putabat, peccato suo secum consumptis mori.

Quod non fuit aliquid iniustum, quod occiderentur filij Achan pro peccato eius, & quomodo dicitur illis mors accelerata pro peccato patris, & non inflicta. Et hic nota conclusionem, scilicet, quod filij Achan paruuli erant debitores mortis etiam si pater eorum non peccasset, & quare hoc. Quæst. LXXIII.

Sed dicendū, quod non fuit aliqua iniquitas in hoc, quod filij Achan nunc pro peccato patris occiderentur, & fuerunt aliquæ causæ ad hoc mouentes. Primum patet, quia filij Achan debitores mortis erant, etiam si pater eorum non peccaret, ideo illo ad huc non peccante poterant ipsi iuste occidi iudicio diuino, quo illorum debita, vel peccata cognita erant. non tamen iudicio humano. nam siue essent paruuli, siue adulti, certū est, quod habebant aliquod peccatum pro quo erant debitores pœnæ. nam si erāt paruuli haberent saltem reliquias peccati originalis, quia licet sit expiatum illud per sacramenta, vel fidem, vel alias, semper tamen manet obligatio ad mortem, cū statutum sit vnumquemque hominem semel mori. ad Hebr. 9. c. Si autem essent adulti, præter debitum mortis, quod est ex peccato originali, vel quomodolibet ex decreto Dei, haberent aliqua alia peccata per quæ obligati esse poterant ad alias pœnas, ita vt illis posset ista inferri etiam patre non peccante. Et secundum hoc sunt cōuenientes vltimæ duę solutiones. vna est, quod mors fuit accelerata pro hoc peccato, & non inflicta. nam verum est, quod isti filij Achan erant debitores mortis, etiam si pater eorum non peccasset, & hoc in quantum mors consequitur, vt pœna debita pro peccato originali, vel vt prouenit ex decreto Dei, quo et moriuntur illi qui non contraxerunt originale peccatum, sicut fuit de Christo qui non contraxit originale peccatum, neque fuit possibile eū incurrere aliquod peccatum, & tamen fuit obligatus ad mortem, vel saltem mortuus est propter illud diuinum statutū, quo decretum est vnumquemque hominem semel mori. ad Hebr. 9. c. Sed cum dicitur, quod accelerata est illis mors pro peccato patris, non est intelligendum, quod isti per peccatum suum non mererentur mori tunc, sed postea, & tamen propter peccatum patris abbreviata fuerit illis vita: nam tunc non possemus euadere difficultatem, quia infligeretur eis pœna aliqua quam nō mererentur. nam abbreviari vitam pœna quædam est, & sic esset iniusta, quia solum pro peccato alieno. Sed dicendū est, quod sicut isti erant debitores pœnæ, ita erant debitores pro quocunq; tempore. nam erant debitores sine præfinitione temporis. & quod debetur sine præfinitione temporis statim debetur, ideo poterat Deus ab istis repetere pœnam istam, vel mortem quā docunq; vellet, & non faciebat eis iniuriam. Est tamen verū, quod Deus non petiisset ab eis tunc mortem, nisi pater illorum peccasset, & ita propter peccatum illius dicitur mors accelerata, & hoc sine illorum iniuria.

Alia solutio erat de occulto Dei iudicio. & verum est, quod occultum iudicium est, quod vnus puniatur pro peccato alterius, & ideo non fit in iudicio humano, sed in solo diuino. in humano enim iudicio debent nota esse crimina pro quibus quis punitur, quia alias non recte agitur. occultum autem iudicium est, vbi pœna est nota, & causa latet. ideo ad solum Deum pertinet tale iudicium, quia delicta illa quæ homini-

bus occulta sunt, nota sunt ei cui non est iniussibilis vel la creatura ad Hebr. 5. cap. & ita erat hic, quia quādo fecit Deus, quod pro peccato Achan perirent triginta sex viri de populo, ignota erāt illorum peccata pro quibus occidebantur. similiter cum filij, & filia Achā pro eo mortui sunt, ipsi quidē in aliquo peccauerant, & debitores pœnæ erant, sed peccata illorum quæ essent pro quibus patiebantur, occultum erat, sed licet occultum esset, iudicium iustum erat, immo propter hoc erat iustum, quia peccata quædam hoc exigebāt, sed illa occulta erant, & ita apparet, quod non erat iustum occidi nunc filios, & filias Achan.

Causæ seu motiua quatuor quare occisi sunt filij Achan pro peccato patris sui. Vbi notandus est casus specialis in quo filius post mortem patris puniatur pro patre, & supra quæst. 71. Quæst. LXXV.

Secundum erat: quod aliqua motiua erant ad hoc, quod nunc occiderentur filij, & filia Achan cum eo. erat autem primum ipsa magnitudo peccati, vt innueretur tam graue fuisse peccatum, vt ad illius expiationē non sufficeret mors solius Achan, nisi etiam filij morerentur cum eo.

Secundum erat, & principale, ad incutiendum magnum timorem populo Israelitarum, vt abstinerent a similibus, quando viderent, quod pro peccato non solum occidebatur peccans, sed & tota eius posteritas debebatur. & hoc est, quod maxime mouere poterat Israelitas, quia nihil magis quam filios diligebant.

Tertium fuit ad magis satisfaciendum populo. nā pro peccato Achan occisi fuerant triginta sex viri de populo, pro quo nimis Israelitæ indignarentur ipsi Achan, & vltionem de eo vellent sumere. & quia pro tot occisis non satisfaciebat mors vnus, vellent quoque filios occidere, & sic satiaretur ira illorum.

Quartum erat, vt magis puniretur, quia licet satis erat grauis pœna ipsi Achan, quod ipse occideretur, grauior erat cum etiam filios suos, quos vt seipsum diligebat, coram se occidi cerneret. & ista est proprie causa quare filij puniantur pro peccatis patrū, scilicet, vt ipsi patres videntes filiorum pœnas affligantur de ipsis, sicut si ipsi eas in seipsis sustinerent. Sunt tamen duæ causæ solæ quare filij puniantur pro patribus.

Prima est quæ dicta est, scilicet, vt patres crucietur de pœna filiorum. & ob hoc regulariter nunquam puniuntur filij, nisi viuētibz patribz atque vidētibz, vt sic ipsi affligantur. quod non accideret si patres nō viuērent, vel filiorum pœnas nescirent. & ob hoc Deus dixit, quod punirentur filij pro patribz solum vsque in tertiam, & quartam progeniem, scilicet, quia vsque ad illud tempus ad plus solent homines superuivere. & quia sequentem posteritatem videre non solent, non dixit Deus, quod punirentur vsque in sextam, & septimam generationem.

Secunda causa est ad dandum vltionem aliquibus hominibus, qui aliter non possunt sumere vindictam nisi occidantur aliqui de progenie illorum, a quibus iniurias susceperunt. & hoc fit interdum mortuis illis qui peccauerunt, & occiduntur tunc filij pro peccato patrū nō viuētibz patribz, & ideo neque de hoc dolentibus.

Et istud est rarissimum. nam non legimus illud factum nisi pro peccato Saulis occidentis Gabaonitas. nam post mortem eius occisi fuerunt duo filij eius, & quinque nepotes, vt satisficeret Gabaonitis 2. Reg. 21. capitulo.

Est autem tale iudicium pure diuinum. quia iudex humanus non auderet talia facere, neque ei liceret. vnde

vnde si Gabaonitæ conquesti fuissent Dauid tunc regnanti de crudelitate, quam in eos exercuerat Saul, non auderet Dauid occidere aliquem de posteris Saulis, quia repugnabat lex, scilicet non occideretur pater pro filijs, neque filij pro patribus. Deuterono. 24. cap. ideo cum non superueneret Saul qui peccauerat, non posset eis Dauid dare ultionem. Deus tamen iussit eis dari vindictam, immo pro hoc afflixit fame tribus annis Israelitas 2. Regum capit. 21. & tunc occisi sunt septem viri, scilicet duo filij, & duo nepotes Saulis volente Deo.

Sed in presenti concurrerunt ambæ causæ. Prima erat, quia filij, & filia Achan occidebantur presente patre, & dolente de eorum pena. Secunda quoque erat quia fiebat hoc ad satisfaciendum Israelitis de malo, quod passi fuerant, & non putarent se habere sufficiens ultionem si solum Achan occiderent. ideo etiã filij vocati sunt ad illos occidendum.

Sed sciendum, quod licet fuerint quatuor motiua ad puniendum filios Achan pro peccato eius, vt dictũ est, duo tamen illorum tanguntur solum hic, scilicet primum, & tertium. De primo patet, cum Deus dixit, non ero ultra vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est, vt patet supra in litera. & tamẽ cum dixit, non ero vobiscum, signauit magnam indignationem suam, & velle ultionem de offensa sibi facta. cum autem dixit donec conteratis, signauit quod non solus Achan, sed etiam filij sui morerentur, quia alias non erat contere eum, id est totaliter delere.

Tertium motiuum signatur ex verbis Iosue, quando volebat lapidare ipsum Achan. nam dixit, quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hæc, scilicet quia fecisti nobis turbationem faciendo, quod caderent viri triginta sex de populo, exturbet te Deus, id est inferat tibi hanc penam quam statim patieris. & sic signauit, quod ideo occidebant eum, & filios suos, quia ipse fecerat perire de populo illos viros.

De filijs, & filiabus Achan qua morte perierint, scilicet an lapidati, vel cremati, vel vtraque pena.
Quest. LXXVI.

CVM constet filios, & filias Achan perisse pro peccato patris, queritur qua morte perierint. Aliqui dicunt, quod fuerunt cremati. primo quia de solo Achan dicitur, quod lapidauit eum omnis Israel. ergo videtur, quod filij non fuerunt lapidati, sed alia pena affecti, & tamen non erat alia nisi crematio, quia de duabus solis penis hic agitur, scilicet lapidatione, & crematione, vt patet in litera, ergo cremati sunt.

Secundo patet, quia dicitur hic in litera. & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. sed filij erant ipsius Achan, ergo cremati sunt.

Dicendum, quod non fuerunt cremati, quia hoc erat valde irrationabile. nam filij Achan puniebantur nunc pro peccato patris, & minus rei criminis erant quam pater. ideo iniquum erat infligi eis maiorem penam quam patri, & tamen pater lapidatus est, & nõ fuit crentatus viuens. minor autem pena est lapidatio quam crematio, ideo non cremarentur filij eius.

Rationes autem in oppositum non probant. De prima patet, nam licet nõ dicatur, quod lapidati sunt, non sequitur, quod non fuerunt lapidati, quia scriptura multa subricet quæ facta sunt, & potissime, quando ex alijs possunt colligi. quia si propter hoc quod non exprimitur de lapidatione, diceremus non fuisse lapidatos, ac etiam non exprimitur de crematione, neque de alia pena, diceremus, quod nulla pena fuerunt puniti, sed hoc falsum est, quia mortui sunt pro peccato

patris, vt ostensum est supra. Secunda etiam ratio nõ probat, quia dicitur. Et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. quod manifeste accipitur de rebus possessis. filij autem non sunt aliquid patris, quia non possidentur ab eo, & ideo filios nostros vocamus liberos, quia nullius sunt. & ideo nomine cunctorum quæ erant ipsius Achan non possunt intelligi filij, & filia.

Sed dicendum secundum veritatem, quod filij Achan lapidati fuerunt, sicut Achan, quia crematio erat maior pena. ideo simul cum Achan fuerunt lapidati, & postea mortui existentes cremati sunt, sicut ipse Achan crematus est post mortem, vt supra probauimus.

Et hoc tenet Adamantius, & Glosfordin. scilicet filios ergo eius, & filias cum pecoribus, & omnibus quæ habebat, populus cum puniret lapidibus obruit. non tamen hoc iudicio humano, sed spiritu prophético fecit Iesus. siue intelligens omnia quæ sunt eius, vt neque filios censeret exceptos, lapidationis penam pro igne ingerens.

Et dicendum, quod ista fuit causa quare scriptura tacuit de pena filiorum Achan, scilicet, quia cum de patre diceret, quod lapidatus est, intelligebatur de filijs, quod eandem poenam paterentur cum essent homines, & non res possessæ inanimatæ.

Secundo, quia scriptura tacite hoc innuit. nam cum expressit dicens, & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt, & agatur de rebus possessis, innuit quod res non possessæ non combustæ fuerunt. sic autem erant filij, ergo non fuerunt cremati, sed alia poena affecti, & ista est pena lapidationis, quia nulla alia pena erat.

De rebus pertinentibus ad Achan tam animatis quam inanimatis qualiter fuerint consumptæ. Quest. LXXVII.

SED de cæteris rebus pertinentibus ad Achan est dubium qualiter deletæ fuerint. Dicendum quod rerum Achan quædam erant inanimatæ, vt tabernaculum, & suppellectilia. aliæ erant animatæ, vt oues, boues, & asini.

De primis dicendum est, quod igne consumptæ. Primo, quia talia non sunt subiectum alterius deletionis, neque alicuius poenæ. nam lapidari non poterant, & si lapidarentur nihil fiebat, quia sic neque sentiebant, neque consumebantur. fuerunt ergo cremata, quia licet sic non sentirent penam, tamen consumebantur, ita vt esse desinerent. & hoc satis erat, quia ista erat intentio Dei, vt nihil illorum maneret, neque cedere posset in usum Israelitarum.

Secundo, quia dicitur in litera. & cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt, sed inanimata erant proprie ipsius Achan, ergo igne consumpta sunt.

De alijs rebus, scilicet animatis est dubium quid fuerint passæ. Aliqui dicunt, quod non est dubium quin fuerint crematæ, quia dicitur, & cuncta quæ illius erant igne crematæ sunt, sed oues, boues, & asini, & alia animata, erant res possessæ ab Achan. ergo combusta sunt. Dicendum videtur, quod non crematæ fuerint ista viuentia, quia difficile erat cremari sic, sed occisa sunt alio genere mortis, scilicet lapidatione, vt aliqui putant. & post mortem fuerunt crematæ.

Sed dicendum, quod nõ est satis rationabile, quod eodem genere mortis perirent iumenta, & homines, vt non viderentur esse eiusdem dignitatis. Secundo, quia sicut isti dicunt, quod non cremarentur ista animalia viuentia, quia difficile erat ea cremari, ita neque lapidarentur, quia difficile erat multa animalia huiusmodi lapidari viuentia.

Tertio, quia aliquando lapidantur boues, & tamen hoc est quod est quasi culpa propria. sicut si bos cornu

petæ

petæ est, & occidit virum, aut mulierem, obruit lapidibus. Exo. 21. c. & tñ hic non precessit aliquid tanquam culpa, vel damnus datum ab istis animalibus, sed solum occiduntur in detestationem criminis Achan dñi sui. ergo non debebant lapidari. Sed dicendum est, quod ista omnia animalia occisa sunt gladio, & fuit modus, quod prius Achan, & filij sui, atque filij lapidarentur, postea animalia omnia gladio occiderentur, deinde tã Achan, quod filij mortui, & animalia occisa cum eis suppellectile, atque tabernaculo Achan cremarentur. Et patet primo, quia Achan, & pertinentia ad eum perierunt, quasi res pertinentes ad anathema. nam Achan per hoc quod de anathemate rapuerat, factus erat anathema ipse, & cuncta, quod ad eum pertinebat, & tñ in anathemate animalia omnia occidebantur gladio, & postea cremabantur, sicut factum est in anathemate Iericho præcedente. c. ceperunt visitare, & interfecerunt omnia quæ in ea erant a viro vsque ad mulierem, ab infante, vsque ad senem boues quoque, & oues, & asinos in ore gladii percusserunt. Secundo patet, quia iste erat generaliter modus anathematum. nam quando aliqua ciuitas idolatrarum in terra Israel erat, subiciebatur anathemati, & occidebantur omnia viuentia in illa, & postea cremabantur cum ipsa ciuitate. Deut. 13. c. ita ergo nunc occiderentur ista animalia in ore gladii, & postea cremarentur. Si aliquis dicet, quod ex hoc sequeretur, quod etiam filij Achan occiderentur gladio, & non lapidarentur, quia tam in vrbe Iericho, quam generaliter in omni vrbe supposita anathemati occidebantur gladio viri & mulieres, vt patet supra 6. & Deute. 13. c. Dicendum est, quod non est hic eadem causa, quod in illis duobus. nam in anathemate Iericho erant Ierichonini, vt hostes, & defendebant se contra Iudeos, ideo non possent eos occidere aliter. etiam quia illos non occidebant Iudæi, quasi pro aliquo peccato quod commississent, sed velut hostes. est autem occisio hostilis, vt gladio pereant. De habitatoribus autem ciuitatum idolatrarum, dicendum quod occidebantur pro peccato commisso, & non velut hostes, quia tamen multi erant, & non permitterent se occidi velut peccatores in quos fit executio iustitiæ, agendum erat contra eos, quasi contra hostes, & sic occidebantur gladio. De Achan, & filiis eius aliter erat, quia nõ occidebantur, vt hostes, sed vt peccatores præuaricantes mandatum Dei, siue pro præuaricatione ipsius Achæ. & rursus ipsi erant pauci, & in quos poterat fieri executio iustitiæ: ideo nõ occisi sunt morte hostili. percussus gladio, sed pena legalis. lapidati, sicut aliqui alij peccatores lapidabantur.

Et cuncta quæ illius erant igne consumpta sunt. Ideo ea quæ pertinebant ad vxorem suam, quamquam ab ipso reuerentur, & disponerentur dum viueret, ex habitudine oconomica, tamen cum ipse perijt non consumpta sunt, quia non pertinebant ad eum, sed ad vxorem suam, dicuntur igne consumpta nõ solum igne, quia etiam lapidatio fuit in filiis & filiabus Achan, & postea cum ipso Achan cremati sunt. in rebus autem inanimatis fuit sola combustio. Congregaueruntque super eum aceruum magnum lapidum. Postquam fuit lapidatus Achan, & crematus cum rebus suis, super cinerem illum fuit magnus lapidum congregatus aceruus, vt maneret in memoriam æternam, quod ibi lapidatus fuerit Achan pro anathemate Iericho, & vt alij penarum memores a similibus arcerentur. Qui permanet vsque in presentem diem. s. vsque ad tempus quo liber iste descriptus est, scilicet sub Samuele, vt verisimilius est, nec solum, vsque ad illud tempus durasse credendum est, sed etiam toto tempore quo Iudæi manserunt in terra illa, quia cumulus ille erat testimonium punitionis iussæ a Deo fieri, & qui dispergeret eum, tolleret memoriam iustitiæ diuine. Et auersus est furor domini ab eis.

Alph. Ios. super Iosue.

A Id est postquam Israelita occiderunt Achan delentes omnia quæ ad eum pertinebant, auersus est furor domini ab eis. nam ante erat pro peccato Achan toti Israeli iratus, & tradiderat eum in manus hostium. dixerat quoque, quod nunquam esset cum Israelitis quousque contererent peccatorem. Vocatumque est nomen loci illius Vallis Achor. Ibi vallis erat, sed ante hoc non erat nominata vallis Achor. nunc vero nomen assumpsit ex eo quod ibi factum est. quod occisus est Achan. nec tñ vocata est vallis Achor, quasi vir ibi occisus vocaretur Achor, sed ex verbis Iosue. Quia turbasti nos exturbet te Deus. In hebreo autem Achor turbatio est, & sic vocata est vallis illa turbationis, quia turbatus est ibi Achã iuxta verba Iosue. Vsque hodie. Semper Iudæi postea vocauerunt vallem illam eodem nomine ad continuationem memoriæ rerum gestarum. & causa nominis huius vallis est, sicut causa acerui facti de lapidibus, quia sic facta Deo melius a posteris recolebantur.

CAP. VIII.

DIXIT autem dominus ad Iosue. Ne timeas, neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & confurgens ascende in oppidum Hay. Ecce tradidi in manum tuam Regem eius, & populum, vrbemque & terram. Faciesque vrbi Hay, & Regi eius sicut fecisti Iericho, & Regi illius. Prædam vero, & omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias vrbi post eam.

Dixit autem. Descripta deletionem vrbs Iericho, & destructione Achæ, sequitur de destructione ciuitatis Hay, & diuidit in duo. Quia primo ponitur ciuitatis Hay destructio. Secundo rotius terræ Chanaan inde secuta captio datio, j. p. c. Prima in tres. Quia primo ponitur captio nis modus. Secundo executionis actus. Tertio immolationis cultus. Secunda ibi. Surrexitque Iosue. Tertia ibi. Tunc edificauit Iosue.

An esset conueniens, quod Deus nunc confortaret sermone Iosue timorem expellendo.
Quest. I.

CIRCA primum, quia supra ex præuaricatione Achan Israelitæ ceciderant in aduersitatem hostilem, nunc autem scelus illud puni tum erat, restabat, vt Deus conuerteretur ad Iudæos, ita vt primo fuerat. nam dixerat præceden. cap. Non ero ultra vobiscum donec conteratis eum, qui hoc scelere contaminatus est. nunc autem, quia executi fuerant illud Israelitæ, Deus tollit eis timorẽ, & loquitur ad Iosue, vt non timeat. nam dato, quod executi fuissent mortem Achan, adhuc timerent forte, quod Deus placatus non esset: ideo formidarent hostes suos de vrbe Hay, cum primo incurrisset in manus eorum. fuit ergo conueniens, vt Deus tolleret eis timorem certificando, quod iam non traderet eos in manus hostium, sicut primo.

Sed dicit aliquis, quod non erat necessarium, aut expediens, quod Deus loqueretur Iosue confortans eum ne timeret, quia præceden. c. dictum fuerat, quod auersus fuerat furor Domini ab Israel.

T Re.

Respondendum est, quod illud non cognoscebatur a Iosue nec Israelitis, donec Deus locutus fuit Iosue, quod non timeret, sed scriptor libri ex his quae postea dicta sunt collegit, quod furor domini auersus fuerat ab Israel, & expressit supra. si tamen Iosue non audisset a domino ea quae dicuntur hic, non fuisset certificatus, an Deus adhuc esset iratus contra Israel. *Dixit autem dominus ad Iosue.* Ista locutio facta fuit, postquam Achan cum omnibus, quae ad eum pertinebant, deletus est, & satis cito post illam deletionem, & forte in die eadem. De modo autem locutionis huius responderi potest, sicut de praecedentibus, quod potuerit fieri super arcem, vel in aliqua nube loqui, vel in assumpta humana imagine in secreto loco. quis autem horum fuerit nihil hic differt. *Ne timeas, nec formides.* q. d. ante formidandum erat tibi, & toti Israel pro peccato Achan nondum puniit, nunc autem illo puniit nihil tibi formidandum est, quia adiuuabo te, pro completam executionem. & duplicatur hic verbum pertinens ad idem. scilicet timorem secundum morem linguae, etiam quia non signant idem tollere. timere enim signat timorem quemcumque, patere autem signat magnum timorem, & sic hebraei exponunt: ne timeas, nec extremifcas. *Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum.* Soli pugnatores iuri erant cum Iosue, foemine vero, & viri inepti ad pugnam non ibant, sed manebant in castris in Galgalis, ubi primo fixerant tentoria transientes Iordanem, nam etiam postea cum pugnarent contra quinq; Reges, de quibus infra 10. manebant castra in Galgalis. nam post eadem factam reuersi sunt in castra Galgalae, ut patet ibidem. *Omnem multitudinem pugnatorum.* In castris autem nullus de pugnatoribus manebat, & tamen adhuc Iudaei non formidabant, quod aliqui de Chananeis insilirent in castris. Tum quia castra erant apud urbem Iericho, & non erant aliqua loca propinqua illis, ut inde egredientes Chananeii inuaderent castra hebraeorum. Tum quia omnes Chananeii extimuerant, & tota terra siluerat in conspectu Iudaeorum: unde non audebant profligare in castra Israel etiam si propinqua forent. Iussit autem tolli Deus omnem multitudinem pugnatorum, quod viri urbis Hay pauci essent, ut non timeret populus hebraeorum. prius enim dixerant exploratores. Non ascendat totus populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem, quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos: ut patet praeced. c. & tunc fugerunt Israelitae terga vertentes. si autem nunc quoque pars pugnatorum ascenderet, timerent ne sibi simile eueniret, ideo iussum est, ut ascenderent omnes pugnatores. *Et con-*

Hay est in locis montanis.

Reges Chanaan erant Reguli.

Et con- *surgens ascende in oppidum Hay.* Dicebatur Iosue ascendere, quia euntibus de Iericho versus Hay est ascensus, cum Hay sit in locis montanis circa Bethauem, & Iericho sit in vallibus. sic patet infra 18. f. fuitque terminus eorum contra aquilonem ad Iordanem pergens, iuxta latus Iericho septentrionalis plage, & contra occidentem ad montana ascendens, & perueniens in solitudinem Bethauem, atque petransiens iuxta Luzam ad meridiem, quae est Bethel. Ecce a Iericho in Bethauem, & Hay, & Bethel ascensus est, sed intermedius locus est Bethel, Hay: ergo contra illum est ascensus de Iericho. *Ecce tradidi in manu tua Regem eius, & populum.* In hoc dabat praedicta Deus Iosue de euentu belli. quod Rex Hay traderetur in manus Iosue, & totus populus eius: habebat enim urbis Hay Regem. nam isti non erant Reges, sed Reguli, quia valde paruam terram habebant. nam Iericho apud Hay erat, tamen in Iericho erat Rex vnus, & in Hay Rex alius, ut patet infra 12. Item in parte quadam terrae promissionis, quam cepit Iosue, relicta adhuc magna parte eius erant 31. Reges, ut patet infra 12. ubi singulorum locorum Reges enumerantur. hi autem magis ex nomine, quam ex potentia re-

gnatiua reges appellantur. unde scriptura inferendum eos Regulos vocat. sicut patet Ioann. 4. Erat quidam Regulus cuius filius infirmabatur. *Urbemque & terram.* Tradito toto populo, & rege satis intelligebatur de urbe, quod tradita foret, quia urbs nulla sine pugnatoribus fortis est, sed dictum est ex superabundantia. *Et terram.* i. loca coniuncta oppido Hay. nam contra Hay esset parua ciuitas, ut signatur praeced. cap. tamen, quia erat ciuitas regalis, habebat saltem aliqua pauca loca, quae uocantur uiculi, siue rura sub ditione sua.

Faciesque urbi Hay sicut fecisti urbi Iericho, & Regi eius. Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod sit indicatio futurorum. scilicet eueniet tibi, quod facies urbi Hay, sicut fecisti urbi Iericho, & Regi eius. scilicet occides populum cum Rege, & capies urbem. Alio intelligitur per modum praeccepti, & est sensus quod faceret Iosue urbi Hay, & Regi eius, sicut fecerat urbi Iericho. i. sicut posuerat anathema in urbe Iericho, ita poneret in urbe Hay, & iste sensus est conueniens. sic patet infra, ubi ista facta enarrantur. quod incensa esset urbs Hay, & posita in tumulum aeternum, sed hoc ad anathema pertinet. Item patet, quia declaratur immediate hoc, scilicet praedam vero, & omnia animalia diripietis uobis. q. d. facietis sicut urbi Iericho ponentes interdictionem, vel anathema, tamen non totaliter, ut in urbe Iericho, sed praedam tolletis de urbe atque iumenta.

H Ciuitas Hay posita est sub anathemate, ut urbs Iericho, sed non similiter ambae pari anathemate. *Quaest. II.*

C I R C A hoc considerandum est, quod Deus iussit poni urbem Iericho sub anathemate, & urbem Hay, sed non similiter, quia in urbe Iericho, tam ipsa urbs ad habitandum fuit interdictione, quam omnia, quae erant in ea ad capiendum praeter ea, quae in thesauris domini reseruata sunt, ut patet supra 6. cap. In urbe autem Hay fuit positum anathema, quia non licuit alicui habitare in urbe, quia combusta est tota, atque turres, & menia diruta, & posita in tumulum aeternum. non tamen fuit, ut in urbe Iericho, quia hic praeda sumpta est tam rerum, quae suppellectilia appellantur, quam iumentorum, ita ut nihil de his exustum est. Item in urbe Iericho aurum, & argentum, & aenea uasa, & ferrum cefferunt domino, ceteris igne consumptis. in urbe autem Hay nihil domino cessit, sed tota praeda, tam auri, quam argenti, quam ceterorum beliatoribus distributa est, ut patet infra.

Quare non fuit tale anathema omnino positum in urbe Hay, sicut in urbe Iericho. *Quaest. III.*

Q U A E R E T aliquis quare in urbe Hay interdictione positum est, & quare non tale quale in urbe Iericho? Respondendum est, quod Deus introducebat Israelitas in terram Chanaan, ut faceret eos habitare ibi, & non ut terram illam totam sibi faceret anathema, atque consecraret, quia hoc modo non possent in ea habitare totam domino consecrantes sub anathemate. non ergo debuit poni anathema in omnibus urbibus terrae Chanaan. Et si aliquis dicat, quod poterant Israelitae omnes urbes Chanaan subijcere anathemati sicut fuit in urbe Iericho, & tamen habitarent in terra illa loca alia condentes, & urbes.

Respondendum est non stare. aliter enim Deus de eis determinauerat, scilicet, quod habitarent in urbibus Chanaanorum. sic patet Deuteronom. sexto. Cumque introduxerit te dominus Deus tuus in terram,

ram, &c. & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas quas non edificasti, & domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, &c. ergo has ciuitates possessuri erant. Item quia dicitur Num. 35. quod 48. ciuitates de eis quas acciperent daret Israelitis pro Leuitis. non debebant ergo omnes urbes Chananeorum subijci anathemati Ierichontino. fuit tamen urbs Iericho posita sub anathemate, tanquam primitiae omnium urbium, ut Deo consecraretur, quia prima erat, & quia Deus specialia miracula ibi pro Israelitis fecerat, & decuit fieri, ut declaratum fuit. 3. 6. c. omnes autem alias urbes non decuit anathematizari, quia tamen in urbe Iericho omnia fuerant data Deo quibusdam repositis in thesauris eius, aliis vero crematis pro Deum, si immediate in urbe Hay omnia prouenerent populo, nullo tradito Deo, esset transitus magnus. scilicet toto in nihil. decuit ergo poni medium. scilicet ut quia in urbe Iericho, tam urbs, quam omnia quae in urbe erant fuerant domino data, in urbe Hay, quae erat secunda aliqd daret Deo, & aliquid Israelitis, ut postea perueniret ad nihil dandum Deo, & totum Israelitis. nam in urbe Hay data est ipsa urbs Deo, ita ut cremaretur tota pro eum, & poneretur in tumulum aeternum ne vnquam habitaretur. cessit autem Israelitis reliquum, quod erat in urbe. scilicet omnia spolia, & iumenta.

In q. 16.

An sic fuerit urbs Hay posita sub anathemate, sicut Iericho, ut iuberetur ne quis in ea habitaret. Q. III.

D E hac autem urbe an quantum ad locum sic fuerit posita sub anathemate, sicut Iericho. scilicet ut iuberetur ne quis in ea habitaret, dubium videtur. nam quod cremata fuerit & diruta. patet. Sed an Iosue dixerit ibi uerba, quae dixerat super Iericho. scilicet maledictus vir, qui suscitauerit, & edificauerit urbem Iericho, non constat. Dicendum uero, quod ita fuerit positum anathema ne quis eam in aeternum suscitaret, sicut in urbe Iericho, non exprimitur hic uerba illa, quod patet primo, quia dicitur hic. Faciesque urbi Hay sicut fecisti urbi Iericho, & postea subditur. Praedam uero, & omnia animalia diripietis uobis. q. d. quod omnia debebant fieri in urbe Hay, sicut in urbe Iericho, praeter hoc, quod praeda cederet Israelitis, alioquin frustra poneret ista clausula, sed urbs Iericho fuit diruta, & succensa, & super posita aeterno anathemati, ne quis eam habitaret. ergo sic factum est de oppido Hay. Item quia dicitur, quod Iosue succendit urbem, & fecit eam tumulum sempiternum. ergo nunquam in ea esse debebat habitatio, sed semper futura erat tumulus. In hoc autem, quod dicitur eam fecisse tumulum aeternum, subintelligitur quod dixerit maledictus qui suscitauerit, & edificauerit urbem Hay. postea uero nulla urbs in terra Chanaan anathemati supposita fuerunt, sed tam urbes ad habitandum quam spolia urbium ad diripiendum licebant exercitui. *Praedam uero & omnia animalia diripietis uobis.* Id est non facietis hic tale anathema quale in urbe Iericho, ubi nihil licuit uobis accipere. nam hic totum, quod in urbe fuerit accipi licitum est pro uobis. Si aliter Deus iussisset, nimis moleste ferrent Israelitae. quod de toto, quod erat in urbe Hay nihil acciperent, & contra nihil raperent timentes iram domini, sicut fuerat pro violatione anathemate Iericho, tamen grauius ferrent, quod eis cuncta auferrentur. permisit ergo eis Deus, quod inter se diuiderent. *Diripietis uobis.* i. rapietis pro uobis, nam si solum dixisset diripietis, adhuc non audebant Israelitae accipere spolia urbis pro se, sicut in urbe Iericho licuit aurum, & argentum, & aenea uasa, atque ferrum diripi, sed in thesauris domini reseruata sunt, ita intelligeret hic nisi expressum foret. dixit ergo. diripietis uobis. pro uobis, nihil quippe Deo datum est de argento, atque reliquis.

Alph. Toft. super Iosue.

A Differentiam facit litera inter praedam & animalia. scilicet animalia, quia uocat praedam omnia suppellectilia inanimata. animalia uero uocat pecora, & iumenta in quibus est tota animalia. *Pone insidias urbi post eam.* Hic datur modus capiendi Hay pro insidiis. scilicet quod a partem occidentalem eius ponerentur insidiae. & cum egredierentur viri de oppido Hay in pugnam contra eos qui a parte ueniebant a fronte orientali urbis, atque sequerentur eos simulantes fugam, insidia, quae laterent post urbem in uerent in eam, & regrediuntibus Chananeis non pateret aditus urbis, sed interciperentur undique ab hostibus, atque facilius caderentur. Si autem totus exercitus Israelitarum occurrisset uiris Hay a fronte, contra egredierentur ab urbe, non potentes postea sustinere pondus belli regredierentur, atque laterent. ideo non esset Israelitis facile comprehendere viros, sed oportebat ut obsiderent quousque deficerent in urbe alimēta, aut Deus dirueret muros Hay, sicut fecerat in muris Iericho. ad facilius ergo comprehendendum dedit modum hunc. scilicet quod ponerentur insidiae. *Post eam.* i. a parte occidentali.

Quomodo sumitur ante & retro, dextrum, & sinistrum in caelo, & in omnibus rebus creatis. Quaest. V.

I N quo considerandum, quod quaedam sunt, quae habent ante & retro, dextrum & sinistrum, & hoc secundum naturam determinationem, quia sunt aliquae uirtutes in his partibus secundum quas uocantur sic partes, ut in animalibus uultus uocatur pars anterior, quia contra partem illam est impetus motus animalis, & non versus caudam. ideo dato quod animal sit conuersum ad occidentem, vel quodlibet latus mundi, ea pars dicitur anterior eius ad quam uultus illius conuersus est. sic de supra, & infra. Nam caput animalis est suprema pars eius, & pedes sunt inferior pars, quia in capite est uirtus deriuata per totum corpus a cerebro ad sententiam: deriuatio autem a superiori ad inferiora est. ideo contra animal pendeat pedibus erectis in sublime, pars eius super uocatur semper caput. In caelo quoque naturaliter sunt determinatae istae positiones. scilicet quod pars orientalis est anterior mundi, vel caeli pars, quia ibi patet specialiter vis motus, quia ab ea parte incipit motus mundi. scilicet primi mobilis, & orbium caelorum inferiorum quantum ad motum raptus, qui est principalior, & manifestior motus mundi. Aliae autem res sunt, quae secundum se non habent ante & retro, dextrum & sinistrum, quia non sunt in eis aliquae determinatae uirtutes, secundum quas accipiantur istae positiones. Recipiunt tamen istas denominationes ex duobus. scilicet ex comparatione ad nos in quibus sunt istae positiones mundi propriae, vel ex mundo. ideo pars rei, quae est ad partem nostram anteriorem uocatur anterior in re, & quae est nobis dextra uocatur dextra in illis, & sic de ceteris dicitur. Vel accipiuntur ex comparatione ad partes mundi. scilicet illa pars rei, quae est versus partem anteriorem mundi. scilicet orientalem uocatur anterior in re, & sic de ceteris positionibus. Ita ergo in urbe Hay, ipsa secundum se non habebat aliquam partem anteriorem, vel posteriorem: cum nulla uirtus sit quae determinet sibi unam partem, vel alteram, & denominari faciat, sed dicebatur pars anterior illa, quae erat versus partem anteriorem Iudaeorum uenientium in Hay, & posterior illa, quae erat ex opposito. Ideo uenerunt Iudaei ex opposito urbis in manifesta pugna, & fecerunt partem eorum per latibula circuire ciuitatem, & manere in parte opposita parti illi contra quam ipsi ibant. Vel uocabatur ante & retro in urbe Hay secundum comparationem ad partes mundi. scilicet quod pars urbis Hay, quae erat contra orientem uocabatur anterior, & pars quae erat contra occidentem uocabatur posterior. Israelitae autem ueniebant a parte

re orientali. In Iericho, & Iordane in Hay. nā introierant in terram Chanaan per frōtem orientalem eius, scilicet per Iordanem, quā est ad orientem terre Chanaan, vt patet Num. 34. c. & cum irent versus Hay introeunt magis in terram Chanaan necesse est, q̄ intrarent versus occidentem, & pars locorum opposita eis ad quā ibant erat orientalis locorum: ipsa autē erat pars anterior, pars vero occidentalis erat posterior, sed infidiā erant ad partem occidentalem vr̄bis, ergo erāt post vr̄bem, sic patet infra. f. sederunt inter Bethel, & Hay ad occidentalem plagam vr̄bis Hay.

An liceat in bellis poni infidias, & vt alijs cautelis ad capiendum hostes. Et quod veritas & fides seruanda est hostibus, & inimicis etiam infidelibus, & ethnicis, quia est de iure naturæ, fallit tamen in aliquibus. Quæst. VI.

CIRCA hoc, quod de infidijs ponendis hic dicitur inquirendum est, an liceat in bellis vti infidijs, & alijs cautelis ad decipiendum hostes. Aliquis dicit, quod non, quia contra p̄ceptum commune naturæ est, q̄ quis alteri nō faciat, q̄ sibi fieri nolit, nemo tñ vult poni sibi infidias, ergo nō est licitum in bellis poni aliquas. Itē infidiā ex abscondito fiunt. nam in manifesto nullā ponuntur infidiā iuxta illud Prouerb. 1. c. frustra rete ponitur ante oculos pennatorum, sed qui tenebras, & abscondita petit malus est, iuxta illud Job. c. 24. Oculi adulteri diligit caliginem, & Luc. 6. Qui male agit odit lucem, ergo poni infidias malum est. Item infidię pertinent ad fraudes. sunt autem fraudes pertinentes ad iniustitiam, ergo, qui ponit infidias iniuste agit. In contrariū videtur, quod Deus iussit hic Iosue, vt poneret infidias, sed Deus nihil iubet iniustum, ergo licitum est vti infidijs in bello. Item Glo. beati Augusti. super locum istum dicit, q̄ infidijs vti licitum sit. Ad hoc cōsiderandum est, q̄ de iure gentium bella introducta sunt, & iura belloxum, atque artificia. nimis enim differt in regimine exercitus, quia habet suam prudentiam, sicut operationes singulę. Ad directionem autem bellicam pertinet positio infidiarum in decēri loco. Ideo an infidijs vti iustum, vel iniustum sit, ex hoc dependet, q̄ bellum sit iustum, vel iniustum. si enim bellum iustum sit, cuncta quæ ad prudentiam bellicam pertinent iusta erunt. Si vero bellum iniustum sit, cuncta quę bellice fiunt, siue ad prudentiam bellicam pertineant, siue non, illicita sunt. Pro quo considerandum, q̄ infidiā sunt ad fallendum hostes. Possunt autem hostes falli dupliciter. Vno modo, quia eis falsa exprimuntur, vel quia pacta conuenta non obseruantur, & tunc illicitum est, nec talibus infidijs, aut magis fraudibus vtēdum est, nam ad hostes etiam veritas tenenda est, nisi ipsi primo fidem fregerint. nam tunc generale est, q̄ frangenti fidem fides frangatur eidem, vt patet extra de iure i. c. peruenit 2. Sunt enim quedam iura belloxum, quę agentibus sine aliqua positione legislatorū introducta, & obseruata sunt, vt q̄ legati sint securi, & q̄ treuge obseruentur, & omnia pacta inita, vt ait Ambro. in lib. de offi. contra hæc autem nemini agere licet. Alio modo hostes decipimus, quia id, quod agimus, aut in factis, signis, aut verbis occultamus, vt q̄ veritatem eis non pandimus, licet tamen falsum non exprimamus. Nec solum licet occultare, quod agim⁹ aut intendimus, sed et fingere nos aliud facere, q̄ facimus, vt eos capiamus. Et si quis objiciat, q̄ non liceat decipere in alterutrum. Respondendum est, q̄ hostes sibi cauere debent ab hostibus, quia non procurant in alterutrum bonum, sed omne malum. semper ergo suspicari debent malum ex eis euenturum, & vigilan-

Fter eis resistendum est. Nec si quicquam nobis ab hoste proneniat fraudi, aut dolo ascribere debemus, quā dolus, aut fraus non est, nisi in eo, a quo nobis cauendum esse nescimus: cum enim pugnare cōtra hostes licet, nihil differt ex infidijs pugnare, aut manifeste, nisi vt secreta nostra hostibus pādamus, vel nequaquā, sed nemo tenetur pandere secreta sua hosti. ergo cū licuerit pugnare, licebit tā ex infidijs, q̄ manifeste pugnare. vnde Aug. super locum istum ait. Si quis bellū iustum ceperit, nihil differt, an aperte an ex infidijs vincat quantum ad iustitiam. Si autem bellum est illicitum, non solum pugnare ex infidijs malum est, sed et manifeste pugnare. peius tñ est ex infidijs, q̄ manifeste. Ad argumenta in contrarium. Ad primum cum dicebatur, q̄ naturale p̄ceptum est, vt quis non agat contra alterum, quod se fieri noller. Dicendū est nō esse large intelligendum. nō enim peccat quilibet faciendo p̄ alterum, quæcunque sibi fieri noller, vel nō faciendo, quæcunque sibi fieri veller, quod patet, quia vellem, q̄ nemo me aliquo modo de crimine accusaret, vel corrigeret: tamen si accusauero quempiam de crimine, vel correxero non pecco, quin potius interdum tenemur ad contraria. Item ego vellē a quolibet honorari, & mihi impendi obsequia. tamē nō teneor quemlibet honorare, nec famulari illi. Sed est sensus, quæcunque volumus nobis fieri rationabiliter, eadē debemus velle facere alijs, & faciemus: & quæcunque iuste nolumus nobis fieri, tenemur non facere alijs. De infidijs ergo tunc dicēdum est, q̄ quilibet velle, q̄ nemo pugnaret contra eum ex infidijs, tamen non tenetur non pugnare contra alios ex infidijs. nam si sic arguatur diceretur. Ego nollem, q̄ aliquis contra me pugnaret vllō mō iuste, aut iniuste. ergo teneor non pugnare p̄ aliquem, siue iuste, siue iniuste, sed falsum est. ideo est sensus, q̄ nos tenemur non pugnare ex infidijs p̄ alios eo modo, quod nollemus rationabiliter pugnari contra nos. tñ, q̄ nos nolimus omni mō pugnari contra nos ex infidijs iniustum est, cum aliqui liceat pugnari contra nos ex infidijs. q̄n est iustū bellum, solum ergo tenemur, non pugnare contra alios ex infidijs in bello iniusto, quia tunc et tenemur non pugnare manifeste. Ad aliud argumentum cum dicebatur, q̄ infidiā ponuntur in tenebris, & occulto, sed quę in occulto fieri volumus mala sunt, ergo &c. Respondēdum est, q̄ ea quæ mala sunt nolumus manifeste fieri, quia fugimus erubescere. de malo tñ erubescendum est. non tñ conuertitur, q̄ omne. quod facimus in abscondito malum sit. quedam namque in abscondito fiunt, quia publice facta verecundię magne sunt, sicut de copula coniugali. alia quoque secreta fiunt, q̄ bona sunt, vt cautius fiant, & ne ab alijs impediuntur: sic de infidijs in bello iusto. non enim fiūt in occulto, quia male sunt, sed quia non ita caute, aut faciliter perueniretur ad id, quod petitur, sicut data pugna ex infidijs. Immo si proprie dicere velimus nō est aduersus hostes infidiarum positio: nam ad illos infidię sunt, qui ab infidijs cauere non debent, sed hostes debent formidare semp sibi latere infidias, cū hostile sit alijs mala semp inquirere. ergo quæcūq; infidię postre hostibus, tanq̄ bella manifesta sunt. in bello ergo iusto infidiā iuste erunt. Ad tertium q̄n dicit, q̄ infidię sunt quedam fraudes, sed fraudibus vti non licet, quia sunt partes iniustitię, ergo &c. Respondendum infidias nō esse fraudes, quia fraus non solum dicit aliqd occulte contra alterum agere, sed occulte, & iniuste agere. qui aut struxit infidias in bello iusto, q̄ occulte agit, iniuste non agit. ergo infidię illę fraudes non sunt. cum vero bellū est iniustum, infidię sunt aliqd iniustum, & occultum: ideo ad fraudes pertinent, patet ergo qualiter infidię licitæ, & qualiter illicitę sint.

No. primū p̄ceptū iuris naturalis, quod tibi nō vis alteri non facias quō intelligit.

Quædam iuste in abscondito fiūt, q̄ publice facta male fiunt.

Surre-

2. q. 2. c. dñs.

Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hay. Et electa triginta millia virorum fortium misit nocte: p̄cepitque eis dicens. Ponite infidias post ciuitatem, nec longius recedatis, & critis omnes parati. Ego autem, & reliqua multitudo, quę mecum est ascendemus ex aduerso contra vr̄bē. Cumque exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, & terga vertemus donec persequentur ab vr̄be longius protrahantur. Purabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus confurgetis de infidijs, & vastabitis ciuitatem, tradetque eam dominus Deus vester in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam: & sic omnia facietis vt iussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad locum infidiarum, sederuntq; inter Bethel, & Hay ad occidentalem plagam vr̄bis Hay.

Surrexitque Iosue. Hic ponitur secundum, scilicet executionis actus, sicut enim iusserat dominus de captione vr̄bis Hay Iosue executus est, & diuiditur in duo. Quia primo ponit exercitus ordinatio. Secundo vr̄bis capio. Secūda ibi. *Abijt ergo Iosue.* Circa primū. *Surrexitque Iosue.* Potest intelligi de surrectione a somno. s. quod diuiculo surrexit omnis exercitus pugnatorum ad eundem contra vr̄bem Hay, vel quod surrexit Iosue, idest recessit de castris Galgalæ in quibus nunc erat, vt iret in vr̄bē Hay. *Et omnis exercitus bellatorum cum eo.* Idest omnes viri qui erant armati potentes exercere opera bellica. non enim fuit factū, sicut prima vice quando iuerunt tria millia contra vr̄bē Hay, & terga verterunt. quare autē iuerit nunc totus exercitus supra declaratum est. *Vt ascenderent in Hay.* Idest vt ascenderent contra ciuitatem Hay. erat enim hæc ciuitas in montanis, & solitudine Bethauem, vt supra declaratum fuit. ideo a Iericho illuc perguntibus alcesus erat. *Et electa triginta millia virorum.* Ili iuerunt ad ponēdum se in infidijs post vr̄bem ad occidentalem partem, sicut iusserat dominus, vt cum recto vultu eunte Iosue cum reliquo exercitu Israelitarum in vr̄bem Hay, exirent viri de vr̄be, ipsi intrarent, & delegerent ciuitatem. Misit autem Iosue triginta millia virorum, quamquam pauciores sufficerent ad infidias vt non timerent, & vt exirentibus pugnatoribus vr̄bis Hay contra Iudęos venientes ex aduerso, possent intrare confidenter vr̄bem, & pugnarent cōtra eos qui manerent in vr̄be.

Misit nocte. Dicitur quod misit, quia non iuerunt simul cum Iosue isti qui latuerunt in infidijs, sed p̄cesserunt, vt primo ipsi laterent, quā veniret Iosue cum reliquo exercitu ex aduerso vr̄bis ad orientalem plagam. Et dicitur, quod misit nocte, quia infidię ponende erant ad partem occidentalem vr̄bis Hay, vt patet hic, & supra. Israelitę autem veniebant ex parte orientali vr̄bis, ideo necesse erat, vt circumdarent latera ciuitatis, scilicet dimidiam ciuitatem, scilicet circumdando a puncto orientali per septentrionalem Iarus ad occidentem. si tamen per diem veniret qui latere debebant in infidijs, viderent eos viri vr̄bis Hay, & scientes esse infidias nollent egredi de vr̄be. factum est ergo per noctem.

Alph. Tost. super Iosue.

P̄cepitque eis dicens. Ponite infidias post ciuitatem. Idest latere post ciuitatem ad occidentalem partem eius in infidijs. *Nec longius recedatis.* Dixit hoc, vt cum Iosue monstraret eis signum intrandi in vr̄bem intrarent. etiā vt immediate quo exiissent viri vr̄bis Hay, possent ingredi. si autem longius abirent non possent immediate ingredi, sed fortassis prius regrederentur viri vr̄bis Hay. *Et eritis omnes parati.* I. vt eam egredi si uerint viri de vr̄be ingredi in eam, & incipiatis cremare, atque p̄dari, & vt exeat postea ad percutiendum terga hostium. *Ego autem & reliqua multitudo, quę mecum est.* Quia omnes pugnatores de castris veniebāt cum Iosue, de quibus mittebat. 30. millia virorū ante se, reliqui autem bellatores cum eo ibant. *Ascendemus ex aduerso contra vr̄bem.* q. d. nos non ascendemus eadem via qua vos, vt sumus in infidijs, sed palam contra vr̄bem ex aduerso. i. a fronte vr̄bis, sc. a fronte orientali. nam ab ea parte procedebant Israelitę contra vr̄bem Hay, cum vr̄bs Iericho sit ad orientalem plagā vr̄bis Hay. *Cumque exierint contra nos.* Non intendebat Iosue cum bellatoribus suis accedere ad vr̄bem Hay, vt non intelligerent viri vr̄bis Hay esse infidias, quia tantum audebant Israelitę cum prius victi fuissent. & sic factum est, quia manserunt in valle, & illuc exierunt contra eos viri vr̄bis Hay. & hoc intelligebat Iosue futurū, scilicet, quod isti hostes ex priori victoria nimis elati, atque confidentes egrederentur contra Iudęos. *Sicut ante fecimus fugiemus.* Non est sensus, quod Iosue fugisset prius cum misisset tribus millibus ad vr̄bē Hay, quia ipse mansit in castris, & postea audiuit, quod factum fuerat, sed loquitur Iosue de his in persona sua, quia illi representabāt omnes pugnatores Israel, quorum Iosue princeps erat. ideo illis prius terga vertentibus dicitur Iosue, & Israel terga vertisse. *Et terga verteremus.* Ad idem ista pertinent. nemo enim fugit, nisi terga verat, quia qui non vertit terga licet curiat fuga non est. prius autem est terga vertere, quam fugere, sed mutatur ordo, sicut cum dicit Virgil. 2. Aeneid. moriamur mediq; in arma ruamus. prius enim in arma ruere, quam mori, sed mutatum est. *Donec ab vr̄be longius protrahantur.* i. longe recedant. hoc erat, vt haberent tempus interim infidię latentes post vr̄bem ingrediendi in vr̄bem, & succendendi. si autem immediate, vt Israelitę verterent terga, conuerterentur ad pugnandum contra viros Hay, illi non potentes resistere e contrario terga verterent, & ingrederentur vr̄bem nondum ingressis infidijs, & tunc non possent capi ciuitas. *Purabunt enim nos fugere sicut prius.* Iste est modus quo possent colorari hoc, q̄ Israelitę fugerent viros Hay, & q̄ illi persequerentur eos. s. quia prius volētes resistere non potuerunt, & conuerterunt vulnerati. 36. viri. Ex hac ergo victoria viri vr̄bis Hay elati cōtra hebręos, atque confidentes non considerauerunt an laterent infidiā, sed vt sciuerunt eos esse in valle apud vr̄bem, egredi sunt p̄ eos. *Nobis enim fugientibus.* i. simulantibus fugam ad decipiendos viros illos. Ecce. n. iste modus cautelosus est, tamen quia contra hostes est, licitus est, nec distat de hoc ad infidias, nam, & iste modus erat infidiarum principium, sic enim facilius hostes capiuntur. Immo dato q̄ non fuissent positæ infidię hoc modo, potuissent Israelitę delere viros vr̄bis Hay si fugiendo protraherent eos longe ab vr̄be, & postea conuerterentes se super eos iruerent in illos, & in mutua fuga comprehenderentur, quod non fieret si non fugissent, quia tunc viri vr̄bis Hay non potentes sustinere faciem hebręorum conuerterentur in vr̄bem non inde recedentes procul. *Et illis sequentibus.* i. persequentibus nos ad delendum, sicut prius fuerant persecuti, nūc tñ aliter fuit fuga hebręorū, q̄ ante. s. q̄ longe stātes ab vr̄be Hay mox, vt viderēt egressos vi-

Virgil. 2. Aeneid.

T 3 ros

ros de vrbe verterunt terga, vt sic non accederent ad eos Chanaanai. alioquin oportebat, vel ab eis cedi, vel resistere illis conuertendo super eos, quorum neutrum licebat, nec factum est. Prima vice Israelitae nihil timētes, nec fugam simulare intendentes accesserunt ad portas vrbis, & tunc hostes egressi persequentes illos cito comprehenderunt occidentes triginta sex, vt patet p̄ced. cap. *Consergetis de insidijs.* Id est, de loco insidiarum, quia isti iacebāt absconditi post vrbe Hay in aliquo loco abscondito nihil moti, vt non possent hostes percipere insidias. *Et vastabitis ciuitatem.* Scilicet occidentes eos quos ibi reperierunt, & succedentes eam. *Tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras.* Scilicet, quia reperietis eam apertam, & nullo resistente eam occupabit. hoc autem a Deo factum dicitur, quia ipse dedit in cor omnibus de vrbe Hay, vt egrederentur de oppido ad persequendum Israelitas, nullusque maneret in vrbe, & ianuę essent patentes. nam in hoc manifestum erat eos fore incautos, sed Deus fecit errare illos, vt traderentur in manus Israelitarum. *Cumque ceperitis succendite eam.*

An vrbs Hay succensa est mox, vt fuit capta, vel postquam Iosue reuersus est a cade. Quęst. VII.

CIRCA hoc dubitant aliqui, an immediate foret ciuitas succendenda. Et videtur quibusdam q̄ non, quia iustum est, q̄ Israelitae omnia spolia vrbis acciperēt, & omnia iumenta, tamen si mox vt ciuitatem Hay intrauerunt, succendissent eam, combusta fuisset tota praeda, quę erat in domibus. vnde nihil de spolijs diriperent sibi. tamen postea diriperunt, & diuiderunt, vt patet infra. ergo non succenderunt ciuitatem immediate, vt intrauerunt. Item non p̄t hoc stare, quia postq̄ Iosue occidit oēs viros Hay in campo, reuersus est in vrbe Hay, & succendit eam, vt patet infra. ergo non erat ante succensa. Sed in contrarium aliquis dicit, quia iussit hic Iosue, vt isti succenderent vrbe immediate, vt intrarent. Item patet, quia infra cum enarrantur ista executione tradita, d̄r q̄ immediate, vt insidias intrauerunt in vrbe Hay succenderunt eam. Item patet, quia ista successio fiebat ad hoc q̄ Israelitae existentes extra vrbe, & ipsi viri Hay viderent fumum eleuatum in vrbe, vt sic esset signum Israelitis conuertendi vultum suum cōtra viros Hay, & viri Hay cōterrentur. si tñ non incidissent immediate vrbe, non possent esse ista signa Israelitis. ergo succenderunt vrbe immediate, vt intrauerūt. & patet hoc: quia infra d̄r, q̄ cum viderunt fumum vrbs viri vrbs Hay, & Iudaei, non potuerūt se defendere Chanaanai, & verterūt terga. ergo immediate, vt introierunt Israelitae in vrbe Hay illa succenderunt. Dicendū est, q̄ Israelitae succenderūt vrbe Hay immediate, vt in eam introierunt, sed non succenderunt eā totā, sed erat aliqua pars illius segregata: & illius spolia breuiter diripientes succenderunt, vt qui extra erāt cognoscerēt cōflagrare vrbe per fumū eleuatū in cęlū: non cremauerunt tñ totā vrbe ad hoc q̄ non perirent spolia eius. & illam partem postquam deleri sunt viri vrbs Hay, succenderūt Israelitae: & tñc stant omnia prædicta. s. q̄ spolia non cōbusta fuerint, sed postea diuisa, & vrbs succensa fuerit post aduentum Iosue, & omnium aliorum Israelitarum, in vrbe. Etiam stant omnia, quę supra dicebantur, q̄ vrbs incensa est, & q̄ immediate, vt in eā ingressi sunt Israelitae fumus fuerit signum eis qui extra erant, capte ciuitatis. Sed aliquis dicere poterit alias. s. q̄ Israelitae intrantes vrbe, totā vrbe succenderunt, ereptis prius omnibus spolijs eius. Sed hoc non stat, quia ad inquirendum omnia spolia vrbs Iericho requirebatur

Determinatio auctoris.

F magnum spatium, vt perquirerentur orania domorū latibula, quod si breuiter fieret, multa relinquerentur igni exurenda, quia ea quę meliora sunt, magis semper recondita sunt, sed si hæc diligenter perquiri deberēt, necesse erat, vt forte per totam vnam diem, aut amplius manerent Israelitae in vrbe post ingressum. Sed hoc non stat, quia tunc valde sero ascenderet fumus, vt esset signum Israelitis existentibus extra reuertēdi in vrbe, & conuertendi vultus q̄ viros Hay. nō ergo sic factum est. Et dato q̄ oīa ista velociter fieri potuissent, tñ non p̄t dici, q̄ sic acciderit. non enim consentit ista, quia infra d̄r, q̄ postq̄ cęsis viris Hay intrauit Iosue in vrbe succendit eam. ergo antea non erat succensa. intelligendum ergo, vt declaratum est. *Sic facietis omnia, vt iussi.* Dat epilogum ad magis imprimendum. s. q̄ non transgredierentur formam horum, quę dicta fuerant.

G *Dimisitque eos.* i. misit Iosue istos triginta millia virorum ad locum insidiarum, & hoc fuit de loco castrorum. s. q̄ erat ibi Iosue qñ isti viri recesserūt ab eo. *Ex perrexerunt ad insidiarum locum.* i. ad locum in quo iusserat Iosue, vt laterent insidiando. s. vt manerent ad occidentalem plagam vrbs Hay. *Sederuntque inter Bethel, & Hay.* Erant istae duę ciuitates propinqua, & in medio erat vallis in qua posuerat Abraham altare domino, & habitauit, quando venit nouiter de terra Mesopotamiae in terram Chanaan. de quo Gene. 12. cap. postea recessit inde in Aegyptum premente fame, & iterum reuersus est in eundem locum, vt patet Gene. 12. in hac autem valle latuerunt, & tamen non viderunt eos viri qui erant in vrbe Bethel, quamquam ipsi exiissent ad pugnandum contra Iudaeos adiuuantes viros de oppido Hay, vt patet infra. cumque recessissent de ciuitate, nec vnus quidem remansisset in vrbe Hay, & Bethel, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant, aperta oppida reliquerunt.

Ad occidentalem plagam vrbs Hay. Et erat ista orientalis plagam Bethel, quia Bethel ad occidentalem plagam Hay est.

Iosue autem nocte illa in medio mansit populi. Surgensque diluculo recessit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum.

Cumque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalem vrbs plagam, inter quam & eos vallis erat media. Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethauem, & Hay ex occidentali parte eiusdem ciuitatis. Omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidentalem plagam vrbs attingerent.

Iosue autem nocte illa. s. nocte qua dimisit exploratores. nam vt supra dictū est per noctem transferūt Israelitae ad insidiarū locū inter Bethel, & Hay ne viderent eos viri de his duobus oppidis, & quia vrbs Iericho cū castris Galgalae modicum distabat ab vrbe Hay, p̄ noctē Israelitae recesserunt de castris, & per noctē venerunt ad insidiarum locū post vrbe Hay. *In medio populi mansit.* s. in castris Galgalae vbi totus populus Israelitarum erat præter eos q̄ missi erant ad insidias, & in hac nocte non mouit Iosue de castris cū exercitu suo, quia ipse

Ordo nimis necessarius in bellis.

ipse pugna aperta processurus erat cōtra vrbe Hay: & melius erat ire per diem ne presumerentur insidie. *Surgensque diluculo.* Sequenti die postquam misit 30. millia virorum ad insidias contra vrbe Hay. *Recessit socios.* Numerauit Iosue omnes bellatores, cum mouere debuit de castris. nam in bellis multitudo non prodest, nisi ad ordinem redacta, sed numerus ad ordinē pertinet, quia ea, quę determinata nō sunt nō possunt poni in ordine. numerus autem omnia diffinit, quia ipse prima mensura rerū est. ergo oportet, vt cognoscantur bellatores quot sunt: etiā, quia acies disponendę sunt sub certis duobus, & vexillis, atque varijs modis, sed in his omnibus numerus est necessarius, etiam vt sciatur si quis de bello fugiat: nec solum est necesse numerari viros bellatores, sed etiā sciri nomina eorū, & cognosci illos in vultu a duobus suis. hæc autē omnia Iosue fecit recensendo socios ituros ad bellū. *Et ascendit cum senioribus.* Dicitur ascendisse Iosue, quia de loco castrorum versus vrbe Hay erat ascensus, cum Bethel, & Hay sint in montanis, vt patet infra 18. *Cum senioribus.* Ascenderunt seniores cum Iosue nō ad pugnandum, sed ad consulendum. & vocatur hic senior non omnes viri prouectę ætatis Iudęorū, sed illi solum qui erant honorabiliores ceteris. hi enim comitantur semper Iosue ad honorandum eum. sic patet e. p̄cedē. q̄ seniores cum Iosue coram arca prostrati sunt. *In fronte exercitus.* Id est Iosue ibat in prima parte exercitus, quę est frons, & cum eo ibi seniores. & hoc vt daret ceteris fiduciam eundi. Et sic dixerat Deus, q̄ Iosue transiret ante Israelitas, vt patet Deuter. 3. i. Iosue iste transibit ante te. Sic enim petierat Moyses quando ei mors pronuntiata est, q̄ prouideret Deus hominem, qui esset super multitudinem illam, & posset ingredi, & exire ante eos, & introducere: ne sit populus Domini, sicut oues sine pastore, vt patet Nu. 27. c. *Vallatus auxilio pugnatorum.* Quia ex omni latere eius circumstantabant multi bellatores. totus enim exercitus bellatorum ibat cū Iosue, præter 30. millia virorum quos miserat procedenti nocte ad locū insidiarum. *Cumque venissent.* s. circa ciuitatem Hay. *Et ascendissent ex aduerso.* Id est per aliqua loca montuosa, & eleuata, quę erant ex aduerso ciuitatis, i. a fronte, a parte Orientali, quod d̄r: quia immediate sequitur, quomodo descenderunt descedentes se in partē Septentrionalē vrbs. quę iam non erat ex aduerso ciuitatis, sed ex latere. ex aduerso autē est quod a fronte est. *Steterunt ad septentrionalem plagam vrbs.* Id est non ascenderunt directe, sed desce-xerunt se in Septentrionem. nam a principio veniebant Israelitae a parte Orientali vrbs Hay. & si vellent ad eam directe ire, debebant ascendere directe per cliuum ad altitudinē vrbs, & cum venissent circa vrbe non ascenderunt cliuum, sed manserūt declinantes in Septentrionalem partē in valle, in qua ipsa nocte quieuerunt, donec cognito hoc viri Hay sequenti die descenderunt ad eos in pugna. *Inter quam & eos vallis media erat.* Id est vrbe Hay, & Hebręos declinantes ad Septentrionalem plagam Hay erat quedam vallis: quia vrbs erat in cliuo posita. In hac autem valle mansit nocte illa Iosue cum toto exercitu, vt patet infra cum d̄r. Abijt ergo Iosue, & nocte illa stetit in vallis medio. *Quinque millia autem viros elegerat, & posuerat in insidijs.*

An hic sit contraria litera, quoad numerum eorum qui ad insidias missi sunt. Quęst. VIII.

ALIVIS dicit istam literam repugnare, quia supra dicitur, quod triginta millia virorum fuerant electi, vt irent ad ponē dum insidias post vrbe Hay. Rabbi Salomon respondet quod erant duplices insidie. Primum erant Alph. Tof. super Iosue.

A triginta millia virorum, de quibus supra dicitur, & isti erant magis distantes. Et erant quinque millia virorum: de quibus hic. isti autem minus distabant ab vrbe. Sed hoc non stat cōuenienter dictum, quia superfluum videbatur poni duplices insidias, sed magis videtur quod eedem insidię erant, quod demonstratur ex identitate loci. nam sicut dicitur de triginta millibus virorum quod ad Occidentalem plagam vrbs Hay excubare debebant, ita de quinque millibus dictū est. Item patet magis, quia de alijs dicitur, erāt inter Hay, & Bethel. eodem modo dicitur hic de Hay, & Bethauem: nam Bethel, & Bethauem erant coniuncta loca. Expositores autem nostri rationabilius dicunt q̄ fuerant eadem insidie, & quod isti quinque millia viri fuerunt de triginta millibus missis a Iosue primo, sed de eis māsērunt solum quinque millia in insidijs post vrbe, alij autem, scilicet, viginti quinque millia regressi sunt ad pugnandum, vt adiuuarent Iosue, & reliquos Israelitas, sed isti non erant coniuncti Israelitis, qui erant cum Iosue in valle, sed latebant. Egressis autem viris de vrbe Hay, illi viginti quinque millia coniuncti sunt Iosue, & reliquis Israelitis ad eos iuuandū. Misit tamen Iosue triginta millia virorum ante se occultanda in insidijs, vt viri vrbs Hay non terrentur magna multitudine Israelitarum, atque recusarent aggredi. Manserunt ergo pauci in valle, & triginta millia latebant in posteriori parte vrbs, scilicet Occidentali: postea exierunt ad iuuandū Israelitas. Modus autem quo omnes isti vocantur insidie est, quia Iosue misit triginta millia, vt manerent in insidijs post vrbe Hay, & omnes quidem erant in sidia, & in eodem loco, sed cum egressi sunt Chanaanai de vrbe Hay viginti quinque millia istorum congregati sunt reliquis Israelitis manentibus cum Iosue in valle, quod quidem facile erat, quia exercitus Iosue erat diffusus per valem. nā castrametantes in Septentrionali plaga vrbs extendebant se vsque ad Occidentalem partem vrbs, vt patet infra cum dicitur. Reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagam vrbs attingerent, & sic extremas castrorum Iosue erat circa locum insidiarum, quę manebant in Occidentali parte vrbs inter Bethel, & Hay. Ideo cum egressi sunt viri vrbs Hay contra Israelitas, viderunt isti viginti quinque millia qui latebāt in insidijs, & securi sunt castra Iosue. Manserūt autem quinque millia virorum, qui iuerunt in vrbe Hay egressis habitatoribus, & succenderunt vrbe, atque ceperunt. Postea vero exierunt ad percutiendū terga Chanaanorum, & sic omnes triginta millia viri vocatur insidie, & omnes ad Occidentalem partem Hay, sed viginti quinque millia, vt solum laterēt, ne viderēt eos viri de vrbe Hay. quinque millia autem, quia latebant ne viderentur, & etiam postea exeuntes de latibus introirent ciuitatem ad succendendam eam. *Quinque millia autem viros elegerat.* Scilicet, ex triginta millibus elegit quinque millia, vt laterent in insidijs ad succedendum vrbe, & quamquam supra dictum est, q̄ Iosue misit triginta millia virorum, vt manerent in insidijs, & dixit eis: vt egressis viris de vrbe ingrederentur ipsi eamque succenderent. pro solis quinque millibus intelligebatur, q̄ introirent ad succedendum vrbe, alij autem non erant positi in insidijs ad hoc. *Et posuerat in insidijs.* Id est iusserat, quod manerent in insidijs, quia quamquam alij viginti quinque millia etiam partes essent insidiarum, tamē non insidiabāt ad exeundū, & cremandum vrbe, sed vt exeūtibus viris de vrbe Hay coniungerentur reliquis Israelitis. *Inter Bethauem, & Hay.* Aliqua Biblię habent hic inter Bethel, & Hay: sed communior litera est inter Bethauem, & Hay, sed non multū differt. Idem enim signatur

Expositio Catholice.

In quest. 6

tur per vtrunque. nam sic supradictum fuerat, quod maneat in insidiis ad partem Occidentalem Hay inter eam, & Bethel. hic autem dicitur inter Bethauem, & Hay, quia Bethauem, & Hay, & Bethel sunt tria loca coniuncta, vt patet, & declaratum est in principio precedentis cap. Erat autem Bethel ad Occidentalem partem Hay. Bethauem autem etiam erat ad Occidentalem, sed non ita sicut Bethel, sed declinabat aliquantulum in Septentrionalem partem. ideo precedenti cap. dictum est, quod Hay est iuxta Bethauem, ad Occidentalem partem est Bethel: quia Bethel est locus magis directe Occidentalis, erat tamen vterque Occidentalis. ideo insidiis latentes post urbem Hay ad Occidentalem eius plagam poterat dici inter Hay, & Bethel, vel inter Hay, & Bethauem. *Ex Occidentali parte eiusdem ciuitatis.* Id est, a parte Occidentali vrbis Hay, & Orientali parte Bethauem aliquantulum, & aliquantulum ex Septentrionali parte. *Omnis vero reliquus exercitus.* Scilicet omnes preter quinque mille viros insidiarum, qui erant ad partem Occidentalem cum alijs vigintiquinque millibus, qui in eodem loco latentes magis declinabant versus Septentrionale latus, vt conuenerunt exercitui reliquo Iosue, qui versus partem Aquilonarem inclinabatur, vt patet immediate. *Ad Aquilonem aciem dirigebat.* Iste erat exercitus, qui manebat cum Iosue in valle, quae erat ad Septentrionalem plagam vrbis Hay. sic enim dictum fuerat supra, quod cum ascendissent ex aduerso vrbis, steterunt ad Septentrionalem plagam eiusdem, & non intelligitur, quod exercitus dirigebat aciem contra Septentrionem, id est, quod moueretur contra Septentrionem, sed quod manserunt contra Septentrionem, & ibi erant acies bellicae ordinatae, quae versus Septentrionem dirigebantur. *Ita vt nouissimi multitudinis.* Id est, extremi de toto exercitu Iosue, & non vocantur nouissimi, id est citiores, sed vltiores, quia Israelitae veniebant a fronte Orientali versus Occidentem, cum intrauissent per frontem Orientalem terra Chanaan. Procedendo igitur habebat faciem suam contra Occidentem: ideo qui magis essent ad partem Occidentalem, essent vltiores, & anteriores: qui vero magis Orientales, erant posteriores: hic tamen nouissimi dicuntur, qui magis Occidentales sunt: ideo dicuntur nouissimi castrorum, id est extremi: quia in vna extremitate erant, scilicet in anteriori. *Occidentalem plagam vrbis attingerent.* Erat vrbis Hay in quodam iugo, apud quam erat vallis in qua manebant Israelitae distincti per acies. extendebatur autem agmen per vallem, ita quod vna extremitas eius esset in parte Septentrionali vrbis, reliqua autem erat in Occidentali plaga, scilicet, quod vallis illa erat circumdans urbem, & perueniebat longitudo acierum Iudaeorum a parte Septentrionali, vsque ad Occidentalem, & sic extremitas castrorum erat circa locum insidiarum, quae erant in parte Occidentali. ideo quando ingressi sunt viri de vrbe Hay, poterunt faciliter insidiatores coniungi reliquo exercitui Iosue, & alij quinque mille viri adhuc manentes in insidijs poterunt videre, quando Iosue eleuauit clypeum, vt ipsi ascenderent in urbem Hay ad vastandum eam, & succendendum.

Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset Rex Hay festinavit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum ignorans, quod post tergum laterent insidijs. Iosue vero, & omnis Israel cesserunt loco simulantes metum, & fugientes

per solitudinis viam. At illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. Cumque recessissent a ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hay, & Bethel remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, dixit Dominus ad Iosue. Leua clypeum qui in manu tua est contra urbem Hay, quoniam tibi tradam eam.

Hic ponitur executio quantum ad ciuitatis captiorem. *Abijt ergo Iosue.* Scilicet, de loco castrorum Galgalae ad ciuitatem Hay vsque ad vallem, quae erat in Septentrionali latere vrbis. *Nocte illa.* Hoc non est referendum ad abire, sed ad stare, scilicet, quod stetit nocte illa in medio vallis. Nam Iosue non iuit per noctem in urbem Hay, sed per diem. insidijs autem iuerunt per noctem: nisi forte dicatur, quod Iosue recessit cum exercitu suo per diem, & non accessit tunc ad urbem Hay, sed per noctem venit in vallem. *Et stetit in vallis medio.* Scilicet, cum toto exercitu dormiuit ibi nocte illa. noluit enim accedere ad urbem Hay, ne subito exterreret eos, & non auderent egredi de vrbe, sed mansit in valle, vt sequenti diluculo videntes viri vrbis Hay de cliuo vrbis manentes Israelitas in valle exirent ad eos, & insidijs latentes egredientes de latibus introirent ciuitatem illis egressis. *Quod cum vidisset Rex Hay.* Hoc fuit sequenti die. nam viri de vrbe videntes ibi acies Iudaeorum dixerunt Regi Hay. habebat enim Hay Regem: quamquam ipsa esset de paruis locis Regalibus, sicut signatur infra 10. cum dicitur. Vrbis enim magna erat Gaboon, & vna regalium ciuitatum maiorque oppido Hay. *Festinavit mane.* Quia in mane hoc viderant, & tunc festinavit Rex, scilicet, parare viros vrbis suae ad bellum, & omnes quidem parati sunt. nam vt infra dicitur, Omnes exierunt nullo manente in vrbe: nec solum vrbis Hay parauit se contra Israelitas, sed etiam viri de vrbe Bethel. exieruntque omnes, atque ipsam urbem apertam reliquerunt, vt patet infra, sicut ipsi de vrbis Hay. & tamen de viris vrbis Bethel, an cessi fuerint hoc impetu, non patet, cum nihil de eis dicatur: constat tamen eorum urbem non fuisse tunc captam, nec toto tempore Iosue, sed postea tempore Iudicum, vt patet Iudicum 1. cap. & hoc quia forte viri de vrbe Bethel non fuerunt coniuncti viris de vrbe Hay, sed per se fuerunt persecuti in altera acie Israelitas, qui cum verterent vultum suum in viros Hay, videruntque insidijs, regressi sunt forte in locum suum. ideo nec ipsi gladio corruerunt, nec vrbis eorum capta est. *Et egressus est cum omni exercitu ciuitatis.* Id est, omnes viri potentes pugnare egressi sunt cum Rege: vnde non remansit aliquis in vrbe. tanta enim illis persequendi Iudaeos cupido erat, quod nemo eorum mansit ad custodiam vrbis, nec etiam insidijs cauere, aut intelligere potuerunt, quod magis eis in penam proueniebat, scilicet, quod tradiderat illos Deus in manus Hebraeorum, nihilque cauere, aut attendere sinebat. *Direxitque aciem contra desertum.* Scilicet contra partem Septentrionalem vrbis, quae erat montuosa, & deserta. confederant autem in ea castra Hebraeorum, & Iosue quoque contra eandem partem, scilicet Septentrionalem insidiose fugam iniuit, vt patet infra. *Ignorans quod post tergum laterent insidijs.* Id est, Rex vrbis Hay cum egressus est contra Iudaeos nesciebat, quod post tergum, id est ad ciuitatis partem Occidentalem laterent insidijs. nam si sciuisset non egredieretur de vrbe. extimabat enim se posse

Israelitas

In duobus fuerunt de cepti viri vrbis Hai.

Israelitas superare, sicut primo superauerat. si autem accingeret ab eis effugari, rediret in urbem suam, quae fatis erat vicina, & sic futurum erat conuersis Israelitis super eos, sed insidijs in parte posteriori manentes impediunt intercipientes eos in medio. Vel dicitur quod in insidijs laterent post tergum, id est post tergum ipsius Regis, & exercitus sui. nam cum insidijs manerent post urbem, & exitura erant de latibus, egressis viris de vrbe Hay dicebantur manere post eorum tergum. *Iosue vero, & omnis Israel cesserunt loco.* Id est cum vidissent Israelitae descendentes viros Hay de cliuo vrbis, fugam iniurunt dimittentem locum vallis, & castrorum. potuissent quidem Israelitae, quia multi erant faciliter percutere viros Hay, sed timuerunt, quod si resisterent mox confugerent viri illi in urbem suam. cesserunt ergo loco, vt protraherent longe ab vrbe eos, vt tunc spatium haberent, qui erant in insidijs ingrediendi urbem, atque succendendi antequam retrocederent viri de vrbe illa.

Simulantes metum. Debuissent viri vrbis Hay intelligere esse fallaciam, quod tot viri fugerent a facie eorum, qui pauci erant, potissime, nondum commissa pugna, sed duo eos deceperunt. Primum, quia primo fugissent Israelitae, & illa non fuerat fuga simulata. nam corruerant de eis vulnerati. 36. viri, vt patet precedent. c. nunc ergo sic existimabant. Secundum erat, & principialius, quia Deus volebat tradere viros vrbis Hay in manus Iudaeorum. sic enim dixerat supra in litera. Ecce tradidi in manu tua Regem Hay, & populum eius, vt beneque, & terram. adiecit quoque hunc modum insidiarum, ideo vt efficaciter esset prater hoc, quod ipse in se artificiosus erat, Deus virorum illorum perturbauit cor, vt non cauerent, quae alias cauere, & timere debuissent, vel potuissent. *Et fugientes per viam solitudinis.* Scilicet ad partem Septentrionalem vrbis Hay. nam ibi erat solitudo, quae vocatur solitudo Bethauem, & per illam fugam iniuit Israel: non tamen nimis festinans, quia non erat vera fuga, sed vt protraherent ab vrbe viros Hay. *At illi vociferantes pariter.* I. viri vrbis Hay cum primo viderunt Israelitarum acies in valle circa urbem, existimauerunt eas fugituras, sicut primo, & hac fiducia ducti egressi sunt. cumque cepissent se dirigere versus acies Iudaeorum illis cedentibus loco, atque fugientibus, consummata est opinio virorum vrbis: ideo turpiter maiori audacia ceperunt clamare, qui clamor erat ad bellicam cohortationem, vt patet immediate. *Et se mutuo exhortantes.* i. viri de vrbe Hay exhortabantur adinuicem seipos ad persecutionem, & caedem Iudaeorum, cum viderent eos fugere. est. n. hec cohortatio in viris bellantibus, quando seipos ad animositatem cohortantur, vel loquuntur ad hostes compellentes eos ad fugam. sic est Exod. 32. cum dixit Iosue ad Moysen. tumultus belli auditur in castris: cui Moyses non est clamor adhortantium ad pugnam, nec vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. *Persecuti sunt eos.* Quousque protraherentur longe ab vrbe, & Iosue conuertetur super eos. In ista autem persecutione non accedebant viri vrbis Hay ad Israelitas, sed longe illi praecedebant, & hoc, quia vel cederetur a Chanaanais si appropinquarent, vel cogenter conuertere se super eos, vt resisterent, & expugnarent. Neutrum autem licebat. nam si conuertentur Israelitae super viros Hay, illi regrederentur in urbem, antequam insidijs intrarent in eam vnde non caperentur. *Cumque recessissent a ciuitate.* I. viri vrbis Hay, etiam viri vrbis Bethel. nam sicut egressi sunt viri vrbis Hay contra Iudaeos, ita viri vrbis Bethel, quia Iudaeis communes hostes erant. et quia ipsi viderunt eos, sicut viri vrbis Hay. nam erat vrbis Bethel ad occidentalem partem vrbis Hay, vt pa-

tet precedent. c. & hic. Exercitus autem Iudaeorum partim erat inter Hay, & Bethel, quia cum esset in valle ad septentrionalem plagam vrbis Hay, extendebatur acies vsque ad occidentalem partem vrbis, ita vt essent inter Hay, & Bethel, quod patet supra cum dicitur. omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebatur, ita vt nouissimi multitudinis occidentalem plagam attingerent. exierunt ergo tam viri Hay, quam Bethel. erat etiam Bethauem satis in propinquo, sed non legitur, quod aliqui tunc inde exierint. *Et ne vnus quidem in vrbe Bethel, & vrbe Hay remansisset.* De quolibet horum duorum oppidorum cocitati fuerant animo viri ad persequendum Israelitas, ita vt non relinquerent in vrbe aliquos custodes. in quo innuitur, quod etiam viri de vrbe Bethel non viderunt insidijs positas vrbis Hay, alioquin timuissent, & non fuissent persecuti Israelitas fugientes. hoc non est intelligendum sic, sed per hyperbole. nam sicut in excessu magno est hyperbole, ita in hac diminutione, quae tamen ex hac parte excessus est. scilicet nullus remanserit, quia saltem foeminae & paruuli, & decrepiti senes manerent. hi enim ad pugnam inepti sunt. Sed dicendum est, quod non est hyperbole, sed veritas: refertur tamen ad superiora, scilicet quod Rex Hay egressus est cum toto exercitu suo ad Israelitas, & ne vnus quidem remansit in vrbe, quia de his qui pertinebant ad vrbis pugnatores, nullus manserat in vrbe, sed omnes venerant in exercitum: & ita factum est, vt in vrbe Bethel, quod omnes potentes pugnare egressi sunt manente vacua vrbe. *Qui vt persequerentur Israel.* Ad hoc egressi fuerant viri de his duabus vrbibus: dicebantur persequi Israel, id est totum exercitum Israel qui erat hic. *Sicut egressi fuerant aperta oppida relinquentes.* Id est, quando egressi sunt isti de vrbibus manebant aperta portae, vt egrederentur, eis autem egressis nemo clausit portas, sed manserunt patentes, quia non erant in vrbe aliqui qui tuerentur urbem, & nihil magis videbatur esse clausam portam, quam apertam. hoc forte factum est, quia viri de his ciuitatibus voluerunt sic manere portas, vt si contingeret eos effugari ab Israelitis, reuertentur in urbem: eamque patentem inuenirent. Vel forte nemo fuit in vrbe, qui curam haberet claudendarum portarum. hoc autem dicitur propter insidijs, quae latebant post urbem. nam si mulieres saltem manentes in oppido Hay clausissent portas, venientes insidijs non potuissent ingredi in urbem: resisterent enim sibi saltem paruuli existentes in menibus, quousque regrederentur viri vrbis illius, vnde non haberetur intentum Iosue. manentibus autem portis patentibus acceleratum est negocium. *Aperta oppida derelinquentes.* Dicitur de vrbe Hay, & vrbe Bethel. de qualibet enim exierant viri persequentes Iudaeos, & reliquerunt ciuitates apertas, tamen solum hoc fuit vtile Iudaeis, quantum ad captiorem vrbis Hay. Bethel namque non capta fuit tunc. *Dixit Dominus ad Iosue.* Hic ponitur locutio Dei ad Iosue erudiendo eum, vt incitaret latentes in insidijs ad intrandum in urbem Hay, & succendendum eam, quia iam erant viri distantes ab vrbe: nec possent regredi antequam insidijs intrarent in urbem, eamque succenderent.

Quando ista locutio Dei ad Iosue fuit facta, & quomodo. Questio. I X.

Sciendum, quod ista locutio Dei ad Iosue fuit facta fugiente ipso cum toto exercitu a facie Chanaanorum. ideo de modo huiusmodi locutionis, & apparitionis dicendum est, quod non potest intelligi fuisse in arca, sicut dictum est precedent. cap. quod locutus fuerit Angelus Domini de inter Cherubin

An hic sit hyperbole. nam sicut in excessu magno est hyperbole, ita in hac diminutione, quae tamen ex hac parte excessus est. scilicet nullus remanserit, quia saltem foeminae & paruuli, & decrepiti senes manerent. hi enim ad pugnam inepti sunt. Sed dicendum est, quod non est hyperbole, sed veritas: refertur tamen ad superiora, scilicet quod Rex Hay egressus est cum toto exercitu suo ad Israelitas, & ne vnus quidem remansit in vrbe, quia de his qui pertinebant ad vrbis pugnatores, nullus manserat in vrbe, sed omnes venerant in exercitum: & ita factum est, vt in vrbe Bethel, quod omnes potentes pugnare egressi sunt manente vacua vrbe. Qui vt persequerentur Israel. Ad hoc egressi fuerant viri de his duabus vrbibus: dicebantur persequi Israel, id est totum exercitum Israel qui erat hic. Sicut egressi fuerant aperta oppida relinquentes. Id est, quando egressi sunt isti de vrbibus manebant aperta portae, vt egrederentur, eis autem egressis nemo clausit portas, sed manserunt patentes, quia non erant in vrbe aliqui qui tuerentur urbem, & nihil magis videbatur esse clausam portam, quam apertam. hoc forte factum est, quia viri de his ciuitatibus voluerunt sic manere portas, vt si contingeret eos effugari ab Israelitis, reuertentur in urbem: eamque patentem inuenirent. Vel forte nemo fuit in vrbe, qui curam haberet claudendarum portarum. hoc autem dicitur propter insidijs, quae latebant post urbem. nam si mulieres saltem manentes in oppido Hay clausissent portas, venientes insidijs non potuissent ingredi in urbem: resisterent enim sibi saltem paruuli existentes in menibus, quousque regrederentur viri vrbis illius, vnde non haberetur intentum Iosue. manentibus autem portis patentibus acceleratum est negocium. Aperta oppida derelinquentes. Dicitur de vrbe Hay, & vrbe Bethel. de qualibet enim exierant viri persequentes Iudaeos, & reliquerunt ciuitates apertas, tamen solum hoc fuit vtile Iudaeis, quantum ad captiorem vrbis Hay. Bethel namque non capta fuit tunc. Dixit Dominus ad Iosue. Hic ponitur locutio Dei ad Iosue erudiendo eum, vt incitaret latentes in insidijs ad intrandum in urbem Hay, & succendendum eam, quia iam erant viri distantes ab vrbe: nec possent regredi antequam insidijs intrarent in urbem, eamque succenderent.

Cherubin sub velamentis arcæ. hic autem non erat
arca: quia non portabant eam Israelitæ in hac expedi-
tione, sed mansit in castris Galgalæ. non enim dece-
bat portari eam ad fugiendum. Sed dicendum est, quod
Angelus Domini apparuit ei aliter, scilicet in aliqua
nube loquens circa eum, ut eleuaret hastam suam, vel
quod formauerit aliquod corpus humanum de aere,
in quo ei appareret. Sed primum rationabilis est. nã

In quæst. 2. ut supra 4. cap. declaratum est, quodcumque apparet
Angelus in aliquo corpore assumpto, vocatur Ange-
lus, vel vir, & nunquam Deus. cum autem loquitur
velatus, vocatur Deus: sed hic dicitur quod Deus lo-
cutus fuerit ad Iosue. ergo non videtur quod apparue-
rit in assumpta figura manifesta. Item quia si sic appa-
ruisset, etiam alij qui cum eo erant viderent eum. quod
forte non concederet Angelus alicui præter Iosue,
quia alij erant indigni videre figuram apparentem.
Rationabilis ergo erat, quod apparuerit Angelus ali-
qua nube velatus, ita quod non videretur aliquod cor-
pus humanum, vel alia specialis figura. Quamquam
si quis tenere vellet, quod apparuit in forma humana
non velatus nube, dici posset quod cæteri Iudæi per-
cussi sunt Aorisa, ut ait August. scilicet, cæcitate ita,
ut cætera videntes non viderent illam figuram appa-
rentem: sicut factum est de viris Sodomorum, qui vi-
dere non potuerunt ostium domus Loth, ut patet Ge-
nes. 19. cap. De voce autem, quod eam audierint, non
est inconueniens, quia aliàs audierant, sed de figura
non conuenit. *Leua clypeum qui in manu tua est.*

Quomodo intelligitur, quod Iosue leuauerit clypeum.
Quæst. X.

DICUNT Hebræi: Leua hastam, vel leua ve-
xillum. & dicunt hoc intelligi rationabi-
lius, quam de clypeo, quia Iosue non posset
multum eleuare clypeum, ita ut viderent
qui erant in insidijs, & exirent: tamen ad hoc factum
est. & sequitur infra, quod qui erant in insidijs viderunt
clypeum eleuatum, & ascenderunt in urbem Hay, at-
que succenderunt eam. Hasta autem, vel vexillum po-
teat eleuari in sublime, ita ut videretur a manentibus
in insidijs. Sed dicendum est, quod conuenientior li-
tera est ista, quam quod ponatur vexillum: nam vexil-
lum non esset in manu Iosue, quia Principes belli non
portant in manibus suis vexilla, sed alij coram eis. non
ergo haberet Iosue vexillum. De clypeo autem ma-
nifestum est, quod haberet in manu clypeum ad pug-
nandum. Item non conuenit dici de vexillo, quia
per vexillum eleuatum illi, qui erant latentes in insidijs
non possent habere aliquod conueniens signum ad
egrediendum, quia vexillum semper est eleuatum, sed
hoc quod erat in manu Iosue, non erat semper eleua-
tum, sed tunc solum eleuatum est. ergo non erat vexil-
lum istud, quod eleuauit Iosue. Item non poterat in-
telligi de hasta, quia si eleuasset Iosue hastam, non vi-
derent eam a longe manentes in insidijs. nam hasta est
tenuis, & res graciles a longe uideri nequeunt, cū co-
nus pennis eorum quando peruenit ad oculos sit
valde acutus: & cōsequēter piramis radiosa faciat par-
uam immutationem. non ergo possent uideri in sidia-
tores. Potissime, quia quando eleuauit Iosue signum
istud ad incitandas insidias, non erat prope illos, sed
longe protraxerat viros ab urbe, ut non possent re-
gredi antequam introiret insidia. nō erat ergo hasta.

Dicendum ergo quod propria litera est quod dicitur cly-
peus: leua clypeum qui in manu tua est. nam non
sequuntur aliqua de præpositis inconuenientibus:
quia Iosue in manu sua haberet clypeum ad bellicam
operationem: etiam illud in sublime eleuari posset, &

non erat sicut de vexillo quod semper erat eleuatum.
Et quando dicebatur quod clypeus modicum posset
eleuari in manu Iosue. Respondendum est, quod ve-
rum est si ipse eleuaret manu sua. Sed dicendum est,
quod appendit clypeum in hasta, & leuauit in subli-
me ita quod videre possent, qui procul stabant de insi-
dijs. ideo quamquam communius nomen posuit
hic in Hebræo exponatur ab ipsis pro lancea, vel vexil-
lo, tamen multoties pro clypeo sumitur. *Leua cly-
peum qui in manu tua est.* Quia habebat Iosue clypeum
ad pugnandum, & hunc leuauit in hasta. *Contra urbem
Hay.* Scilicet, ponendo dorsum scuti contra Hay, &
hoc, quia contra illam partem erant in insidijs, ut exirent
de latibulis. *Quoniam tibi tradam eam.* Sciebat enim Iosue,
quod Deus in manu eius erat traditurus urbem
Hay, & quod ipse tunc ostensus erat aliquod si-
gnum insidijs, ut ingrederentur urbem, & hoc eis di-
xerat. nesciebat tamen quando erat tempus eleuandi
signum. Deus autem dixit sibi, quod nunc erat tem-
pus, quia nunc traderet ei urbem. non ei, quia ipse fo-
ris manere debebat, donec contererentur omnes vi-
ri urbis Hay, sed insidijs quæ nunc ingressuræ erant in
urbem, atque succensuræ eam.

Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ci-
uitatis, insidiæ quæ latebant surrexerunt con-
festim, & pergentes ad ciuitatem ceperunt,
& succenderunt eam. Viri autem ciuitatis,
qui persequabantur Iosue respicientes, & vi-
dentes fumum urbis ad cælum usque con-
scendere, non potuerunt ultra huc illucque
diffugere: præsertim cum hi qui simulauerant
fugam, & tendebant ad solitudinem,
contra persequentes fortissime restitissent.
Vidensque Iosue, & omnis Israel, quod ca-
pta esset ciuitas, & fumus urbis ascenderet,
reuersus percussit viros Hay. Si quidem &
illi, qui ceperant & succenderant ciuitatem,
egressi ex vrbe contra suos, medios hostium
ferire ceperunt. Cum ergo ex vtraque par-
te aduersarij cederentur, ita ut nullus de tan-
ta multitudine saluaretur, Regem quoque
urbis Hay apprehenderunt viuentem, & ob-
tulerunt Iosue.

Cumque eleuasset clypeum. Scilicet appendendo eum
in hasta, ut leuaretur in sublime. *Ex aduerso ciuitatis.*
Id est, contra urbem Hay, quomodocumque eleua-
retur clypeus, erat contra urbem Hay, quia quilibet pun-
ctus signatus est contra omnem partem mundi, & ab
eo in quamlibet partem contingit duci lineam rectã.
Est enim petitio in 1. lib. Element. Eucli. scilicet a pun-
cto in punctum contingit rectam lineam ducere, sed
dicebatur ex aduerso urbis, quia facies scuti, scilicet su-
per facies exterior erat contra urbem Hay. Dicitur au-
tem qualiter res esse specialiter contra eum locum,
contra quem facies sua est. *Insidiæ quæ latebant surrexe-
runt confestim.* Latebant insidiæ post urbem Hay ad
Occidentalem eius partem, quæ mox ut pendentes
clypeum viderunt, surrexerunt, ut ingrederentur vr-
bem. Et sciendum est, quod istud signum eis prius
fuerat notificatum, alioquin non immediate, ut vide-
rent clypeum surrexisse. supra tamen non exprimi-
tur hoc, sed solum dicitur. Nobis enim fugientibus,
&

& illis persequentibus consurgitis de insidijs, & va-
stabis urbem: tamen si hoc solum dictum fuisset ne-
scirent hi quando consurrecturi erant de insidijs, sci-
licet an immediate, ut inciperent fugere Israelitæ, vel
postquam valde multum fugissent, & sic sequeretur
error, quia Iosue cum exercitu suo semper terga ver-
sus erat viros de vrbe Hay, quousque vrbs conflagra-
ret. Dicendum ergo necessario, quod Iosue antequam
mitteret viros in insidijs prædixerat eis istud signum.
ideo immediate ut viderunt, consurrexerunt de insi-
diarum loco. Scriptura tamen sacra non narrat omnia
quæ gesta sunt, potissime cum ex litera concluditur,
quamquam non enarrentur. *Et pergentes ad ciuitatem.*
Erant enim circa ciuitatem ad Occidentalem partem
urbis. *Et ceperunt atque succenderunt eam.* Non pugna-
uerunt viri isti Iudæi ad capiendum urbem, quia porta
urbis aperta erat. sicut enim exierat pugnatōres egre-
dientes, ita patens mansit, ut patet supra cum dicitur,
sicut exierat aperta oppida derelinqentes.

An vrbs Hay fuerit successa ab ijs, qui ex insidijs introie-
runt: an pars aliqua tantum. Quæst. XI.

DICITUR, quod succederunt eam: non quidem
totam, sed aliquam eius partem segregatã,
ita ut transiret inde aliquas urbis partes. nam
prius tota præda capienda erat: quam cre-
maretur ciuitas. alioquin enim non possent capi om-
nia, & diuidi exercitui: ad scrutandum tamen magno
spatio indigebant. nec expectarent tantum in insidijs, quia
Israelitæ semper fugituri erant quousque viderent fu-
mum urbis, & sic factum est, ut patet infra. Si tamen
non cremaretur ciuitas quousque tota præda diligen-
ti scrutinio haberetur, possent fugere Israelitæ tota
vna die. quod nequaquam est dicendum, quia parum
fugerunt, postea vero cōuerterunt se super viros Hay,
retrocedere eos facientes contra urbem. Item, quia
dato, quod hæc omnia non essent inconuenientia, tamen
non potest stare, quia infra dicitur, quod postquam Iosue
venit in urbem Hay combussit illam. si tamen cō-
busta fuisset tota ab insidijs, Iosue postea veniens non
potuisset eam cremare. Solum ergo aliquid de illa
crematum est in signum, ut fumus emitteretur, & Is-
raelitæ, qui extra erant scirent captam urbem. nam ali-
ter scire non poterant, nisi magno ascendente fumo.
Et potissime, quia non erat solum, ut cognoscerent Is-
raelitæ, sed etiam ut viri urbis Hay cognoscerent urbem
captam, & consternarentur mente. Erat autem pro
Israelitis necessarium hoc signum, quia quousque sci-
rent urbem captam, non expediebat vertere vultum
contra viros urbis Hay. nam cum Israelitæ se conuer-
terent super eos, ipsi non potentes ferre impetum eo-
rum retrocederent in urbem terga verentes. Et tunc
si nondum esset capta ab insidijs vrbs Hay, conuer-
tes viri intrarent in eam, & venientes postea Israelitæ
non possent illam expugnare. non erat ergo expedi-
ens, quod Israelitæ vultum suum verterent ad viros Hay
quousque scirent eam captam. & hoc erat per fumum
ascendentem in excelsum. ergo immediate, ut ingressi
sunt insidijs in urbem Hay, debuerunt succedere eã,
ut videretur fumus a fugiente exercitu Israelitico ad
hoc, quod conuerterent se super viros Hay. & sic solum
fuit cremata aliqua pars urbis, ut forte aliqua suburba-
na, vel aliqua segregata a ceteris in vrbe, in quibus ni-
hil rapiendum esset: vel quod rapiendum erat cito
ablatum est. *Viri autem ciuitatis, qui persequabantur Iosue.*
Id est viri urbis Hay qui fuerant egressi post Iosue, &
exercitum Israel persequentes. *Videntes fumum urbis ad
cælum usque conscendere.* Id est, quod fumus magnus ele-
uabatur de vrbe, qui videbatur conscendere in cælum,
&

scilicet quia erat ad magnam altitudinem, & in hoc
cognouerunt, quod non esset fumus, qui consuetus esset
alias egredi de domibus urbium, sed fumus crematio-
nis ipsius urbis. Est autem hic hyperbole. transcendens
verum vsitatus ad exprimendum magnitudinem rei.
sic dicit Alexan. in Doctrin. transcendens veri hyperbo-
le tibi fiet, & ponit exemplum.

Isra ferit clangor.

Et sic dicitur Alexandrei. lib. 3.

Aurca fœmineus perstringit sidera clamor.

Non potuerunt ultra huc illucque diffugere. Id est, postquam
viderunt fumum exhalantem de ardente vrbe, con-
sternati animo non potuerunt moueri in diuersa ad
pugnandum, sed illico omnibus viribus destituti sunt.
non dicebatur hic diffugere pro fuga, quia tunc in-
nueretur quod antequam viderent viri Hay ardente
urbem fugerent, & visa ea non possent fugere, sed ac-
cipitur diffugere, id est discurrere, scilicet, quod ante
hoc viri urbis Hay persequabantur Israelitas fugien-
tes, & discurrebant huc, & illuc ad comprehendend-
um facilius Israelitas, vel mittendum eos per eã par-
tem viæ, quam ipsi vellent. sicut prima vice viri urbis
Hay insecti sunt Iudæos coegerunt eos declinare per
prærupta, atque conciderunt ibi vulnerati de Iudæis
triginta sex, ut patet præced. cap. Forte autem nunc vi-
ri urbis Hay ad hoc discurrebant per varia loca, ut con-
cluderent Iudæos in aliquo loco, in quo eos facilius
occiderent, aut tenerent. cum autem viderunt conflag-
rare urbem destituti viribus non potuerunt discur-
rere huc, & illuc persequentes Iudæos. *Præsertim cum
hi qui simulauerant fugam.* Hic ponitur alia causa, qua-
re non potuerunt viri urbis Hay amplius discurrere
per varia loca. quia ante hoc fugiebant Israelitæ non
resistentes viris Hay. nunc vero ceperunt conuerrere
vultum suum contra eos ad pugnandum, quia scie-
bant urbem esse captam, & quamquam isti regrede-
rentur in urbem nihil obstabat, quia iam eam cepe-
rant insidijs Israelitarum, & succenderant. Dicuntur
hic simulasse fugam Israelitæ, quia ipsi vere non fugie-
bant cum non timerent, sed ideo loquebamur simula-
bant, ut caperent urbem procul educentes ab vrbe vi-
ros illius. Erant namque multi, qui cum Iosue milita-
bant ita, ut facilius capere possent, vel occidere viros
Hay: sed nolébant ne fugerent, atque regrederentur in
urbem, antequam in sidia caperent eam. *Et tendebant
ad solitudinem.* Scilicet, quod Iosue cum exercitu suo
fugiebat contra solitudinem, id est contra partem Se-
ptentrionalem urbis in qua erat solitudo. nam versus
eam posuerat Iosue acies in valle, ut supra patet. & ver-
sus eam fugerat. *Contra persequentes fortissime restitissent.*
Scilicet, quod postquam viderunt fumum de vrbe
exhalantem inceperunt se vertere contra hostes. *Vi-
densque Iosue, & omnis Israel, quod capta esset vrbs.* Hoc vi-
derunt per fumum eleuatum ab vrbe, qui manifeste
denotabat urbem captam cum arderet. *Et vrbs fumus
ascenderet.* Qui eleuabatur in sublime propter multa,
quæ ardebant, & iste designabat captam urbem. *Re-
uersus percussit viros Hay.* Id est cepit percudere eos. nam
non occidit eos totaliter quousque qui exusserant vr-
bem, ex aduerso venientes eos in medio comprehen-
derent. Fuit autem nunc conuersus Israel super viros
Hay persequentes se: non quod nunc nouiter possent eis
resistere, & ante hoc non, sed quia nunc securum erat
conuerti super eos, prius vero nequaquam. Quod pa-
tet, quia Israelitæ erant multi potentes facilius delere
viros Hay, qui paucissimi erant, ut dixerat explorato-
res Hebræorum præced. cap. scilicet, quare vexetur to-
tus populus contra hostes paucissimos? tamen si con-
uerterentur super eos ipsi fugerent in urbem, antequam
illuc introiret insidijs Hebræorum, postea vero non
esset

esset eis ingrediendi locus. nunc autem capta iam vrbe ab insidijs Iudæorum quocumque erat opportunum ad percipiendum viros Hay. *Si quidem & illi qui ceperant, & succenderant civitatem.* Isti erant quinque millia virorum manentium in insidijs ad Occidentalem plagam vrbis, quæ mox vt Iosue dedit signum eleuato clypeo in sublime, ingressi vrbeam eam succenderunt. alij autem viginti quinque millia, qui in insidijs quoque fuerant, non manserunt ad delendum vrbeam, sed cum Iosue meruit cum fugeret totus exercitus, vt supra declaratum est. *Egressi ex vrbe.* Postquam succenderunt partem eius, non est dicendum, quod omnes egressi sunt ex vrbe, manserunt enim aliqui in vrbe ad custodiam, vt si quouis modo viri vrbis venirent ad eam, non pateret eis aditus, & ne femina, & paruuli, atque alij, qui manebant in vrbe, fugerent. nam non fuerunt occisi omnes de vrbe tunc, sed postea cum venit Iosue in eam delectis omnibus pugnatoribus eius, vt patet infra cum dicitur: Reuersi filij Israel percusserunt civitatem: veruntamen pauci essent, quia nemo erat in vrbe, qui eis resistere posset. *Contra suos.* Id est, isti egressi sunt contra suos, id est contra alios Israelitas, scilicet obuiam illis. nam ante hoc Israelitæ fugiebant persequentibus viris Hay. nunc vero conuersi sunt contra eos, tunc vero retrocedentibus viris Hay versus vrbeam Israelitæ persequebantur eos. Alij ergo Israelitæ, qui cremata vrbe inde exierant, veniebant contra suos, id est contra faciem Iosue, & exercitus sui. *Medium hostium ferire ceperunt.* Id est, ceperunt percutere hostes in medio inuentos. nam Iosue cum exercitu a tergo premebat eos fugientes: insidiæ autem eorum vultum percutiebant intercipientes fugam ipsorum. *Cum ergo ex vtraque parte aduersarij caderentur.* Id est, viri vrbis Hay qui erant aduersarij Iudæorum, ex tergo percutiebantur ab exercitu Iudæorum: & ab anteriori oppugnabatur ab exercitu de insidijs. *Ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur.*

An in pugna Hay essent soli viri Hay: vel cum eis viri Bethel. *Quæst. XII.*

CONTRA hoc aliquis obijciat, quia viri vrbis Hay pauci erant. nam venerunt exploratores Hebræorum: & dixerunt reuersi, non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia, & deleant vrbeam: quare vexerit populus contra hostes paucissimos? Aliquis forte respondebit, quod in hac pugna non solum erant viri de vrbe Hay, sed etiam de oppido Bethel, quod patet supra, cum dicitur: Cumque recessissent a ciuitate ne vnus quidem in vrbe Bethel, & Hay remansit, qui non persequebatur Israel, sicut exierant aperta oppida relinquentes, &c. Ideo quamquam viri vrbis Hay paucissimi essent, tamen coniunctis eis omnibus viris de vrbe Bethel esset grãdis multitudo: & hi a Iudæis caderentur: ideo diceretur cæsa magna multitudo. Respondendum est non posse stare, quia de viris vrbis Bethel nemo interfecit, sed solum de viris vrbis Hay, & hoc, quia viri de Bethel non coniunxerunt acies suas viris de oppido Hay, sed per aliam partem sequebantur Iudæos. & hi vel ante fugerunt, quam viri vrbis Hay: vel forte in insidijs contemplanti sunt, & regressi, ita vt nemo de eis in hac fraude caderet, quod patet, quia infra dicitur. Erantque qui in eodem die conciderunt a viro vsque ad mulierem duodecim millia hominum omnes vrbis Hay, ergo in eadem die nemo mortuus est de viris Bethel, sed tota ista multitudo grandis, quæ hic dicitur fuit de vrbe Hay. Respondendum ergo est, quod erant Israelitis comparati viri de vrbe Hay pauci, sed in seipsis, vel simpliciter magna multitudo erat, quod

Determinatio aut-
Storis.

patet, quia cum Israelitæ primo in pugnam cõtra eos ituri erant, dixerunt exploratores, vt non ascenderet totus populus, sed duo vel tria millia virorum. Et subiungitur. Quare vexerit totus populus contra paucissimos. q. d. in comparatione totius populi rari erant, tamẽ in se erant multi, quia forte essent quatuor millia, vel quinque millia virorum, vel saltem duo millia: & hi multi sunt. potissime, quia hoc non est magna difficultas, quia aliquando vocatur aliquis numerus paruus in aliquo loco, qui alibi vocatur magnus secundum quod ad alterum, & alterum comparatur. *Ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur.* Quia intercepti sunt inter vtrosque hostes cuneos, & non patuit eis aliquis fugiendi locus. ad resistendum autem viribus impares erant: ideo omnes qui ad pugnandum fuerat egressi cessi sunt in pugna acerrima. *Regem quoque Hay apprehenderunt viuentem.* Erant Iudæi multi, & vndique concluderant viros Hay. id vel capere, vel occidere ad libitum eis præs erat: maxime, quia hostes erant merte cõterriti viua visibis conflagratione. Poterunt ergo comprehendere viuentem Regem Hay, nec eum occiderunt certamine bellico, vt in signum eum punirent. s. eum suspendentes, vt infra patet. *Et obtulerunt Iosue.* Qui ceperunt Regem hunc putauerunt se obsequium prestare Iosue, quod ei offerret viuẽtẽ Regẽ, & obtulerunt.

Igitur omnibus interfecit, qui Israel ad desertum tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatẽ. Erant autem, qui in eodem die conciderant a viro vsque ad mulierẽ duodecim millia hominum omnes vrbis Hay. Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porregerat tenens clypeum donec interficerentur oēs habitatores Hay. Iumenta autem, & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat dominus Iosue. Qui succendit vrbeam, & fecit eam tumulum sempiternum. Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam, & solis occasum: præcepitque Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis cõgesto super eo magno acervo lapidum, qui permanet vsque in presentem diem.

Igitur omnibus interfecit. Scilicet in campo. *Qui Israelitæ, per desertum fuerant persecuti.* Isti erant viri pugnatores de vrbe Hay. hi enim persequebantur Israelitæ tendentem ad desertum. i. exercitum Israelitarum simulantem fugam cum Iosue, & ista fuga erat versus desertum. s. ad partẽ septentrionalem vrbis Hay, quæ erat desertum, cum ibi esset solitudo Bethaue. *Et in eodem loco gladio corruentibus.* Scilicet in loco in quo insidiæ exeuntes de vrbe iam in cenfa, obuiam habuerunt viros Hay fugientes, quoniam ibi conclusis eis vndique nullus euadere potuit. *Reuersi filij Israel.* Id est reuersi sunt. In vrbeam Hay postquam in campo occiderunt omnes bellatores eius. *Percusserunt ciuitatem.* Percutere occidere est. Dicuntur percussisse ciuitatem. i. occidisse omnes, qui erant in vrbe. s. senes, & paruulos, atque feminas. nam de his regionibus Chananeorum neminem viuentem relinquere poterant aliqua conditione.

Quæst. 7.

Vrbs Hay erat parua ciuitas.

ditione pacis, aut seruitutis, vel quocumque, sed occidere cogebantur, vt patet Deuter. 20. c. Ex hoc etiã patet quod supra dicebatur. q. in insidijs de Iudæis ingredientiẽs vrbeam Hay non succenderunt eam totã. nam si totam succendissent, omnes qui in vrbe erant cõbusti forent, vel nemo in ea maneret. tñ post hoc reuersi sunt Israelitæ in eam, & occiderunt ibi viros, & feminas. ergo non fuerat tota cremata, sed aliquid eius in signum eis qui extra erant, quod capta foret vrbs. Itẽ patet ex hoc, quod dicebatur supra. q. aliqui de viris Israelitis, qui fuerant in insidijs, manserunt in vrbe Hay post combustionem. nã si nulli mansissent viri, & femine, & paruuli, qui erant in vrbe Hay transfugerunt ad vrbeam Bethel, quæ vicina erat ad partem occidentalem, ne occiderentur, & tñ non transfugerunt, sed postea reuersi Israel a cæde pugnatorum vrbis Hay, occisi sunt ipsi qui erant in vrbe. *Erant autem omnes.* Hic ponitur summa mortuorum die illo. *Qui eodem die conciderunt.* Id est qui corruerunt gladio Israelitarum: omnes. n. huic gustabant mortem. *A viro vsque ad mulierem duodecim millia.* Omnes enim occidebant. s. viros, & feminas, paruulos, & adultos. & hoc quia erant de Chananeis, si autem essent de alijs gentibus præter has septem, solum deberent occidere viros pugnatores, feminas autem, & paruulos reseruabant, vt patet Deuter. 20. c. Ex hoc autem patet, quod in vrbe Hay pauci erant, ipsaq; erat parua ciuitas, quia computatis oibus tam magnis, quam paruulis vtiusque sexus solũ accidebant ad 12. millia, sed in vrbe solent cõmuniter tot femina quot viri esse, interdum plures. ideo eẽnt in vrbe Hay sex millia virilis sexus. auferendo autẽ ab his oēs senes, & paruulos, qui vt cõter multi sunt, nõ manerent duo millia, vel tria millia potentium exire ad pugna. ideo exploratores Israelitarum cum explorauerunt vrbe Hay retulerunt dicentes. Nõ ascēdat totus populus, sed duo, aut tria millia, & deleant ciuitatẽ. intelligebant ergo quod nõ essent tot in vrbe Hay, cū duo millia, vel tria millia possent delere vrbeam. *Omnes vrbis Hay.* In hoc patet, quod de viris vrbis Bethel nullus illa die occisus est, quia exierunt in pugnam Israelitas. nã sicut viri Hay isti viri Bethel egressi sunt ad psequendum Iudæos, & vrbeam apertam reliquerunt, vt patet. tñ ipsi non iuerunt simul cum viris Hay, sed per se acie fecerunt. ideo reuersi sunt quando voluerunt, ita vt nullus de eis bello caderet. si. n. cõiuncti essent viris vrbis Hay, sicut illi conclusi sunt vndiq; a Iudæis, atq; cæsi, ita & hi, sed de his nemo perit, sed solũ de viris Hay. ergo non erat aliquis de viris Bethel cum viris Hay, & fuit hoc adiunctum, quia cum supra dictum fuisset, quod oēs de vrbe Bethel, & vrbe Hay egressi fuerunt ad persequendum Iudæos, & reliquerunt oppida aperta, & hic dicitur, quod occisi sunt pugnantes contra Iudæos, intelligitur etiã de viris Bethel. ideo dicitur, quod oēs hi fuerunt de vrbe Hay. *Iosue autem non contraxit manum quam in sublime erexerat tenens clypeum.* Cũ fugientes Israelitæ viros Hay distraxissent eos longe ab vrbe, dedit Iosue signum latetibus in insidijs, quod eripientes inde occuparent vrbeam, ad quod erexit clypeum in sublime appendens in hasta, vt videretur ab his, qui longe erant. Eleuauerat ergo ad hoc Iosue manus, nec tamen contraxit. i. curauit manum quousque occideretur oēs, qui erant pugnantes contra ipsos. A principio causa eleuandi clypeum fuit, vt egrederentur in insidiã de loco suo ad capiendum vrbeam. postea autem tenebat erectum in sublime, vt in insidiã exusta vrbis parte haberent signum veniendi contra pugnatores vrbis Hay. Postea etiam tenuit quousque occiderentur omnes viri Hay, quia si depressisset videretur esse signum cessandi a pugna, vel cæde. semp ergo tenuit quousque omnes gladio corruerunt. Ex quo patet, quod

Iosue nihil pugnavit, nec occidit quemquam de viris Hay, quia antequam committerent Israelitæ pugnam contra eos, leuauit clypeum, & postea nunquam curauit manum quousque mortui sunt omnes, qui erant de vrbe pugnatores, ergo non potuit pugnare, sed ista eleuatio clypei erat magna pugna, quia incitabat, & dabat alijs signum ad pugnandum.

Donec interficerentur omnes habitatores Hay. Non intelligitur de habitatoribus, id est de omnibus qui morabantur in vrbe, sed de omnibus pugnatoribus qui in vrbe morabantur: isti enim fuerunt in campo occisi, antequam irent Israelitæ in vrbeam Hay. Iosue autem priusquam in vrbeam Hay iret, contraxit manum deprensens clypeum, quia iam non erat signum ad aliquid. *Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel.* Nunc enim cum regressi sunt Israelitæ in vrbeam, occiderunt omnem hominem vtiusque sexus. omne autem supellectilem alicuius valoris, quam secũ portare poterant, diripiunt, omniaque metalla, & vestes, nihil enim in hac vrbe anathemati subiectũ fuit nisi ipsa vrbs, scilicet locus, quia tota ciuitas cõbusta est, & posita in tumulum æternum, ita quod non habitaretur, vt patet infra. reliqua vero sumpta sunt. Nec tñ hinc aliquid assumptum est, vt poneretur in thesauris domini, sicut in vrbe Iericho, vbi Deo prouenit aurum, & argentum, & vasa aenea, ac ferrum, vt patet supra sexto capitulo. hic autem omnia cefferunt plebi, nec vltra quicquam de captis in bello Deo consecratum est, nisi quispiam speciali deuotione ductus offerre voluisset.

Iumenta autem, & prædam. Vocantur iumenta omnia animantia capta in vrbe Hay, sicut pecora, & animalia ad seruitium humanum, vt asini, & equi, qui iumenta appellantur. præda dicitur tota congeries supellectilium, & omnium inanimatorum, quæ in vrbe Hay capta sunt.

Diuiserunt sibi filij Israel. Non intelligitur, quod diuiserunt filij Israel, id est omnes filij Israel, quia non est data pars de præda manentibus in castris Galgala, sed soli exercitui pugnatorum diuisio facta est. Quod patet, quia hic dicitur, sicut iusserat dominus, sed dominus iussit soli exercitui diuidi, vt patet. s. in principio. c. prædam autem, & omnia animantia diripietis vobis, id est pro vobis. s. qui ea rapitis.

Quare in bello contra vrbeam Hay non fuit diuisa præda inter euntes, & manentes in castris, sicut in præda contra Madian. *Quæst. XIII.*

ALIIQUI autem obijciat de pugna facta contra Madian, quia tunc diuisa fuit præda inter euntes ad bellum, & non euntes, vt patet Num. 31. Rõndendum est, quod non stat eadẽ rõ. nam cum Israel pugnavit contra Madianitas nõ pugnavit totus populus, sed soli 12. millia virorum iuerunt cũ Iosue, vt patet Num. 31. mansit autem in castris valde maior numerus pugnatorum. ideo quia videret graue, quod non daretur aliquid de præda toti populo, & hi pauci haberent totam, datum est aliquid populo non eunti ad bellum, medietas namque prædæ data est 12. millibus viris euntibus ad bellum, & medietas reliquo populo. Etiam fuit hoc ad tollendam contentionem & insultum, quia forte totus populus insilieret in 12. millia virorum venientium de bello, nisi darẽt eis partem prædæ. Itẽ quia illi qui manserunt in castris erant prompti ad eundem ad bellum, sed non iuerunt, quia sola 12. millia virorum electa sunt. non debebãt ergo ceteri priuari iure suo, quod eis prouenisset, si iussissent ad bellum. Hic autem ad eos qui in castris manserunt nihil tale erat, quia non manserunt in castris Galgala aliqui

aliqui pugnatores, oēs.n. ascenderant cū Iosue, vt pareret supra in litera. Rationabile ergo erat, q̄ solū diuideretur præda inter ascendentes ad pugna. Potissime, quia illi qui manserunt in castris, non erant apti ad pugnam. nō habebāt igitur aliquid de diuisione hac, q̄a ēt si ipsi venient in expeditionem nihil possent proficere. Itē non erat hic occasio tumultus, si non diuideretur præda inter manentes in castris, & ascendentes ad pugnam, quia in pugna q̄ Madianitas valde plures pugnatores relictī fuerant in castris, q̄ iuissent in bellum. vnde poterant eos opprimere, nisi diuiderent cū illis prædam. illi autem qui manebant nunc in castris Galgalā nō erant bellatores, quia de bellatoribus nullus mansit. ergo non possent iurgari, aut bellum agere contra euntes in pugnam, si non darent eis partē prædæ. *Sicut præceperat dominus Iosue.* idiuisa est præda inter bellatores, quia sic iusserat Deus. Vel dicitur sicut iusserat dominus ad monstrandum actum hunc esse licitum, quia in vrbe Iericho non licuit diuidi prædam, sed totam cum vrbe cremari quadam parte reseruata Deo, scilicet in metallis, vt patet supra 6. cap. ita ergo intelligeretur esse faciendum in vrbe Hay, & diuidi prædam videretur esse illicitum. Ideo Deus dixit supra. animantia autem & prædam diripietis vobis. nō cremabitis, sicut in vrbe Iericho, sed occidetis homines, & totam prædam vobis diripietis. *Qui succendit urbem.* Postquam Iosue cum toto exercitu reuersus est in urbem Hay, diligenter inquisitæ sunt omnes partes eius, vt eruereur inde tota præda, post autem succensa est tota vrbs, & diruerūt Israelitæ muros eius, s. prosternentes omnia ædificia ad terram. quia dicitur posita in tumulum sempiternum, vt immediate patet. tamen non videretur esse tumulus si adhuc starēt muri, mœnia, & turres, & partes reliquorum ædificiorum præter ea quæ ignis deuorasset. oportebat ergo deici in terram omnia stantia ædificia. Sic etiam ponitur Deuter. 13. de ciuitatibus idolatrarū, q̄ poni debent in tumulum sempiternum, & tunc subiungitur, non ædificabitur amplius in quo innuitur, q̄ non solum comburitur, sed etiam diruitur tota vrbs, aliq̄ non diceretur non ædificabitur, quia nō indigeret nō ædificari ciuitas, nisi diruta foret. ergo de hac quoque vrbe intelligendum est, q̄ diruerentur mœnia eius, & ædificia, quæ vocantur eodē modo tumulus æternus. *Et fecit eam tumulum sempiternum.* i. fecit eam esse sepulchrum semper manens. Nam vocatur ciuitas sepulchrum, quia diruitur nunquam reædificanda, quia sepulchrum dicitur vbi quispiam sepelitur, sed quia sepulchrum dicitur humum fossam ad cadauera cōtegen da, & in ciuitatibus huiusmodi sic est. Nam cū aliqua ciuitas idolatrarum ponebatur in tumulum æternū, occidebantur in ea oīa viuientia ab hoīe vsq; ad pecora, ceteraq; viuientia, postea autē cremabantur, & diruebantur oīa ædificia super pulueres mortuorum. ideo ipsa ciuitas dicebatur sepulchrum oīum, qui ibi occidebantur. sic quoque vrbs Iericho in tumulum æternum posita est, vt patet supra 6. quia oīa viuientia in ea gladio cōsumpta sunt, & et pecora & canes, postea cū vrbe conflagrauerunt, & cuncta ædificia corruerūt super illos. Sic quoque in hac vrbe Hay: nam q̄ oēs viri bellatores corruissent gladio in cāpo, postea tñ oēs fenēs & paruuli, atque femina perierunt gladio, & super eos tuentibus ædificiis domorū, & menibus vrbs, sepulti dicuntur in ipsa ciuitate, tanquam ipsa ciuitas eorum sepulchrum sit, d̄r æternum sepulchrum, quia non habitabit illa ciuitas, nec mouebit terra ad sepeliendū alios, vel aliquid ibi faciendum, sed manebunt in sempiternum quiescentes qui sepulti fuerint.

Regem quoque eius suspendunt in patibulo. iste rex fuit magis afflictus, q̄ oēs viri de vrbe Hay. nam cum ipse

effet princeps totius ciuitatis, excidium, & mala, atq; ruina gentis suæ in eius miseriam redundabant. vidit autē ipse oīa hæc, quia urbem suam cōflagrare, & vniuersos de vrbe Hay perire gladio vidit, & subijci terrā hostili potestati: ad extremū autē vilissimo mortis genere, in patibulo appensus exanimatus est. Erat autē ista magna ignominia Regis, quia nō solet talis mors infligi, nisi hominibus infimæ conditionis, generosis autem non infligitur talis cruciatus.

Quare Iudæi suspendunt Regem Hay inferentes ei specialius supplicium quam ceteris. *Quæst. XIII.*

SED quæres, quare Israelitæ suspendunt Regem Hay inferentes ei speciale supplicium, & ignominiam: Regem autem Iericho simpliciter occiderunt gladio, sicut ceteros? Respondendum est, q̄ Rex Iericho nihil nocerat Israelitis, quia nullam contra eos pugnam inierat, sed magis omnes Ierichōtini ouium more cæsi sunt. Rex vero Hay bis pugnam commiserat contra Israelitas, & in primo cōsiliū corruerunt, 36. viri, vt patet præced. c. Hæc autē ipse Rex Hay faciebat, quia erat princeps ad faciendū ea. ergo magis affici merebatur Rex Hay, q̄ Rex Iericho. Fuit igitur simpliciter mortuus Rex Iericho, sicut ciues sui. Rex autem Hay ignominiofa suspendij morte assumptus est. Quamquam aliquis ad hoc respondere possit, q̄ Rex Iericho nō fuit suspensus, q̄a forte non captus fuit viuens, nec cognitus est, sed cū ceteris ciuibus suis morte vulgari corruit. si autē inuenissent eum suspendissent, sic enim consuecebat face re Iosue Regibus quos capiebat. nam infra dicitur de quinque Regibus. c. 10. q̄ capti sunt viuentes in spelūca, & suspēsi sunt in patibulis, vsq; ad Solis occasum. sed quocunq; respondeatur non multum differt. *Vsq̄ ad vesperam, & Solis occasum.* Vsq̄ ad istud tempus solum suspendebat Iosue quemcunq; suspēderet. sic etiam patet de quinque Regibus, infra 10. quos suspendit Iosue in patibulis, vsq̄ ad Solis occasum. hoc autem erat, quia præceptum erat inter Iudæos, q̄ quicunq; aliquis appenderetur patibulo non debebat permanere cadauer in eo, sed in vespere ad Solis occasum erat auferendum, & sepeliendū. vt patet Deuteronom. 21. cap. sic ergo tam in Iudæis, quàm in aliis obseruabat Iosue.

Quare Iosue appendit cadauera istorum regum, vsq̄ ad Solis occasum. *Quæst. XV.*

SED aliquis dicet non ob hoc solum appendisse Iosue cadauera istorum Regum vsq; ad Solis occasum, quia ista lex data erat Iudæis, & solum erat pro eis, & conuersis ad Iudaismum. Reges autē isti erant Chananæi. ergo lex nō obligabat in eis, sed alia fuit causa faciendi hoc. Respondendum est, q̄ non solū erat obseruanda ista lex de suspensione in Iudæis, & cōuersis ad Iudaismum, sed et in oībus Gētilibus, quos suspendent Iudæi si eos suspēderet in terra possessionis suæ, quia non erat hoc datum principaliter pp̄ honorem, vel diminutionem dedecoris eius qui suspendebatur, sed pp̄ in contaminationē terræ. si enim maneret cadauera in patibulis aliquanto tempore, terra pollueretur. euitabat ergo hoc ne pollueretur. Sic patet Deuter. 31. non permanebit cadauer eius in ligno, sed sepelietur, q̄a maledictus homo qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram, quam tibi dñs Deus dedit in possessionem. Quo autē contaminatur terra si penderent cadauera pluribus diebus in patibulo, declaratum fuit Deuter. 21. c. Fuerunt ergo isti Reges solum pendentes in patibulis

lis vsq̄ ad Solis occasum propter hanc legem. *Vsq̄ ad vesperam & Solis occasum.* Pro eodem accipiuntur ista duo hic. nam licet vespere aliquantulum dici possit, postquam Sol incipit declinare a circulo meridiano, vsq; ad occidentem, cum proprie Sol cadit sub Horizonte vespere est.

Præcepitque & deposuerunt cadauer eius. s. post Solis occasum, ne contra legem domini aliquod cadauer maneret in patibulo vltra diem.

De cruce. i. de ligno vel patibulo, non ponitur aliud nomen in hebræo pro ligno cruce, & patibulo, idem enim ista sunt, sed lignum signat ista absolute, patibulum autem a patiēdo dicitur, quia ibi patiunt hoīes. crux autem a cruciando, quia ibi cruciatus tolerant.

Proieceruntque in ipso introitu ciuitatis. i. sepelierunt apud portam vrbs Hay, vt ipse cum tota vrbe Hay videretur pertinere ad anathema vrbs.

Congregato super eum magno acervo lapidum. i. super eū posuerunt lapides multos, vt sic saltem infelix illud cadauer tumulatum foret. & hoc fuit, vt sciretur ibi esse sepulchrum Regis Hay. hæc enim erant ad memoriam posterorū, & vt sic laudarent Deū qui eis terram illam acquisitam sanguine illorum tribuerat.

Vsq̄ in præsentem diem. i. q̄ ille acervus lapidū in sepulchro Regis Hay manebat tempore quo scriptus fuit liber iste. tempore Samuelis a quo rationabiliter scriptus dicitur. & mansit posterioribus temporibus in memoriam factorū Dei. Potissime, quia vrbs Hay erat sub anathemate posita in sempiternum tumulū: vnde nullus haberet occasionem accedendi ad sepulchrum Regis, quod erat in introitu vrbs ad delendū illud. non enim erat ad hoc aliqua occasio, si habitata fuisset vrbs illa postea forte ablati fuissent lapides sepulchri testes, quia impedirent ibi non parum, cum essent in introitu vrbs.

Exod. 20.
Deut. 27. a

Tūc ædificauit Iosue altare domino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Moyfi: altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit, & obtulit super eo holocaustum domino: immolauitque pacificas victimas. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moyfi, quod ille digesserat corā filijs Israel. Omnis autē populus, & omnes maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arcæ in conspectu sacerdotum, qui portabant arcam fœderis domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus domini. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hoc legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta quæ scripta fuerāt in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus, ac paruulis, & aduenis qui inter eos morabantur.

Tunc ædificauit Iosue. Hic ponitur tertium, scilicet immolationis cultus, quomodo Iosue cū toto Israel fecit solennes victimas in monte Hebal, & Garizin scribens Deuteronomium, & ponens maledictiones, & benedictiones.

Cum altare non esset mansurum ad vsum immolationis postea in monte Hebal, quare pro vnica immolatione fiebat. *Quæst. XVI.*

DICIT Nicolaus, q̄ ista immolatio, & altaris constructio facta est ad reddendum Deo gratias de victoria habita, & ad complendū mandatum Moyfi. sic enim iusserat Deuter. 27. cap. Sed dicendum est, quod nullo modo fuit immolatio ista victimarum ad reddendum gratias de victoria habita, quia in Iericho maius miraculum fecerat Deus pro Israelitis, quam in vrbe Hay: tamen non obtulerunt ibi vllas victimas. Item maior victoria fuit quando pugnauit Iosue contra quinque Reges, & occidit populum eorum, atque eos viuentes comprehendit. vt patet infra 10. cap. quam cum obtenta est vrbs Hay, quia erant ibi hostes paucissimi, vt patet præced. c. Item fuit facta ista victoria cum maximo miraculo. s. quia tunc stetit fere Sol spatio vnus diei immotus, vt patet infra 10. c. & tamen non fuerunt tunc factæ aliquæ victimæ, nec in alijs victorijs celeberrimis. nā occidit Iosue 31. Reges, vt patet infra 12. ergo nec hic fuit facta immolatio pro victoria: sed quia iusserat Moyses. Deuteronom. 27. Item patet hoc ex litera, quia cum hic subditur causa horum, quæ fiebāt, dicitur sicut præceperat Moyses famulus domini, & scriptū est in volumine legis, ergo non fiebat propter victoriam habitam, sed quia iusserat Deus per Moysen. nō enim vacauerunt Israelitæ sacrificiis, vel alijs cæremonialibus obseruationibus vsq; ad tempus, quo a bellis cessatum est, nec obligabantur vsq̄ quo pacifice possiderent terram, vt patet Deuteronom. 12. nunc etiam, non fecissent sacrificia, nisi quia iusserat Moyses, q̄ postquam transirent in terram promissionis obligabantur in monte Hebal, & Garizin facere cæremonias has, vt patet Deuter. 27. c.

An sit hic mutatio ordinis secundum Rab. Sal. vbi traditur, quæ sunt dictiones, quæ excludunt anticipationem, & recapitulationem. *Quæst. XVII.*

NO TANDVM q̄ Rab. Salom. dicit hic esse mutationem ordinis, quia ista lectio, vel particula poni debebat post transitum de Iordane, antequam venirent, & castrametarentur in Galgalis. Sed valde errat, quia non potest dici hic anticipatio, aut recapitulatio, vel aliquis alius modus mutati ordinis, quia quædam dictiones sunt quæ excludunt omnem talem mutationem, sicut dictiones consignantes temporaliter, vt nunc, tunc, ante hoc, post hoc, in eodem tempore, & sic de ceteris. nam tunc si velimus facere recapitulationem, aut anticipationem, faciemus literam falsam, quæ tūc dicit esse aliquid factum, vel post, & non mutatū ordinē, sed hic ponitur aduerbium temporis tunc. ergo non est mutatus ordo, sed factū fuit hoc immediate post captam, & deletam urbem Hay. de hoc declaratū fuit late §. 4. vbi dicebat: an in die qua Israelitæ transierunt Iordanem venissent in montem Garizin, & Hebal ad faciendum, quæ hic dicuntur, vel si venerunt primo, & castrametati sunt in Galgalis. *Tunc ædificauit Iosue altare.* Ad offerendum ibi victimas quas oblati erant in solennitate confirmationis legis, & cū ponerentur maledictiones, & benedictiones pro obseruatoribus, & vio-

A q. 21. vsq; ad 24.

& violatoribus legis. & istud altare postea mansit in loco eodem toto tempore, quo manserunt Iudei in terra, vt non periret memoria factorum sacrificiorum ibidem, & positarum maledictionum, atque benedictionum, nunquam tñ postea ibi fuit aliquod sacrificium factum, quia non licebat alicui facere sacrificiū, tanq̄ sacerdoti, nec licebat cuiq̄ offerre victimas extra atrium tabernaculi sub p̄na mortis, vt patet Leuit. 17. & Deut. 12. Si quis autem extra immolasset, ita imputabat̄ ei, sicut si hoīem occidisset. Sacrificia autē que offerebantur intra tabernaculi atrium, cremabatur super altare holocaustorum. ideo nūquam postea licuit immolari ibidem: nec Iosue ad aliquem alium vsūm fecit, sed solum, quia iusserat Moyses fieri altare de lapidibus, quos ferrū nō tetigit, vt patet Deut. 27.

Ad quid edificauit Iosue altare domino in monte Hebal pro vnica immolatione, cum non esset amplius ibi mansurum. Quest. XVIIII.

Opi. Glo. ordin. & Nic.

Sed queretur ad quid edificauit nunc Iosue altare domino? Aliqui dicunt, q̄ fuit ad offerendum ibi hostias in gratiarū actionē pro victoria habita, quia solebant homines in lege veteri offerre sacrificia in gratiarum actionē pro susceptis beneficijs, que vocantur pacifica pro gr̄arum actione. de quorum c̄remonijs h̄r Leu. 7. c. & aliqñ erant holocausta in gr̄arum actionem, & sic fecit Noe qñ liberatus de diluuiō in egressu de arca obtulit Deo sacrificia. Gen. 8. c. ita nunc Iosue in gr̄arū actionē p̄ victoria habita de Rege Hay obtulit sacrificia, & ad hoc p̄struxit altare, quia sacrificia nunq̄ fiebant, nisi in altari. Leuit. 1. & 3. & 4. & istud tenet Glo. ord. interlinearis, q̄a super illo verbo tunc edificauit Iosue altare dicit Glo. quia oportebat eum aliqd Deo dignum tanta victoria offerre. Sed dicendum, q̄ non stat. Primo, quia multas alias victorias habuit Iosue, sed pro nulla legit̄ obtulisse sacrificia, & altare construxisse. Secundo, quia si Iosue non offerret sacrificium pro oibus victorijs, sed pro aliqua, maxime deberet fieri pro victoria p̄cipua, sed p̄cipua fuit illa qñ pugnavit fere cum oibus regibus Chanāgorum ad aquas Meron. j. 11. c. & alia similis fuit illa qua pugnavit q̄nque Reges die quo stetit sol. j. 10. c. & in nulla harū obtulit hostias, neque construxit altare. & tñ ista qua vicit Regem Hay erat de minimis, quia habitatores vr̄bis Hay vocantur hostes paucissimi p̄ced. c. ergo non obtulit p̄ hoc vellet offerre holocausta, non construeret altare, quia habebat altare holocaustorum ad ostium tabernaculi, in quo Deus iubebat offerri oīa sacrificia. Leuit. 17. c. & tñ construxit altare de nouo. ergo fuit ad alium finē. Quarto, quia Iosue laudatur, q̄ impleuerit oīa, q̄ locus est Moyses. j. 11. c. & ita Deus valde admonet eū agere. s. 1. c. & tñ Moyses dixit in lege esse detestabile, & reum esse sanguinis, si quis sacrificia offerret alibi, q̄ super altare holocaustorum ad ostium tabernaculi. Leu. 17. c. ergo non construeret ipse nūc altare ad immolandū sacrificia. Quinto, quia ipse Iosue valde hoc detestabatur. vnde qñ duā tribus & dimidia construxerunt altare magnum iuxta Iordanē, putans Iosue, q̄ hoc faceret ad offerēda sacrificia iussit fieri bellum. q̄ illos quousque se excusauerunt viri illarum tribuum ostendentes, q̄ nō fecissent altare ad sacrificia. j. 22. c. non ergo Iosue faceret nunc cōtra id quod verabatur. Sexto, quia ex litera apparet, q̄ non ad hunc finē iussit construat̄ altare, cum d̄r: tunc edificauit Iosue altare dño Deo Israel in monte Hebal, sicut p̄cepit Moyses famulus dñi filius Israel, & scriptū est in uolumine legis, sed nihil p̄cepit Moyses de immola-

F tione faciēda, & construendo altari pro victoria habita de vr̄be Hay, ergo non fuit ad hunc finē. Dicēdū q̄ veritas fuit, q̄ Iosue non fecit istud altare ad immolandū hostias in actionē gr̄arum pro aliqua victoria. nam si hoc voluisset non construeret altare, sed offerret in altari holocaustorū, quod fecerat Moyses. Leu. 17. sed fuit ad implendū legē, quia Deus p̄ceperat, q̄ qñ Israelitā transito Iordane venirent ad montes Garizin & Hebal cōstruerēt ibi altare, & offerrent victimas, & ponerent bñdictiones & maledictiones ibi. vt patet Deut. 11. & 27. c. sed iuxta vr̄bē Hay est mōs Hebal & Garizin. ideo habita victoria de vr̄be Hay, cū ad istos montes venerunt Israelitæ construxerunt ibi altare, & fecerunt oīa sibi imperata. Et patet hoc, q̄a d̄r in lra. tunc edificauit Iosue altare dño, sicut p̄ceperat Moyses famulus dñi. certum est tñ istud mandatū eē ibi. Secundo, quia hic commemorantur facta ea, quæ leguntur iussa. Deut. 11. & 27. nihil omittēdo, vt patet comparando ea, quæ h̄r hic ad ea quæ ibi dicuntur. ergo ad hunc constructum fuit istud altare, & non ad aliquem aliū finē. Ad dictū Glo. dicendū, q̄ non multum est standum ei cum constet de veritate in tr̄ium.

An debuerit fieri istud altare, cum pro vnica tantum immolatione sit factum. Quest. XXI.

Sed dicit aliquis cū non esset istud altare mansurum in posterū ad aliquem vsūm sacrificiorū, quare fiebat pro vnica immolatione: nā poterat ibi p̄uenire fieri immolatio in altari holocaustorū, q̄a erat in sanctuario, & non cōstrueretur altare de lapidibus superflue. Ad hoc n̄deri p̄ dupliciter. Quidam. n. dicunt, q̄ lapides in quibus fuit scriptus Deuteronomius, de quibus. j. d̄r: erant lapides altaris, ita q̄ in eodem sacrificia facta sint, & Deuteronomius scriptus. Et h̄m hos responderi debet, q̄ fuit altare necessarium de lapidibus, quia q̄q̄ non esset necessarium ad faciendū sacrificia, erat ad scribēdū in eo verba Deuteronomii, cum tñ fuit fabricatū ad vtrunque vsūm aptum fuit, & victimę fuerunt ibi immolata. Alii tenent, q̄ aliud fuerit altare, & alii fuerūt lapides ad scribēdū Deuteronomium. Et s̄m hoc respondendum est, q̄ fuit factum ibi altare de lapidibus ad offerendum ibi victimas, quia sicut lapides magni positi sunt ad scribēdū ibi Deuteronomiū, & vt maneret hoc in memoriā, q̄ fuerat ibi confirmata lex, & posita maledictiones & bñdictiones, ita altare maneret ibi in memoriā, q̄ fuerint tunc posita maledictiones, & bñdictiones, facta sacrificia in solennitate eorum, q̄ fiebant. sic factum est in monte Synai. nā constructum est altare ad faciendū ibi victimas in cōfirmationē legis, & positi fuerunt 12. tituli in memoriam 12. tribuum Israhel qui steterunt ad confirmationē illam: an tñ fuerint iidem lapides altaris, & in quibus Deuteronomius scriptus fuit, infra declarabitur.

An immediate post captionem vr̄bis Hay illud altare edificauerit Iosue, vel fuerint aliqua intermedia. Quest. XX.

CONSIDERANDUM, quia d̄r hic, q̄ tñc Iosue edificauit altare. s. post captionē vr̄bis, q̄a post illā factū est, sed nō immediate. fuerunt n. aliqua intermedia, q̄a patet, quia qñ Iosue cū exercitu erat in vr̄be Hay, solum erāt ibi bellatores viri: reliquis aut̄ populus senū, paruulorū, & feminarū nō venerat illuc, sed manserat in Galgalis, cū solus populus pugnantium venisset cum Iosue. nam cū ipse recessit de castris, recessit socios, qui cū eo ibant, vt patet. s. in lra, si tamē totus Israel mouisset castra de Galgalis,

Galgalis, & venisset in vr̄bem Hay non erat opus recenseri socios Iosue: quia tunc numerarentur oēs, qui erant in castris. cum tamen factę sunt victimę, q̄ nō sunt hic, & posita benedictiones atq; maledictiones in monte Hebal & Garizin quæ sunt apud Hay & Bethel: fuerunt ibi castra Israel & oēs tā paruuli quā magni iuri & femine. Sic patet infra cum dicitur. sed oīa replicuit coram omni multitudine Israel mulierib; ac paruulis, & aduenis qui inter eos morabantur. Necessē erat ergo q̄ postq̄ Iosue cū exercitu deleuit vr̄bem Hay: redierit in castra Galgalis & mouerit inde castra, vt veniret oēs in mōte Hebal & Garizin apud Bethel & Hay: & ibi hæc coram tota multitudine facta sunt. Deinde aut̄ reuersi sunt oēs Israelitæ in Galgalam ubi p̄fuerant: & ibi fixerunt castra: nā in bellis factis post hoc, cū pugnavit Israel contra reges quique d̄r q̄ redierūt ad castra in Galgalā. vt patet infra. x. hoc aut̄ fuit, quia Galgala erat locus magis remotus ab hostibus in principio terrę Chanaan. *Domino Deo Israel.* Nulli alteri licebat erigi altare, quia altaria sunt ad offerendum ibi sacrificia. soli aut̄ Deo sacrificia offerenda sunt. ergo soli Deo erigenda erant uel construenda altaria: & iste erat Deus Israel, quia ipse solus Deus est. dii autē gentium dæmonia. *In monte Hebal.* Iste mons est apud euitatē Bethel & Hay. vt patet in lib. de desc. terrę sanctę. erat aut̄ duo mōtes qui alii quo modo idem mons sunt. f. Garizin & Hebal. & in his sunt posite maledictiones & benedictiones. *Sicut p̄cepta Moyses famulus domini.* Moyses dixit dū viueret: q̄ cū transiret Israelitæ terram Chanaā ponerent maledictionem & benedictionem super montem Hebal & Garizin. Vocatur Moyses famulus dñi: q̄a erat valde acceptabilis Deo: ideo sepe sic uocatur. *Et scriptum est in uolumine legis Moysi. i. Deuto. c. 11. & 27.*

Quid appellatur hic lex Moysi. Et quod uolumen legis Moysi dupliciter accipitur. Quest. XXI.

Vocatur uolumē legis Moysi dupliciter. s. totus P̄tateuchus quem Moyses scripsit, & uocatur lex eius: quia licet ipse nō cōdidit leges illas, tñ dabātur populo a Deo mediante ipso. s. q̄ nihil loquebatur Deus populo p̄ se, sed Moysi, & ipse postea populo referebat. Alio mō pōt uocari lex Moysi ipse Deuteronomius, q̄a illū sp̄aliter fecit Moyses. ipse. n. ex omnibus alijs libris legalibus recapitulauit, uel recollegit librum illum: & ibi declarauit legem. vnde d̄r Deut. 1. q̄ cepit Moyses declarare legem: & ista est alia lex ab ea lege quæ data est in monte Synai. sic patet Deut. 29. cum dicitur. Hæc sūt uerba fæderis quæ p̄cepit dominus ut feriret cū filijs Israel, p̄ter illud fædus quod cum eis pepigit in Oreb. Et iste sensus secundus est quē facit hic litera. s. q̄ in uolumine legis Moysi. i. in Deuteronomio q̄ est liber legis Moysi, erat scriptum p̄ceptum istud. s. c. 11. & 27. quamquam ista litera pōt referri ad id quod dictum est hic. s. q̄ edificaretur altare, aut quantum ad conditionem altaris. s. ad ea quę infra subdūtur. f. altare de lapidibus impolitis. Accipiēdo primo modo istud p̄ceptum solum habetur Deut. 27. quia ibi iubetur, q̄ poneretur altare de lapidibus in monte Hebal. nam Deut. 11. solū d̄r de maledictione & benedictione ponēda in hoc mōte, sed de sacrificijs, & altari nihil d̄r. Si autem istud referatur ad id quod habetur inferius, in quo ponitur conditio altaris. s. q̄ esset de lapidibus, quos non tetigisset ferrum. Dicendum q̄ habetur in uolumine legis Moysi. s. in Deuteronomio qui est liber Moysi specialiter, uel uolumen legis eius. ut habetur 27. c. Habetur etiam Exod. 20. ubi quamquam non agatur specialiter de hoc altari fabricando Alph. T. off. super Iosue.

A in Hebal, dicitur q̄ altare de terra fabricabitur: quod si de lapidibus illud fecerimus, non sunt poliendi nec dolandi. Et Exodus ē d̄r uolumē legis Moysi nō specialiter sicut Deuteronomi; sed generaliter uocādo uolumē legis totū Pentateuchū cuius pars est Exod. *Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit.* i. altare istud quod factū fuit erat s̄m legē Moysi de lapidibus, non politis, quia sic iussit Moyses. s. q̄ essent saxa informia, & impolita. quare aut̄ hoc fit, declaratū fuit Deut. 27. & Exod. 20. sine dolando & poliēdo lapides altaris inducerentur ad poliendū stauas quos colerent. *Quos ferrum non tetigit.* Non dicitur q̄ nō tetigit ferrum illos lapides accipiendo strictē. nam quamquam tangerentur a ferro, licebat poni in altari, dum tamē non pohrentur: sed accipitur pro politis uel fabricari. Etiam non prohibebatur in hoc q̄ lapides scinderentur ferro de lapidicina. nam si uellent Iudæi fabricare altare de lapidibus, & non possent eos habere nisi de lapidicina, poterant eos ferro secare, & ponere in altari: dum tñ non ducerent ad politionē, uel certā figurā quadraturę, aut cuiuscunq; lineationis politæ. nam saxa rudia & informia poni iubentur. talia. n. sunt quæ de lapidicina educuntur, dū tñ postea non poliantur. *Et obtulit super eo holocausta domino.* Ista uictimę iussæ fuerant offerri in solennitatem benedictionū, & maledictionum, quæ ponebantur in eodem monte Hebal, ut uiderentur omnia fieri ad Dei reuerentiā. Fuerunt aut̄ holocausta oblata: quia hæc sunt principalia sacrificia, que directē in Deū sunt. s. ad laudē eius. Alia aut̄ sūt ex causis alijs. ideo in hoc sacrificio oēs carnes animalis Deo proueniūt. in hostia aut̄ pacifica & hostia p̄ peccato soli adipēs cū sāguine. ut declaratū fuit Leui. 1. c. *Immolauitq; pacificas uictimas.* i. et obtulit ibi hostias pacificas. Quid aut̄ sit hostia pacifica, & quare sic uocetur, & q̄ iura inde proueniāt Deo, & q̄ sacerdoti bus, & quæ offerētib; laicis: declaratū fuit Leui. 3. & 7.

Quæ sunt hostiæ pacificæ. Et quare Deus eas sibi iusserit immolari. Quest. XXI.

Sunt autem pacificæ hostiæ quæ uel ad pacificandū nobis Deū sunt, uel pro eo nobis pacificato offeruntur. & de his soli adipēs Deo proueniēbant cū sanguine. ut patet Leui. 3. sacerdotib; aut̄ p̄ctusculū, & armus dexter; offerētib; aut̄ reliquæ carnes, ut patet Leui. 7. Fuerunt aut̄ istæ uictimæ itic oblatae, quia Deus iussit eas immolari. ut patet Deute. 27. Iussit aut̄ Deus pp̄ duo. Primo: ad notandū q̄ ipse eis pacificatus erat confirmata lege, & positis maledictionibus, & benedictionibus. super obseruatores & transgressores. Secundo: ad latitiam populi: quia de hostijs pacificis pertinet maxima pars carniū ipsis offerentib; lætarentur ergo cum offerret Deo suo, & postea ipsi quoq; de sacrificiorum partib; comederēt. & sic d̄r de uenientib; in sanctuariū, & offerentib; q̄ epularētur corā dño & lætaretur. ut patet Deut. 12. & 16. hic aut̄ fuit facta immolatio oīum istorū sacrificiorū, & in oibus multa aīalia caderentur: quia erāt sacrificia pro populo. Et quāquā de his nihil ultra addatur, intelligendū est de libamentis eorū. s. de simila, oleo, uino, thure, & sale, hæc. n. erant sacrificiorū libamēta: & in quibus dā eorū ponebatur certa mēsurā, in alijs uero nō. nā de sale & thure non est determinata quātitas, sed ut placeret. De simila aut̄ oleo, & uino, determinabat s̄m uarietas aīalium. ut si esset agnus, anniculus, uel aries, aut bos. pro quolibet aut̄ horū datur certa mēsurā in trib; p̄dictis libamentis. Num. 15. c. & secundū illud oblata sunt libamenta, sed non exprimuntur: quia generale erat q̄ semp cū holocaustis & hostijs pacificis offerrentur libamēta: ideo iubendo q̄ offeratur holocaustum

stum non erat necesse subijci de libamento, quia sub-

Cum fuerit confirmata lex in monte Synai, quare iterum confir-

Q V AER ET aliquis cum lex fuerit confirmata in monte Synai, quare fuit hic confirma-

F firmatio saltem pro Deuteronomio. Item rationabile erat, quod dato, quod tota lex confirmata fuisset in monte Synai, nunc nouiter confirmaretur, quia in monte Synai suscepta est: & ibi confirmata est tanquam nouiter suscepta, ut esset lex: nunc vero debuit nouiter confirmari ad operandum per illam, nam in deserto lex data est, tamen non habuit obligationem, nec fuit obseruata: sed obseruari debebat in terra Chanaan, cum essent iudei in possessione sua. ut patet Deut. 12. cum dicitur. Non facietis ibi, quae nos hodie hic facimus, singuli, quod sibi rectum videtur: nec enim usque in praesens tempus venistis in requiem, & possessionem, quam dominus Deus daturus est vobis: nunc ergo tanquam iam obseruanda debuit confirmari, & in terra illa in qua confirmanda erat. Et quam nondum obligaret lex quousque essent Israelitae in pace adepti terra: tamen quia in terra ista in qua nunc intrabant, obseruanda erat in posteris semper, lex debuit nunc confirmari tanquam uideretur reduci nouiter lex vel dari, quia ante hoc non erant in terra qua deberent legem obseruare, nunc vero erant. Incipiebant enim iudei nunc habere alium statum quem nunquam habuerant, quia ante hoc semper fuerant peregrini in deserto vagantes, nunc uero introibant in terram possessionis suae in qua semper mansuri erant, rationale ergo erat, quod legem, secundum quam victuri erant, olim susceptam nunc confirmaret.

Quare in hac confirmatione legis solum fuerunt oblata holocausta, & hostia pacifica. Et pro quibus personis illa debebant offerri. Quest. XXIII.

Q V AER ET aliquis quare in hac confirmatione legis solum fuit oblatio holocaustorum, & victimarum pacificarum, & non pro peccato.

Respondendum est: quod in holocaustum offerri aliquid debuit, quia holocaustum erat sacrificium directius pertinens ad Dei laudem, cum ad hoc solum offerretur: cetera autem sacrificia quam ad honorem Dei pertinerent sicut omnia caeremonialia, tamen alios fines habebant magis particulares, & immediatos, sicut declaratum est Leuit. 1. c. & 3. in confirmatione autem legis cum offerrentur sacrificia ad solennitatem legis confirmationem, debebat offerri holocaustum, quod erat ad Dei laudem de hostiis autem pacificis quare offerrentur supra declaratum est. De hostiis pro peccato dicendum, quod non erat decens offerri, quia pro personis singularibus nunquam offerebatur hostia pro peccato, nisi cum incidissent in aliquod peccatum, vel per ignorantiam, vel aliis: de quo Leuit. 4. & 5. Nam si essent diuersa genera peccatorum, offerebantur diuersa animalia in sacrificiis, ut patet in eisdem locis. Aliqua autem offeruntur hostia pro peccato siue pro delicto, pro illis, qui inciderunt in aliquas immunditias, vel irregularitates corporales, quae emundantur ab eis, tunc offertur sacrificium pro peccato, id est, pro iniquatione, quam incurrit ille, qui emundatur, ut reputetur mundus a Deo, sic pro leprosis, qui mundabantur offerebantur sacrificia, ut patet Leuit. 14. sic quoque pro viro spermatico siue fluente semine, & pro muliere, quae magno tempore fuit sanguine. ut patet Leuit. 15. sic et pro nazareo quae est pollutio, & in scriptis de quo Numer. 6. Cum autem pro peccato offerretur sacrificium pro peccato, non offerebatur pro emundatione ab aliqua immunditia, sed pro alia causa, quae totus populus non poterat incurere aliqua de illis immunditiis, pro quibus offertur hostia pro peccato: quia nec totus populus poterat lepra incurere, aut esse fluens semine: & sic in ceteris: sed cum offerretur pro toto populo hostia pro peccato, oportebat, quod esset pro aliquo peccato: & hoc erat dupliciter: siue pro peccato vltimo, aut pro peccato aliquo determinate. Pro peccato in vniuersali.

vniuersali. pro omni genere peccatorum totius populi fiebat solum semel in anno sacrificium. si die expiationis. de quo Leuit. 16. vbi pro toto populo sacrificium expiationis pro peccato offerret. Si autem esset pro peccato in speciali, istud non erat nisi peccatum ex ignorantia, ut declaratum fuit Leuit. 4. & 5. & tunc offerebatur tale sacrificium quale habet Leuit. 4. In confirmatione autem legis non erat aliquid horum, quia non erat dies expiationis ita, ut tunc offerretur sacrificium determinate pro peccato totius populi: nec erat aliquid peccatum in populo, pro quo debent offerre victimas pro peccato. id est, solas has obtulerunt. Cuius autem quare non oblatum fuit hic sacrificium pro peccato fuit, quia ipsi sequebantur hic per omnia mandata formulam, Deus tamen solum iussit holocausta, & victimas pacificas offerri. Sic patet Deut. 27. cum dicitur. Et offeres super eo holocausta domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedetque ibi, & epulaberis coram domino. cuius tamen quare Deus non iussit sacrificia pro peccato fieri in hac confirmatione, fuit quae superposita est. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi. i. fecit ibi Iosue scribi Deuteronomium in lapidibus. Iussit enim Moyses, quod erigerentur lapides ingentes, rudes, & impoliti: atque leuigarentur calce, ut super eos scribi posset: & ibi scriptus est Deuteronomius. Sic patet Deuter. 27. Cumque transieritis Iordanem in terram, quam dominus deus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis: ut possis scribere omnia verba legis huius. Scripsit super lapides. Cum isti lapides essent informes, & impoliti, non poterat in eis fieri litterarum forma: id iustum est, ut leuigarentur calce: & sic in superficie eius posset scribi. Sic dicitur Deut. 27. Eriges ingentes lapides, & calce leuigabis, ut possis scribere omnia verba legis huius.

Quare scribebatur Deuteronomius super lapides calce linitos, & non super lapides politos. Quest. XXV.

S ED quare aliquis quare scribebatur Deuteronomius super lapides calce compactos, & desuper linitos, ut in superficie esset plana, & non super lapides politos, nam similem reddunt superficies lapides politis, & conuerti in ordine suo, quam lapides informes calce compacti reddunt, calx quippe interfusata eorum informitatem tollit reddens planam superficiem. Respondendum est, quod hoc fiebat pro duobus. Primo: ad euitandum occasionem idolatriae, nam cum polirentur lapides isti redacti ad quadraturam, vel aliam certam figuram cum planicie superficie, erat similitudo in politura statuarum: inducebant igitur ad hoc, non ergo debuit consentire. Adhuc autem ista ratio magis procedit contra eos, qui ponunt fuisse eosdem lapides in quibus fuit descriptus Deuteronomius, & in quibus fabricatum fuit altare, nam altare de sectis lapidibus fieri non licebat, ut patet Exod. 20. & Deut. 27. litterae autem non poterant describi nisi in superficie plana, debuit ergo informitas lapidum reduci ad planitatem per calcem interfusam, quae superficiem planam redderet. Alia causa huius est, laboris magni excusatio, nam si deberent lapides planari ad sculptendum totum Deuteronomium, & deinde totus ibi litteraliter describeretur, satis grauis labor esset: in calce autem lenius poterat fieri hoc. Tollebatur enim vterque labor, scilicet polendi lapides, quia nullus sic poliretur: & labor sculptendi eos pro litterarum cauatione, & designatione: sed in calce lenius ista fiunt, ideo calx debuit apponi lapidibus informibus.

An sint iidem lapides Deuteronomij, & altaris. Quest. XXVI.

CIRCA lapides istos quare aliquis, an sint iidem lapides in quibus descriptus fuit Deuteronomius & de quibus factum est altare, nam Deuter. 27. Alph. Tost. super Iosue.

A iustum est quod erigerentur lapides grandes, & scriberentur ibi Deuteronomius, & postea iustum est, quod erigerentur lapides, & fieret altare ad offerendum sacrificia, de hoc autem non multum videtur, an essent lapides iidem, de quibus factum est altare, & scriptus est Deuter. vel non. Sed si per Deuteronomium diximus, quod erant alii lapides pro altari, & alii ad describendum Deuteronomium, quod satis stat ex littera ibidem. 27. c. quia dicitur quod erigerentur lapides ingentes ad scribendum ibi Deuteronomium: deinde dicitur, quod erigerentur lapides pro altari. & de vtriusque dicitur, quod calce linitur, ergo vtriusque assignari quadam diuersitas. Si tamen primum velimus tenere, non multum differt, nam etiam hoc satis rationabiliter stat: quia si in lapidibus in quibus fabricatum est altare, non fuisset scriptus Deuteronomius, frustra calce linitur, nam cremarentur carnes animalium super lapides non compactos calce sicut si compacti essent: sed de lapidibus altaris iustum est, quod calce linitur, ergo dici potest quod in eis scriptus fuerit Deuteronomius, & non fuerunt aliqui alii lapides. Et scripsit super lapides. scilicet super lapides altaris, vel super alios lapides grandes calce linitos, qui essent apud altare. Deuteronomium legis Moysi. i. scripsit in illis lapidibus calce linitis Deuteronomium legis Moysi. scilicet totum Deuteronomium, qui uocatur lex Moysi.

Quid scriptum erat in lapidibus de quibus hic dicitur, & an essent solum decem praecepta, vel solum maledictiones, & benedictiones, vel omnia praecepta affirmatiua, & negatiua, vel totus Deuteronomius, & quomodo potuit scribi. Quest. XXVII.

CIRCA Scripturam, quae erat in his lapidibus, dubitatur quid ibi scriptum fuerit. Quidam ut Nicolaus, & multi de hebraeis dicunt, quod erant solum scripta praecepta decem, & ista uocatur lex, unde dicimus esse duas tabulas legis, id est, continentes legem, id est, decem praeceptorum. Horum ratio est ad euitandum magnum laborem, & magnitudinem lapidum in quibus scribebatur: erat enim difficile tanta scribi, alii uolunt, quod in lapidibus illis solum erant scriptae maledictiones, quae habentur hic: causa huius est, quia istae maledictiones, & benedictiones positae sunt in monte Hebal solum: ergo non expediebat poni aliquid alterum in lapidibus in monte eodem. Alii iudei uolunt, quod in lapidibus his scripta fuerunt omnia praecepta, quae habentur in lege tam affirmatiua, quam negatiua, quae in uniuerso coniuncta sunt sexcenta, & tredecim detractis omnibus aliis narrationibus historicis. Horum autem ratio est, quia iste liber Deuteronomii scriptus per extensum magnam contineret quantitatem in lapidibus. Si autem sola praecepta ponerentur, pauca essent in continentia, quae non continerent forte quintam partem libri, & vtriusque aequaliter positio istorum, quia lex proprie dicitur, quae in iubendo aut vetando est, quod ad praecepta pertinet: quae uero historica sunt, non pertinent ad legem, vbi ergo omnia continentur praecepta: lex tota contineri dicitur. Sed nullae istarum positionum conuenienter stare possunt. Prima dicebat, quod solum erant decem praecepta inscripta lapidibus, sed non stat: quia hic non solum dicitur, quod erat lex Dei scripta in lapidibus illis, sed quod omnia uerba legis scripta erant, sed manifestum est propter decalogum multa pertinere ad legem, cum sint multa alia praecepta: ergo ultra decalogum aliquid hic scribere dum erat, hoc patet, quia Deut. 27. & hic iubetur omnia uerba legis scribi. Et si obiciatur, quod in lapidibus illis erant omnia uerba legis decalogi, non dicitur conuenienter, quia non iubentur poni omnia uerba decalogi, sed omnia uerba Deuteronomii, nam Deut. 27. vbi ponitur praeceptum istud dicitur: scribens omnia uerba legis huius in lapidibus plane, & lucide.

Item nullo modo potest hoc intelligi de præceptis decalogi solum, quia non iussit Deus scribi verba legis, sed specialiter verba legis huius, i. Deuteronomii, sed illa erat alia lex distincta a legis latone Deuteronomii, quod patet Deuteronomio, 29. cum dicitur. hæc sunt verba fœderis, quæ præcepit dominus Moysi, ut ferretur cum filiis Israel in terra Moab, præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Oreb, sed Deuteronomio, 27. iubetur, quod scribantur verba legis ipsius, ergo non scribebantur præcepta decalogi solum, quia illa distincta erant a legis latone Deuteronomii, cum essent data in Oreb. Item patet ex hoc, quod hic dicitur scriptum Deuteronomio legis Moysi, sed manifestum est, quod decem præcepta non vocantur Deuteronomio Moysi cum distinguatur a legis latone habita in Oreb, ergo non fuerunt ipsa scripta.

Nec valet si aliquis dicat accipi Deuteronomium pro quadam parte eius, scilicet pro decalogo qui habetur Deuteronomio, 5. quia dicitur hic Deuteronomio legis, quod ille digesserat coram filiis Israel, sed Moyses non digessit coram Israelitis solum præcepta decem, sed totum Deuteronomium, ergo totus Deuteronomius erat descriptus.

Item patet, quod non essent solum præcepta decem scripta, quia Deuteronomio, 27. iubetur, quod acciperentur lapides ingentes, & lauigarentur calce ad scribendum super eos. si tamen sola decem præcepta scribi debuissent, non inberentur poni lapides magni. In paruis enim scribi potuissent, cum in duabus tabulis Moyses decem præcepta a Deo suscepit, quas ipse poterat manibus suis faciliter portare descendens de monte, ut patet Deuteronomio, 9. Iussit tamen Deus erigi lapides ingentes, ergo aliquid valde magnum scribendum erat.

Erat secunda positio, quod in lapidibus istis solum essent maledictiones, & benedictiones, quæ posita sunt in ipso monte, quæ habentur Deuteronomio, 27.

Sed hoc non stat, quia maledictiones, & benedictiones non sunt legis verba. nam lex ad iubendum, aut verandum est. Maledictiones tamen & benedictiones non verant, nec præcipiunt: ergo non erant ipse specialiter scribenda.

Item dato, quod maledictiones, & benedictiones vocarentur lex, tamen non sunt omnia verba legis, hic tamen in lapidibus erant omnia verba scripta, ut patet Deuteronomio, 27. ergo non intelligitur de maledictionibus & benedictionibus solum.

Item quia dicitur hic, quod Iosue in lapidibus illis descriptis Deuteronomium. sed non vocatur maledictiones & benedictiones Deuteronomius: ergo non erant ipsa sola scripta.

Erat autem positio tertia, quæ est Ra. Abrahæ Aben Ezra scilicet, quod in his lapidibus essent scripta omnia præcepta, tam affirmatiua, quam negatiua legis, quæ sunt sexcenta, & tredecim.

Sed non stat, primo quia Deuteronomio, 27. dicitur, quod omnia verba legis Deuteronomii scribi debebant in lapidibus, sed illa præcepta non dicuntur verba legis Deuteronomii, quia non solum continentur in illis omnia præcepta, quæ sunt in Deuteronomio, sed etiam omnia quæ sunt in Exodo, Leuitico, & Numeris. Deuteronomius enim pertinet ad aliam legem, vel fœdus, quam omnes alii libri legales: ergo non erant ista præcepta scripta in lapidibus.

Item dato quod illa præcepta dicerentur Deuteronomius, tamen non poterant vocari omnia verba Deuteronomii, sed Deuteronomio, 27. dicitur, quod omnia verba legis illius scriberentur in tabulis illis: ergo non erant scripta præcepta hoc modo. Antecedens patet, quia in tabulis quas faciunt Iudei de omnibus præceptis affirmatiuis, & negatiuis non sunt exhortationes, benedictionum narrationes, penarum inflectiones, bono-

rum, & malorum imprecationes: immo nihil de his ponit in tabulis illis, quæ scribuntur in Deuteronomio. præter quædam præcepta. s. omnia verba legis huius Moyses iussit scribi in lapidibus: ergo non erant scripta solum hic illa præcepta.

Arguit contra prædicta. Et quod fuerit in illis lapidibus scriptus totus Deuteronomius, concluditur.
Quest. XXXIII.

SED dicit aliquis, quod quamquam iubeantur scribi omnia verba legis huius, non iubentur scribi omnia verba libri, sed omnia verba libri, quæ pertinent ad legem, sed lex solum est in præceptis, ergo sola præcepta, quæ in hoc libro habentur, iubentur scribi, cum dicitur, quod scribantur omnia verba legis huius. Respondendum est non stare argumentum, nam non solum scripta fuerunt omnia verba præceptiua, & prohibitiua, sed etiam omnia verba libri, quod patet hic cum dicitur, quod scripsit Iosue in lapidibus Deuteronomio, sed Deuteronomio totum librum designat, & non solum partem præceptiua: ergo totus descriptus est. Item nihil magis scriptum fuit in lapidibus hic crectis, quam quod iussit Moyses, scilicet Deuteronomio, 27. sed in tabulis illis hebreorum, ubi ponuntur præcepta omnia affirmatiua, & negatiua, multa habentur, quæ non ponuntur in Deute. quia multa præcepta de fabricatiõe tabernaculi, & de alijs ceremonijs scripta sunt in Exodo, quæ non sunt in hoc libro, & multa de sacrificijs in Leuitico, & sic de libro Numeri. sed omnia præcepta, tam affirmatiua quam negatiua sunt breuiter scripta in tabulis suis, ergo non fuerunt illa præcepta in lapidibus istis scripta. Item dicitur, quod Deuteronomius scriptus fuerat in lapidibus, quem digessit Moyses, sicut dicitur hic, sed constat, quod ipse non digessit. i. declarauit scripta, quæ habentur in illis tabulis Iudæorum, sed digessit librum Deuteronomium, ut patet Deuteronomio, 1. cap. ubi dicitur, quod Moyses cepit coram filiis Israel explanare legem, & dicere ea, quæ habentur ibidem: ergo non fuerunt in lapidibus illis scripta verba illorum præceptorum, quæ Iudæi scribunt in tabulis suis, sed verba Deuteronomij. Item dato, quod diceremus tabulas illas Iudæorum continere præcepta, quæ in hoc libro habentur, nondum benediceretur, quod ista solum fuerunt scripta in lapidibus, quia quando aliquis extrahit flores alicuius libri, vel facit tabulationem, aut repertorium, non vocatur ista opera eodem nomine, quo principalis liber, nec sunt idem, ut decretum, & abbreviatio decreti, & repertorium decreti. Sed præcepta, quæ habentur in tabulis Iudæorum sunt extracta, & abbreviata de libris legis. ergo non vocantur nomine alicuius istorum librorum, sed in lapidibus illis fuit scriptus Deuteronomius, ut patet hic. ergo non fuerunt scripta in his lapidibus præcepta, quæ isti Iudæi fabulantur in tabulis suis. Necessario ergo colligitur ex prædictis, quod hic fuerit scriptus totus Deuteronomius in lapidibus illis, quia dicitur, quod Iosue scripsit in lapidibus Deuteronomium, sed Deuteronomio totum denominat.

Item quia dicitur, quod digesserat Moyses, sed nihil est, quod digessit, id est declarauerit Moyses, nisi liber iste. nam cum moriturus esset, ut patet Deuteronomio, 1. incepit explanare legem, ut patet ibidem. & hoc maxime declaratur, quia dicitur, quod scriptus est Deuteronomius super lapides quemadmodum digessit eum Moyses, sed Moyses eum totaliter digessit. i. declarauit explicite singulas proponens partes: igitur sic scriptus fuit in his lapidibus.

Cum vero aliquibus videtur difficile esse, quod tanta scriptura

scriptura super lapides designari posset: hoc non satis obstat. Potest enim stare hoc, primo: quia Deuteronomio, 27. dicitur, quod erigerentur lapides ingentes. s. valde magni: sed in magnis satis lapidibus hæc scriptura conuenienter caperet. Secundo stare poterat, & sine graui labore: quia scriptura Deuteronomio non fiebat super lapides immediate, quia illi erant informes, ut patet Deuteronomio, 27. sed super calcem eis interlitam ad compaginandum, & reddendum superficiem planam. Calx autem erat temperata ira, ut in eis posset sine magno labore scribi, & lex non erat valde magna sed aliquate, ita ut distincte legi posset, quod scriptum erat: sicut iubet Deuteronomio, 27. *Quod ipse digesserat coram filiis Israel.* i. Moyses declarauerat, siue distincte pertulerat hunc Deuteronomio, coram filiis Israel. nam cum moriturus esset, incepit explanare legem, & dixit ea, quæ hinc in toto Deuteronomio patet Deuteronomio, 1. c. *Coram filiis Israel.* i. coram omnibus filiis Israel, & non solum coram eis, sed et coram aduenis, & peregrinis. Fuerunt. n. oēs congregati ad audiendum, ut patet Deuteronomio, 29. cum dicitur. vos statis hodie coram domino Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores, oēs populus Israel, liberi, & vxores vestrae, aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cesoribus, & his, qui comportant aquas. *Omnis populus, & omnes maiores natu.* Hic ponitur ordo maledicentium, & benedictum quæ tum ad Israelitas. Iussit. n. Moyses, quod starēt sex tribus super montem Hebal, & sex super Garizin, sex ad benedictum, & totidem ad maledictum, ut patet Deuteronomio, 27. & quæ hic quod oēs Israel erat in circuitu arcæ. s. quæ stabat media pars populi in monte Hebal, & media in monte Garizin & in medio eorum arca in valle. Vocati oēs populus. s. tota gens cōis non subintelligendo principes, & maiores in populo, quia isti non exprimuntur nomine populi. *Et maiores natu.* i. seniores, qui in maiori tpe nati sunt, & non vocantur hic seniores, qui solum erant senes ætate, sed sensu, ita quod essent viri valde honorabiles. nam esse solum senem non dicit aliquam excellentiam, s. tam quam debeat specialis fieri nominatio. *Duces que atque iudices.* i. etiam erant presentes iudices, & duces Israelitarum. Duces dicitur Israelitarum ipsi principes tribuum. erant. n. principes per singulas tribus, quibus ipsa tribus subiectæ erant. in familijs etiam, & domibus principes assignantur, qui præsent, & erant ibi bellis maiores: ideo duces vocari pnt. Iudices dicitur hic ipsi, qui constituti erant ad iudicandum in populo sicut constituitur Moyses in deserto decanos, quinquagenarios, centuriones, atque tribunos, ut patet Exodo, 18. & Deuteronomio, 1. *Stabant ex vtraque parte arcæ.* Erant sacerdotes cum arca in medio duorum montium, populus autem diuisus in duas magnas turmas erat apud duos montes. s. Hebal & Garizin. ideo stabat ex vtraque parte arcæ, quia sex tribus stabant ex vna parte, & sex ex altera. *In conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis.* Dicebantur esse omnes isti in conspectu sacerdotum, quia erant sacerdotes in medio vallibus cum arca, & respiciebant versus eam omnes populares, quia erat in illa satisfactio Dei: ergo coram ea stare dicebatur. Portabant hic sacerdotes arcam. i. tenebant eam ad magis honorandum: quamquam portatio eius regulariter pertineret ad Leuitas, & Caathitas: ut patet Numeri, 3. & 4. & sic aliquoties factum est, ut in transitu iordanis, ut patet 3. & 4. cap. sacerdotes. n. arcam portauerunt. item cum iustrata est septem diebus vrbis Iericho sacerdotes portabant arcam, ut patet 3. ca. Item cum exibat Dauid de Hierusalem fugiens a facie Abalonis filij sui, quia sacerdotes portabant arcam: ut patet 2. Regum, 16. capitulo.

Item cum ducta fuit de Cariathiarim in domum Obethedon: & postea in domum Dauid, de quo innuitur aliquoties, 2. Regum 6. & 1. Paralip. 13. & 15. hic quoque Alph. Tost. super Iosue.

A que sacerdotes eodem modo portauerunt arcam. *Ut aduena, & indigena.* i. in circuitu arcæ. s. circa duos montes erant de Israelitis omnes, siue qui erant Israelitæ ex genere, siue qui erant conuersi ad iudaismum. Vocantur aduena, qui ad iudaismum de alijs gentibus conuersi erant: & isti erant, qui ascenderant de Aegypto cum iudæis. nam vulgus promiscuum innumerable ascendit cum eis, ut patet Exodo, 12. Isti nunc fuerunt præsentis ad confirmandam legem, & suscipiendum super se maledictiones, & benedictiones sicut ceteri iudei. Causa est, quia iam isti transferant in cultum iudaicum: ideo obligabantur ad omnia præcepta iudaica. vnde quando lex fuit declarata a Moyse in Deuteronomio, & firmatum est fœdus illud cum Israelitis, quod erat alterum a fœdere firmato in Oreb, uocati fuerunt etiam aduena ad audiendum omnia illa. Sic patet Deuteronomio 29. cum dicitur. vos statis hodie coram domino Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores: omnis populus Israel, liberi, & vxores vestrae, & aduena qui tecum moratur in castris. Vocantur hic indigenæ id est iudæi ex genere: quia indigenæ respectu alicuius terræ illi dicuntur, qui ibi nati sunt: quasi inde geniti. aduena autem a veniendo aliunde dicitur. nunc non proprie poterant inueniri in iudæis aduenæ, & indigenæ: quia non erant in aliqua terra manentes respectu cuius quidam vocarentur aduena. quasi ad eam venientes: alii indigenæ id est de ipsa terra geniti. sed est ista denominatio respectu gentis scilicet, quod quidam erant venientes de ipsa linea iudæorum, & isti uocantur indigenæ, alii erant ad gentem iudæorum venientes, ut eius ceremonias sequerentur, & isti uocabantur aduena: omnes autem erant in circuitu arcæ ad confirmationem legis nunc.

Media pars eorum iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal. Iussit enim Moyses, quod diuiderentur Israelitæ ad maledicendum, & benedictum scilicet medietas eorum hic, & medietas eorum ibi. n. sex tribus scilicet Simeon, Levi, Iudas, Isachar, Ioseph Benjamin stabant in monte Garizin ad benedictum sex alia tribus. s. Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, Nephthalin stabant in monte Hebal ad maledicendum: ut patet Deuteronomio, 27.

An aduena steterunt ad maledicendum, & benedictum cum Israelitis: & quomodo steterunt, an cum benedictibus, vel maledictibus. *Quest. XXXIX.*

SED aliquis quæret de aduenis conuersis ad iudaismum, quomodo steterint ad maledicendum vel benedictum: vel an steterint.

Aliquis respondebit, quod positio maledictionum, vel benedictionum ad solos Israelitas pertinebat tanquam ad principales. alienigenæ autem de hoc nihil agebāt, quia videbatur hoc pertinere ad dignitatem quandam.

Sed dicendum est, quod aduenæ stabant ad ponendum maledictiones, & benedictiones. nam hic confirmabatur lex obseruanda in terra illa, quam nunc iudæi capere incipiebant, & inuocabantur maledictiones super transgressores, & benedictiones super obseruatores, si autem aduena non essent ad inuocandas maledictiones, & benedictiones, existimarent non habere potestatem super eos maledictiones, aut benedictiones illas, siue legem obseruarent, siue non. ideo debuerunt esse principes ad inuocandum vtrumque: & ipsi cum ceteris maledictiones, & benedictiones protulerunt.

An conuersi maledictiones, & benedictiones de gentilibus protulerint. Quæst. XXX.

SEd tunc dicitur, quomodo isti protulerint: ga benedictiones proferre pertinebat ad sex tribus. Simeon, Iudam, Leui, Isachar, Ioseph, & Benjamin. maledictiones autem proferebant ab aliis sex residuis tribubus: de quibus Deut. 27. c. aduenæ autem non erant de his sex tribubus, aut aliis: ergo nec maledicebant, nec benedicebant.

Respondendum est, qd aduenæ conuersi ad iudaismum maledictiones, & benedictiones posuerunt cū ceteris Israelitis. & erant quidam ipsorum cum sex tribubus, alii autem cum aliis totidem, nam Deus iussit castrametari omnes Israelitas sub vexillis suis per cognationes, atq; domos patrū suorum: ut patet Num. 2. & tamen cum eis erant mixti in castris, & sub vexillis aduenæ, vt declaratum fuit ibidem, & inuif Deut. 29. cū dicitur: & aduenæ, qui tecū moratur in castris: ergo ita essent hic distincti in duas partes aduenæ, & vna pars eorū esset cum sex tribub. ad maledicendū.

Et hoc aqualiter conuincitur ex littera cum dicitur, qd hic erat omnis populus Israel tam aduenæ, quam indigenæ, & postea dicitur, qd media pars eorū erat iuxta montem Garizin, & media iuxta montem Hebal. tūc ergo aut aduenæ erant cum iudæis mixti, aut non. Si erant aduenæ cum iudæis, dabitur qd volumus. s. qd vna pars Israelitarum erat ad montem Garizin, & alia ad montē Hebal: & cū qualibet istarū erāt aliqui aduenæ.

Si autem dicas, qd aduenæ erant per se: cū tota gens esset diuisa in duas partes, necesse erat, qd omnes Israelitæ essent ad vnam partem, & omnes aduenæ ad aliā. Sed hoc falsum esset, quia Israelitæ in duas partes diuisi sunt. s. sex tribus apud montem Hebal, & sex apud montem Garizin, vt patet Deut. 27. ergo non erāt oēs aduenæ in vna parte, sed quidam in vna parte cum sex tribubus, & alia medietas eorum in alia parte cum totidem tribubus.

Iuxta hoc adhuc aliquis diceret, qd dato, qd Israelitæ essent diuisi in duas partes, adhuc poterant esse aduenæ ad vnā partē Israelitarū, & nō cōmixti vtriq; parti.

Dicendum est, qd non conueniret, nam tunc aut essent aduenæ cum israelitis maledicentibus, aut cū benedicientibus. Si cum primis viderentur solum pertinere benedictiones ad aduenas si obseruarent legem maledictiones autem non, etiam si infringerent. Si autem essent cum maledicentibus ponentibus, viderent ad eos pertinere maledictiones si infringerent legem & si obseruarent, non viderent pertinere benedictiones. Fuisse ergo eos in duas partes diuisos, ita ut quidā de eis essent cum maledicentibus, & alii cum benedicientibus rōnabilius erat. nā ob hoc diuisus est Israel in duas partes. s. vt medietas esset cum maledicentibus & medietas cum benedicientibus, & sic vtrunq; ad eos pertinere videret. Iuxta montem Garizin. Isti erant ad benedicendum, & erant sex tribus. s. Simeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Benjamin. & media iuxta montē Hebal. s. Ruben, Aser, Gad, Dan, Nephtalim, & Zabulon. & isti erant ad maledicendum: cum primis erant medietas aduenarum, & cum aliis alia medietas.

Quomodo media populi erat iuxta Garizin media iuxta Hebal? quando benedictiones, & maledictiones proferebantur. Quæst. XXXI.

SEd arguetur, qd dicitur hic qd media populi stabat iuxta montem Garizin, & media iuxta montē Hebal, tamen Deuterono. 27. dicitur qd erāt in monte Hebal, & Garizin; sed ista diuersa sunt. Respondendū est, qd idem est hic esse in monte Hebal, & iuxta montē Hebal: & in monte Garizin & iuxta, quia mons Ga-

rizin & Hebal est vnus mōs magnus: cuius vna pars, idest vnum caput dicebatur esse mōs Garizin, & alia pars dicebatur esse mons Hebal, in medio aut horū duorum capitum erat aliqua planities vel vallis: & ibi erant in medio sacerdotes cum arca. Reliquus autē populus diuisus in duas partes appropinquabat duobus capitibus montium. qui autē declinabant versus Hebal dicebantur esse iuxta montē Hebal: qui vero declinabant ad montem Garizin dicebantur esse iuxta montem Garizin, & hoc quia rāta multitudo gentis non posset esse in capitibus montium. Ideo stantes iuxta mōtes dicebantur esse in mōtibus, qui erāt in latere & descēsu mōtis Garizin erāt in mōte Garizin, cū essent in aliqua parte eius: & qui erāt in latere mōtis Hebal erāt in mōte Hebal. Sicut præcepit Moyses. i. Moyses iussit qd diuideret totus Israel in duas partes ad ponendū maledōnes, & bñdōnes, & sic factū est. Iussit, et qd medietas esset in mōte Hebal, & medietas in monte Garizin. hic autem dicitur qd fuit medietas iuxta montē Garizin, & medietas iuxta montem Hebal. tamen dicitur qd faciēdo hoc complebatur id quod iussit Moyses: in quo manifestatur qd idē sit esse iuxta mōtē Hebal & in mōte Hebal. Et primum quidem benedixit populo Israel. Idest primū fecit poni bñdictiones super totū populū, vt aliqui volūt: & postea fecit proferri maledictiones. Sed nō est iste sensus. nā hic non intelligitur de bñdictionib; quas iussit poni Moyses, cū immediate & post hæc legit verba bñdictionis: ergo anteq; poneretur maledictiones & bñdictiones, fuit facta bñdictio super totū Israel. ista ergo nō fuit aliqua de bñdictionibus quas iussit poni Moyses. sed Iosue imprecatus fuit aliquā bñdictionem super totū Israel, vel fecit qd sacerdotes eā imprecarent quibus magis cōpetebat ex officio: & ista proferretur absolute in quo esset proprie bñdictio. Alia aut sunt que profertur cū quibusdā condōnibus aut quasi: & istæ magis vocant adiurationes vel obsecrationes, q̄ bñdictiones, & istæ sunt quas iussit poni Moyses. ideo aut has Iosue posuit, aut fecit poni aliq̄ bñdictionē absolute sup totū populū. Esset aut forte ista bñdictio quā Deus iubebat sacerdotibus, vt proferrēt super Israelitas: de qua Nu. 6. cum dicitur. sic bñdicetis filiis Israel: bñdicat tibi Dñs & custodiat te: oñdat Dñs faciē suam tibi, & miseratur tui: conuertat Dñs vultū suū ad te, & det tibi pacē. Post hoc legit omnia verba maledictionis & benedictionis. s. postq; fuit imprecatus super populū bñdictionē absolute: & nō est intelligendū qd Iosue legerit verba bñdictionis & maledictionis: quia iustum fuerat qd Leuitæ pronūciarent ea: vt patet Deut. 27. & totus populus iñderet. sed dicitur Iosue legisse verba maledictionis & bñdictionis, quia ipse erat princeps, & faciebat hæc oia fieri. vñ oia q̄ hic facta sunt attribuant Iosue. Sic patet cū dicitur infra. nihil ex his q̄ Moyses iussit relinquit in tactū, sed oia replicauit corā oī multitudine Israel. Erat tñ modus huius qd Iosue præcepit sacerdotibus, qui erant in medio populi in valle cum arca, maledictiones & bñdictiones proferre: & Israel cū aduenis rñdebāt. Nā sex trib; q̄ erāt in mōte Hebal cū aduenis sibi cōiūctis, rñdebāt Amē, qñ proponebant maledictiones. Aliæ sex tribus stātes apud mōtē Garizin rñdebāt Amē, cū proponebant bñdictiones, cū aduenis eis cōiūctis: & p̄ istis rñsionibus dicebant stare ad bñdicendū & maledicendū. sed vere sacerdotes erāt qui pronūciabant maledictiones & benedictiones. Cuncta que scripta erant in legis volumine. Scilicet in Deuteronomio qui vocatur volumē legis Moysi. omnes enim maledictiones ibi positas recitari fecit Iosue coram populo, & non solum quæ erāt scripta in legis volumine, sed etiam aliqua alia. nam hic posita fuerunt maledictiones & bñdōnes: tñ in Deutero.

Verus sensus litteræ huius.

Verus sensus litteræ huius.

Verus sensus litteræ huius.

Deuterono. solæ maledictiones habentur. benedictiones autem non fuerunt scriptæ, quia per maledictiones leniter cognoscuntur benedictiones, cum dentur pro actibus. Sicut ideo ex qualibet maledictione resultat benedictio vna. Cum autem dicitur qd omnia, que erāt in volumine legis Moysi recitata sunt hic, intelligendum est iuxta materiā de qua agit hic: dicebat de maledictionibus, & benedictionibus: & in his intelligendum est, qd oia, quæ erant in volumine legis dicta sunt hic. i. oēs maledictiones, & benedictiones, quæ erant in Deut. alia aut non fuerunt repetita, quia nō fuerat iustum, sed solum scripta sunt. In legis volumine. Duplīter accipit volumen legis. Aliq̄ accipit pro toto pentateucho Moysi. s. pro quin; libris. tota. n. ista congregatio vocat lex, & hebraice vocatur Chorath, vt patet in prologo galeato Hieronymi super libros regum. Alio mō accipitur volumen legis pro Deute. qui erat spālīter lex Moysi: quia ipse eam declarando totam alia legē dei dixit, & est alia lex ab ea quæ cōtinetur in alijs tribus præcedētibus libris legalibus, vt patet Deut. 29. hic aut accipitur scđ o mō, quia nō fuerunt posita oēs maledictiones, & benedictiones, quæ hñr in alijs libris Moysi: sed solum illæ, quæ habentur in Deut. nec s̄ omnes, quæ habentur in Deut. sed solum illæ, quæ habentur. 27. c. has. n. duntaxat Moyses iussit poni super montem Hebal, præter has tñ multæ alia: tam benedictiones, quam maledictiones hñr Deut. 28. sed hæc nō fuerunt hic posita, quia non fuit de eis iustum. Nihil ex eis que Moyses iussit relinquit in tactū. q. d. oia obseruauit, que iussit Moyses hic fieri tam in sacrificiis, quam in scriptura super lapides, quā i maledictionum, & benedictionum positione. hoc faciebat Iosue, quia Deus nimis commendauerat ei custodire legem Moysi. dixit. n. qd tunc dirigeret viam suam, ut patet. s. i. c. s. vide vt custodias, & facias oēm legem, quam p̄cepit Moyses seruus meus: nec declines ab ea ad dextram, nec ad sinistram, vt intelligas oia, que agis: non cadat vultimē legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, ut custodias, & facias omnia, q̄ præcepta sūt in eo, tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

Sed omnia replicauit coram omni multitudine. Dicitur Iosue replicasse omnia quæ iussit Moyses. s. quia omnia, quæ Moyses iussit dici in monte Hebal, & Garizin ipse primo dixit tradens formam: cum autem Iosue nunc ea executioni tradidit, dicitur replicasse, quia iterum facta erant. Coram omni multitudine Israel. Quia ad faciendum ea, que dicuntur hic, totus Israel conuenerat. nam post deletionem vrbs Hay Iosue cū exercitu iuerunt redeuntes in Galgalam. & tunc totus populus, qui erat in castris tam virorum, quam feminarum, magnorum, & pusillorum uenit in mōtem Hebal, & Garizin apud vrbe Hay, & Bethel, & facta sunt ibi hæc corā tota multitudine: & nō manserunt ibi castra Israel. sed redierunt in locum Galgalæ apud Iericho his expletis. qd patet, quia post dicuntur fuisse castra Israel in Galgalis, ut patet j. 10. Mulieribus ac paruulis. Isti exprimuntur hic, quia de vtris maioribus. s. potentibus ad pugnam satis notum esset, qd i loco illo essent. nam cum Iosue ipsi iuerant in pugnam q̄ Hay. sed de mulieribus, & paruulis, quia māserant in castris Galgalæ apud Iericho, dubiū erat an venissent ad duos montes istos, ideo exprimitur, qd isti fuerint hic.

Et aduenis qui inter eos morabantur. Idest etiam aduenæ qui morabantur cum Israelitis, steterunt in hac cōfirmatione legis. Dicuntur aduenæ Aegyptij, qui descenderant cum iudæis, & iam ad iudaismum conuersi erant: ad quos pertinebant omnes legales obseruationes sicut ad iudæos ex genere. Erant etiam hic Ierichō tñ, qui euaserant de vrbe. s. Raab cum cognatione sua, quia isti etiam ad iudaismum conuersi erant vt Alph. Tost. super Iosue.

Qui erant aduenæ in castris hebræorum.

Declaratum fuit, sup. 6. cap. De his fit mentio specialis propter duo.

Primo, quia uolebat hic sacra scriptura nominare omnes, qui fuerant præsentēs, & dixerat esse totā multitudinem Israel. nomine autem totius multitudinis non intelliguntur expresse omnes de conuersis, qui uocantur aduenæ: ideo expressi sunt.

Secundum est: quia de aduenis non magis dubitabatur, quam de alijs, an interessent huic actui, propter duo.

Primo: quia uidebatur ista positio maledictionis, & benedictionis pertinere ad quandam dignitatem: sed in aduenis non erat aliqd dignitatis respectu Israelitarum: ergo dubium esset an deberent interesse.


Secundum, quia hoc erat ad cōfirmationem legis Dubium autem erat an cōfirmatio p̄meret ad aduenas ad quos nō directe pertinebat lex. Expressum fuit ergo, qd essent hic aduenæ.

Qui inter eos morabantur. Dicebantur morari aduenæ inter iudæos, quia manebant in castris eorum, & sub vexillis atq; signis ipsorum. erat. n. distincta tota castra meratio Israelitarū sub quatuor vexillis principalib; & extra illa nullus manebat, ut patet Nu. 2. ideo cōuersi de Aegyptis etiam manebāt sub his vexillis, quia nō constituebant per se castra, aut uexilla ponebant. Sic patet Deut. 29. cum dicitur. & aduenæ, qui moratur tecum in castris. accipitur hic morari large. i. castra figere. s. qd conuersi locabant tentoria sua inter tentoria Israelitarum.

C A P. IX.



Vibus auditis cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis, & campestribus, in maritimis, ac littore magni maris. Hi quoque, qui habitabant iuxta libanum Ethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus, & Iebusæus congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel, vno animo eademq; sententia.



Vibus auditis. In superioribus descripta ciuitatis Hay deletionē, hic agitur de circumstantis populi formidatione. Incidebat. n. timor iudæorum super Chananæos, secundum, quod facta miracula a Deo pro eis exigebāt, aut que pro eis quotidie fiebant.

Et diuiditur in duas, secundum quod Chananæi timore ducti ad Israelitas duplīter se habuerūt. quidam eis coniuncti resistere parauerunt, alii autem cū eis pactum pacis sagaciter firmauerunt. Secunda ibi. Et hi qui erant in gabaon. Ista secunda diuiditur in 4. partes. Primo ponitur falsitatis confictio. Secundo federtis fraudulenter obtenti confirmatio. Tertio dolositate detectio. Quarta pacti facti moderatio. Scđa ibi. Susceperūt igitur. Tertia ibi. Post dies autem tres. Quarta ibi. Qui responderunt.

Quod hic ponitur causa confederationis Chananæorum ad hoc, vt introducatur historia dolose pactionis Gabaonitarum. Quæst. I.

IRCA primū intendit hic auctor enarrare casus, qd uenerūt i subingatione terre Chanaā, de qb. fuit dolosa pactio Gabaonitarū cū israelitis. Iō ad introducendā istā historiā ponit hic cā huius cōfederationis & fuit qd oēs Chananæi timuerūt valde capta vrbe Iericho, &

& deinde cetera funditus vr be Hay:ideo inter eos Ga baonitæ,qui erant propinqui Israelitis manentibus in castris galgalæ non potentes se defendere, aut saltem diffidentes posse,& maxime Deo mouete eos ad hoc excogitauerunt fraudulentam, aut potius sapientem deceptionem ad componendum fœdus cum israelitis.& ob hoc ponitur hic primo de aliis regibus quomodo timuerint,& quid timentes fecerint:& postea subditur de Gabaonitis,

Quibus auditis. Hoc potest referri ad omnia precedētia, cad transitum iordanis, & deletionem Ierichontinæ vrbis, atque ciuitatis Hay. & sic exponit Nicolaus. sed magis vñ referendum solum ad destructionem Iericho, & ciuitatis Hay: q̄ patet ex duobus. Primo quia de transitu iordanis iam audierat oēs Chananej, & s̄, referit, q̄ audierunt. s. c. & ibi d̄r, q̄ conterriti sunt audietes, & dissolutum est cor eorum, nec remansit sp̄s in illis. De vrbe Iericho delecta, & ciuitate Hay nō fuerat dictum. s̄. q̄ audierint Chananej. iō dicēdum est, q̄ intelligat solū de vrbe Iericho, & Hay: de qb. non fuerat dictum, q̄ audierint Chananej. Item patet magis, q̄ idem fuerit, q̄ audierunt oēs istæ gentes pp̄ q̄ conterritæ sunt. sed de Gabaonitis non ponit, q̄ audierunt nisi deletionem vrbis Hay, & Iericho, ergo hoc solum intelligitur hic, q̄ audierint ceteri Israelitarū hostes, de quibus j. patet antecederet, quia j. d̄r. & hi, qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quæ fecerat Iosue Iericho, & Hay callide cogitantes &c. Solū ergo refertur iste auditus ad deletionem Iericho, & Hay. Cuncti reges trans iordanem. q. d. timor iste solum penetrat ad reges, qui erant trans iordanem. s̄. i. terra Chanaan. Hoc potest intelligi dupliciter. Primo mō, q̄ solū peruenerunt ista, quæ hic facta sunt, ad reges, qui habitabant trans iordanem in terra Chanaan, & non ad alias gentes: ideo hi soli timuerunt. Alio mō, q̄ alii reges aliarum gentium audierunt, q̄ fecerant Israelitæ, tñ non timuerunt: quia sciebant, q̄ non inquietaret terrā eorum Israelitæ. Chananej autē scientes, q̄ Israelitæ vellent disperdere eos de terra timuerunt. iō de his solum fit hic mentio, q̄ timuerunt: quāquam aliæ gētes audierunt. Non est autē intelligendū, q̄ non audierint aliarum gētiū reges: quia rex Moabitum audierat cum terra Moab esset valde propinqua Iericho: cum capestria Moab tēgant Iericho terminos. s̄. iordanem: ut patet Nu. 26. & 33. iam tñ iste rex, & ceteri, qui erant ante iordanem liberati erant a timore, cum dicerent israelitæ terram Chananeorum solum eis pertinere.

Qui versabantur in montanis. Aliqui de regibus Chananeorum morabantur in montib, quia terra hæc mōtuosa, & capestris est, ut patet Deut. 11. erat autē quædam pars magna terræ Chanaan montuosa excellentius, quam reliqua, & in hac morabant tres reges. s. Ethaj, Iebusaj, & Amorrahaj: ut patet Nume. 13. Amalech habitabat in meridie. Ethaj, & Iebusaj, & Amorrahaj in montanis. de harum ergo gentium regibus intelligit. Et campestribus. Aliæ partes terræ Chanaan erant campestris. i. plana, vel hñtes valles. nā terra Chanaan montuosa atq; capestris est, & non sicut egypt̄ q̄ tota plana est, ita vt fere ex eodē flumine tota irrigua est de hoc Deut. 11. In maritimis. Volebat hic ponere auct̄or quō oēs habitatores terræ Chanaan tremuerunt auditis his: & ob hoc assignantur hic multe terræ ad signandam totam ipsam terram Chanaan. Vocantur hæc maritima loca coniuncta mari, & quia i terra Chanaan erant multiplicia maria. s. mare magnum, & alia: debebat excellentius intelligi de mari magno, necesse est intelligi de maritimis aliorū marium. s. de mari mortuo, q̄ alio mō vocat mare salissimū, vel mare deserti, & est mare sodomorū. s̄. in valle in qua quondā fuit

vallis hñs quinque; ciuitates sodomorū, de quib. 4. submersæ sunt in momēto. una autē. s. Segor mansit illeca, vt declaratum fuit Ge. 19. & Deut. 29. Apud istud mare habitabant aliquæ gētes Chananeorū, quia ibi est terminus Chananeorū, & Idumcorū. iō Hie. c. 49. vocat idumcā vicinā sodomæ: & apud istud mare habitabat unus de septē pp̄lis, q̄ sp̄aliter vocabat Chananeus, q̄ p3 Nu. 13. i. Amalech habitabat i meridie, Ethaj, Iebusaj, & Amorrahaj i montanis, Chananeus vero iuxta mare, & fluueta iordanis. nā licet intelligi possit illud de mari magno, s̄. de mari sodomorū magis intelligit quia in terra eius est mare illud. Etiam vocant hic maritima loca coniuncta mari Tyberiadis, q̄ alio noie vocat mare Genesareth, & aliqñ mare Cenereth: de quo dictū fuit. s̄. 3. & magis d̄r Num. 34. c. Et litore maris magni. Vocat hic mare magnum, nō quidē mare Oceanū, q̄ circumdat oēm terrā in laterib, & extremitatib, mundi. terram autē Chanaan non tangit Oceanus, quia est in medio terræ s̄. i. latitudinē, & longitudinē quasi sed vocat mare magnum ipsū mediterraneū, q̄ de mari magno paruo strictoq; terrarū hiatu emittit, & tēgit terrā Chanāā i parte sua occidentali. iō cū agit de terminis terræ Chanāan, ponit mare istud magnum terminus occidentalis terræ illius. Sic patet Deut. 11. oīs loc̄ quē calcauerit pes vester erit vester, a deserto, & libano, & flumine magno Euphrate, vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri. Sic quoq; patet. s̄. 1. ca. s̄. oīs terra Ethæorum vsq; ad mare magnum ad solis occasum, erit terminus vñ. Vocat autē istud mare Palæstinorum, quia apud illud morantur Philistini. & Tyrii atq; sidonii. Sic patet Exo. 23. cum d̄r. ponam autē terminos vestros a mari rubro vsq; ad mare palestini, & vocatur palestini. i. Philistini, & de istis regibus qui morabantur apud mare magnum, Et dixerat s̄. 5. q̄ audiuissent transitum iudeorum per arentem iordanem: cū d̄r. & cū cti reges Chananeorum, qui propinqua possidebant magni maris loca. De habitantib, circa litus maris magni ponit vltimate, q̄ audierint, quia isti maxime distabant in tota terra Chanaan a Iericho, & vrbe Hay, cū mare magnum esset terminus occidentalis terræ Chanāan. ista autem duo loca, quæ delecta fuerant, de quibus erat fama, apud frontem orientalem terræ Chanāan erant. De Iericho patet, quia erat circa iordanē, & iordanis erat frons orientis terræ Chanāan: ut patet Num. 34. cap. De vrbe Hay patet, quia erat satis propinqua Iericho. Vocat autē mare istud magnum, quia in comparatione maris salissimi, & maris Genesareth, quæ sunt in terra Chanaan magnum valde est hoc: quia illa maria sunt solum lacus magna: mare autem mediterraneum est vere mare, quia fluit a mari oceano. Hi quoque qui habitabant iuxta libanum. Hic ponitur alia pars terræ promissionis scilicet terra, quæ erat iuxta libanum. est autem libanus mons altissimus habes semper niues, ut patet Hierem. 18. & ponitur tanquā vnus terminus terræ Chanāan scilicet septentrionalis & cum ipso fluuius Euphrates. Sic patet Deuteronomio 11. scilicet a deserto, & libano, & fluuiio magno Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Sic patet. s̄. primo. s̄. a deserto, & libano erunt termini vestri. & ponuntur ibi solum duo termini terræ Chanāan australis in quantum d̄r a deserto: septentrionalis in quantum d̄r, & libano. ad radices istius nascit fluuius iordanis: ut fuit declaratum. s̄. 3. c. iste mōs erat altissimus, & apparebat ex iordane: ideo videns eum Moyses petiuit a Deo, q̄ dimitteret eum transire iordanē vt videret montem libanū, ut patet Deut. 3. c. apud istum montem in extremitate terræ Chanāā fuit fors filiorum Ioseph. s̄. trib. Ephraim, ut patet j. 17. & 18. Ethaj, Amorrahaj, Chananeus, Pherezaj, Heuaj, Iebusaj. Hoc potest dupliciter intelligi. vno modo, quod

Hic mare magnum, dicitur mediterraneū

referatur

Quæ loca maritima sunt hic.

referatur ad id, quod immediate dictum est, quod hi qui habitabant iuxta Libanum timuerunt, scilicet Ethaj, Amorrhaj, Chananej, &c. Alio modo, quod referatur ad omnia prædicta, scilicet, quod qui habitabant in montanis, & campestribus, & maritimis, atq; littore maris magni, & iuxta libanum timuerunt. & isti erant Ethaj, &c. Et iste secundus sensus est quem facit hic litera. nam in tota terra Chanaan nulla gens erat præter istos populos nominatos, & Gergefos. Si ergo diceretur, quod omnes hi morarentur apud libanum, non esset aliquis de Chananeorum populis qui moraretur in tota residua terra, ergo non intelligitur hoc modo.

Item patet, quod multi de his populis habitabant in diuersis locis terræ Chanāan, & non habitabant omnes apud libanum. nam Chananej iuxta maritima habitabant. Ethaj autem, Amorrhaj, & Iebusaj in montanis erant, vt supra declaratum est, vt patet Numeri 13. cap. ponuntur ergo omnes hi populi, scilicet, quod isti sunt qui timuerunt auditis eis quæ supra dicebantur. vnde primo ponuntur loca habitationis ipsorum, deinde subduntur nomina.

Quomodo Chananeorum populi audire potuerunt, quæ fecisset Iosue Iericho. Quest. II.

Quæret aliquis, quomodo isti populi Chananej audire potuerunt quæ fecisset Iosue vrbi Iericho, & Hay? nam ista non audiuntur nisi aliquo referente. sed de Iudæis nemo ibat ad terras istas Chananeorum, qui referret, cū non communicarent, quia erant hostes. Etiam de gentilibus nemo veniebat ad Israelitas, quia occideret eū. De viris quoque Hay, & Iericho nemo effugere potuit, qui enarraret reliquis populis, nam si effugisset nesciret ista enarrare, quia non viderat consummationem rerum.

Respondendū est, quod reliqui populi Chananeorum, non quidem, quod illi a Iudæis didicerint, aurab vrribus delectis effugerint, sed illi qui erant in locis coniunctis Iericho, & Hay, videbant ea quæ passæ fuissent ciuitates istæ. Sic enim fuit de aquis Iordanis diuisis, quia illi qui erant in vrbe Adom, viderunt aquas intumescentes, & eleuatas in sublime, vt patet supra 3. cap. De vrbe Iericho potuit facilliter cognosci, quia qui erant in locis coniunctis, viderent delectam ipsam ex vrribus suis, vel ex alijs latibulis, in quibus manerent ad contemplantum hæc, quia Iudæi qui non cognoscebant terræ fertilitas atque latibula, non possent tollere indigenis manere in illis. De vrbe Hay forte leuius fuit sciri quomodo fuerit delecta. nā vrbs Bethel erat propinqua oppido Hay, vt patet supra 7. quia & ipsi qui erant in Bethel simul exierunt ad pugnam contra Iosue, quomodo exierunt viri de vrbe Hay, vt patet precedenti cap. ergo ipsi ex vrbe sua videre poterant quomodo cremabant Israelitæ vrbem Hay, & debebant omnia quæ in ea erant, & quamquam non possent isti cognoscere distincte ea quæ fiebant in his locis, quia nec audiebant ea referri a videntibus, nec ipsi illa per singula speculati vident, sed solum viderunt quomodo vrbes delectæ erant, & hoc sufficiebat.

Quare cum hic litera voluerit exprimere de omni gente Chananeorum non expressit de Gergefos. Et quomodo facta tanta congregatio Chananeorum contra Israel, non fuit aliquod bellum secutum. Quest. III.

Quæretur, quare cum hic litera exprimere voluerit de omni gente Chananeorum, quare

non expresserit de Gergefos: sunt enim hi vnus de populis terræ Chanāan, vt patet Gene. 15. & Dent. 19. Aliqui respondent, q̄ iste populus Iudæis introcibus cessit, vel antequam Iudæi introirent in terram, vnde cōtra eum pugna nulla commissa est, & ob hoc non numeratur inter ceteros populos, quia contra illos pugnatum est.

Respondendum est hoc non stare. nam cōtra Gergefos, sicut contra ceteros populos pugnaverunt Israelitæ, & Deus delectit illum a facie eorum. Sic patet supra 3. c. cum dicitur. in hoc inquit scietis, quod dominus Deus vester sit, & disperdet in conspectu vestro Chananeum, Ethaj, Heuaj, Iebusaj, Pherezaj, Amorrahaj, quoque, & Gergefos. si ergo isti omnes delendi erant a facie Israelitarū, pugnatuuri erant Israelitæ contra Gergefos. de hoc tamē populo rarissima mentio fit. vel forte, quia paruulus populus erat, vel quia expressis alijs fatis ipse subintelligebatur.

Congregati sunt pariter. Scilicet ad inuadendum Iosue ne sic paulisper destrueret totam terram Chanāan, & non est intelligendum totaliter, quod cōgregati fuerint omnes isti populi contra Iosue ad expugnandum. Nam tunc etiam Gabaonitæ confurrexissent ad pugnam: ipsi enim erant de his populis, de eis tamen immediate dicitur, quod sagaciter pepigerunt fœdus cū Israelitis. dicitur tamen hoc de omnibus alijs populis terræ Chanāan. tota namque fere terra Chanāan fuit congregata, vt veniret super Iosue.

Sed dicitur de ista congregatione omnium Chananeorum quomodo fuerit, quia non fuerit securum aliquod bellum ex hac, nec fit aliqua mētio postea de tali congregatione, sed solum post cōfederationem Gabaonitarum quinque reges pugnaverunt contra Israel, de quibus sequen. cap. Respondendum est, q̄ omnes fere reges Chanāā vno animo, vt hic dicitur, contra Iosue congregati sunt. non fuit autem ista congregatio facta realiter, ita quod conuenissent in vnū locum, sed mutuis literis, aut nūcijs se exhortati sunt, vt omnes simul procederent contra Iudæos, non tamen fuit facta ista congregatio realiter super Iosue, sed substituerunt ad modicum tempus, & interim facta sunt ea, quæ habentur de Gabaonitis. tunc quidam illorum omnium regum Chananeorum qui concitati fuerant contra Iosue, scilicet quinque reges mouerunt se in pugnam contra eum, & debellari sunt, vt patet sequenti cap. Deinde tota illa multitudo regum, quæ vna sententia conuenerat ad pugnam contra Iosue, & tamen hucusque substituerant moti sunt, & contra eum venerunt, de hoc patet infra 11. c. Quod autem tota multitudo regum Chananeorum ibi conuenit patet, quia ibi nominantur omnes populi terræ Chanāā, scilicet Chananej, Pherezaj, Iebusaj, Heuaj, Amorrhaj, Ethaj, & tamen præter hos non erant alij in terra Chanāan. Quod autem sit illa multitudo regum cōgregatio magna, de qua hic dicitur, patet ex identitate locorum de quibus mouebantur, & ex identitate nominum. De nominibus patet, quia hic nominantur sex populi congregati contra Iosue, scilicet Ethaj, Amorrhaj, &c. & isti iidem enumerantur infra 11. cap. sed præter hos non erant alij populi, qui sic nominarentur. ergo illi iidem qui dicuntur congregati hic, dicuntur congregati infra 11. capitu. Item patet hoc ex identitate locorum habitationis horum. nam dicitur hic, quod reges qui habitabant in montanis, & campestribus, & maritimis atque in littore maris magni, & apud libanum conuenerunt contra Israel. Istæ quinque designationes locorum habentur infra 11. ca. quamquam non totaliter per ista verba, sed per æquiualentia, cum dicitur. ad reges quoque aquilonis

Ionis qui habitabat in montanis, & planitie contra mare Cenereth, in campestribus quoque & regionibus Dor iuxta mare, Chanaanum quoque qui habitabat ab oriente & occidente, Amorrhæum, Ethæum, & Iebusum in montanis. Heugum quoque qui habitabat ad radices Hermon. Ecce omnia loca sunt nominata quæ habentur hic præter libanum. tamen intelligitur ibi libanus per duo. f. primo cum dicitur ad reges aquilonis: libanus tamen est in parte aquilonis terræ Chanaan. claudit enim terram illam ab aquilonari latere. Intelligitur etiam per Hermon, quia ut quidam volunt Hermon & libanus idem sunt. hic tamen dicitur de Heugo, qui morabatur ad radices Hermon, & tamen quamquam non sit Hermon libanus sunt in eadem parte, & plaga terræ Chanaan. f. in aquilonari, & vnus coniungitur alteri. ideo populi qui per longitudinem lateris septentrionalis habitant in terra Chanaan, dicuntur habitare apud libanum vel Hermon. noiat ergo Hermon intelligebatur de libano.

Quare conciliabulum regum Amorrhæorum contra Iudæos Deus distulit. Et quod Iudæi dupliciter fuerunt confortati ante istud tempus magni belli. Quæst. IIII.

DICENDUM ergo quod omnes reges, de quibus hic dicitur, auditis de deletione Iericho, & Hay conuenerunt animo vno, vt deleterent Iosue, & conuenturi erant realiter in breui, sed Deus distulit, vt daret primo in manus Iudeorum ciuitates Gabaonitarum cõfederatas, & nõ perirent. elegerat enim eas a morte saluare, vt seruirent in ministerijs portandarum aquarum, & cadendorum lignorum pro sanctuario, sicut factum esse narrauit infra in litera. & quia forte auditis his conuenisset vno impetu multitudo tota Chanaan contra Israelitas, non fuisset locus Gabaonitis fallendi Israel, & cõsequenter eripi a morte nequiuissent.

Secundo & principaliter factum est ad maiorem confortationem Hebræorum: nam huculque nõ insurrexerant cõtra eos bella magna. nam in hoc libro solũ habetur de bello Hay, in quo paucissimi hostes erant. vt patet supra 7. Hic autem congregata rota multitudo terræ Chanaan pertrinuisset cor populi. Sic enim dixerat Iosue. sup. 7. Audient Chananeæ & oēs habitatores terræ, atque debent nomen nostrum de terra. Si ergo immediate post eueram urbem Hay euenisset Israelitis hoc inextricabile infiniti populi bellum, liquefieret cor eius instar aquarũ. ideo valde fuit expediens, vt primo confortarentur per alia bella, quæ licet non essent maxima essent de valde magnis. Fuerunt autem dupliciter cõfortati ante tps illius magni belli. Primo in bellica exercitatione, quia pugnaverunt 5 quinque reges Chananeos, de quibus seq. c. & occiderunt eos cum populis suis. calcare fecit et Iosue Israelitas super colla regum illorũ viuentiu, vt discerent non timere Chananeos. Fuerunt secundo cõfortati in signo admirabili, & istud fuit duplex. Primum erat de lapidibus magnis de celo cadentibus, qui occiderunt plures de hostibus 5 Israelitæ, vt patet seq. c. Secundũ signum fuit admirabilissimum, & oibus seculis ante incognitum, qd sol steterit spatio vnus diei. hæc autem videntes Iudæi fieri in fauorẽ suum exaltati sunt valde aõ, manifestissime videntes Deũ illis effectũ pugnatorẽ. Si vero ante hæc oĩa incedum foret bellum 5 totam multitudinem Chananeorũ, quæ postea conuenit, formidasset cor populi. ideo fuit valde decens, qd non permitteret Deus immediate cõgregari, & irruere super Israelitas totam multitudinẽ Chananeorũ, sed primo cõfortarent per hæc quæ præcesserunt.

Item hoc fuit valde expediens ex parte Chananeorũ populorum. Chananeæ enim cum plura signa videbant, magis reddebantur attoniti, & minus ad bellum audaces. signa autem quæ facta fuerunt manifeste in fauorem Israelitarum, postquam isti reges conuenerunt contra eos, fuerunt maxima. potissimum signum quod est in statione Solis, valde ergo magis contremuerunt habitatores Chanaan hoc viso, quàm si nõ vidissent. ideo si immediate vt conuenit tota multitudo regum Chanaan, fuisset permissa irruere super Israelitas, confidentius pugnasset cõtra eos. Israelitæ autem magis attoniti forent. vnde grauaretur super eos maximum onus belli. Dicendum ergo quod quamquam omnes isti reges conuenerunt vno animo & vna sententia, vt irruerent super Israel, & immediate hoc effecturi erant: tamen Deus fecit eos differre aliquantum temporis, donec fierent ea quæ medio tempore gesta sunt, scilicet de cõfederatione Gabaonitarum, & de pugna contra quinque reges.

Congregati sunt pariter. Non realiter, sed per literas, vel nuncios designantes in alterutrum intentionem suam conuenerunt in hanc sententiam, quod omnes simul irruerent super Iosue & Israelitas. nam si omnes conuenissent, etiam quinque reges de quibus sequenti cap. dicitur, conuenissent cum eis, & non pugnasset per se contra Israel, sed cum tota multitudine aliorum regum.

Vt pugnarent contra Iosue & Israel. Idem bellum erat contra Iosue & Israel: cum Iosue esset dux Israelitarum. sed nominatur primo Iosue, quia erat dignior cum esset dux. sicut cum nominatur aliqua gens, nominatur primo rex illius: & cum nominatur aliqua vniuersitas preponitur rector eius. hæc enim sunt capita. sed in capitibus excellentius est quàm in tota re.

Vno animo eademque sententia. Ad idẽ pertinent hæc duo. nam qui vnã sententiã habent, vnum animũ habent, quia non accipitur hic animus pro ipso animo. non est enim idem animus in aliquibus duobus. sed qui habent eundem actum animi, dicuntur habere eundem animum. sed actus iste animi est consentire aut dissentire. ergo idem esse dici vno animo & eadem sententia. sed possunt poni ista duo tanquam differentia, quia habere vnũ animum pertinet quantum ad actum interiorem: & habere vnã sententiã pertinet ad actum exteriorem. & est sensus quod antequam reges Chananeorum aliquid sibi inuicem per nuncios aut literas designarent, habebant idem propositum, scilicet insurgendi in Hebræos. & quia tamen nulli constabat de altero an haberet eandem conceptionem, significauerunt sibi mutuo, & conuenerunt in hoc, vt irruerent super Israelitas. cum autem iste conceptus idem omnibus mutuo designatus est, facta est vna sententia quæ fuit consensus mutuo. Sic enim est in his qui contrahunt matrimoniu, quia interdum antequam contrahant vnus consentit in aliũ, & alius in alium: tamen neutri cõstat de altero. ideo non sufficit ad matrimonij fœdera, quia nondum mutuo cõsensu est. cum vero vtrique alteri quod intendit reuelat, efficitur mutuo: & tunc stant fœdera: ita hic.

At hi qui habitabant in Gabaon audientes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho & Hay, callide cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque confutos: calciamenta que perantiqua quæ ad indicium vetustatis pita-

tjjs confuta erant, induti veteribus vestimentis, panes quoque quos portabant ob viaticum duri erant, & in frustra comminuti. Perrexeruntque ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei atque simul omni Israeli. De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes,

At hi qui. Hic ponitur secundũ principale huius cap. scilicet de fœdere contracto Gabaonitarum cum Israelitis, & cum descriptum fuerit quid fecerint ceteri populi Chanaan, scilicet, quod conuenerunt in hanc sententiam, quod vno impetu irruerent in Israelitas, ponitur quid fecerint Gabaonitæ, scilicet, quod non fuerunt in hac vnitate sententiæ, vt cum ceteris populis pugnarent contra Israel, sed magis, vt confederarent se eis atque subijcerent, & diuiditur in 4. partes quæ supra assignatæ fuerunt.

At hi qui habitabant in Gabaon. Non solum fuit hoc quantum ad habitatores Gabaon, sed ad alias ciuitates etiam, erant enim quatuor ciuitates quæ hoc fœdus cum Iudæis inierunt, scilicet Gabaon, Caphira, Beroth Chariathiarim, vt patet infra in litera. nominantur tamen omnes hæc Gabaon, & ea nominata ceteræ intelligebantur. *Audientes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho, & Hay.* Hic ponitur motiuum Gabaonitarum ad ineundum fœdus cũ Israelitis, scilicet, quia audierant ea quæ fecerant Israelitæ vbi Hay, & Iericho. solum ponitur hic de his quæ facta sunt in his duabus vrbibus, scilicet, Iericho, & Hay, infra tamen nõ dicitur, qd propter hoc fuerint moti Gabaonitæ ad ineundum fœdus cũ Israel, sed quia audierunt ea, quæ facta erant in deserto & mari Rubro, cum dicitur, de terra longinqua valde venimus serui tui in nomine Dei tui. audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Aegypto, & duobus Amorrhæorum regibus trans Iordanẽ Sehon regi Efebon, & Og regi Balan &c.

An Gabaonitæ moti fuerunt ad ineundum fœdus cum Israelitis propter omnia quæ audierant facta esse pro eis ab exitu de Aegypto vsque ad diem illum. Quæst. V.

ALIIQVIS forte dicit, quod Gabaonitæ moti sunt ad poscendum fœdus cum Israelitis propter omnia quæ audierant facta a tempore egressionis de Aegypto vsque ad diem illum. & sic etiam mouerentur propter deletionem vrbis Hay, & Iericho, sed non exprimuntur infra, & exprimuntur hic.

Respondendum est non stare, quia si ipsi dixissent se fuisse motos ad faciendum fœdus cum Israelitis propter deletionem Iericho, & Hay in eorum artificiosa propositione exprimeretur hoc, quamquam hic non exprimeretur, sed solum exprimitur de mari rubro, & de regibus Amorrhæis duobus, de transitu autem Iordanis subicitur, & de omnibus quæ postea facta sũt. Dicendum ergo est, qd id quod mouit Gabaonitas ad veniendum, vt ponerent fœdus cum Israelitis fuit, quia audierant terram totam Chanaan tradendam esse in manus Iudeorum, & delēdos habitatores eius, ipsi autem hoc crediderunt, quia Deus illos ad hoc mouit, & noluerunt contendere, sed componere fœdus. Hoc patet in sic. cum detecta fraude Gabaonitarum respõderunt Iosue dicentes. nũciatum est nobis seruis tuis, qd promississet dominus Deus tuus Moyfi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram, & disperderet oēs habitatores eius. timuimus ergo valde, & prouidimus

animabus nostris vestro timore compulsi, & hoc consilium iniuimus. Istud ergo fuit motiuum Gabaonitarum ad faciendum fœdus, sed non venissent nunc ad faciendum fœdus cum eis pp hæc sola, sed quia audierant deletionem vrbis Iericho, & Hay. Nam si pp ea qd audierunt de apertione maris rubri, venissent nunc ad componendum fœdera cum Iudæis, & non ex alia causa magna immediata, non venissent nunc, sed immediate, vt audierunt diuisionem maris rubri, vel duorum regum Amorrhæorum deletionem, sed nunc solum venerunt: ergo non fuit ista causa, sed immediata causa fuit deletio Iericho, & Hay, nam quamquam audivissent ea quæ dicebantur de mari rubro, & regibus Amorrhæis, si manerent adhuc Israelitæ in deserto nõ transeuntes Iordanem, nunquam pro componendo fœdere ad eos venissent. Nunc autem eum audierunt destructionem Iericho, & Hay, videbāt eos propinquos sibi, ideo moti sunt, vt nũc venirent. & sic Gabaonitæ fuerunt moti ad veniendum, vt ponerent fœdus pp illa quæ 5 habentur. & tñ ad nunc veniendum solũ moti sunt, quia audierunt deletionem Ierichontinorum, & vrbis Hay. ideo litera ista rerum gestarum veritatẽ contexens dixit, qd hi qui erant in Gabaon audierunt, qd Iosue destruxisset Iericho, & Hay, & inierunt consilium ad veniendum compositori fœdus. In propositione tñ Gabaonitarum facta ad Israelitas nõ fuit expressum aliquid de transitu Iordanis, nec de vrbe Iericho, & Hay: nec dicendum est, qd ipsi proposuerunt, & tñ scriptura subicitur. non enim proposuerunt, quod fuit ex industria factum, vt Gabaonitæ colorarent mendacium suum. Verum enim erat, qd ipsi audierunt deletionem Hay, & Iericho, vt hic litera exprimit: ipsi tñ subticuerunt, quia ista fuerat forte solum decem diebus, aut paucioribus ante istam compositionem fœderis Gabaonitarum. Ipsi tñ dixerunt se venisse de terra longinqua valde, vt patet 5. cum dicitur de terra longinqua valde venerunt serui tui. si tamen essent de terra longinqua, non potuissent audire famam deletionis Iericho, & Hay, ita cito. nam ad hoc, qd perueniret fama in regionem illam longinquam, & ipsi consilium inirent, & postea itinerarent per tantam viã longitadinẽ, vt vtres in quibus portabant vinum quos nouos sumpserant de terra sua, iam consumpti forent vetustate, vestimenta quoque eorum, vt patet infra, multum tempus esset necessarium. cõprehenderent ergo in manifesto mendacio si dicerent se audiuisset deletionem Iericho, & vrbis Hay. subticuerunt ergo, & retulerunt ea quæ vetustiora erant, s. transitus maris rubri qui iam a 40. annis effluerat: occisionẽ quoque duorum Amorrhæorum regum qui ante hoc quasi per annũ, aut saltem magis quam per dimidium occisi fuerant, retulerunt. in his enim argui non poterant, qd non de terra propinqua essent. *Callide cogitantes.* Id est prudenter in euntes consilium. fuit enim callidum consilium, quia sic euadere potuerunt mortem, aliter autem nequiuissent. duxit autem illos Deus in hanc cogitationem, vt euaderent mortem, & famularentur ad obsequia Sanctuarij in portandis lignis & aquis, nam ceteri Chananeæ audierunt hæc quæ Gabaonitæ audierunt, tñ non crediderunt esse dandam terram in manibus Hebræorũ, aut si crediderunt, non dedit eis Deus in cor, vt aliquẽ modum, exquirent, quo possent mortem effugere, sicut fecerunt Gabaonitæ, quia Deus aperuit corda Gabaonitarum ad hoc mouendo, & non corda aliorum Chananeorum, sed potius dicebatur Deus in hoc corda illorum indurare, vt traderentur in manus Iudeorum, sicut dicitur ecce casso vel indurauisse cor regis Seho, vt caderet in manus Israel, vt patet Deuteronom. 2. quia non mouit eum ad accipiendum sanum consilium, vt ereretur a morte, *Tulerunt sibi cibaria.* Tota sagacitas

Sag. citas
Gabaonitarum.

citas Gabaonitarum ad hoc tendebat, quia ipsi volebant pactum inire cum Israelitis ne occiderent eos. credebant autem hoc leniter fieri posse, si ipsi non essent de terra Chanaan. si autem essent de illa, audierant quod non possent liberari, quia Deus iusserat omnes hos occidi, ut pater Deutero. 20. ut ergo erui possent cum essent de terra Chanaan, inquirebant modum quomodo celari posset, quod essent de terra Chanaan. Et quia quaecunque pars terre Chanaan quantumcunque distans non erat multum distans a loco, in quo tunc erant Israelitae, conati sunt Gabaonitae, ut effingere possent, quomodo viderentur de terra valde longinqua. & hoc est quod monstrare voluit in libris, & omnibus, quae hic exprimuntur.

Quare volebant Gabaonitae fraudulenter inire foedus cum Israelitis, quia necesse erat, quod ista fraus postea constaret. Et quod moti fuerint a Deo, sic ut etiam bene fortunati agunt quaedam, de quibus reddere rationem nesciunt. de quo latius Henricus in quolibet. Quae. VI.

QVAERET tamen aliquis ad quid volebant Gabaonitae componere foedus cum Israelitis in fraude ne eos occiderent, quia necesse erat, quod ista fraus postea constaret, cum venirent Israelitae ad quatuor vrbes Gabaon, & tunc videntes se delusos magis incandescentes ira in illos atque deleterent.

Respondendum est dupliciter in hoc dici posse. Primo modo, quod Gabaonitae hoc fecerint moti a Deo, qui volebat eos a morte per istum modum erueri. ideo dedit eis hoc in corde, ut sic se haberent, ad Iudaeos. & hoc eis visum est bonum, quia Deus movebat eos, ut bonum illis videretur. & in istis non est arguendum de iudicio humano, quia non agunt pure, ut volunt, sed ut alij mouent. Sic dicit Aristot. primo libro de Bona Fortuna, quod bene fortunati agunt quaedam, de quibus reddere rationem nesciunt, sed dicunt se familia pati his, quae a Deo fiunt, non aduerterent ergo, Gabaonitae ad inconuenientia, nec aliqua eis videbantur. sed sicut Deus illis in corde dabat, ita operabantur. Quod autem a Deo moti fuerint Gabaonitae, dubium non est, quia caeteri Chanaanitae audierunt ea, quae Gabaonitae, & tamen nulli de ipsis crediderunt, nec ad inquirendum modum aliquem foederis conati sunt. Isti autem crediderunt, quod Deus Iudaeorum, qui haec promiserat Moysi, posset efficere: ideo timuerunt, & ad hoc conati sunt, non possent tamen ipsi credere, nisi Deus illos moueret ad credendum. Sic patet Ioan. 5. nemo potest ad me venire nisi pater, qui misit me, eum traxerit. Sed ad Deum per fidem venitur, quae est fundamentum bonitatis totius. ergo non potest credere, nisi qui a Deo trahitur ad credendum. De Gabaonitis, ergo qui crediderunt Deum Israel hoc efficere posse, dicendum est, quod Deus illos traxerit ad credendum, nulli enim de alijs Chanaanitis hoc credebant.

Alio modo responderi posset, quod etiam dato, quod consilio humano Gabaonitae hoc fecissent, conuenienter in hoc se habebant. nam cum crederent omnes gentes terrae illius delendas esse ab Israelitis, & terram tradendam illis, crederent etiam se delendos a Iudaeis. Nunc autem pacto inito nihil peius euenire poterat quam aliter euenturum erat Gabaonitis. nam si Iudaei irati occiderent Gabaonitas, quia eos fefellerant, hoc etiam euenturum erat alias.

Poterat tamen accidere, & satis poterat praesumi, quod postquam Israelitae iurarent non nocere Gabaonitis quam inuenirent esse illos de terra Chanaan propter iuramentum praestitum non occiderent, sicut factum est, vel aliquo modo miserentur eorum, quod

aliis non posito federe nequaquam futurum erat. erat ergo sanum consilium hoc efficere, quia inde dandum sequi nullum poterat, praeter id quod aliis necessario euenturum erat. salus autem magna poterat provenire. Magis tamen dicendum est quod a Deo moti fuerint ad haec faciendum, quamquam ipsi non existimabant: sed solum se humano consilio agere timore coactos, ut infra ex verbis eorum declarari videtur. si autem Deus non mouisset volens saluare, magis ipsi vellent cum alijs Chanaanitis ad bellum configi, quam inito tali federe expectare futuram super se cognita fraude indignationem Hebraeorum.

Tulerunt sibi cibaria. Id est tulerunt panes ad cibaria in itinere. Isti panes erant valde duri ad declarandum ex hoc, quomodo terra eorum erat valde longinqua: quia quando inde recesserunt acceperunt eos calidos, nunc vero vetustate indurati & comminuti erant. Acceperunt etiam aliquos panes ad cibos in itinere, quamquam iter satis breue esset a Gabaon in Galgalam ubi tunc erat Iosue. Per ista cibaria non solum intelliguntur panes, qui ad experientiam magis erant, sed etiam alia quae ad eorum sustentationem conueniebant.

Saccos veteres asinis imponentes. Isti sacci erant ad continentum panes, & alios cibos: & portabantur veteres ad signandum quod acceperant eos novos de domibus suis, longitudine tamen itineris vetustas eos corroserat.

Et vtres vinarios scissos atque confutos. Portabant Gabaonitae vtres scissos, id est ruptos praeter vetustatem, & postea confutos, ut non effunderetur vinum. proficiebant autem isti vtres ad duo, scilicet ad portandum vinum quod biberent in itinere, & ad signum longitudinis viae per suam vetustatem. Amplius etiam proficiebant, ut in his portarent Gabaonitae vinum, quod traderent exercitui Israel, ut sic magis eos propitios haberent. sic enim fecerunt. nam postea illis de cibis suis obtulerunt, ut patet infra cum dicitur. susceperunt ergo de cibarijs eorum. in vino autem non ostendebant Gabaonitae longitudinem viae sicut in panibus & caeteris. quia siue nouum siue vetus sit, nihil demonstraret breuitatis aut longitudinis viae.

Calciamenta quoque perantiqua. Id est sotularibus valde veteribus omnes se calciauerant, ut sic etiam pateret quod de longinqua venissent terra, & in itinere defecissent calciamenta.

Quae ad iudicium vetustatis pitarijs confuta erant. Id est non solum erant attrita vetustate calciamenta & perforata, sed ut magis eorum probaretur vetustas, pitarijs erant confuta. *Induti veteribus vestimentis.* Id est etiam Gabaonitae erant induti vestibus valde veteribus, ut maior signaretur vetustas. quod itinerando vetustas corrosisset illa.

Panes quoque quos portabant ob viaticum. Id est ad nutrimentum vel cibos in via. *Duri erant & in frustra comminuti.* Induruerant enim instar lapidum, & signabant quod longitudo viae fecerat in eis hanc duritiem, atque motu itineris & compressione comminuti fuerant. non erant isti panes ob viaticum solum, sed magis ad ostensionem, ut viderentur venisse de terra valde longinqua: sed ad vtunque proficiebant.

Opinio quorundam. Et an Gabaonitae portauerint panes teneros pro exercitu Iudaeorum, cum tamen pro seipsis portauerint duros & attritos. Quae. VII.

ALIIQVI dicunt quod non solum portauerunt isti Gabaonitae panes duros, & essent ad ostensionem coram Israelitis, sed etiam portauerunt teneros ad comedendum in via. nam nulla sibi vtilitas

vtilitas erat comedere de duris in itinere. etiam quod A portauerint panes teneros ad dandum Iudaeorum exercitui. nam infra dicitur, quod sumpserint Iudaei de cibis Gabaonitarum. si tamen essent panes, ita duri, ut ferebant Gabaonitae in signum longitudinis viae, nihil proficerent ad cibos Iudaeorum.

Dicendum est primum satis stare. nam licet portarent Gabaonitae quosdam panes duros ad monstrandum, poterant alios portare ad comedendum. sed litera hoc non videtur consentire, quia dicit panes quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frustra comminuti. & hoc dicendum est, quia cum parua esset via a Gabaon in Galgalam, etiam si duri panes sumerentur in Gabaon, modicum de eis in itinere sumendum erat in cibos. De panibus autem quos obtulerunt Gabaonitae Israelitis, dicendum est, quod duri valde erant. nam cum pro se in via portarent duros, a fortiori portarent, ut demonstrarent Israelitis. nam litera solum duros panes eos portauisse meminit. & adhuc dato, quod Gabaonitae in itinere pro se portauissent panes teneros, Israelitis tamen solum offerret panes duros ad cibaria. nam si panes teneros exhiberent, aut signarent se illos portasse de Gabaon, aut in via emisse. u autem dicerent se portasse de vrribus Gabaon, repugnabant sibi: dixerat enim se venisse de terra longinqua, & haec omnia adduxerant in testimonium vetustatis: panes tamen recentes aut aliquid teneri non poterat adduci de terra longinqua valde. si autem dicerent se emisse in via, eodem modo non conueniebant, quia tunc dicerent Israelitae, quod sic de omnibus alijs panibus erat, scilicet, quod etiam panes duros in via emissent. unde non inducerent aliquam praesumptionem longitudinis viae per duritiem panum. debuerunt ergo omnes panes, quos Gabaonitae praesentauerunt Iudaeis, duri esse, & quod signaret omnes adductos fore de Gabaon, ut sic aliquatenus conuinceretur viae longitudo. Et cum dicitur, quod Iudaei sumpserunt de cibarijs istis ergo non erant ita dura, quia non proficerent sic ad cibum. Respondendum est, Iudaeis grata esse ista cibaria, quia cum Iudaei essent semper in bellica expeditione, non poterant abundare in cibis. Potissime, cum ipsi intrarent in terram hostilem, & non haberent aliquam gentem sibi confederatam, de qua duceretur tuto cibaria Iudaeis. gratanter ergo susceperunt quicquid daretur, siue durum, siue qualecunque foret.

Eriam quia cibaria illorum non solum erant in panibus, sed etiam in vino. nam vtres veteres, & confutos attulerat Gabaonitae, in quibus vinum portaretur ad fomentum viae, & inde propinare poterant Israelitis. alia quoque sunt cibariorum genera quae de longinqua terra portari queunt, & de his Gabaonitae portare poterant, atque exhibere Israelitis.

De omnibus commentis Gabaonitarum ad fallendum Israelitas, quid singula proderant. Et an aliquid ostenderent de eo, quod ipsi volebant. Et quae probarent, & quae non de eis. Quae. VIII.

CIRCA istum modum sagacitatis Gabaonitarum considerandum est, quod haec fecerunt ad considerandam viae longitudinem, & aliquam effigiem huius poterant monstrare: tamen non concluderent eam, & nec hoc solum, sed etiam non causabant probabilem praesumptionem. fuit tamen rude illud seculum, quod talibus datis, vel decipere, vel decipi potuit. satis enim rudes fuerunt Gabaonitae, si his se elusuros Iudaeos estimabant, satisque in docti Hebraei erant qui talibus decipi potuerunt. nam multa horum, & fere omnia praesumptionem nullam aliquatenus efficacem reddunt.

In panibus enim argumentum nullum erat. nam poterant eos sumere Gabaonitae duros valde de domibus suis, sicut sumpserunt, sicut poterant sumere teneros. quid ergo praesumptionis de longitudine viae faciebant panes? Item dato, quod panes recentes de domibus suis sumpserint, breuiter in itinere indurarentur calore, & motu itineris, atque compressione, praesertim cum terra Chanaan nimis calida sit. Item quia dato, quod de domibus suis attulissent panes teneros, poterant in via emere durissimos, quos Israelitis exhiberent, in quo nihil argueretur.

Item quia quomodo praesumi deberet magis portasse Israelitas panes siue teneros, siue duros de vrribus suis, quam in via emisse? Item calciamenta in breui terrae spatio attritur. nam si quis ambularet ab extremitate terrae Chanaan ad alteram, calciamenta attrita forent, & adhuc citius, quomodo ergo ex sotularibus conuinceretur non esse illos de terra illa, sed de longinqua? Item quia poterant de terra sua illos sotulares ficatritos, & pitacis confutos attulisse: cur enim magis praesumendum erat, quod noua sua calciamenta in exitu fuerint de vrribus suis, nunc vero longo progressu attrita, quam quod de terra sua sic vetera illa sustulerint? nihil inquam magis ad alterutrum mouet.

Item argumentum de vestimentis, & saccis, atque vttribus veteribus scissis, atque pitacis confutis non multum mouet, quia poterant talia vestimenta, vtres, & saccos de terra sua sustulisse. nihil ergo in re est, quod efficacem aliquid debet facere praesumptionem, sed quia valde creduli Iudaei fuerunt.

Quod praesumptiones Gabaonitarum non cohaerent, sed inuicem diserepabant. Quae. IX.

ITEM praeter hoc istae praesumptiones non cohaerent. nam vestimenta vetera, & attrita, & sacci atque vtres vinarij magni temporis valde notant praesumptionem, quia vestimenta quae nunc noua sunt, non sunt attrita, id est totaliter fracta, vel rupta vsque ad unum, vel duos annos, vel amplius. De vttribus quoque quos nouos se suscepisse dixerunt, & nunc erant veteres atque pitacis consumpti, idem argumentum est. nam magno tempore durant vtres etiam si portentur in via. Ad hoc ergo, quod eos nouos suscepissent, & longitudine viae attererentur, ita ut pitacis indigerent, signabatur quod ambulauissent Gabaonitae vno, aut duobus annis in via.

De saccis idem argumentum est, sed non conuenit hoc cum praesumptione quam faciunt panes duri. nam non erat verisimile, quod si tantum distabat terra Gabaonitarum a loco in quo erat Iosue, ut vno anno conficiendum iter foret, portarent cibos in via pro omnibus necessitatibus suis: nam indigerent multitudine enormi iumentorum ad tanta cibaria portanda, & forte non portabant tot ipsi Gabaonitae, ita ut argui possent suffecisse ad portanda cibaria pro viris Gabaonitis ad necessitatem vnius, aut dimidij anni. erant ergo istae duae praesumptiones aliquid obuiantes si quis inspicisset, scilicet, quod Gabaonitae portassent sufficiens viaticum de ciuitatibus suis vsque ad locum illum: & adhuc amplius cum de cibarijs suis dederint Israelitis, & quod tanta esset longitudo viae, quod vestimenta noua attrita forent, & vtres qui in exitu noui erant, nunc inueterati nimis atque rupti pitacis confuti forent.

Item non erant conuenienter posita vestes veteres, & vtres, atque sacci ad faciendum praesumptionem, quod via fuisset longinqua, quia aut Gabaonitae signarent semper recto cursu processisse, ex quo vrbes suas egressi sunt, aut non.

Si vero innuerent se non semp processisse, aut nō recto itinere, nullum longitudinis vię argumentum vestes attritę & veteres vtres prestabant. nam in vna diea potuissent per duos annos morari si non esset processus quotidianus, vel si esset per circulationem factus. Ideo nihil magis de longitudine vię arguebat vetustas vestium quā nouitas. Si autem significarent se continue & recto cursu progressos fuisse, cum dicerent, habuisse vtres novos in exitu de vrbi- bus suis, & vestimenta noua: nunc vero omnia vetu- state consumpta erant, signaretur amplius esse quā vnum annum, quōd de terra sua ipsi recessissent: sed hoc nulli erat credibile. nam si quis ab extremo terre habitabilis, siue per longitudinem, scilicet a puncto orientis versus occidentem, vel per latitudinem cli- matum, scilicet ab austro in aquilonem progredi vo- luerit quotidiano itinere, ante vnum annum totam terram siue in longitudine, siue in latitudine peram- bularet, & multo quidem ante vnum annum con- summatum, poterant ergo a finibus orbis vsque ad alteram extremum progredi Gabaoonitę, & nondum dirupti forent vtres, quos portassent nouos, nec ves- timenta attrita essent.

Item adhuc minus stat, quia Iosue erat nunc in ter- ra Chanaan, quę fere est in medio totius terrę habi- tabilis. a quacunque parte ergo mundi illuc venire- tur, non erat iter magni temporis. non ergo tantum morari poterant, vt vestimenta & vtres dirumpen- tur.

Præsumptiones Gabaoonitarum non erant verisimiles, quōd de terra valde longinqua venirent.
Quæstio. X.

ITEM non erat aliquo modo verisimile, quōd Gabaoonitę venirent de terra valde longinqua. nam ipsi supponebant in verbis, (vt patet infra in litera) quōd Iudæi habituri erant terram Cha- naan, & possessuri eam, & quōd ibi manerent, nec ituri erant ad alias gentes ad delendum eas. si ergo ipsi tantum distabant, vt in via media conficienda vtres qui noui fuerant rumperebantur, atque pitacijs confusi indigerent, & vestimenta attrita forent, distarent per tantum spatium, quōd nunquam eis fu- tura esset vlla communicatio. Ad quid ergo tanti itineris laborem assumerent, vt confederarentur Iudæis, cum fœdera hæc nihil duorum proficere poterant, scilicet ad securitatem, vel ad amicitiam. Ad secu- ritatem autem, vt si componerent Gabaoonitę cum Israelitis, quōd non occiderent eos, nec pugnarent contra illos: erant autem fœdera amicitiaę si com- ponerent inter se Gabaoonitę & Israelitę, quōd cum aliquod bellum insurgeret contra Iudæos, adiuua- rent Gabaoonitę, & si bellum ingraualetur super Ga- baoonitas, in eorum præsidium Iudęi proficiscerentur. Ad neutrum tamen horum proficiebat fœde- rum initio gentium tam distantium.

De primo patet. nam Israelitę non erant progres- suri ad extremitates orbis, vel ad tantam viarum lon- gitudinem, vt Gabaoonitas, qui se ita distanter habi- tare sungebant, possent attingere. nam ipsi Gabao- nitę hoc in verbis suis prodiderunt, scilicet quōd Israelitę mansuri essent in terra Chanaan, & posses- suri eam.

Etiam non proficiebant ista fœdera ad compugna- tiones, vt Israelitę adiuuarent Gabaoonitas, & Gabao- nitę Iudæos, sicut inierunt fœdus Romani cum Iuda Machabeo principe Iudęorū, vt patet. 1. Mac. 10. cap.

F Nam si tam longinqua distantia erat inter vtrosque, vt in conficienda via vestes nouę attriterentur, & vtres noui scinderentur, atque pitacijs egerent: non pos- sent se mutuo adiuuare, quia prius perire possent quā malum suum in alterutrum significare: & quamquam significatum esset, valde serus succursus esset. nihil ergo talia fœdera proderant. Nec igitur est verisimile quōd Gabaoonitę si tantum distarent, fœdera cum Iudæis inire vellent. Potissime, tantos longissimę vię perferendo labores. Iudæi ergo nisi nimis simplices essent, aduertere debuerūt, quōd ea quę Gabaoonitę proferebant, satis conficta vide- bantur.

Item non potest hoc stare rationabiliter, quia si in longitudine vię vestes quę in egressu fuerunt nouę, erant nunc veteres, & vtres noui rupti, esset vnus annus saltem: tamen ex verbis Gabaoonitarum con- cluditur, quōd non erant tres menses, quibus vene- rant de terra sua primo recedentes. quod patet, quia ipsi dixerunt vt infra patet, quōd audierant quid fecisset Dominus in mari Rubro, & quid fecisset Iosue duobus Regibus Amorrhęorum, scilicet, Sehon & Og: hoc tamen fuit circa finem anni quadraginta ab exitu de Aegypto. quod patet: quia Aaron mortuus fuit in monte Hor anno quadagesimo ab exitu de Aegypto mense quinto. vt patet Numeri trigesi- motertio. & tamen tunc nondum occisi fuerāt duo Reges Amorrhęi: prius enim venerunt Israelitę in montem Hor, quā in terram duorum Regum

H Amorrhęorum. vt patet ex ordine mansionum Nu- meri trigesimalotertio capitulo. mors ergo duorum Regum Amorrhęorum esset in septimo vel octauo mense anni quadraginta ab exitu de Aegypto, ita vt ad plus dimidius annus: & a fine illius anni quadra- ginta vsque ad tempus, quo steterunt cum Israelitis Gabaoonitę, forte nondum transierat integer mensis primi anni quadagesimi primi. transierūt enim Israe- litę Iordanem, & veniētes in Iericho deleuerunt eā: & postea in vrhem Hay in quo parui temporis mora fuit, vt patet ex discursu superiori. De tempore transitus Iordanis patet supra quarto capitulo. Fui- set ergo vnus mensis & dimidius elapsus a fine qua- draginta anni vsque nunc, quando fuerunt Gabaooni- tę cum Israelitis. Erunt ergo septem menses & di- midius, vel ad plus octo a tempore mortis duorum Regum Amorrhęorum vsque ad tempus composi- tionis fœderum Gabaoonitarum cum Israelitis: quo dato antequam illa deletio duorum Regum Amor- rhęorum narrari posset Gabaoonitis, si inde distarent longe, transissent multi dies, ad minus tot quot mo- rarentur veniēdo Gabaoonitę de terra sua ad locum, in quo erat Iosue. Etiam si diceremus paratum esse nūcium, qui mortem Regum Amorrhęorum mox vt fuit, ad narrandum Gabaoonitis paratus erat, quod fictitium videtur.

Sed adhuc dato hoc cum a tēpore illo vsque istud non fluxissent octo menses integri, prius transissent quatuor menses, quā nouissent Gabaoonitę hæc quę facta erant.

K Post hæc autem deliberando quid facerent, & pa- rando se ad iter aliquanto tempore morarentur: & sic manerent de toto hoc tempore tres menses solū, in quibus hæc via necessario confici deberet. sed in tribus mensibus, aut quatuor non poterant vestimen- ta noua fieri attrita, & vtres noui educi rumpi & cō- cidi ita, vt pitacijs confusi postea forent. Non erat ergo conuenienter dispositum ad cauendum præ- sumptionem de longitudine vię id, quod faciebant Gabaoonitę, scilicet dicere vestes suas fuisse nouas, & vtres, ac faccos: nunc vero longitudine vię omnia attrita

attrita fore. Nec ergo fuerunt satis prudentes Gabao- nitę qui istas præsumptiones recte effingere nequie- runt, nec Israelitę aliquo modo fuerunt docti, vt non vi- derent manifeste ista conficta esse, sed rude illud secu- lum omnia hæc pertulit, nisi forte dixerimus Iudęos nihil mali suspiciātes potuisse faciliter decipi, sicut om- ni homini inopinatis euentibus fieri solet. Sed de Iudæis dici non potest hoc. ipsi namque de Gabaoonitis malum aliquo modo suspicabantur, cum dixerūt eis. ne forsitan in terra quę nobis forte debetur habitetis, & non possimus inire fœdas vobiscum: tamen hæc suspi- cantes non valuerunt eludere fraudem Gabaoonitarū, quę faciliter eludi poterat, nisi forte dicamus, quōd Deus volebat saluare de manu Israelitarum Gabaooni- tas, & ob hoc fecit, vt non multum attenderent ad si- gna, quę dabant Gabaoonitę de longitudine vię, ne sic eorum cognoscentes fraudem non componerent cū eis fœdera, sed magis occiderent, & ob hoc videtur, qd ipse excecauerit Iudęos, ne inquirerent ab eo, an com- ponenda essent fœdera cum Gabaoonitis: sic dicitur. & os domini non interrogauerunt, scilicet de ineundis fœderibus.

Perrexeruntque ad Iosue. Ad totū Israel perrexerunt, quia tamen erat Iosue princeps, dicebantur perrexisse ad Iosue. & non est intelligendum, qd omnes Gabao- nitę venissent in castra Israel, sed solum nuncijs eorum, sicut Reges, vel ciuitates mittere solent ambasciato- res suos repræsentantes personam ipsorum. Qui tunc morabatur in castris Galgalæ. Ex hoc patet, quōd redierat Iosue in Galgalam.

Galgalæ quid sit, an campus, vel ciuitas. Et quomodo itineratio- nem Iosue, & castrametationem disposuerit, postquam transierunt Iordanem. Quæst. XI.

PRO quo sciendum est, quōd galgalæ est quæ- dam vallis, siue campus apud vrhem Iericho, quę sic vocata est, quia ibi Iudęi circuncisi sunt, vt patet supra quinto capit. ibi autem lo- cauerunt primo castra post transitum Iordanis, scilicet die qua transierunt Iordanem, & posuerunt ibi duodecim lapides erectos, quos de Iordanis alueo e- duxerūt ad memoriam duodecim tribuum Israel. de hoc supra 4. capitu. Cum autem per septem dies Israe- litę iustauerunt vrhem Iericho, reuertebantur quoti- die in castra galgalæ. vt patet supra sexto cap. Cum ve- ro Iosue venit in vrhem Hay cum bellatoribus, man- serunt ibi castra, & omnes qui non erant de bellatori- bus. Expugnata autem vrbe Hay, omnes qui erant in castris, tam foemina quā paruuli, tam aduenæ, quā indigenæ venerunt apud vrhem Hay in montem He- bal, & Garizin, ad ponendum maledictiones, & bene- dictiones. vt dictum fuit præcedenti capit. cum dicatur ibi, quōd ibi erant mulieres, & paruuli, aduenę & indi- genę. Facta autem hac solemnitate benedictionum, & maledictionum, redierunt in castra in galgalam, vt ibi forte quiescerent, donec Deus eis aliquid iuberet, & eis ibi manentibus venter gabaoonitę ad ineundum fœdus. ideo dicitur, quōd Iosue morabatur, tunc in castris in Galgalæ. Post hæc autem etiam manserunt castra ibi, quamquam irent pugnatores in bellum, si- cut cum iuerunt contra quinq; Reges. de quibus sequenti capitu. nam ibi dicitur, quōd postea regressi sunt in castra in Galgalam: erat enim ibi conueniens locus pro fixatione castrorum, & quia non expediebat omnes Israelitas cum rebus suis moueri ad quemcū- que locum, cum in pugnam eidum foret (esset enim magni laboris portare fœminas, & paruulos, & omnia supellestilia, ac greges, & armenta ad expeditiones bellicas) manebant omnia hæc simul in loco segregata

A to ab hostibus, scilicet in Galgalæ vbi erat fixio castrorum, & cum Iosue cessabat aliquando ab impetu bel- lico, redibat illuc in castra atque manebat.

Dixeruntque ei atque omni simul Israeli. Id est nuncijs Ga- baoonitarum ad eum, & ad totum Israelitarum cętum simul locuti sunt verba ambasciataę suæ: nō enim erat simul totus Israel, quia omnes non possent audire ver- ba nunciorum, sed erat Iosue cum senioribus Israel, & ceteris qui erant maioris auctoritatis in populo, & hi principaliter audiebant, de alijs autem audiebant qui poterant, parum enim differebat, quōd audirent, aut non audirent.

Qua lingua Gabaoonitę locuti sunt Iudæis. Et quomodo potuerunt eos intelligere. Quæst. XII.

QUÆRET aliquis quomodo Gabaoonitę lo- cuti sūt Israelitis, scilicet qua lingua, & quo modo eos Israelitę potuerunt intelligere. nam si loqueretur sermone terrę Chanaan, non videretur quomodo possent intelligere Israelitę, qui huic sermone assuefacti non fuerant. Aliquis di- cet forte, quōd Gabaoonitę locuti sunt sermone He- braico, vt totus populus Israelitarum intelligere pos- set. sic enim de ambasciatoribus interdum solet esse, qui eruditi sunt in lingua illa, ad cuius gentem desti- nantur.

C Sed hoc non multum stat: nō enim videtur aliquis modus, quomodo Gabaoonitę noscent Hebraicū ser- monem: non enim est affinis Hebræus sermo linguę Chanaanorum, Gabaoonitę tamen non fuerant eru- diti inter Iudæos, ita vt eorum nouissent linguam: Si enim essent Aegyptij, stare possent, quia in terra eo- rum manserant Israelitę magno tempore, vnde pote- rant cognoscere ipsorum linguam.

Item dato, quōd Gabaoonitę aliquo casu scirent lin- guam Hebraicam, non loquerentur ea, quia sic darēt locum præsumendi Iudæis, quōd essent de gentibus propinquis, qui ex assuetudine aliqua in Aegypto cū Iudæis, didicissent linguam Hebraicam. non ergo fue- runt locuti Hebræo sermone.

Sed dicendum est, quōd locuti fuerunt Chanaanę- rum lingua, quam nouerunt.

Gabaoonitę locuti sunt lingua Chanaanæ. Et quomodo ab Israelitis intelligi potuerunt. Quæst. XIII.

SED tunc diceretur, quomodo Israelitę intel-lexerunt verba eorum. Aliquis respondebit, qd intellexerunt Gabaoonitarum verba Israelitę per interpretes, & erant interpretes alij Chana- nęi, scilicet Raab Ierichōtina, & qd de cognatione eius erant. hi namque erant tūc inter Israelitas, quia Iosue fecit eos viuere, & habitauerunt semper in medio Is- raelitarum, vt patet supra 6. capitu. nouerant enim isti linguam Chanaanęorum in qua nati fuerant, & quia Gabaoonitę parum distabant ab vrbe Iericho, cogno- scerent eorum linguam, quia forte omnibus Chana- nęis esset lingua eadem, vel multum propinqua, per- quam se intelligere possent, vnde Ierichonini inter- pretarentur Iudęis verba Gabaoonitarum.

Sed hoc non stat propter duo. Primo, quia non est dicendum, quōd Raab, & alij Ierichonini essent præsentés, cum Gabaoonitę ista proponerent. nam ipsi cognoscentes esse illos de Gabaoon dicerent Iosue, & Israelitis, esse vrbes gabaoon propinquas in terra Cha- naan, & non inire pactum cum eis de conferuando illos a morte.

Et si

Et si dicas quod Ierichontini subticuerunt, quam cognoscere Gabaonitas esse de Chananeis, ut saluarent illos a morte. Non potest stare, quia Iosue dixit Gabaonitis ne forsitan in terra, qua nobis in possessione debetur habitetis, & non possumus fedus inire vobiscum. timerent ergo Ierichontini, scilicet Raab & cognati sui si praesentes essent ad interpretandum, cum Iosue ista diceret, si non reuelarent Gabaonitas esse de Chananeis in terra satis propinqua habitantes. Potissime si ponerentur ipsi tanquam interpretes. nam rationale erat pro hoc eis mortem infligi, cognito quod Gabaonitae erant Chananaei & de terra tam propinqua, de qua nullatenus ignorarent Raab & cognati sui, sed pro hoc eis nullum malum postea inflictum est. ergo non erat interpretet, imo nec erant praesentes cum loquebantur Gabaonitae.

Item patet hoc nam si Raab & alij Ierichontini fuissent interpretes, priusquam illi ducerentur ad interpretandum, cognoscere quod Gabaonitae erant Chananeis, nam Raab & cognati sui qui Chananeis erant, non ducerentur ad interpretandum verba Gabaonitarum, nisi sciretur quod hi intelligerent verba illorum: sed hoc non poterat intelligi nisi praesupponeretur esse Gabaonitas Chananeos sicut sciebatur de Raab & cognatione sua. ergo non fuit Raab interpres cum alijs Ierichontinis, quia non extitit cognitum de Gabaonitis quod Chananeis essent.

Dicendum est igitur quod Israelitae audierunt verba Chananeorum Gabaonitarum, & intellexerunt ea, nam patet de duobus viris exploratoribus missis in Ierichon quod intelligerent linguam Chananeorum, & scirent ut illa: nam locuti sunt ad Raab, ut patet supra secundo capitul. sic igitur de alijs intelligi posset scilicet quod omnes Iudaei scirent linguam terrae Chanaan, vel plurimi eorum.

Modus autem quo scire poterant erat, quia Israelitae manserant in Aegypto pluribus quam ducentis annis, ubi Aegyptia loquebantur lingua. unde quando iuit Moyses in terram Madian, filij sacerdotis Madian vocauerunt eum Aegyptium virum dicentes. Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorem. ut patet Exod. secundo capitulo. hoc autem non erat nisi quia cum lingua Aegyptia loqui viderunt. sic etiam de ceteris erat. Lingua autem Chananeorum erat multum propinqua linguae Aegyptiae: ideo intelligentes linguam Aegyptiam cognoscebant linguam Chananeorum.

Alio modo hoc esse poterat scilicet quod terra Aegyptiorum modicum distat a terra Chanaan. possent ergo ex communicatione Chananeorum cum Aegyptijs didicisse Israelitae linguam Chananeorum, ita ut intelligerent, & loquerentur ea.

Primum magis videtur. nam Gabaonitae ibant ad Israelitas proposituri ambasciatam suam confidentes, quod ab eis intelligerentur: non ibant enim sub spe habendi interpretes aliquos de Chananeis apud Iudaeos, nam tunc ipsi fugerent, quia comprehenderentur in mendacio Chananeis interpretibus declarantibus ipsos pertinere ad terram Chanaan. ergo confidebant Israelitas intelligere linguam ipsorum: quia sciebant ipsi propinquam eam esse linguam in qua Iudaei semper conuersati fuerant. scilicet Aegyptiae.

Si Israelitae intelligebant linguam Chananeorum quomodo non cognouerunt pertinere Gabaonitas ad Chananeos cum haberent eandem linguam.
Quaestio. XIII.

Sed tunc quaeretur cum isti locuti fuerint intelligentibus Israelitis linguam eorum, & scientibus eadem respondere, quomodo non cognoscebant eos pertinere

ad terram Chanaan? cuius cum quis loquitur in lingua gentis suae cognoscitur de qua terra oriendus sit. Respondendum est, quod Israelitae cognoscebant illam linguam esse talem sicut lingua terra Chanaan. nam sic videbant loquentes Ierichontinos qui erant de Chananeis, scilicet Raab & cognationem eius: tamen exstimauerunt quod etiam ista lingua erat communis alijs terris, sicut aliqua gentes sunt satis distantes quae concordant in lingua: tamen quia Iudaei viderunt magnam similitudinem ad linguam terrae Chanaan, quae vere erat eadem, dubitauerunt & aliquantulum suspicati sunt istos esse Chananeos: ideo dixerunt eis. Ne forsitan in terra qua nobis sorte debetur habitetis, & non possumus fedus inire vobiscum. postea tamen auertit Deus ab hoc cor eorum, ne nimis circa hoc scrutantes reperirent eos Chananeos, & nollet cum eis federa inire. Considerandum est in hoc: quod quando Gabaonitae venerunt ad Israelitas, non putauerunt esse cum eis Ierichontinos, scilicet Raab & cognationem suam: putabant enim quod omnes dederent, sicut iustum fuerat illis, & erat fama apud omnes de terra illa: si enim scirent esse Raab & cognationem suam cum Israelitis, non iussissent illuc: quia putarent se cognoscendos in Chananeos ab illis, qui scirent urbem Gabaon pertinere ad terram Chanaan: cum tamen venerunt ad Israelitas, non erant praesentes colloquutioni illi Raab & cognati sui: ideo non potuerunt scire fraudem Gabaonitarum. si autem praesentes fuissent, detexissent fraudem ne fallerentur Israelitae: si enim praesentes subticuissent, potuissent Iosue & Israelitae eos iuste criminari, quod non obseruarent salutem & honorem populi Israelitarum: unde rei mortis forent: sed postea nihil tale oppositum est Raab & cognationi suae, sed postea semper vixerunt inter Israelitas. ergo non erant praesentes cum illa proposuerunt Gabaonitae.

Sciendum etiam quod cum venerunt Gabaonitae ad Israelitas, ut inirent fedus, dixerunt se esse de terra longinqua, tamen nominauerunt urbes suas quatuor, scilicet Gabaon, Caphira, Beroth, & Ca. triathiarim. nam nisi expressissent Gabaonitae ciuitates suas, pro quarum tuitione fedus iniebarur, non valeret quicquam fedus: quia cum venirent Israelitae in urbes illas dederent eas, quia non tenerentur federe, cum non esset factum fedus pro eorum liberatione: sed expresserunt Gabaonitae se esse de quatuor ciuitatibus quarum nomina expresserunt, tamen sefellerunt in distantia, quia dixerunt eas esse in terra valde longinqua. Postea vero Israelitae inquirentes de urbe Gabaon forte a Raab, & alijs Ierichontinis qui erant inter eos, compererunt pertinere Gabaon ad terram Chanaan.

An Gabaonitae peccauerint fallendo Israelitas in federe composito. In quo statuitur regula generalis in theologia quod quicumque potest se liberare a morte modo honesto sibi possibili, & non facit, peccat mortaliter: dum tamen honestatem non pratendat finem ut martyres.
Quaestio. XV.

QUAE R ET aliquis an Gabaonitae peccauerint faciendo haec: & sic fallendo Hebraeos. Respondendum est: quod hic erant duo, scilicet desiderare se liberare a morte, & se per aliquem modum liberare. Quantum ad primum dicendum est: quod non erat aliquod peccatum velle se liberare a morte. nam prima & maxima cura omnium mortalium est se conseruare in vita: sicut ait Boetius de consolatione libro secundo, prosa quarta. & istud desiderium maxime naturale est, naturalia

naturalia autem non dicunt aliquod crimen. ergo non peccabant. Immo si contrarium vellent. scilicet nolentes se a morte liberare per quemcunque modum honestum sibi possibilem, peccarent contra naturalem & rationabilem affectum agentes, nullo honestiori praetento fine. Sed aliquis arguet, quod peccabant volendo euadere mortem, & contrarium efficientes bene agerent, quia Deus adiudicauerat morti omnes Chananeos, & ipsis Gabaonitis hoc erat cognitum. ergo malum faciebant volentes viuere contra diuinam voluntatem.

Respondendum est: Gabaonitis non constabat, quod Deus vellent illos occidi. nam licet ipsi audissent, quod Deus iussisset omnes Chananeos occidi, tamen applicando ad singulares Chananeos, non constabat determinate de quolibet Chananeorum, quod Deus vellet illum occidi. nam iusserat omnes Chananeos occidi: tamen Raab & cognati eius liberati sunt. ita poterat esse de multis alijs: unde nulli constabat determinate de hoc Chananeo vel illo, an Deus vellet illum occidi: unde ipsis Chananeis non constabat euidenter, an eos vellet occidi: ideo poterant licite desiderare vitam: immo peccatum erat si mori vellent ex hoc solum.

Item dato quod constaret Gabaonitis determinate, quod Deus vellet illos mori non obligabatur velle mori: sed poterant virtuose agere contrarium desiderare, & quantum possent procurare. Sicut est regula generalis, quod non tenemur conformari Deo in volito, sed in modo volendi. de quo magis declaratum est supra cap. 2.

Secundum erat de ipsa liberatione & modo liberationis. scilicet se liberantes bene agerent. Et dicendum est, quod cum liceat cuilibet immo sit necessarium vitam desiderio habere, nisi aliqua rationalis causa distrahat: licebit quocunque modo illam procurare, qui non vergat in offensam Dei & proximi. Gabaonitae autem volentes a morte liberari praetento colore, non offendeabant Deum, quia nihil agebant, quod esset directe Dei offensiuum exequentes licitum desiderium. Iudaeis quoque iniuria non erat. nam cum ius suum prosequerentur volentes se liberare a morte quam fraudes quascunque excogitarent, non peccabant. nam licebat eis contra Iudaeos pugnare, quia licet Deus terram tradidisset Israelitis, Chananaei iusta habebant causam defendendi, quia iure humano sua esset, cum ipsi semper possedissent, & licitum fouebant bellum: Iudaei et iuste pugnabant, quia Deo iubente agebant: vtrunque enim bellum iustum erat: cum propria & rebus defendendis liceret, Chananeis contra Israelitas bellum gerere: multo magis licebat pro vitae tuitione. si igitur hostile bellum agi licebat, quanto magis nullo damno inflicto Iudaeis, sed quodam praetexto colore se quod ad possent tueri ab aduersis: non peccauerunt ergo hoc videntes colore. Sed quoniam mentiti sunt dicentes se esse de terra longinqua, & non de terra Chanaan, peccauerunt aliquantulum, sed mendacium quia officiosum, erat, de minimis peccatis est, potissime, quia est ad tuitionem vitae: ideo quasi nullius culpe est. De Gabaonitis ergo dicendum est, quod hoc facientes parum, aut nihil peccauerunt: nihil enim peccassent si ut liberarentur, omnes Israelitas occiderent vitam propriae consulentes. De terra longinqua venimus. In signis quae praeferebant Gabaonitae. scilicet accis veteribus, & vestibus attritis, atque vtribus scissis, & piracijs colutis, signabatur eos de valde longinqua venisse terra. Potissime, cum ipsi testarentur ea, quae tunc attrita erant in exitu de terra sua fuisse noua, sed vt declaratum fuit, non conueniebat ista significatio, quia maior via longitudo designabatur quam ipsi compererent: sed volebant ipsi signare esse de aliqua terra satis longinqua. scilicet quod non essent de terra Chanaan: non tamen tantum longinqua, quod

Vtrunque bellum tunc ex parte Chananeorum quod fuerat deorsum erat iustum, & quomodo.

Alph. Tost. super Iosue.

A nullo modo concideret cum terra Chanaan. Si enim esset distantissima non indigeret consociari Israelitis, sed ipsi Gabaonitae nescierunt inquirere aliqua designatiua conuenientis longitudinis viae suae.

Pacem vobiscum facere cupientes. Ista pax poterat esse ad duo. Primum erat ad hoc quod Israelitae nunquam essent contra eos. Intentio autem Gabaonitarum erat, ut si quoquo modo per hoc foedus a morte eripi valerent, quae alijs eis certissime eueniret: tamen quantum ad ea quae ipsi praetendebant, poterant dicere se exoptare consociari Iudaeis propter duo. Primum, ut non pugnarent contra eos Israelitae: nec ipsi contra Israelitas. Secundum erat, ut si quis contra Israelitas insurgeret ipsi Gabaonitae iuuarent, & si quis de gentibus pugnaret contra Gabaonitas adiuuarent Israelitas. Primum tamen horum solum compositum fuerit Gabaonitae cum Israelitis, quod patet ex verbis, cum dixerunt: pacem vobiscum facere cupientes. Pax enim solum tollit aduersitates in alterutrum, sed non dicit obligationem ad compugnandum. nam hoc ad amicitiae federa pertinet. Etiam patet, quia si talia federa pura forent, Gabaonitae immediate venissent ad adiudicandum Israelitas, vel dicerent se venturos: sed habito federe pacis immediate recesserunt. ergo non fuit factum pactum de compugnando.

Responderuntque filij Israel ad eos, atque dixerunt. Ne forte in terra qua nobis sorte debetur, habitetis: & non possumus foedus inire vobiscum. At illi ad Iosue: serui inquit tui sumus. Quibus Iosue ait. Qui nam estis vos, aut unde venistis? Responderunt. De terra longinqua valde venerunt serui tui in nomine domini Dei tui. Audiuimus. n. famam potentiae eius: cuncta quae fecit in Aegypto, & duobus Regibus Amorrhoeorum, qui fuerunt trans Iordanem Schon Regi Efebod, & Og Regi Basan, qui erant in Astaroth: dixeruntque nobis seniores & omnes habitatores terrae nostrae. Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite. Serui vestri sumus, foedus inite nobiscum. Et panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpimus, nunc sicci facti sunt, & vultate nimia comminuti. Vires vini novos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. Vestes & calciamenta quibus induimur, & quae habemus in pedibus ob longitudinem longioris viae trita sunt, & penes consumpta.

Responderuntque filij Israel ad eos. Israelitae facilliter concederet cuilibet genti pacis indutias, dum tamen non esset de terra illa quam ipsi possessuri erant, quia cum his nulla poterat inire federa. Ne forsitan in terra qua nobis sorte debetur habitetis. i. caute ne sitis de terra illa quam in forte accepturi sumus. nam non poterimus vobiscum inire federa. dixerunt hoc Israelitae, quia suspicati sunt illos esse de terra Chanaan. nam licet satis alicui diligenter aduertenti, pateret istos confite locutos fuisse, ut fuit declaratum, tamen non cognoscebant hoc Israelitae, sed solus suspicati sunt esse illos Chananeos ex similitudine linguae. Poterat etiam dici ista verba ad quandam eruditionem. scilicet si Gabaonitae non cognoscerent conditionem Iudaeorum.

X rum.

rum. f. q non poterant confederari cum hoibus terrę Chanaan, intelligeret atque scirent quid eis expediret, & tunc dicerent an forte essent de terra illa, ne pactum fieret in fraudē, & postea non teneret. Et dato q tunc Gabaonitę cōfiterentur se esse de Chananeis, non occiderent eos ibi Israelitę, quia isti erant ambasciatores aliorum, qui manebant in 4. ciuitatibus Gabaonitarum. Iure enim gentium atque cōi omnium consuetudine inualuit, vt legati apud hostes securi sint, postea tamen cum irent Israelitę in vrbes eorum deleret eos.

Ablatiuus forte quid determinat.

In terra quę nobis forte debetur. I. in terra quę debetur nobis, & forte diuidenda est inter nos. pōt iste ablatiuus forte, determinare illud verbum debetur, & tunc esse sensus, q debet forte Israelitis terra Chanaan. & iste sensus nō stat, quia intelligeret, tunc q aliquę terrę diuise fuerant forte, & de eis puenerat per sortem Israelitis terra Chanaan. sed hoc non stat, quia nullatilis diuisio facta extiterat. Pōt determinare iste ablatiuus forte, illū dariuum nobis. cum illo verbo debetur. I. in terra quę debetur Israelitis, & ista debet nobis forte. i. nobis debita est, quia Deus illam nobis tradidit promittens & iubens ingredi ad possidendū, & nobis forte, puentura est, quia iussit vt inter nos forte diuideretur, vt patet Num. 26. & 24. Et non possimus fadus inire vobiscum. i. si in hac terra habitatis, non possimus vobiscū inire fędus de saluando vitam vestrā vlla apposita cōditione, nam nec in rributarios eos acciperę poterant, nec amicos efficere, nec subijcere in seruos: sed occidere oēs tam viros q feminas, tā magnos q paruulos, vt patet Deuter. 20. At illi ad Iosue. Rñdebāt Gabaonitę ad Iosue, quia ipse erat dux, & diffiniturus in cā. Serui inquirunt sumus tui. i. isti dixerunt serui sumus tui. q. d. fac de nobis, sicut volueris, qa serui tui sumus. Ista rñsio est indirecta. nā querebant Israelitę de terra Gabaonitarū, in qua regione esset, ipsi vero ab intentione volentes permutare loquēdi materiam, vt nō cogerēt rñdere ad inquisitū dixerūt: serui tui sumus, & iste est quorundā modus, vt non inducantur ad rñdendum, qd nolunt, Israelitę tñ inisti terunt quęrentes semper de qua terra essent: ideo coacti sunt respondere, quod erant de terra longinqua: vt infra patet.

Qui nam ait estis vos. Nō querebat Iosue de psonis, quia pntes inspiciebat eos: sed de terra sua. I. an multum distaret, vel vbi esset: nec tñ ex hoc quisq intelligat, q Gabaonitę nō expressissent ciuitates, vel regna a quibus mitterentur, quia aliās nō vocarent se ambasciatores alicuius gentis, nec scirent Israelitę, cū quo essent pñhenda fędera. nullatenus ergo taliter Iosue fecisset foedus: sed ipsi ciuitates suas. 4. expresserunt & terram earum: tñ hoc solum mutauerunt, q dixerūt illas distare nimis, nec esse de terra Chanaan: erant tñ propinqui & de Chananeis. Patet ēt q expresserint noīa ciuitatū, de quibus erant, & pro quibus pñhebāt. nam infra dī, q tertio die post fędum fędus audierūt Israelitę esse viros, cum quibus fuerant cōfęderati, de terra Chanaan, & venerunt ad 4. ciuitates eorum, nec expugnauerunt eas, quia erant alligati iuro: si tñ non expressissent Gabaonitę Israelitis noīa ciuitatum, nō cognoscerēt, cum quibus pepigissent, nisi cum viderent viros illos, cum quibus fuerat fędus ininitum: sed cum iuerunt Israelitę in Gabaon, non erant cum eis Gabaonitę, sed cum ciuibus suis. ergo ipsi fuerāt expressa nomina illarum. 4. ciuitatum pro quarum pace agebatur. Item cum ciuitates istę Gabaonitarum essent in terra Chanaā, si ambasciatores istarum vrbiū non expressissent nomina vrbiū, pro quibus foedus componebatur, cum Israelitę venissent ad eas, deleret illas, non extimantes se eis ad quicquam obligatos;

F cum de eis expressum nihil extitisset: Israelitę tñ putauerunt se coactos iuramento ad obseruandum fide istis quatuor ciuitatibus, ne pugnant contra illas. ergo illa fuerant expressę ab ambasciatoribus earum.

Responderunt: de terra longinqua valde venerunt serui tui. Id est nos qui sumus serui tui venimus de terra valde longinqua. Ecce enim quam rude esset istud seculum, tñ lepiditatem quandam in modo loquendi obseruabat, ita vt de seipsis in tertia persona loquerētur, quod ad maiorem pertinet exaltationem eius ad quę locutio fit, quam si in secunda persona fiat sermo. de quibus super Gen. c. 42. dictum est. Dicunt Gabaonitę se venisse de terra longinqua valde. I. de terra, quę esset vltra terram Chanaan: nec tñ tantum volunt signare Gabaonitę quantū verba sua designant: non. n. exigebat, q Gabaonitę multum distaret a terra Chanaā: satis. n. erat, q non essent de terra Chanaan, vt cū eis possent inire fędus, sed vt ipsi magis tollerent hanc suspitionem non solum dixerunt se non esse de terra Chanaan, sed etiam esse de terra valde longinqua: nō tamen conueniebat Gabaonitis dicere se de terra valde longinqua, nec tantum se distantes signare quantum signabant. nam hoc ipso quo nimis se longinquos testabatur, suspitionē de se ipsis causabant, quia valde distantes inde non egebant aliqua confęderatione cum Israelitis: sed verba Gabaonitarū non sunt intelligenda, vt valde magnam distantiam signent.

In nomine Domini Dei tui. Hic captant beneuolentiā Gabaonitę Israelitarum, laudantes Israelitarum Deū. I. q venerunt in nomine Dei Israel. i. venerunt ppter famam Dei Israel, siue nomen eius. Fama enim est dilatatio nominis eius. cum ergo aliquis in alicuius venit famam, venit ad nomen eius, sic erat de Gabaonitis qui audierant quę fecerat Deus Israel, & propter hanc famam veniebant ad eum: sic ipsi declarant immediate dicentes. Audiuimus enim famam potētię eius, cuncta quę fecit in Aegypto &c. In hoc Gabaonitę duo persuadent. Primum est in captando beneuolentiam: nam cum Israelitę desiderarent cultum & gloriam Dei sui, qñ audiebant aliquem laudantem Deum eorum, gaudebant & magis inclinabantur ad faciendum bonum illi q alias. Ideo citius sic inducerentur Israelitę ad concedendum fędera petita a Gabaonitis quā alias.

Item erat ista laus Israelitarum. nam magna laus ipforum erat, q haberent meliorem Deum quā alie gentes, & sic laudabiles eos dicit Moyses. vt patet Deuter. 4. c. cum dicitur. nec est alia natio tam grādis, quę habeat Deos appropinquates sibi, sicut adest Deo vester cunctis obseruationibus vestris. sed Gabaonitę dicentes se venisse in nomine Dei Iosue, siue propter famam eius, laudabāt in hoc Deum Israel. ergo consequenter Israelitas, & sic facilius eis consentiret ad fędera ineunda. Alio modo persuadent in hoc Israelitę facientes probabilia, quę pretebant. nam forte diceret aliquis de Israelitis ad quid velint confęderari Gabaonitę Israelitis si de terra extra regna Chanaā erant, ad quę non erat accessurus Iosue.

K Ex hoc autem responderi posset, quod Gabaonitę audierunt famam Dei Israel, & ob hoc confęderari voluerunt genti, quę talem Deum habebat, vt eis sic bene esset. Ita factum est de Geraritis, qui ad Isaac venerunt iniri fędus cum illo. vt patet Genes. 24. cū dixit. Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis a vobis: qui responderunt. Vidimus tecum esse dominum, & idcirco diximus. sit iuramentum inter nos, & iniamus foedus. Videntes ergo Israelitę hoc, crederent Gabaonitas in veritate loqui: ipsi tamen hoc prętextu velabant fraudem ad alligandum eos posito fędere.

Locutio in tertia psona pntet ad maiore exaltationē ei ad quem locutio fit quā si fieret in secunda.

Modus p suadendi Gabaonitarum.

Audiuimus enim famam potētię eius.

Audiuimus enim famam potētię eius. Hic ponebant Gabaonitę quid mouebat eos ad Israelitas venire, vt cum eis fędus inirent, & dicitur, q hoc fuit fama potētię Dei Iudæorum. Vere enim famam audierunt de factis mirabilibus Dei Israel, & tamen non erat istud, quod inducebat eos ad veniendum, vt inirent fędus cum Israelitis. Sed motiuum primum fuit, ne occiderentur, aut expellerentur de terra: audierant. n. quod Deus promississet terram Chanaan Israelitis dare in possessionem. Quod autem traditurus esset crediderunt, quia audierant magnam famam potētię eius, scilicet quę fecerat in mari rubro, & in duobus Regibus Amorrhęis. Si autem putauissent hanc terram non deuenturam in manibus Israelitarum, quāquam audissent maiorem famam Dei Israel non curassent venire, vt confęderarentur Israelitis: sed necessitate compulsi veniebāt. sic patet infra, cum detecta fraude eorum dixerunt. Nunciatum est nobis seruis tuis, q promississet dominus Deus tuus Moyfi seruo suo, q traderet vobis omnem terram, & disperderet omnes habitatores eius. timuimus ergo valde, & prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi. Nunc autem non reuelabant Gabaonitę veritatē intentionis suę, quia sic non possent attingere, quod intendebant, sed sub hoc colore. Causa tñ veniendi nunc fuit, quia audierāt deletionem Iericho & Hay, quę paulo ante hoc fuerat, & sicut de his vrribus dicebatur, ita de Gabaonitis fieri posset, ideo festinauerunt ad componendum fędera. Et hanc causam veniendi ponit supra litera. f. & hi qui habitabant in Gabaon audientes cuncta, quę fecerat Iosue Iericho & Hay, callide cogitantes tulerūt sibi cibaria &c. Hic tñ vt declaratum est, non ponunt causam verā Gabaonitę motus sui, sed eam quę cōgruebat intēioni eorū.

Audiuimus enim famam potētię eius. Inter Deos gētilium non erat quicquam, qui talia ageret, aut facere videretur. cum ergo Gabaonitę talia cognouerunt admirati sunt, & hoc dicuntur per famam se cognouisse. q. d. q non cognoscebāt hoc ex fundamento fidei, nec ex naturali cognitione de diuinis proprietatibus via naturę inquirendo sm ea, quę naturaliter essent cognita, vt dicit Apostolus ad Rom. 1. c. sed solū ex relatione aliorum cognoscebāt istam Dei magnitudinem, sicut cognoscent facta notabilia virorū per auditum. Cuncta quę fecit in Aegypto. Hic declarat quid erat, qd de Dei magnalibus per famam puenisset ad Gabaonitas. Et primo dicunt de oibus q fecerat Deo in Aegypto. pro liberatione Iudęorū insigendo magnas pęnalitates Pharaoni & seruis suis. de quibus a c. 7. Exo. vsque ad 15. & ista ponuntur prima, quia ista vere sunt quę fecit Deus primo pro Israelitis: an hoc enim licet ab antiquo aliquid fecisset p patribus eorum, tñ nec ita magnū nec celebre erat: ideo hoc solū enarratur. Et duobus Amorrhæorum Regibus. Isti erant Schon & Og, duo Amorrhæi Reges q quos pugnaverunt Israelitę, & deleuerunt eos. vt patet Nu. 21. & Deu. 2. & 3. c. Trans Iordanem. Dī de Regibus Amorrhęis trans Iordanem. i. ante Iordanis transitū ad partem orientālē eius: accipitur trans, varie. nam qui ad partē vnā sunt Iordanis esse alios dicunt trans Iordanem, & qui ad aliam partē manent, dicunt eodem modo esse alios trans Iordanē. Et sic in sacra scriptura aliqñ accipitur trans Iordanē pro parte orientali, aliqñ pro parte occidentali. sic patet supra 5. c. cū dī. Postq ergo audierunt oēs Reges Amorrhęorū, q habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam. Aliqñ dicitur trans Iordanem. i. ad partem orientālē. sic patet supra 1. f. quāquam vobis dedit Moyses famulus Dei trans Iordanem. i. ad partem orientalem siue cōtra Solis ortum. De vtroque simul patet exemplum Alph. Toit. super Iosue.

Num. 32. hic dī de Regibus Amorrhęorū trans Iordanem ad orientalem. I. partē: non q non percussisset Iosue Reges Amorrhęorum ad occidentālē plagam trans Iordanem, sed ipsi hoc se ignorasse sinxerunt. nam percussisset Iosue Regem Iericho, Regem quoque Hay suspendit. vt patet sup. 8. Sed Gabaonitę non expresserunt de his, vt colorarent mendaciū: nā dixerant se venisse de terra longinqua valde, in cuius testimonium oīa attrita portabant, quę in exitu de vrribus suis noua fuerant: occisio tñ Regis Iericho & Hay, & delatio ciuitatum iporū paulo ante hoc fuerat, & forte non per 10. dies. si igitur dixissent se in terra sua audiuisse famam horum, argueretur manifeste eos esse de terra propinqua satis, vnde mēdaciū rei essent: subitauerūt igitur: istud tñ fuit quod mouit eos ad veniendum, vt patet supra cum dicitur. & hi qui in Gabaon habitabant audientes quid fecisset Iosue Iericho & Hay, callide cogitantes &c.

Sehon regi Efebon. Iste erat de Regibus Amorrhęis, & primus, venientibus a fronte orientali terrę illius: ideo Iudęi venientes per partem orientalem ingressi sunt primo terram Schon: iste vocatur Rex Efebon, quia ciuitas sua Metropolis erat Efebon, quę fuerat olim de terra Moabitarum cum alijs ciuitatibus: Rex autem Schon accepit illam, & vocatus est rex Efebō. sic patet Num. 21. cum dicitur. Vrbs Efebon fuit regis Schon Amorrhęi, qui pugnavit contra regem Moab, & tulit omnem terram quę ditionis illius erat vsque Annon: vnde dicitur in prouerbio. venite in Efebon edificetur ciuitas Schon.

Et Og regi Basan. Iste erat alius Rex Amorrhęus ante Iordanem de genere gigantum. vt patet Deuter. 3. cap. scilicet solus quippe Og resisterat de stirpe gigantum. Vocatur autem Rex Basan, quia erat in regno eius quadam terra specialis a qua ipse nomē traxerat. terra Basan: erat enim hic de gigantibus, & terra Basan fuerat olim tota gigantum. vt patet Deuter. 3. cap. ab ea igitur conueniens nomen Regno eius datum est. Nec existimandum est Basan esse ciuitatem sicut Efebon. nam de Efebon patet, quod sit ciuitas Nu. 21. De Basan dicendū est, q sit regio. vt patet Deuter. 3. c. cū dī. & oēm Basan Og tradidi medię tribui Manasse, & iterū. cūcta Basan vocat terra gigantum: pter Basan tñ alias terras habuit Rex Og, vt colligit Deut. 3. sicut Rex Schon habuit vrbes alias pter Efebon. Qui erat in Astaroth. i. morabat Og in Astaroth: nomen ciuitatis est, & vocat Astaroth Carnayn. vt patet Nu. 32. erat hic pcpua sedes ei, sicut Regis Sehō erat ciuitas Efebon. Dixeruntq nobis seniores. Declarat Gabaonitę hoc factū esse cū cōsilio magno. I. q quia audierant famā potētię Dei Israel, cōsulerunt seniores bonū esse cōfęderari genti quę talē Deū hēt. Et dī de senioribus, quia ipsi sunt apud quos pñsiliū est: pñct. n. consiliū ad prudentiā, prudentia aut pñctā iuuenū non est, quia experientia indiget & tpe. vt ait Arist. 6. Ethic. iō mathematicos contingit iuuenes esse, prudentes aut & physicos non. vt patet ibidem, quia mathematicę nullam experientia supponunt: sed sola imaginatione cōprehendunt, cum abstrahantur a materia & motu. Physicum esse est de entibus materialibus, & in motu: ideo de his tardius certificamur: ideo tpe indigemus. Prudentia tñ adhuc maiori indiget tpe, quia est de factis humanis quę sunt variabilia magis, nec hnt vllam certitudinem, cum dependant a principijs pure liberis & varijs, nisi quis maxima experientia in eis quicquam deprehendere valeat. seniorum ergo consiliū rectum est. Vocat autem seniores Gabaonitę eos, qui in tota terra sua maioris habebantur auctoritatis in consiliando.

Et dicitur q dixerūt nobis, quod pōt referri ad oēs X 2 Gabaon.

Prudentia & consiliū semper est apud seniores & non apud iuuenes, & quę est cā huius.

Gabaonitas, vel ad istos solum qui missi erant. Primo modo est sensus, q̄ congregatis Gabaonitis in cōmune consilium quid agēdum foret, senes dixerunt nobis, i. toti genti Gabaonitarum: Isti autem loquebantur nomine oīum Gabaonitarū, quia eorum erat ambasciatores, vel intelligitur de ipsis solum. s. q̄ Gabao nite ceteri & seniores dixerunt istis, q̄ tollerēt in manibus suis cibaria. & hoc quia constituerant eos ambasciatores & procuratores suos ad supplicādum pro federe ineundo cum Israelitis. Et omnes habitatores terrae. Idest oēs de his. 4. ciuitatibus pro quibus petimus pacem, diffinierunt hoc congregati in cōmune consilium, & tunc praeceperūt nobis, vt veniremus ad vos.

Tollite in manibus vestris cibaria. Hoc ponebant Gabaonite ad colorandum mendacium suum, nam Gabaonite qui erant in vrbibus iusserunt portare istos panes, vt possent eos monstrare Israelitis testes longissimae vię. Hi autem qui venerant tanq̄ ambasciatores ex mandato aliorum Gabaonitarum, habebant occasionem colorandi factum, nam dicerēt Israelite. Q̄no portatis panes istos ita duros? & si dicerent venisse illos de terra sua quae longinqua valde erat, possent rīdere Israelite, nunquid forte in via non eratis panes inuenturi? Rīderent tunc Gabaonite, seniores nostri iusserunt nobis portare panes, ideo portauimus, & ecce iam vię lōgitudine inueterati sunt, & induruerunt nimis. Ob longissimam viam. Idest quia valde longam viam ambulaturi estis, tollite cibaria. Sciendū q̄ ista determinatio ob longissimam viam, non referatur solum ad illud dictum, tollite cibaria: sed ad aliqd̄ vltra, nam hoc modo non responderet intentioni Gabaonitarū, ipsi enim volebant ex hoc inferre, q̄no duxissent de terris suis panes illos, & indurati nimis essent propter vię longitudinem: si tñ solum diceretur tollite cibaria, poterant Gabaonite tollere cibaria, q̄ non sufficerent ad medietatem vię, & sic non peruenissent panes durissimi ad Israelitas: sed subintelligit tollite multa cibaria in manibus vestris, & tunc cōuenit qd̄ sequitur, s. ob longissimam viam, q. d. in longissima via cibaria multa fuerunt necessaria, maxime cū ipsi innuant consumptis oībus, quae in illa longissima via necessaria fuerant, excreuisse ea quae Israelitis nūc monstrabant, & quorum partem magnam gratis obtulerunt, sicut infra dicitur. susceperunt ergo de cibarijs eorum, & dī: tollite in manibus vestris, non q̄ in manibus tollerent, quia non poterant pro via tam longinqua, vt ipsi fingebant, portare in manibus cibaria.

Item quia ex facto suo tritum apparebat: nam in Afinis ista cibaria portabant, vt patet supra, s. tulerunt ergo cibaria, faccos veteres afinis imponētes, & vtres vinarios scissos, sed dicuntur portare cibaria in manibus suis, i. prompta ad manum suam, s. q̄ non oporteret illa inquirere per loca vię, sed q̄ncunque vellent preſto haberent. Et occurrere eis. Non dixerunt Gabao nite, ite ad illos, tanq̄ manerent in aliquo loco vel terra, vt quiete possidentes: sed occurrere illis, i. exire illis obuiam, q. d. ipsi sunt semper in motu laborantes in acquisitione terrae, & veniunt versus terram hanc: occurrere ergo illis. Et dicit: serui ueſtri sumus. Hoc dicuntur Gabaonite ex cōi modo lepiditatis, quia verba dulcia & quodam delibuta lepore animos permulcent, vt sic quaedam pars rhetorice suasionis effecta sit, nec tamen quis se ex hoc seruum alterius confiteatur, quo seruum se illius vocat. sic tamen euenit eis, quia serui effecti sunt sanctuarij, & totius populi Israēl, ad comportandas aquas, & cēdenda ligna.

Gabaonite autem non opinabantur se subijciendos in seruos, sed aut occidendos non constituto, aut rupto federe, vel in plena libertate manuros, & hoc quidem, quia audierant Israelitas prohibitos a Deo

Verba dulcia & lepore delibuta animos permulcent.

ponere fedus aliquod cum Chananeis, siue tributariorum, siue seruorum, sed q̄ occiderentur, vt patet Deuter. 20. cap. elegissent tamen potius Gabaonite seruire Iudaeis quam eorum gladio lacerari, sic enim fecerunt comperta eorum fraude per Israelitas. Dixerunt enim, nunc autem in manu tua sumus, quod bonum tibi videtur fac: si tamen horruissent seruitutē magis quam gladium, elegissent potius viriliter morientes euadere ignobilem seruitutem, quam mortē marcenti animo pauitātes certissime subijci seruituti. Et fedus inire nobiscum. Idest ponatur nobiscum pactū de non occidendo nos, nam non composuerunt fedus de compugnatione, sed solum de pace tenēda, vt supra declaratum fuit. En panes. Hic Gabaonitarū ambasciatores tollunt suspicionem hebreorū demonstrantes quibusdam coniecturis se non esse de terra Chanaan, sed de terra valde lōginqua, & quamq̄ istę coniecturę efficaces non erant aduertentibus ad eas, vt supra est inductum, tamen Iudęi persuasi sunt illis datis. Dixerunt autem Gabaonite hoc, quia videbant Israelitas aliquantulum hēstare in concedendo federa arbitantes, q̄ essent de terra Chanaan. vt patet supra ex verbis eorum, s. ne forsitan in terra quae forte nobis debetur, habitetis, & non possimus federa inire vobiscum, ponunt autē suasiones Gabaonite ostendēdo vię longitudinem per signa hęc. Primo per panes qui fuerant recentes in exitu vrbis Gabaon, nunc vero erant durissimi. En panes. Idest ecce panes qui corā oculis vestris sunt, protulerunt enim illos de faccis suis, vt viderent Israelite, & vt offerrent eis partem ciborum in subsidium, sicut infra patet, q̄ susceperint de illis.

Quando egressi sumus de domibus nostris. Scilicet de vrbe Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathiarim. nam pro istis. 4. ciuitatibus federa inira sunt, quae vocantur noſe Gabaon, quia illa erat Metropolis, & subintelligitur hic, q̄ Gabaonite recto cursu, & continuo processu venerant vsque in castra Galgalae, vbi erant nūc Hebrei. nā si circularit̄ anfractibus illuc peruenissent, etiam si via esset breuissima, possent magno tempore immorari, in quo nullum argumentum de distantia terrę inde daretur Israelitis, etiam si non fuisset cursus in via continuus, non inducerent quod intendebant Gabaonite. Ideo quamquam hęc duo non proferantur subintelliguntur, & forte Gabaonite exprēserunt Israelitis, sed scriptura subtrahit, quia in his, quę subintelligi possunt, breuiloqua est.

Calidos sumpsimus. Et mox profecti vsque nunc ambulauimus, & ecce in magnam duritiem lapideam, consolidati sunt, aut siccitate comminuti: non valde arguebant Gabaonite in hoc, nam si panis calidus sumptus foret, & positus in faccis in viam poratus est, citius in duritiem trāsiret, quam si post decoctionem paululum mansisset non poratus in via.

Nunc sicut facti sunt. Scilicet in tanta siccitate, vt satis euidenter monstrēt diuturnitatem a tempore recessus, nam erant isti panes tam duri, vt tantam vię longitudinem demonstrarent quantum volebāt in quibusdam alijs signis monstrare. erant tamen satis duri, quia elegerunt in terra sua duriores panes quos inuenire potuerunt, & itineris motu atque calore adhuc magis indurati sunt atque comminuti.

Et vetustate nimia comminuti. Non erant panes Gabaonitarum comminuti vetustate, sed motu itineris, in quo frequenti concussionē particulę scissę inuicem discinderentur: dixerunt tamen esse comminutos vetustate, quia ueraciter ex nimia vetustate panis comminui potest, nam compactio partium est per aliqualem humiditatem bonę commixtionis farinae, cum aqua in formatione panū: diuturnitate ipis consumuntur

sumitur ista humiditas, & tunc a se partes dissiliunt. Sic autem sit in terra, quę continuo subiecta calori in magnitudine temporis conuertitur in harenas, dissiliens a se inuicem etiam minutissimis particulis, humido renaci calore exurente penitus absumpto.

Vtres vini nouos impleuimus. Idest q̄n de terra sua recesserunt implerūt vtres vino, & erant noui, quod ex industria factum esse innuebant scientes vię longitudinem, sed ex hoc poterant cōprehendere Israelite Gabaonitas in mendacio, s. vt inquirerent faccos eorum an essent multi, & consideratis cibis, qui tunc superant, dijudicari posset, an in illis tot cibaria portari potuissent, quae verisimiliter in tanta vię longitudine sufficerent. idem de vrbibus considerato vino, qd̄ supererat, sed ad hoc non aduerterunt Israelite, q̄ si forte ista inquisissent Israelite, & comprehenderēt Gabaonitas in mendacio, dices q̄ possent Gabaonite rīdere in itinere cōsumpta fuisse oīa, & alia superadita, sed hoc non stat, quia tunc diceretur eodem modo cetera fuisse in itinere sumpta, nullius ergo p̄sumptionis causatiua essent hęc, nisi dicantur oīa educta fuisse de Gabaon noua, & nunc longitudine vię esse vetusta. De panibus dicit in hebraeo, q̄ defecati sunt, & putrefacti: vbi nos dicimus cōminuti, & s̄m veritatem literę hebraicę dicitur, q̄ panes illi punctati sunt vel depicti. Dicuntur punctati, i. habētes maculas paruas putrefactionis, vel mulscoſtatis, & illae vocantur puncta. Vel dicuntur depicti panes, i. q̄ ad modum picturę erat in eis mulsus & putredo in superficie.

Nunc rupti sunt. i. vtres vinarij rupti sunt: s̄m literā hebraicam dicitur crepuerunt: sed melius consonat rupti sunt, nam crepuisse non est magis veteris vtris noui: sed rumpi prae vetustate, quod est scindi est proprietatis vetustatis, & hoc signauit supra litera nostra, cum dixit: vtres vinarios scissos atq; cōſutos. Et soluti. Dicuntur vtres soluti, i. dissoluti, s. q̄ vna pars ab altera diuiditur, & hoc q̄n putrefiunt vtres, & non pōt teneri vna pars cum altera. Vestes & calciamenta. Per hęc inducunt signa longitudinis vię, quia vestes quae in exitu de Gabaon fuerunt nouae, nunc erant veteres: calciamenta autē nimis fuerant dissoluta ab inuicem, & rupta, atq; pitacijs cōſuta. Non est simile argūm de vestimentis & calciamentis, quia vestes nouę eductę de Gabaon vsq; ad magnā vię longitudinē non veterascerent, calciamenta autē pauca viarum longitudine rumpereutur: sed vt ranq; inducebant in suspicionē longitudinis vię.

Quibus induimus, & quae habemus in pedibus. Reddendo singula singulis, s. q̄ vestibus induebantur, & in pedibus habebant calciamenta. Ob longitudinem longioris viae trita sunt. Ista est locutio impropria: sed ponitur ad multum exprimentum, s. q̄ erat via valde longa, vocatur hic via longior absolute, scilicet valde longa.

Dicuntur vestes trite, i. fractę, vel perforate, aut ruptę, calciamenta autē trita sunt q̄n perforata sunt, & rupta prae vetustate. nam cum vestis discinditur nullo vsu applicando, sed uiolenter scindēdo rupta vel scissa dī, sed non trita: calciamenta autē identidem, cum autē ista trita sunt, dicuntur nimio eorum vsu consumpta. Et pene consumpta. Idest quasi ad nihilum redacta, scilicet quando vestis particulatim discinditur, ita quod nulli vsui induendi apta est.

2. Reg. 21.

Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os domini non interrogauerunt. Fecitq; Iosue cum eis pacem, & inito federe pollicitus est, vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem

Alph. Toſt. super Iosue.

tres initi fcederis audierunt, quod in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Mouerunt castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hęc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, quod iurassent eis Principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes Israel. Qui responderunt eis. Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc facimus eis. Reseruentur quidem vt uiuant, ne contra nos ira Domini concitetur si peierauerimus: sed sic uiuant, vt in vsus vniuersę multitudinis ligna cedant, aquasque cōportent.

Susceperunt de cibarijs. Hic ponitur secundum principale huius. fcederis a Gabaonitis petiti cōfirmatio, nam cum Israelite per signa, quę monstrabant Gabaonite, eos esse de terra longinqua, existimauerunt, nihil mali timentes concesserunt fedus qd̄ perebant.

Susceperunt de cibarijs eorum. Idest Israelite susceperunt de cibarijs Gabaonitarum, s. de panibus eorū, & de vino, atque ceteris quae in uia vltim attulerant.

An Israelite acceperint de cibarijs Gabaonitarum ad comedendum. Qu. est. X. VI.

ALIQUI dicunt, q̄ Israelite non susceperunt de cibarijs Gabaonitarum ad comedendum, sed ad experiendum an essent panes ita duri, ut dicebant Gabaonite.

Sed non stat conuenienter, quia ita bene possent Gabaonitis tenentibus panes in manibus considerare Israelite an duri panes essent, sicut si eos manibus cōtrectarent: sed susceperunt Israelite panes ad comedendum, & vinum Gabaonitarū, & si quę alia in vsus vię attulerant. Et hoc dictum factum esse in signum cōfederationis, quia apud antiquos moris extiterat post inita federa simul cibos sumere, sic patet de Laban & Iacob, qui cum composuissent federa pacis comederunt simul, vt patet Gen. 31. Gabaonite autē cōfederati fuerant Israelitis, ideo dederunt eis de cibarijs suis. Vel pōt dici, q̄ dederint cibaria in adiutorij p̄p amicitiam, quam signabāt se iam hęc ad eos. erāt enim Israelite in bellica expeditione, in bellis autē potissime cum est magna multitudo gētis, rerum penuria comitatur castra: Iudaei autē multi erant & semper in bello, nec erant in terra, in qua possent aliquos hęc fauorabiles, qui eis prestarent cibos pecunia emptos: indigerent, igitur p̄cipue, quia nondū ceperant Israelite terras, de quarum prada possent abundare, nā solum ceperant Iericho & Hay, de Iericho nihil habuerunt, sed oīa exusta sunt, quia erat tota ciuitas sub anathemate. De vrbe Hay modicū hęc potuerūt, quia erat vrbs parua, qd̄ igit̄ inter tantā multitudinē vnde egebant? suscepissent ergo cibos quoscunq; oblatos, & sic fuit de cibis Gabaonitarū. Et os domini non interrogauerunt. i. non interrogauerunt Israelite Deum, an deberent p̄tere fedus. Ponit istud ad declarandū q̄no errauerunt Israelite, si n. Deū interrogassent in nullo errauissent: Deo autē nō p̄ſulto decepti sunt. Et dñs nō interrogasse os dñi, i. non consuluisse Deum: non hēt

X 3 Deus

Deus non habet mēbra.

Deus os, nec aliqd alterum instrūm corporale: pure enim incorporale est, sed quia verba eius audiebant, & nos ore verba proferimus, dī ipse ore proferre. Ipse tñ nec os habet, nec quicq ore pferit, aut quolibet aliter. nam vt sēpe probatum est, Deus nihil loquit, nec vnq locutus est, nec loqui (vt putatur) pōt. sed angelus est, qui loquitur, & dicitur verba eius verba Dei: angelus tñ os non hēt, sed quia articulate voces non possunt, nisi in organis debitis formari, angeli sicut quēdam corpora de aere habētia organa determinata, in quibus tales voces formentur, sicut erat de angelo loquente in propitiatorio inter alas duorum Cherubin, de quo declaratum fuit Exo. 25. & Leuit. 16. c. Israelitē erant consueti Deum cōsulare in causis magnis & arduis, & Deus hoc volebat & iusserat, sic patet Nu. 27. f. pro hoc si quid agendum erit Eleazar sacerdos consulēt dñm. Et sic cum aliquid agendum esset. f. qd esset aliquanti pōderis, cōsulendus erat Deus per sacerdotem, sic autem erat in hoc, quia erat satis magnum negocium contrahere fēdera cum aliqua gente incognita nescientes, quid inde peruenturum esset populo Israel. Moyses enim ē in rebus parnis cum ignoraret, cōsulebat dñm, sicut patet de duabus qōnibus filiarum Salphaad. f. vna super successione paterna, de qua Num. 27. & alia super matrimonio contrahendo, de qua Num. 36. Hęc tñ leuia erāt in comparatione fēderum inuendorum, vel non inuendorum ab Israelitis cum alia gēte potissime incognita: non potest ergo tolli quin Israelitē in aliquo deliquerint omittentes Deum consulere: sed leue illud fuit quod peccauerunt, si enim interrogarent dñm forte responderet id, quod ipsi fecerunt, quia ipse volebat gentem illam a morte saluare, vt esset seruiens in cedendis lignis, & cōportādis aquis pro sanctuario: fecit tñ vt non quæreret aliquid ab eo Israelitē, ne ipsi comperirent veritatem de terra Gabaonitarū, & nollent inire fēdera. nam si quāsiuissent, an essent Gabaonitē de Chananaeis, responderet Deus qd erāt, & recnsarent fēdera, vnde non saltarentur Gabaonitē: nunc vero non cognoscentes terram eorum inierunt fēdus. De modo interrogandi Deum dicēdum est, qd erat duplex, vnus qd sacerdos introiret in sanctuarium, & inquireret a dño, quia apud ostium tabernaculi dicebat se appariturum. vt patet Exo. 29. c. Intra sancta sanctorum ē super propitiatorium loq̄batur angelus: sed non erat sacerdoti magno licitum illuc ingredi, nisi in die propitiationis, vt patet Leuit. 16. & ad Heb. 9. c. Moyfi autē licebat introire quicunque vellet, & patet Nu. c. 7. vbi dī, qd qñ Moyses volebat consulere oraculum audiebat vocem ad se loquētem de propitiatorio inter duo Cherubin.

Modus interrogandi Deum in veteri testāto erat duplex.

Alius modus erat cōuenientior sacerdoti ad vsū quotidianum. f. qd applicaret rationale & Ephod, & ibi cōsulebat dominum & cognoscebat veritas, sicut cum erat Dauid in Ceila, iussit Abiathar sacerdoti applicare Ephod, quo applicato inquisiuit an traderetur in manū Saulis, & respondit Deus quod traderetur si ibi maneret, vt patet primo Reg. 23. cap. & ob hoc vocatur rationale iudicij, quia in eo iudicabatur id, quod erat absconditum. de hoc magis declaratum est Exo. 28. cap.

Fecitque Iosue cum eis pacem. Dicitur fecisse Iosue pacem non, quod ipse solus fecerit, sed totus Israel, ipse tñ erat princeps: ideo omnia quę faciebat totus populus ipsi attribuebantur. In hoc patet, qd non inierunt fēdus de mūtua compugnatione. f. qd adiuuarent Gabaonitē Israelitē, & Israelitē Gabaonitas: sed solum, qd non occiderent eos.

Et inito fēdere. Dicebatur inire fēdus, i. componere pactum de pace tenēda cum Israelitis: in fēderi-

bus autem componendis apud antiquos occidebantur pecora. nam & qñ cum Deo faciebant Israelitē fēdus obseruabant has ceremonias. vt patet Hiere. 35. cum fecerunt pactum tempore Sedechiæ cum dño, & occiderunt vitulum secantes in duas partes, atque transeuntes per medias diuisiones. an vero aliqua animalia in signum fēderis hic fuerint occisa non constat.

Pollicitus est, quod non occiderentur. Idem est hoc, inire fēdus, & quantum ad hoc determinate ponebatur pactum, & non de compugnādo: intelligebatur tñ per hoc quod etiam non infligeretur eis aliquod damni, aut pēna, nec auferretur terra possessionis eorum: pro hoc enim specialiter orabant Gabaonitē. nam si solā vitam cōseruare cuperent, tradita etiam patria in manus Israelitarum poterant non incurrentes aliquam seruitutem, nec erat eis opus componere fēdera cū Israelitis: poterant quippe ablati rebus suis ante aduentum Iudēorum in Gabaon terram dimittere alias sedes inquirentes: amor tñ patrię eos tenuit, & pro hac fēdus inierunt, vt si quo modo in ea manere possent. Fuit autē istud fēdus confirmatum iūro Iosue & principum, & quamquā nō exprimat hie de Iosue iūro, intelligendum est, sicut de iuramento principū.

Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Idest postq iurauit Iosue, et principes populi iurauerunt: isti erāt. 12. principes tribuū qui erāt principes totius multitudinis, quia in tota multitudine non erant nisi. 12. tribus: iurauerunt isti noīe totius multitudinis, quia cōtinebant totam multitudinē eminenter & in virtute: ēt quia tota multitudo non poterat iurare, nisi singuli de populo iuraret, qd difficillimū erat: vnde postea comperto qd Gabaonitē essent de Chananaeis multitudo voluit delere eos: principes autē populi restiterūt allegantes, qd iurassent, si autē oēs de multitudine iurauissent non moti fuissent ad occidendū eos, sed oēs equaliter defendissent Gabaonitas a morte. Sic patet infra cum ruderunt principes multitudinis ipsis popularibus dicētes. Iurauimus eis in noīe dñi Israel: iō non possumus eos cōtingere. *Post dies autem tres.* Hic ponitur tertium huius secundę partis. f. mendacij Gabaonitarū detectio: erat. n. necessario detegendū mendacium Gabaonitarū, quia cum ipsi habitarent in terra Chanaā Israelitē peruenturi erant in terrā illam, & cognoscerent mentitos Gabaonitas: ipsi tñ volebant quocunq; inducere Israelitas ad fēdus: inito. n. pacto fortassis misererent eorū, aut iūm putātes tenere nō cōtingerent illos: iō leuius eis affuturū expectabāt qd si nullū dheretur fēdus: si autē aliqd mali eueniret ēt aliter euenturū erat: plegerunt ergo se exponere in illis dubijs fēdera facientes, quā nullo facto pacto non dubiā mortē expectare. *Post dies autem tres initi fēderis.* Idest post tres dies a fēdere inito. *Audierunt, quod in vicino habitarent.* Istud audire poterāt Israelitē a Ierichōtinis qui erant inter eos. La Raab & cognatis suis: isti enim erant in castris Israel, & cum venerunt Gabaonitē ad ponendū fēdus cū Israelitis nō erant pñtes locutioni: iō nō potuerunt notificare Israelitis, qñ ip si erant de Chananaeis: non. n. tacuissent, vt supra declaratū fuit: postea dictum est his qñ venissent ad faciendū fēdus cum Israelitis quidā viri qui vocabantur de Gabaon, & Caphira, Beroth, & Cariathiarim: tunc dixerunt istos esse Chananaeos Ierichōtini, & in propinquo habitare: fuit autem hoc post tres dies a contracto fēdere, quia forte nō fuit prius notificatum Raab & cognatis suis venisse Gabaonitas ad ponendū fēdus cum Israel.

Posset autem aliquis dicere, qd Israelitē audierunt hoc a quibusdam alijs, sed non videtur quomodo. nā non cōcabant Iudēi cum aliquibus Chananaeis, qui

eis

eis significare possent hoc. Erant enim omnes hostes Israelitarum, quia non poterant Israelitē dimittere viuentem aliquem horum, vt patet Deut. 20. ergo rationabiliter dictū videtur, qd Raab & cognati sui hoc reuelauerint. nam circa Iericho erat Gabaon. quod patet, quia fēdera inita fuerunt in castris Galgalē, vt patet supra cum dicitur, quod venerūt Gabaonitē ad Iosue, qui tunc morabatur in castris Galgalē. sed Galgala erat apud Iericho. f. in campo apud Iericho. nam existentes Iudēi in Galgalis dicebantur esse in campe stribus Iericho, vel in agro Iericho. vt patet supra 5. c. Dicebatur tamē Gabaon in propinquo ad castra Galgalē, vt patet hic cum dicitur, audierunt, qd in vicino habitarent. ergo Iericho in vicino erat ad urbem Gabaon, possent ergo consequenter Ierichōtini cognoscere an esset Gabaon in terra Chanaan, & an in propinquo vel in distanti.

Quod in vicino habitarent. Hoc erat contra dictum Gabaonitarum. Dixerant enim se venisse de terra longinqua, in cuius testimoniū ostēderant omnia signa supra posita, & tamen in hoc nihil p̄iudicabatur Israelitis, dum tamen non essent in terra Chanaan. poterant autem esse de terra propinqua, & qd non essent de terra Chanaā. nam in circuitu terrę Chanaan erāt multę regiones propinque in quibus potuissent habitare Gabaonitē, & non essent de terra Chanaan, & tunc cum terra illa non pertinerent ad Israelitas, possent inire fēdus cum illis. Nec etiam Gabaonitē dixerunt, atque in habitu finxerunt se venisse de terra longinqua: tanquam necesse esset eos esse de terra Chanaan, si essent de terra propinqua: sed posuerunt hoc ad magis elidendum suspitionem illam. nam si dicerent se esse de terra propinqua, erat indifferens ad esse eos de terra Chanaan, vel esse de terra aliena. cum autem dicerent se esse de terra longinqua, nimis elidebant efficaciter p̄sumptionem, quia non poterant esse de terra nimis longinqua, & qd essent de terra Chanaan.

Et inter eos futuri essent. Idest audierunt, qd si post fēdera ipsi Gabaonitē mansuri essent in terra, in qua tunc erant, quod necessario moraturi erant inter ipsos Israelitas, quia vrbs Gabaon, & alia tres erant in medio terrę Chanaan. nam Gabaonitē erant de genere Heuēorum, qui erat vnus de septem gentibus. Sic patet infra cap. 11. f. non fuit ciuitas, quę se nō traderet filijs Israel p̄ter Heuēum, qui habitabat in Gabaon: in hoc iam p̄iudicauerunt Gabaonitē Israelitis, quia si non lederent eos, non tollerent eis possessionem terrarum, in quo diminuebatur fors Israelitarum: ēt quia iusserat Deus oēs Chananaeos occidi, nec erat fas Israelitis componere cum eis fēdus. nūc autē iurauerant non occidere istos, vnde erant impliciti iūro qd p̄ceptum Dei. *Moueruntque castra filij Israel.* f. recesserunt de Galgalis ad veniendum in ciuitates Gabaon. iam enim innotuerat eis, vbi essent ciuitates ille, quia notificauerāt Ierichōtini. f. Raab & cognati sui. Iō vt viderent qñ hoc factum esset, & an aliq̄ cām huius haberent Gabaonitē iuerunt illuc Israelitē. Et dī, qd mouerunt castra. f. de Galgalis. nam in Galgalis erant qñ fēdera facta sunt, & postea non mouerunt inde castra usq; quo iuerunt in Gabaon. potissime, quia tribus diebus post facta fēdera mouerunt castra, ut hic patet. Et non est intelligendum, qd mouerint castra. i. qd totaliter recesserunt de Galgalis, nam seq. c. dicitur de Iosue & Israel exercitu, qñ reuenterunt in Galgalam in locum castrorum: sed dicitur, qd mouerunt castra. i. Iosue cum viris bellatoribus recesserunt de Galgalis in Gabaon. *Et uenerunt in ciuitates eorum die tertio.* Iste dies tertius potest dupliciter intelligi. vno modo, qd sit dies tertius, & computetur a

Alpha. Post super Iosue,

die quo facta sunt fēdera, quia dicitur, qd post tres dies facti fēderis cognouerunt Israelitē fallitatem Gabaonitarum, & qd in hoc tertio die uenerint in Gabaon. Alio modo accipitur dies tertius. f. computādo a die, quo mouerunt castra de Galgalis recedentibus inde bellatoribus viris solum. & iste sensus est cōuenientior, quia ista determinatio die tertio, videtur referri ad iumenta. f. mouerunt castra filij Israel. nam si referretur ad illum diem tertium, in quo cognouerunt Israelitē fraudem Gabaonitarum non diceretur, qd uenerunt die tertio in Gabaon, sed qd uenerunt eodem die. Dicendum ergo, qd tertia die a recessu de Galgalis peruenierunt in Gabaon, quia nō multum inde distabat. *Venerunt in ciuitates eorum.* Iste ciuitates erāt. propinque inter se, eratq; earum metropolis Gabaon: iō Gabaonitē facere dicebantur oīa quę fecerunt istę quatuor ciuitates: cum autē peruenierunt ad eas Israelitē, aperuerunt Gabaonitē eis portas tanq̄ amicis, quia nihil eis aliud agere expediebat. nam si clausis ianuis eis resistere uellent, nihil prodesset pristinum fēdus, quia pro hoc erant rei mortis, & melius eis foret non iniuisse fēdus qd inire, & postea portas claudere. Et satis apparet, qd ii ipsi intellexissent aliqñ claudere portas Israelitis illuc euntibus, nunq̄ ante hoc per nūcios suos iniuissent fēdus cum eis: nunc autem cum Israelitē ad eos iuerunt locuti sunt eis, ergo gratis aperuerunt portas. *Quarum hæc sunt nomina, Gabaon, & Caphira, Beroth, & Cariathiarim.* Iste quatuor ciuitates erant simul, & forte pertinebant ad vnā cōitatem vel regimē, quia non noīantur habuisse regem, sicut ciuitates alia, & erant propinque pertinentes ad terrā Heuēorum, quia infra. 11. Gabaonitē uocantur Heuēi. Et forsitan dicas Gabaonitas esse Heuēos, sed non constat de alijs, an sint de genere Heuēorum. Rōndendū est oēs quatuor ciuitates pertinere ad Heuēos, ga infra. 11. dicitur. non fuit ciuitas, quę se non traderet filijs Israel p̄ter Heuēum, qui habitabat in Gabaon: oēs bellando deuicit: sed manifestum est, qd non deuicit Israel pugnando eos qui habitabant in Caphira. Beroth & Cariathiarim. ergo noīe Gabaon intelliguntur ēt iste tres ciuitates: alioquin non stabit litera, & cum Gabaon dicatur pertinere ad Heuēos: ēt alię tres ciuitates dicentur esse Heuēorum. Iste quatuor ciuitates postea non sunt diuise forte inter Israelitas, quia sicut Gabaonitē incolumes seruati sunt, ita & ciuitates eorum, & ēt cuncta quę possidebant, eis reseruata sunt in quibus manerent. *Et non percusserunt eos.* i. non occiderunt eos. f. quia principes tenuerunt populū ne irrueret in eos. nam populus uoluerat delere illos, & quia non permisit principes repugnant murmurans populus. *Eo quod iurassent eis principes multitudinis.* Vt non infringerent iuramentū nō occiderunt, alioquin occidissent, & doluerunt, qd eis iurauissent, quia desiderabant occidere eos. dicuntur iurasse principes multitudinis. f. Iosue, qui erat maior in toto populo, & principes. 12. tribuū qui erant principes totius multitudinis, quia in 12. tribubus tota multitudo Israelitarum erat, sic uocantur Nu. 4. & 7. c. populares autē non iurauerunt, ga non exigebatur. sufficiens. n. erat, qd principes iurarent, qui cōtinebant eminenter totam multitudinē. *In nomine Dei Israel.* Nō dī hoc tanq̄ si iurassent in noīe alterius Dei, non esset iūm obligatoriu. nam quocunq; qd iuret siue p̄ Deū siue p̄ aliq̄ de creaturis iūm tenet. Iudēi tñ nō licebat iurare p̄ noīe alterius qd Dei sui. immō nec licebat noīari per os eorum aliq̄ de alijs dijs, sic patet Exo. 23. f. per noīe externorū deorū nolite iurare, nec audiant ex ore uestro, etiam refertur in hoc ueritas facti, quia Israelitē iurauerunt in nomine Dei sui, & non alterius: sic enim Gabaonitē petierant.

X 4 Mu-

Murmuravit itaque omne vulgus contra principes. Volebat vulgus irruere in Gabaonitas delendo eos, quia Chananej erant, & quia sefellerant eos, & quia principes veterunt propter iuramentum præstitum, murmurauerunt. Causa murmurandi erat dupliciter. prima, quia agebatur hic contra mandatum Dei. nam præceperat omnes Chananeos occidi, ita vt nullus eorum maneret sub aliqua conditione, vt patet Deuter. 20. c. hic autem seruabantur Gabaonitæ.

Cæ murmurandi de Gabaonitis fuit duplex.

Item damnum inferebatur magnum ipsis Israelitis, quia diminuebatur possessio eorum. nam totam terram Chanaa ipsi accepturi erant in possessionem, in qua erant quatuor ciuitates Gabaonitarum. cū autem isti permitterentur viuere, etiam ciuitates eorū relinquebantur eis: erant tñ istæ ciuitates magnæ, vt patet seq. c. Magnum ergo damnum infligebatur Israelitis adimendo. 4. ciuitates eorum. *Qui responderunt.* Hic ponitur quartum. s. pacti temperatio, quò pactum initū cum Gabaonitis non mansit totaliter in viribus suis, sed quantum ad aliquid obseruatum est, & hoc, quia vtique causa vrgens erat: nam populus murmurabat, q̄ dimitterentur impuniti: Gabaonitæ tñ delendi erant, quia Chananej erant, & nisi aliquo modo cōsenseretur populo, magnus tumultus fieret. Rursus non decebat, nec iustum visum est principibus Israel infringi pacta inita cum Gabaonitis, quia erant iuramēto firmata: ideo temperata sunt, quia non occisi sunt: nec eorum vires illis ablatae fuerunt: in seruitutē tñ redacti sunt. s. q̄ semper essent in cultu multitudinis & sanctuarij, vt patet infra. *Iurauimus eis in nomine domini Israel, idcirco non possumus contingere eos. i. iurauimus eis per Deum, q̄ non occideremus eos, nec noceremus illis. ideo non possumus contingere. i. tangere illos ad nocendum eis, nisi incurramus poenā perituri. In nomine Domini Israel.* In hoc cōsistit vis rōnis. s. nomen Dei Israel est excellēs, nec illud in uanum sumi decet, sed in nomine eius iurauimus. ideo non decet irritum fieri iuramentum. *Idcirco non possumus eos contingere.* Id est obligati sumus ad non contingendum, scilicet inferendum aliquam læsionem.

An iuramentum præstitum Gabaonitis ab Israelitis fuerit obligatorium, ubi arguitur primum pro parte negativa, deinde pro affirmatiua. Quæst. XVII.

CIRCA hoc considerandum est, quia principes dicebant se nō posse cōtingere Gabaonitas. s. non incidendo in perituri, inquirendum est, an iurū præstitum ab Israelitis Gabaonitis fuerit obligatoriu. nam si obligat, recte dicebant principes nō posse contingere Gabaonitas: si autem non erat obligatoriu, poterant occidere eos nō incidentes in perituri. Et videtur, q̄ non obligaret, quia iurū præstitum q̄ legem Dei non tenet, imò obseruari nō debet sub pena mortalis peccati, sed istud iurū erat q̄ legem Dei, vt patet Deut. 20. s. q̄ de gentibus quarum Israelitæ terrā in possessionē accepturi erāt, nullā dimitterent occidentes in ore gladij tam viros q̄ feminas, paruulos, & senes. Idem patet Num. 34. ergo iurū præstitum Gabaonitis de nō occidendo eos, quia erant Chananej (vt patet hic) non tenebit.

Item iuramentū cum præstat sub conditione, nō obligat, nisi existat conditio: sed Gabaonitis præstiterunt Israelitæ iurū sub conditione, ne essent de terra quam ipsi in possessionē accepturi erant, vt patet supra cum dicitur: ne forsitan in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possumus vobiscum inire fœdus: sed Gabaonitæ erant de terra illa. ergo non tenebat iuramentum.

Item fraus & dolus nemini patrocinari debent: sed

F Gabaonitæ fraudulenter induxerunt Israelitas ad iurandum, ne eis nocerent, quod non fuissent consecuti nisi fraudibus vtterentur. ergo non debuit in eorum fauorem tenere iuramentum, sed magis in odium viribus carere.

In contrarium arguitur ex verbis principum, quæ habentur hic, scilicet iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel. ideo non possumus eos contingere. q. d. incurramus perituri si tetigerimus, sed non incurrerent perituri, nisi iurū esset obligatorium. ergo obligabat.

Item si principes isti non intellexissent se teneri iuramento, occidissent Gabaonitas, cū populus tumultuaretur cōtra eos, quia non permittebant occidi Gabaonitas, sed principes non permisissent, etiam si populus quantūcūq; tumultuaretur dicentes se iurauisse. ergo intelligebant se astrictos iuramento.

Item dicitur infra, referuntur quidem, vt viuant, ne q̄ nos ira Domini conciteret. sed ira Domini non concitatur, nisi contra eos qui male agunt. ergo si Iudei Gabaonitas occiderent, malum agerent. Sed hoc non erat malum, nisi quia iurauerant eos conseruare a morte. nam aliā licitum erat, imò præceptū eos occidi: ergo iuramentum istud obligauerat.

Item contra Dei præceptum erat aliquem de Chananeis reseruare viuentem. si ergo non obligasset iuramentum, Israelitæ non reseruassent eos, sed reseruauerunt. ergo obligauit.

H De tribus rationibus quas ponit Nicolaus propter quas iuramentum præstitum Gabaonitis erat seruandum, & an teneat. Quæst. XVIIII.

AD hoc respondet Nicolaus, q̄ iuramentū præstitum Gabaonitis fuit obseruandum triplici ratione. Prima sumitur ex parte Gabaonitarum, quia venerunt ad Iosue in nomine Dñi volentes eius cultui subijci. ideo præceptum dñi de interfecione habitatorum terræ Chanaan non videbatur contra eos currere, quia erat datum propter malitiam habitantū in terra, & obstinationem eorum in malis. vnde infra. 11. c. dñs de obstinatione illorum. Dñi. n. sententia fuerat, vt induraretur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac sic perirent, sicut p̄ceperat dñs Moysi. ex quo patet, q̄ Gabaonitæ meruerunt clementiam Dei, nec currebat q̄ eos s̄ntia dñi. Secunda cā accipit ex parte Israelitarum, quia istud fuit primū iurū, quod fecerunt extraneis gentibus, excepto tñ iurō q̄ fecerunt Raab, q̄ fuit magis particulare. istud autem fuit magis cōe. ideo si fugissent iurū Gabaonitas occidēdo, quibus iurauerāt ne occiderent illos, fuisset hoc diuulgatū per oēs terras in circuitu, & reputati fuissent filij Israel infideles, & iurorum transgressores in magnū scandalū illius populi, & per oēs in irreuerentiā, & blasphemiam Dei, cuius dicebatur peculiaris populus, & a Deo electus: iō ad euitandū hoc debuit obseruari iurū. Tertia accipitur ex parte Dei, qui pronior est ad indulgendū q̄ ad puniendum. ideo credendū est, q̄ Iosue ex familiarī consilio Dei mortem eorū mutauerit corporalē in ciuilem, & sic de suis mendacijs punirentur, q̄ de morte corporali eis non infligēda intelligebat. Quod autem dñs hanc s̄ntiam approbauerit patet, quia pp̄ afflictionē factā iniuste Gabaonitis a Saul, Deus dedit famem magnā tribus annis in Israel, & nō cessauit ira Dei, quousq; ad petitionē Gabaonitarū suspensū sunt septē viri de stirpe Saul, sic patet 2. Re. 21. c. Itē patet ex glo. B. Aug. sup c. sequens sup partē illā, in manus tuas tradidi illos: ait nec cōsultus est dñs vtrū eundū esset,

esset, sed vltimo suis subuenire volēs futuram p̄nunciavit victoriam. sic posset de Gabaonitis inconsultus monere qui essent cum mentirentur, nisi ei placeret illa iuratio, quæ subiectis parere cogeret. crederet enim Deo, quoniam audierant promississe quod gentes illas subuerteret, & terram eorum obtinerent: & hanc eorum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit.

Solutioes Nicolai.

Ad argumenta respondet. Ad primum. s. q̄ Deus iusserat occidi omnes Chananeos, dicit quod non currebat contra Gabaonitas ista sententia. Ad secundum respondet: quod quamquam a principio dixerunt Israelitæ Gabaonitis, ne forsitan essent de terra quæ eis debebatur: tamen in iuramento postea non fuit interposita aliqua conditio, sed simpliciter iurauerunt illos non occidere. Ad tertium argumentū dicit, quod mendacia & fraus quando ordinantur ad malum finē, non debent prodesse: mendacia autem & fictiones Gabaonitarum licet essent de se mala, tamen non erant ad malum finem sed ad bonum, scilicet ad corporalem salutem & spiritualem.

Confutatio opinionis Nicolai. Et quod iuramentum præstitum Gabaonitis non obligauit: sed putauerūt Israelitæ quod obligabat ideo seruauerunt. Item quod iuramentum præstitum contra legem Dei, siue affirmatiue, siue negatiue, siue ignoranter, siue scienter, non obligat. Quæst. XIX.

NON obstantibus his dicendū est, q̄ Israelitæ non fuerunt obligati per iuramentū præstitum Gabaonitis, sed potuerunt eos occidere non incurrentes aliquod perituri, nec aliquo modo peccantes. quod patet, quia iuramentum contra legem Dei præstitum nunquam obligat: & dato quod aliquis obligari velit, non obligatur, sed magis econtrario peccat iurando. vnde si Israelitæ cōstitisset Gabaonitas esse Chananeos, quando venerunt ad eos, non iurassent illos cōseruare. Et dato quod vellent iurare, non teneret iuramentum: quia ipsi non poterant per aliquod iuramentum, aut aliquod alterum vinculum inducere obligationem contra legem diuinam. sed si aliquis iurās contra ea quæ Deus iubet, posset se obligare ad faciendum, per iuramentum tolleretur legem diuinam exuens obligationem illius super se, & inducens contrariam obligationē: & hoc modo posset tota lex diuina destrui. Absurdum ergo est, nec quisquam nisi infans fatebitur iuramentum contra ea quæ sunt in lege diuina, siue affirmatione, siue negatione teneri iuramento. Iuramentum autem Israelitarum huiusmodi erat de seruandis Gabaonitis, quia Deus legem dederat vniuersalem de Chananeis delēdis de quibus erant Gabaonitæ. ergo si per iuramentū præstitum eis potuissent se obligare ad non occidendum eos, posset tollere legem diuinam per iuramentum suum, quod absurdum est. Nec valet si dicas quod Israelitæ iurauerūt nescientes esse Gabaonitas de Chananeis, sed potius credentes esse de alijs gentibus. nam hoc est ad excusandum Israelitas a peccato, scilicet, quia iuramentū præstiterunt nescientes: quod si præstiterunt scientes, non erat dubium eos valde grauiter peccare: tamen ex hoc non tollebat quin esset iuramentum contra legem Dei. ideo sicut iuramentū præstitum contra ea quæ sunt manifeste in lege Dei, non obligat, quia non potest tollere obligationem legis diuinæ, ita nec potest obligare iuramentum præstitum contra ea quæ sunt in lege Dei nobis hoc ignoratibus, siue hoc proneniat ex ignorantia iuris, siue ex ignorantia facti, quia tūc daretur quod ipsa ignorantia non tolleretur obli-

A gationem iuris diuini. nam quocūque modo detur quod iuramentum factum contra legem Dei teneat, siue præstetur ignoranter, siue scienter, tollitur obligatio legis diuinæ. nā cū obligatio iuramenti & legis diuinæ sint contrariæ, includunt contradictionem tenere vtramque. sed necesse est vnam tolli per alterā. Dicendo ergo quod iuramentum præstitum contra legem diuinam tenet, siue scienter præstitum, siue ignoranter, dicimus quod obligatio legis diuinæ per iuramentum illud sublata est, quod est falsum. ergo nullo modo iuramentum præstitum ab Israelitis Gabaonitis tenebat, quia erat contra legem Dei. Quod autem nescirent Israelitæ hoc, solum operabatur quod putabant se obligatos, ac si non iurassent contra legem Dei: cum tamen constiterit illos iurasse contra legem Dei, constabit eis quod non tenet iuramentum. sic autem fuit cum nūciatum est Israelitis, quod Gabaonitæ erant de Chananeis. nam tunc sciebant se contra legem Dei iurasse: ergo cognoscere debebant se non teneri. Et si dicatur quod Deus dedit consensum ad istud iuramentum. Dicendum est quod non ex hoc iuramentum tenebat, quia aut Deus approbavit iuramentum cum fiebat, scilicet, quod non imputabat Iudeis ad culpam aut malum, quod præstarent huiusmodi iuramentum: aut fuit post iuramentum factum, scilicet, postquam cognouerunt Israelitæ Gabaonitas esse de Chananeis. Si autem primo modo dicas, non ex hoc fiebat illud iuramentum licite. nam non constabat Israelitis an Deus factum eorum approbaret, vel reprobaret: cū dicatur supra quod os Domini non interrogauerunt, id est non sciuerunt a Deo an liceret, vel expediens esset inire fœdus cum Gabaonitis, vel non. postea etiam antequā scirent a Deo aliquam confirmationem præcedentē, vel quæ postea fieret, cognouerunt Gabaonitas esse Chananeos. & consequenter cognoscere debuerunt iuramentum esse factum contra legem Dei, & non tenere. Si autem dicas quod Deus postea dixerit Iosue, quod non occideret Gabaonitas: non ex hoc arguitur tenuisse iuramentum, quia iam non erat licitū Gabaonitas seruari, quia iuramentum fuerat factum, sed quia Deus iubebat. & dato quod Deus diceret quod Israelitæ seruarent iuramentum suum, non arguebatur quod tenuerit, quia istud præceptum erat superueniens. Iuramentum autem a principio factum si obligatorium fuit, semper obligauit. si autem non obligauit a principio, nunquam postea obligauit, etiam si Deus diceret, quod seruare illud: quia iam non erant vires iuramenti ad obligandum, sed diuina iussio: & ita obligarentur per hanc iussionem, etiam si nullum præcessisset iuramentum.

Respondit ad fundamenta Nicolai, seu causas postas q. 18. Et quod Gabaonitæ non venerunt ad Iosue ad subiucendum se cultui Dei Israel, vt putat Nicolaus, sed solum errore compulsi. Et quod nobis facere non licet aliquid ex eo quod apud Deum id rectum sit, & illud fieri velit. Quæst. XX.

AD fundamenta Nicolai quibus inducere videtur, quod istud iuramentum obseruandum fuit. Respondendum est. primo dicit quod Gabaonitæ venerunt ad Iosue in nomine Domini, ideo non debebat currere contra eos præceptum de interfecione Chananeorum: venerant enim vt subijcerentur Deo. Dicendū quod Gabaonitæ venerunt ad Iosue in nomine Domini Israel, non quidem ad subiucendum se ei, sed ad famā Dei, scilicet, quod nomen Dei Israel, id est fama sua erat magna, & Gabaonitæ venerunt in nomine Domini,

mini, id est in fama vel per famam Dei. Et hoc patet ex litera sequenti, cum ipsi declarant intentionem suam dicentes. de terra longinqua valde venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiimus enim famam potentie eius cuncta que fecit in Aegypto &c. de fama igitur intelligitur, & non quod ipsi tunc veniret ad subiiciendum se cultui Dei Israel. Item non venerunt Gabaonites ut subicerent se Deo vltimo modo, sed solum terrore compulsi: ut patet infra cum dicitur, nunciatum est nobis seruis tuis, quod promississet Dominus Deus tuus Moyse seruo tuo, ut traderet vobis omnem terram, & disperderet omnes habitatores eius, timuimus valde, & prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi: ergo non merebatur quicquam tanquam venientes ad se subiiciendum cultui Dei. Item patet quia si venissent ad subiiciendum se cultui diuino, inquisissent ab Israelitis de caeremonijs, & didicissent eas: sed non fecerunt quin potius pro solo federe exorantes eo obtento abierunt: ergo non veniebant ad hoc. Item dato quod venissent Gabaonites ad subiiciendum se cultui diuino, tamen non tollebat quin curreret contra eos lex posita de occidendis Chanaanais: quia lex posita erat quod nequaquam permitterent viuere aliquem de Chanaanais: ergo nullo federe aut conditione posita, aut propter nullum finem licebat dimittere Chanaanos viuentes. nam hoc dato necesse esset, quod si omnes Chanaanai vellent conuerti ad Dominum caeremonias eius acceptantes, quod dimitterentur viuentes, & terras eorum illis: & sic nullum locum possessionis haberent Iudei: & posita lex a Deo non haberet locum quantum ad aliquid. nam quamquam Chanaanai non desiderarent conuerti ad cultum Dei Israel animo, tamen videntes se impares Iudeis fingerent se velle subiici Deo Israel, ut sic viuere permitterentur. vnde si semel videretur inter Chanaanos, quod aliqui de eis liberabantur a morte propter hoc, quod se Deo Israelitarum subiiciebant, omnes alij se sic Deo subiicere sicte possent, & per fraudem viuerent, atque manerent in terra: sicut multi de Iudeis ad Christum timore conuersi, vel vt gloriosius presentem agerent vitam, qui nihil de vita iudaica recepta a cunabulis perdiderunt: & hac occasione inter nos interdum vt filij seculi pollent in seculo. Quamquam ergo diceret aliquis de Chanaanais Israelitis, quod volebant Deo eorum subiici, non dimitterent eum viuentem. Item patet ex hoc quod fecerunt Israelite. nam quamquam Gabaonites dixerint se venisse ad eos in nomine Dei eorum audita fama, tamen quasuerunt an essent de Chanaanais dicentes, quod si de terra illa essent, non possent cum eis fedus inire. vnde si confiterentur se esse de Chanaanais, non suscepissent eos ad fedus. ergo non iurauerunt Israelite Gabaonitis, quia veniebant ad se subiiciendum Deo, sed quia putauerunt eos esse de gentibus extraneis. non ergo tollitur quin sententia Dei curreret contra eos, quia veniebant ad colendum Deum. Si tamen non curreret, quia volebant subiici Deo, non oportebat quod Gabaonites fingerent se esse de terra longinqua, sed solum quod dicerent se venisse ad subiiciendum Deo Israel, & dato quod Gabaonites nescientes hoc fingerent se esse de terra longinqua, vt qualitercunque euaderent, tamen Israelite non debebant querere an essent de Chanaanais vel non: sed an essent volentes subiici Deo vel non: & si venissent vt subicerentur Deo, siue essent de Chanaanais siue non, inirent cum eis fedus. sed inquisierunt diligenter querentes an essent de Chanaanorum terra vel non: & non quasuerunt an essent volentes se Deo subiicere: ergo quamquam dicerent se velle subiici ritibus iudicis, non liberarentur a morte si co-

stituerentur se esse Chanaanos. Item patet ex hoc quod fecerunt Israelite cognitio quod Gabaonites essent de Chanaanais, nam populus voluit eos delere nisi principes restitissent. Dixerant tamen ipsi primo, quod veniebant in nomine Domini Israel. Item quod Deus voluerit Gabaonitas esse saluos, non iustificabat iuramentum Israelitarum: nec faciebat illud valere. nam quod Deus velit id quod nos agimus non iustificatur actus, nam hoc modo nullus actus iniquus esset, cum nullus voluntatem eius sit. non posset quicquam fieri, nisi ipse vellet. sic patet Sap. 11. c. tamen multos actus iniquos dicimus. Item Deus operatur iudicio suo occulto distribuens poenas & premia, sicut quod nouit expedire, & merita nostra exigere. nos autem sicut legem datam nobis solum operamur, quocumque se res habeat. ideo aliqua iusta sunt Deo operante, que a nobis fieri illicitum est si fierent deliberate: sicut Deus nouit aliquem meritum mortem sibi infligi, & vult ei infligere per manus nostras tradens eum nobis, & occidimus eum a casu: vt si iaciamus lapides vel sagittas ad locum certum, & transeat aliquis corruet vulneratus: nos tamen percutere non vellemus. Ecce enim occisio illa quantum ad id quod Deus iudicat, & agit, iusta est: tamen si voluntarie nos efficeremus, peccaremus. Item patet hoc: quia quicumque aliquis patitur aliquam poenam, illam iuste patitur quia meretur. nam in aliquo Deum offendit pro quo puniri meretur: tamen non iuste poenam inflert quicumque occidit alium, alioquin nemo peccaret quicumque in proximum. quicumque tamen in alterum poenam infligimus, Deo dispensante facimus: quia nisi ipse vellet eum pati que patitur, & ad aliquod bonum finem proficeret, non puniri permitteret: vt declarat Boetius de consol. lib. 4. prola 6. Non ergo recte dicitur quod ex eo quod aliquid apud Deum rectum est, & ipse illud fieri vult, nobis facere liceat. quamquam ergo Deus iudicio suo occulto Gabaonitas dimittere vellet ex aliqua causa: Israelitis tamen non licebat hoc, quia legem habebant quam agerent, sicut quod occideret omnes habitatores terre Chanaan. non licebat ergo eis facere, donec lex alia, aut speciale preceptum poneretur de seruando eos.

Solutio ad confirmationem primi fundamenti Nicolai positi.
q. 18. *Quest. XXI.*

CVM autem confirmatur, sicut non curreret eos sententia Dei de occidendis habitatoribus terre, quia alios tradiderat in manus Israelitarum, vt non mererentur aliquam misericordiam: vt patet infra 11. cum dicitur. Domini. n. sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent sicut preceperat Dominus Moyse. ergo contra Gabaonitas non currebat ista sententia, quia Deus non indurauerat eos: sed venerunt ad confirmandum federa cum Israel. Responderi potest vno modo quod non probatur ex hoc. nam quod sententia Domini fuit ista, vt in poenam malorum suorum indurarentur, & non mererentur ullam misericordiam, non sequitur quod sententia Dei data contra Chanaanos non curreret contra Gabaonitas, nisi forte dicas quod sententia Dei solum erat contra illos, de quibus eo. cap. 11. metio fit. Sed hoc falsum est, quia etiam erat sententia Dei contra omnes, qui postea perierunt de Chanaanais. Manifestum est enim quod multi de Chanaanais postea perierunt, sicut illos quos deleuerunt Israelite post mortem Iosue, vt patet Iud. c. 1. & 19. & reges Israel multos postea occiderunt, sicut Saul: cuius toto tempore fuit bellum potens contra Philistin: vt patet 1. Reg. 14. & David multos occidit de his: vt patet 2. Reg. 5. & 8. si tamen non cucurrisset sententia Dei contra illos, non fuissent occisi.

De hoc dixit excellenter supra 7. cap. q. 39.

occisi. Ergo dicendo quod sententia Dei fuit contra eos, de quibus habetur infra 11. cap. quod perirent non tollitur de alijs quod curreret contra eos Domini sententia: huiusmodi autem contra Gabaonitas erat. Item dato quod veraciter sententia Dei non curreret contra Gabaonitas, vel contra multos alios de Chanaanais: hoc tamen non constabat Israelitis, sed potius apparebat manifeste quod contra omnes currebat: quia Deut. 20. & Nu. 34. dicitur de his terris, quas Hebraei accepturi erant in possessionem, nullum omnino viuere permitterent. donec ergo Deus determinaret eis aliquam gentem, vel aliquos homines de Chanaanais, quos non occideret, sententia eius contra omnes currere videbatur. Sed ista sententia non fuerat limitata in Gabaonitis, quod non curreret. ergo non erat aliquod quare non curreret contra eos, quod Deus apud seipsum determinasset quod non curreret contra eos. Et cum dicitur Nic. quod Gabaonites inueniunt clementiam, ita vt non curreret contra eos sententia Dei. Responditur est quod inueniunt, tamen non sequitur ex litera allegata per eum, quia idem tunc sequitur de omnibus alijs, qui tunc non fuerunt occisi. Sed falsum est, quia multi eorum qui tunc non perierunt, postea deliti sunt. Item illud quod dicitur infra 11. & allegatur per Nicolaum fuit post pactum factum cum Gabaonitis, & prestitum iuramentum. ergo ante non constabat qui inuenturi essent misericordiam, vel an aliquis hoc inueniretur esset. Item quod Gabaonites misericordiam a Deo consecuti fuerint, tamen non constabat Israelitis: ideo tantum erat ac si non fuissent consecuti.

Solutio ad secundum fundamentum seu causam Nicolai, de quo q. 18. Et quod aliquando ea que contra mandata Dei sunt, postquam facta sunt, ipse confirmat.
Quest. XXI.

SECVNDA ratio quam ponit Nicolaus ex parte Israelitarum non multum tenet, scilicet, quia istud erat primum iuramentum quod prestitum fuerat alicui, & redundaret in magnam infamiam ipsorum si non obseruaret, & in contumeliam Dei. Respondendum est, quod non redundaret in aliqua infamiam, sed potius reputaretur eis ad iustitiam: quia si manifeste prestitissent iuramentum Gabaonitis de conseruando vitam eorum cognito qui essent, & non obseruarent, esset magna infamia. Gabaonites tamen per fraudem ab eis hoc exegerant quarentibus ipsis primo, an essent de terra Chanaan, & negantibus veritatem. & si veritas fuisset expressa nullo modo tale pactum fuisset factum: ergo propter fraudem quam Gabaonites committebant in Israelitis, poterant eos occidere, & nullus populus ad malum imputasset. Nec etiam cedebat in Dei offensam. nam si iuramentum fuisset prestitum in nomine Domini Israel, & sine aliqua fraude, non obseruandis Iudeis dehonefaretur nomen Dei: nunc tamen fraus interciderat: ergo non infringebatur iuramentum, nec irrogabatur offensio nomini Dei. Etiam tertia ratio Nicolai ex parte Dei non multum tenet. nam quod Deus reuelauerit Iosue, quod non occiderent Gabaonites, & commutaretur poena eorum corporalis mortalis in seruitutem, non validabatur iuramentum. nam a principio iuramentum carebat vitibus ex causis assignatis, quia non poterat obligare contra legem Dei. Israelites tamen putabant illud valere, quia nesciebant aliquod impedimentum quare non valerent. cum autem cognouerunt Gabaonitas esse Chanaanos, notum eis esse debebat non tenere iuramentum. Quod autem Deus postea diceret, quod non occiderentur, non validabat iuramentum, sed ex isto nouo precepto obligantur non occidere, et si nullum fuisset prestitum iuramentum. nam cum semel iuramentum nullas tenuit vires, nunquam postea poterit

Ad 3. fundamentum Nicolai.

esse obligatorium: sed ex aliquo alio insurget vinculum ad obligandum, si aliqua obligatio fuerit ad tale actum. Cum autem confirmat, sicut quod Deus approbavit hoc, quia tempore David misit magnam famam super Israel pro iniuria facta Gabaonitis a Saul. Responderi poterat nihil sequi ex hoc, nam aliqui ea que contra voluntatem & mandatum Dei sunt, postquam facta sunt ipse confirmat, vt patet de consuetudine regis: nam Samuel ex parte Dei dixit Israelitis, quod non eligeret regem, & quod erat contra voluntatem Dei hoc, vt patet 1. Reg. 8. tamen postquam electus fuit Saul Deus approbavit. & quod Israelites vellent retrocedere, sicut quod non haberet regem, Deus noluit: vt patet 1. Reg. 12. quod ergo Deus vindicasset postea iniuriam factam Gabaonitis, non sequebatur quod a principio factum esset recte, & de voluntate eius. Sed relicta adhuc ista solutione possumus aliter respondere, sicut licet Deus approbaret Gabaonitarum liberationem, tamen quoniam iurauerunt eis Israelites, non constabat an Deus approbaret, vel an malum boniue facerent. ideo approbatio Dei non faciebat eos recte agere. Item auctoritas B. Aug. quae dicit Deo placuisse liberationem Gabaonitarum, nihil ad hoc agit. nam cum Deus tradit aliquem male meritum in manus alterius nescientis quid agit, vt occidat illum, vult quod ille occidatur: alioquin non traderet ipse, tamen tradit: vt patet Exo. 21. c. non tamen recte agit qui sic occidit. nam si deliberate ageret, mortaliter peccaret & puniretur. & tamen Deus adhuc mouet eum aliquo modo, vt puniatur ille qui deliquit. sicut Deus mouet malos ad persecutionem bonorum, vt mereantur, tamen in hoc mali peccant: ex hoc ergo contrarium sensu Dei per taciturnitatem non fit actus licitus, qui alius licitus non erat. non ergo ex aliquo horum inducitur tenuisse iuramentum Gabaonitis prestitum ab Israelitis. Item quod magis est: Israelites non tenuerunt iuramentum prestitum Gabaonitis. nam iurauerunt eis quod non occiderent eos, vt dicitur litera. & non solum hoc, sed etiam quod nullo modo nocerent eis nec rebus suis, quod supra non exprimitur. Intelligitur. n. ex hoc quod dicitur hic, sicut quod dixerunt eis principes. iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel. ideo non possumus eos contingere. sed hic puniuntur eos capitis diminutione. efficiendo seruos: ergo non obseruabat iuramentum. Item factum erat pactum cum Gabaonitis, quia extimabantur esse extra terram Chanaan habitantes, & si sic inuentum fuisset non nocuissent eis Israelites: reducendo eos in seruitutem. nunc autem conperto quod essent Chanaanai fecerunt illos seruos: ergo non stetit iuramentum in viribus suis. Solutiones autem argumentorum facta ab ipso per hunc modum impugnantur.

Solutiones argumentorum facta a Nicolao reselluntur, & determinatio auctoris ad questionem principalem: de qua q. 17. Et quod principes Israel per ignorantiam iuris cum seculo illud rade fuerit errauerunt valde obseruando Gabaonitis prestitum iuramentum, & in sabbatis non pugnando infra q. seq. Quest. XIII.

DICENDUM autem est ad questionem quod iuramentum prestitum Gabaonitis ab Israelitis non tenuit, quia erat contra legem Dei contra quam nulla obligatio consistere potest. Israelites tamen putauerunt istud iuramentum tenere, quia putabant se iurare illis qui essent extra terram Chanaan, quod ipsi iurare possent. ignorantia tamen non faciebat iuramentum obligare: quia quocumque obligaret, tollebat obligationem legis diuine que nullo modo tolli potest: cum autem cognouerit esse Gabaonitas de Chanaanais, notum esse debuit illis quod non obligauerat iuramentum nec tenebat. Principes tamen populi qui non multum erant docti circa hoc, sicut quod iuramentum esset obligatorium vel non, quia adhuc seculum illud erat rude, obseruauerunt illud quantum ad intelligendum. & ob hoc dixerunt populo murmuranti. iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel: ideo non possumus continere

Quamuis Deus moueat malos ad persecutionem bonorum vt mereantur: non tamen in hoc mali merent: immo grauius peccant.

tante lege, Deutero. 20. cap. cum ergo per mendacium induxerint Israelitas ad iurandum, non tenebat iuramentum, & licuisset Israelitis occidere Gabaonitas non obstante iuramento prestituto si voluissent, in iuramento Raab non interuenit dolus. ideo non licebat contrafacere: ideo cum licuisset Iudeis occidere Gabaonitas, licuit eis subijcere illos seruituti quod videbatur minus. Quinto & etiam principaliter fuit propter scandalum, nam quod obseruaret iuramentum Raab nullus dixit, sed oes confenserunt. quantum ad Gabaonitas fuit e contrario, quia populus indignatus est, & volebat occidere illos: principes autem opposuerunt se propter iuramentum. vt ergo Iosue tolleretur scandalum tenuit mediaviam, scilicet quod viuere Gabaonitas propter iuramentum, & subiecit illos seruituti altaris Dei, & populi, vt sic satisfaceret populo. & hec fuit tota causa seruitutis Gabaonitarum. nam cognita fraude eorum si populus non reclamasset, permitteret eos Iosue viuere, & non subijceret alicui seruituti vel pene: sed quia populus petebat eos ad mortem, non potens aliud facere Iosue, subiecit seruituti, vt non sequeretur mors ipsorum. Ex his ergo apparet contra assertionem hereticorum dictum fuisse Iosue inhumanum, quia super plures sibi factos subiecit seruituti. nam non fuit inhumanus, immo abundanti humanitate vsus est, quia quantum potuit eos a morte liberauit. & quia non potuit per alium modum, imposuit eis quandam seruitutem quam ipsi mitiorem iudicauerunt, quam occiderentur sicut populus petebat. Sexto, quia praeiudicabatur alicuius Israelitis ex pacto Gabaonitarum, sed in nullo praeiudicabatur ex pacto inuito cum Raab, quia Gabaonitas habebant quatuor vrbes magnas, scilicet Gabaon, Caphira, Beroth, Cariathiarim, vt patet supra in litera. & istas habituri erant Israelitas in possessionem si occiderent Gabaonitas, quia tota terra diuisa erat per sortes. Nu. 26. & 34. cap. si autem totaliter seruaretur pactum Gabaonitis, non possent Israelites has vrbes habere. ideo praeiudicabatur eis. secus de Raab, quia illa non habebat urbem, neque hereditatem: & si quid habebat illud erat in vrbe Iericho, de qua nihil habituri erant Iudaei: quia erat supposita anathemati ne habitaretur, & ne acciperetur aliquid de illa supra 6. cap. ideo non praeiudicabatur in aliquo Israelitis ex pacto Raab. vnde non reclamauerunt de illo, sicut reclamauerunt de iuramento prestituto Gabaonitis. Septimo dicunt aliqui factum fuisse, quia Gabaonites non habuerunt plenam fidem in Deo Israel. Raab autem habuit fidem plenam: ideo aliter cum illa agi debuit. Octauo, quia dicunt quod Raab ex deuotione venit ad Deum Israelitarum. Gabaonitas autem ex solo metu: ideo debuerunt seruare Gabaonites & non Raab, De his duobus loquitur Adamantius & glo. ordi. sed Iesus secundum mensuram fidei ipsorum competenter iudicauit, sed Raab meretrix fide integra credidit cum omni domo sua, & exploratores cum omni deuotione susceperunt: ideo integre in societatem populi suscepta est, & appositae ad filios Israel. Isti vero qui non tam Israeliticam plebis consortia dilexerunt, quam perditionis metu accesserunt ad Iesum fraudulenter, quomodo poterant libertatem vitae & regni consortium de his seruitutibus promereri? Preterea cum dicerent, audiuimus quanta fecit Dominus vobis in mari Rubro, & per desertum: nihil tamen fidei dignum, nihil tantarum virtutum admiratione dignum fecerunt. Iesus vero videns in fide eorum angustum propositum, moderationem erga eos iustissimam seruat, vt salutem mereantur: quia parum quid fidei habent, nec tamen summam regni vel libertatis accipiant: quia fides eorum nullo operum nobilitatur accessu. Dicendum autem quod istae duae rationes alicuius sunt fauorae: sed rationes cogentes sunt tertia, quarta, & quinta scilicet postquam

Quare sic se habuerunt Iudaei circa Gabaonitas: & an opinio Gratiani circa iuramentum prestitutum possit sustineri.
Quaest. XXXIX.

AD HUC ultra supraposita de iuramento dubium est de Gabaonitis, cur omnia ista facta sunt circa illos, quia videtur quod aut Israelites tenebantur iuramento prestituto Gabaonitis: & tunc sicut non licebat occidere illos, ita neque subijcere seruituti. aut non tenebantur iuramento, & tunc non seruituti erant subdendi, sed occidendi iuxta legem communem aliorum Chanaanorum. Num. 33. & Deut. 20. cap. Dicendum quod in nullo istorum obseruatus est rigor iuris, sed quadam moderatio habita est quae partim prouenit ex ignorantia illius temporis, partim ex dispensatione Dei. Consi derandum enim quod iuramentum prestitutum Gabaonitis non tenebatur, quia per fraudem extorserant illud: & si Israelites veritatem sciuissent, neque istud promitterent, neque obseruarent: ideo comperta fraude iudicari debebat iuramentum non esse obligatorium. Secundum: quia Israelites iurauerunt nunc aliquid contra legem Dei, scilicet non occidere Chanaanos, cum Deus vetuisset fieri talia pacta. Deut. 20. cap. iuramenta autem facta contra legem Dei non sunt obligatoria. & ideo certum est non tenuisse iuramentum istud, & sic licet iure Israelitis pugnare contra Gabaonitas, sicut si non iurassent. & ita ostendimus supra. Tertio, quia si alicuius esset extra terram Chanaan, quam Israelites putarent esse in terra Chanaan, & ob hoc iurarent pugnare contra illam: postea comperto quod esset illa terra extra Chanaanos, scirent Israelites se non obligatos ad pugnandum, & ita non pugnarent: cum ergo nunc iurauissent non pugnare contra Gabaonitas, quia dicebatur eos esse de longinquo, comperto quod essent de terra Chanaan, certum est quod licebat pugnare. De his dicit Augustinus in hoc loco. si queritur quomodo iurationem quam seruanda crediderunt Hebraei Gabaonitis, quibus si ita iurauerunt tanquam de longinqua terra venientibus, sicut illi mentiti sunt. sciebant enim se debellandos si cognitum esset Hebraeis se in ea terra habitare, quam recepturi erant. mentientibus ergo quod de longinqua terra uenerunt iurauerunt: postquam uero cognouerunt eos habitatores, ubi oes, quos inuenerunt secundum Dei preceptum debellare deberent, noluerunt transgredere iurationem: & quis eos mentitos didicissent. & post pauca dicit. nam si e contrario iurassent aliquos esse interfecturos, quos in terra promissionis esse putassent, & postea didicissent eos ab ea terra esse extraneos, & de longinquo ad se uenisse, non arbitrandum est quod essent debellaturi eos causa iurationis implenda: cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid, postquam iurauit se interfecturum Nabal, sciens utique quod erat interfecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum, magis placere Deo extimans si quod ira perturbatus iurauerat, non fecisset quam si perfectisset. Et ita Augustinus manifeste dicit non tenuisse iuramentum istud, & licuisset Israelitis pugnare contra Gabaonitas, sed non fecerunt. Sed obijciunt quod Gratianus tenet contrarium, scilicet quod iuramentum istud obligauit Israelitas ad non delendos Gabaonitas, nam ipse 22. q. 4. si cum his: obijciunt de iuramento prestituto Gabaonitis, quod non debet obseruari: quia erat illicitum: & postea ibidem in §. illicitum. respondit dicens quod iuramentum quod scitur esse illicitum quando iuratur, non est seruandum. sed iuramentum quod putatur esse licitum cum patrat, & postea inuenitur esse illicitum obseruandum est: quia ignorantia facti ibi excusat. vnde dicit ibi, seniores autem Israel non ignorabant gentes terrae promissionis ex precepto Dei esse delendas, sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terrae promissionis, igno-

Attende lector quod ualde necessaria fuit ista ratio: collectio & additio ad q. 17. vt nihil relinqueretur intactum.

In q. 17. & 23.

Opi. Gratiani de creatorum compilatoris.

Quare Iosue subiecit Gabaonitas seruituti.

ignorabant siquidem factum: sed non ignorabant ius facti: atque ideo & si illicitum esset quod iurauerunt, tamen licite seruari debuit quod iuramento firmauerunt. Et ita non solum dicit quod licuit Israelitis seruare hoc iuramentum, sed etiam quod debuerunt seruare. Sed dicendum quod non est uerum, quia nulla ignorantia facti potuit obligare ad faciendum contra legem Dei, quia tunc ignorantia nostra tolleretur obligationem legis Dei, quod est absurdum. vnde non tenetur Gratianus in hac parte. Et glo. Ioannis illud ibi dicit, scilicet ut si uaderet quod non debuerunt seruare iuramentum. tum quia erat ibi error personae, tum quia dolus dedit eam iuramento. tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra legem Dei. Et ideo certissime tenendum est quod illud iuramentum non tenuit. & ideo licuit Israelitis pugnare contra Gabaonitas. Etiam Gratianus non potest saluare Israelitas, sed potius condemnare: quia si illud iuramentum tenuit, erant federa inter Israelitas & Gabaonitas: ideo non poterant eis in aliquo nocere sicut amicis: sed nocuerunt ualde subijciendo perpetuae seruituti: ergo non seruauerunt iuramentum.

Cum iuramentum prestitutum non obligauerit Iudaeos ad saluandum Gabaonitas, quare non occiderunt eos: & an Deus hoc iusserit, vel Iosue motu proprio istud egerit. Vbi etiam ponitur differentia inter inspirationem & reuelationem Dei, & quid utraque operetur. Quaest. XXX.

SED nunc manet dubium, cum iuramentum istud non tenuisset, quomodo Israelites non occiderunt Gabaonitas. Dicendum quod primo prouenit ex ignorantia iuris. nam iuramentum erat illicitum, principes tamen populi qui nesciebant distinguere de iuramento, putabant oem iuramentum in nomine Domini obligare. vnde dixerunt, iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel: idcirco non possumus eos contingere, vt patet in litera. & ita diximus supra. Et tamen an ista ignorantia iuris excusaret principes ab hoc, quod non occiderunt Gabaonitas, quos tenebantur occidere, dictum etiam est supra, & satis patet magna ignorantia illorum principum, qui ex una parte putantes se iuramento astrictos non occiderunt Gabaonitas: & ex alia parte violabant iuramentum subijciendo Gabaonitas seruituti, in quo etiam aliquo modo peccabant: vt declaratum est supra. Secunda causa & precipua, quare Gabaonitas non fuerunt occisi, fuit diuina dispositio. vnde aliqui dicunt quod reuelatum fuit Iosue & senioribus populi a Deo, quod non occiderent Gabaonitas. sic tenet Ioannes in glo. 22. q. 4. §. sed cum his, sed hoc dicunt plurimi quod fuit eis diuinitus inspiratum quod deberent eis parcere, sed tamen iuramentum fuit illicitum. Dicendum quod satis potest eis fuisse inspiratum concedi, sed non quod fuerit reuelatum saltem a principio. Est enim differentia magna inter inspirare & reuelare: quia inspirare est, in spiritu ponere, sine voluntate. reuelare autem pertinet ad intellectum. vnde inspirati sunt: vel possunt esse ignorantes eius quod faciunt quare agant, sed solum sentiunt se inclinatos ualde ad aliquid agendum. sic dicit Arist. lib. de bona fortuna, quod bene fortunati patiuntur aliquid simile eorum quae a Deo fiunt, quia sentiunt se moueri ad aliquid quod bene eis proueniat. & tamen nesciunt aliquam causam quare faciant. Sic erat de Sampson quod petebat sibi a parentibus dari in uxorem mulierem de terra Philistinorum: & dixerunt ei pater & mater nunc quid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in oio populo tuo, quia vis accipere uxorem de Philistin qui incircuncisi sunt? Sampson autem uidebat se ratione hortari, & nesciebat dare causam aliquam quare uellet,

Bene fortunati sentiunt se moueri ad aliquid quod bene eis proueniat: & tamen nesciunt aliquam causam quare faciant.

sed solum dixit hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Sampson autem ardenter hoc uolebat, quia Deus mouebat animum eius ad istud desiderandum. Sic dicit Iud. 14. cap. parentes autem eius nesciebant quod res a Domino fieret, & querebat occasiones contra Philistin. Et sic patet quod Sampson licet a Deo moueretur ad hoc, nesciebat se moueri a Deo: quia si sciret diceret hoc parentibus suis, quod petebant causam, quare uellet mulierem de Philistin: & tamen non dixit, sed solum quod placebat oculis eius: ideo non sciebat an a Deo mouebatur: & sic erat inspiratio quadam, quia Deus dabat aliquid in spiritum eius, in uoluntate, sed desiderium accipiendi uxorem Philistinam. non tamen erat reuelatio cum non cognosceret se a Deo moueri. Est autem reuelatio quando Deus manifestat aliquid alicui agendum vel non agendum: & tunc ille scit sibi illud reuelari, & scit dare rationem de eo quod facit: & differt inter reuelationem & inspirationem: quia inspiratio non reddit opus totaliter licitum, neque oino excusat a peccato si opus aliud sit illicitum: eo quod inspiratus nescit se a Deo moueri. de reuelatione secus est, quia ista reddit opus simpliciter bonum, & excusat a peccato si opus erat aliud illicitum, eo quod reuelatio habet vim cuiusdam dispensationis. Et nunc dicendum quod si Iosue & seniores solum fuerunt a Deo inspirati, non excusantur totaliter in omnibus quae fecerunt, cum uideantur repugnantia egisse. quia ex una parte pro obseruanti iuramento non occiderunt Gabaonitas: ex alia parte iuramentum violabant subijciendo seruituti Gabaonitas. Si autem fuit reuelatio excusantur totaliter, quia recte agerent non occidendo Gabaonitas, quia Deus illud sic fieri iubebat: & etiam non peccarent imponendo seruitutem Gabaonitis, quia Deus illam imponendam dicebat. Praedicta autem uera sunt accipiendo stricte, & proprie reuelationem & inspirationem, vt distinguatur inspiratio contra reuelationem. aliqui tamen accipiunt large inspirationem pro reuelatione. & tunc oia quae concedimus de reuelatione, concedemus de inspiratione. sic accipitur. 2. Petri. 1. cap. si non. n. uoluntate humana allata est aliqui propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. & ita prophetas dicit inspiratos. certum est tamen prophetas scire sibi aliquid a Deo dici & intelligere illud: vt patet Dan. 10. cap. si intelligencia opus est in uisione. ergo inspiratio qua dicuntur prophetas inspirati, est uera reuelatio. Et loquendo de tali inspiratione uerum est, quod inspirati a Deo excusantur de oibus quae faciunt per inspirationem, in inspiratione est ibi uera reuelatio. & tamen nos cum distinguamus inspirationem & reuelationem, non accipimus sic inspirationem.

Israelites fuerunt a Deo inspirati ad ea quae fecerunt circa Gabaonitas, & non fuit eis facta reuelatio aliqua super hoc tunc, quando ista facta sunt, nec postea. Quaest. XXXI.

NUNC ergo manet dubium, an Iosue & principes populi circa obseruationem iuramenti prestiti Gabaonitis fuerint inspirati, vel fuerit eis facta reuelatio. Dicendum est non esse dubium, quin illis fuerit facta inspiratio quadam ad omnia, quae fecerunt circa Gabaonitas: & tamen fuerit reuelatio, non est certum: immo dicendum quod constat saltem a principio quod erat contentio inter populum & principes super uita Gabaonitarum, non dum fuisse factam aliquam reuelationem. Et patet hoc, quia populus murmurabat contra principes vt occiderent Gabaonitas: ad quod habebant motum ex lege, scilicet quae erant Gabaonitas Chanaanici, & de terra possessionis eorum. principes autem uidentes se ratione conuictos non poterunt aliud respondere populo nisi hoc, iurauimus eis in nomine Dei

Israel, idcirco non possumus eos contingere. & tñ si fuisset eis reuelatio facta circa Gabaonitas quid agendum esset, dicerent Deus mandauit. & ista erat ratio conuenientior q̄ allegare iur̄m, de quo an teneret nō constabat. & tñ non allegauerunt aliquid de hoc: ergo nōdum erat eis super hoc facta reuelatio. Etiam patet, q̄ si populus murmuraret, & Iosue vellet sedare scandalū satisfaciendo intentioni populi, subiecit Gabaonitas seruituti; & tenuit istam viam mediam dicendo, referentur & viuant ne q̄ nos ira Dñi cōciteretur si peierauerimus eis: sed sic viuāt, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cedant, aquasque cōportēt. sunt ista verba Iosue & principum. & nō sciuit Iosue aliquam causam istius mediæ viæ, nisi quia non licebat peierare. quod tñ erat falsum, quia nō erat periurium non seruare hoc iur̄m. ergo v̄ q̄ neque ipsi Iosue fuerat aliquid tñc reuelatū, quia alias diceret, sic Deus iussit fieri: & iam non esset cōtentio vlla in populo. An vero post hoc, imposita seruitute Gabaonitis & seruata illis vita, fuerit facta aliqua reuelatio de hoc, s̄q̄ Deo placeret id quod factum erat, & q̄ sic firmum maneret, non apparet. Aliqui dicūt q̄ nō, q̄ nō erat iam vtilis reuelatio. nā a principio qñ erat dubitatio quæ poterat tolli per reuelationem, non fuit facta reuelatio: nō ergo erat verisimile q̄ postea fieret. Dicendum q̄ licet non constet de reuelatione, tñ satis erat verisimile q̄ fieret: quia in multis alijs facta est, s̄q̄ a principio non fieret reuelatio quid agendum esset, & postq̄ res facta erat, reuelabatur per Deū q̄ sic vellet manere. & hoc erat, quia re facta dubitarent aliqui an Deo placeret hoc, & conatentur forte in tr̄ium putantes non placere Deo, & sequerentur in hoc bella & scandala. vt aut̄ ista euitarentur, reuelabat Deus illud esse de intentione sua, & tunc cessabāt scandala. Sic patet qñ tpe Roboam filij Salomonis diuinitus est regnum, & decem tribus acceperunt Ieroaboam in regem. nam Deus non iussit aut consuluit illis hoc agere. & ideo Roboam cum duabus tribubus quæ remanserant, voluit pugnare contra decē tribus ad reducendum eas ad se. Deus autem misit prophetam ad dicendum quod non pugnarent. nam Semeias propheta dixit ad populum, non ascenditis neque bellabitis cōtra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam. a me enim factum est verbum hoc, vt patet 3. Reg. 12. vel mea voluntate hoc gestum est, 2. Paralip. 11. cap. & sequitur ibi. audierunt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sic ut præceperat eis Dominus. Etiam sic factum est qñ Israelitæ petierunt regē. 1. Reg. 8. & datus est eis Saul in regem. 1. Reg. 10. & quia crederent illi non esse peccatum in hoc, cum Deus dedisset illis regem, Deus fecit eos conuocari. & ostēdit mirabilia coram illis, s̄ tonitrua & fulgura de cœlo, vt cognoscerent peccatum suum, & cognouerunt illud. 1. Reg. 12. cap. & quia cognito hoc volebant recedere a rege suo, reuelauit illis Deus quod non recederent eod. e. Sic poterat esse in presenti, quia nūc seruata fuerat vita Gabaonitis q̄ legem Dei præxerit iur̄i præstiti eis repugnante populo. poterat aut̄ postea dubitatio oriri an recte hoc actū esset, & forte populus vellet aliud disponere de Gabaonitis, vt aut̄ hoc non sequeretur, reuelaret Deus Iosue vel Israelitis hoc de sua voluntate gestū esse, vt postea q̄ hoc nihil attentarent. Sed dicendum q̄ hoc non obstante v̄, q̄ Deus non reuelauerit super hoc aliquid postea. & patet, quia si reuelasset, nō fuisset aliquid in tr̄ium attētatū: & tñ factū est. nam Saul occidit postea plurimos de Gabaonitis propter hoc: vt patet 2. Reg. 21. cap. s̄ porro Gabaonitæ nō sunt de filijs Israel, sed reliq̄ Amorrhœorū filij quippe Israel iurauerant eis ne perimerēt eos,

Determinatio auctoritatis.

Determinatio auctoritatis.

F & voluit Saul percutere eos zelo quasi p̄ filijs Israel. f. zelo illo quo Israelitæ voluerūt eos occidere. & occidissent nisi repugnasset principes: voluit eos Saul occidere, & fecit occidēdo de eis multos. & tñ si reuelatū esset, q̄ ista erat voluntas Dei, nō cōmotus fuisset Saul ad occidēdū Gabaonitas: q̄ sciret se agere q̄ voluntatē Dei. & tñ d̄ q̄ cōmotus fuerat zelo pro filijs Israel. f. zelo bono quo illi mouebātur a principio q̄ Gabaonitas: ergo non fuerat facta talis reuelatio. Secundo patet, quia si fuerat facta reuelatio de hoc, dato q̄ Saul istud vellet facere, manifestum est q̄ peccaret: q̄ contra iuramētum Dei agebat. & tñ non fuit cognitum hoc, quia nesciebatur an fuisset peccatū ista occisio Gabaonitarum, quoniam immissa fame per triennium, & consulto Dño reuelatū est q̄ fames illa erat pro peccato Saulis, quia occiderat Gabaonitas. 2. Reg. 21. c. ergo non fuerat quicquid reuelatum de Gabaonitis, neque ante, neque post vsque ad tēpus, quo Deus iussit puniri domum Saulis pro peccato eius, quia Gabaonitas attriuerat.

De modo quo Deus mouit Israelitas ad ea que fecerunt circa Gabaonitas. Et quod propter octo rationes constat quod Israelitæ fuerunt inspirati diuinitus in liberatione Gabaonitarum. Quæst. XXXII.

EX prædictis apparet, q̄ nō fuit Iosue & principes populi in facto Gabaonitarū motū per reuelationē aliquā, sed solum dicendū est q̄ fuit aliqua inspiratio. Et fuit modus. Deus voluit q̄ Gabaonitæ nō perirēt morte cōi aliorū Chananeorū, quia forte præiudicauerat eos meliores futuros & elegerat eos meliores facere, voluitque applicare alicui cultui suo. & ad hoc dedit in animum eorum q̄ cogitarēt aliqua ingenia, per q̄ possent fallere Israelitas, & inducere ad præstādū iur̄m & in eisdā fœdera, & dedit eis cōfidentia in aīo q̄ hoc possent obtinere. nā si non confiderent non attentarent. & hoc fuit inspiratio q̄dā facta a Deo Gabaonitis, licet ipsi non intelligerent: & tñ mouebantur a Deo ad hoc faciēdū. Et ad hoc faciēdū Deus mollificauit corda eorū, vt supplices fierent Israelitis. & sic possent euadere mortē. In alijs aut̄ Chananeis quos Deus præiudicauerat futuros malos, & non elegerat eos applicare alicui cultui suo, nō fecit sic: sed indurauit corda eorū, i. non mollificauit vel potius indurauit, sed mouit ardentem ad desiderādū pugna cōtra Israelitas: & sic nō possent obtinere fœdera eorū, sed ab eis tanq̄ hostes occiderentur, sic innuitur supra 1. c. vbi ponit d̄ra illorum Chananeorū, qui pugnantes cū Israelitis corruerunt gladio, & eorū q̄ non pugnantes saluati sunt, s̄. L. n. n. s̄ nā fuerat, vt indurarentur corda eorū, vt pugnarent contra Israel, & nullā mererent clementiam: ac perirēt sicut præceperat Dñs Moysi. & ita apparet q̄ ex parte Gabaonitarū inspiratio Dei fuit ad nō pugnandū, & tractandū fœdera cū Israel. Ex parte quoque Israelitarū fuit diuina inspiratio ad hoc, q̄ ista fierent: quia Deus sic mouit corda eorum, vt ista fierent. Et primo fuit in turbando corda eorum, & disrahēdo, ne peterent a Dño cōsiliū super hoc. nam super alijs rebus minoribus soliti erant cōsulare Dñm, an agerēt vel nō: & nūc super ista re magna nō aduerterūt, vt cōsulerēt Dñm. & hoc fuit, quia Deus aliquo mō distraxit, & infatuauit corda eorū ne istud quærerēt: sicut dixit David, infatua quēso Dñe cōsiliū Achitophel. 2. Reg. 15. c. & ita non cōsulentibus Israelitis Dñm, fuit locus, vt deciperent a Gabaonitis. nam si quærerēt Israelitæ de Gabaonitis an essent Chananeis, raderet Deus esse Chananeos: & sic non iniretur fœdus cum eis: sed quia non quærerunt, errauerunt. Secundo

Secundo fuit in eo, quod moti fuerunt principes A populi ad defendendum Gabaonitas contra voluntatem populi dicentes, non possumus eos contingere. & istud a Deo fiebat. nam si principes nō fuissent moti ad istam defensionem, occidisset illos populus, vt patet supra in litera. Tertio fuit in quantum fecit errare principes super obseruatione iuramenti. nā illud non erat obligatorium, cum esset præstitum cōtra legem Dei. & si hoc putarent principes, permisissent illos occidi a populo. crederunt tamen se obligatos iuramento dicentes, iurauimus eis in nomine Dei Israel, idcirco non possumus eos contingere. & forte Deus compunxit corda eorum, vt hoc crederent.

Quarto videtur fuisse inspiratio, quia etiam auertit Deus corda eorum, vt nunc quoque non consulere. nam prius non quæsierant, an Gabaonitæ essent Chananeis, & ideo decepti inierant fœdus. nūc autem erat iam discordia inter populum & principes, quia populus putabat non se obligari iuramento, & licere occidi Gabaonitas, ideo eos petebant ad mortem. principes autem dicebant se obligatos iuramento. & ideo non licere contingere Gabaonitas. tunc ergo insurgēte isto dubio saltem consulere debebant dominum, an teneret iuramentum, vel non: & non consuluerūt, sed potius ipsi se concordauerunt quasi modo humano dando medium, vt aliquo modo satisfaceret populo & principibus. Quinto fuit inspiratio, in quantum Deus mouit populum ad petendum mortem Gabaonitarum. nam cum principes putarent se teneri iuramento, si populus non peteret Gabaonitas ad mortē, nihil mali inferrent eis principes, neque subijcerēt seruituti, & ita non sequeretur id, quod Deus volebat, s̄ q̄ Gabaonitæ ministrarent in portando aquam, & cēdendo ligna pro altari domini. ideo fecit, q̄ esset ista contentio, vt sic surgeret inde illa conclusio, s̄ q̄ Gabaonitæ ministrarent in cēdendo ligna, & comportādo aquas. Sexto in quantum dedit in cor principum, & Iosue, vt tale medium inuenirent, scilicet, quod reseruarietur Gabaonitæ, & seruirent in ministerio altaris, & populi.

Septimo in quantum placuit cor populi ad assentiendum huic modo dato. nam populus pertinaciter petebat mortem Gabaonitarum, q̄ autem statim cederent a rigore suo non factū eo quod ipsi petebant, quod non fieret faciliter, nisi quia mollificabat Deus corda illorum. Octauo colligunt, q̄ fuerit hoc de voluntate Dei, & ipso aequaliter inspirante, quia approbavit Deus id, quod factum fuerat, quia quando Saul quasi zelo motus pro filijs Israel occidit multos Gabaonitarum, Deus iratus immisit famem trium annorum, neque cessauit fames, quousq̄ data est vitio Gabaonitis occidendo filios, & nepotes Saulis, secundo Regum 21. cap.

De his dicit Augustinus, noluerunt tamen frangere iurationem, & quamuis eos mentitos didicissent, parcere maluerunt, cum possent dicere se tanquam illis iurasse, quos esse crediderunt, id est de lōginquo venientes, cum vero illos cognouerunt, præceptum domini circa illos implendum fuit, vt sicut ceteri expugnarentur, Deus autem hoc approbavit, nec parentibus consensit quamuis illum non interrogassent qui illi essent, & ideo eos fallere maluissent, vnde credendi sunt, & si fallere pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse in populo eius, ideo autem dominus non consensit iurantibus, vel parentibus, & Gabaonitas ipsos postea tanquam populi sui homines, de domo Saul vindicauit, sicut regnorum ostendit historia. & quia iuratio sic seruata est quamuis hominibus mentitis, vt ad clementiam sententiā flecteretur, non displicuit Deo.

Alph. Toft. super Iosue.

Dicendum etiam, quod licet iuramentum illud præstitum Gabaonitis non teneret, placuit Deo, quod putaretur, vt sic esset occasio liberādi Gabaonitas, & ob hoc Deus non reuelauit Israelitis, qui essent Gabaonitæ. nam licet Israelitæ non quærerent qui essent illi, Deus ipse reuelaret eis admonens illos, ne contra legem suam pactum inirent, sed quia liberare voluit tacuit, vt sic deciperentur Israelitæ. Item ostendit Deus voluntatem suam de vita Gabaonitarum, quia quando obsessi fuerunt a quinque Regibus, vt patet capit. sequen. potuisset Deus illos permittere perire in manibus eorum: tamen noluit, sed adiuit miraculose ipsum Iosue mittendo terrorem in Chananeos, vt fugerent a facie Iosue: & postea illos fugientes persecutus est Deus mittens lapides grandinis magnos de cœlo, ita vt perirent multi Chananeorum. vt patet cap. seq. & vt magis esset victoria completa, tenuit Deus solē immobilem quasi spatio vnus diei, vt non fugerēt hostes occidente Sole, eod. cap.

De his dicit Augustinus, cum obsessi Gabaonitæ a Regibus Amorrhœorum misissent ad Iesum, vt sibi subueniret, ascendit Iesus de Galgalis ipse, & vnus populus bellatorum cum illo, omnipotens fortitudine: & dixit dominus ad Iesum. noli timere illos, in manus enim tuas tradidi illos, vbi neque cōsultus est dominus vtrū eundem ad eos esset, sed vltro suis subuenire volentibus futuram pronunciauit victoriam, sic etiam possit de Gabaonitis incōsultus monere qui essent, cum mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio quæ subiectis parcere cogeret. crederant enim Deo quem audierant populo suo promississe, quod illas gētes subuerteret, & earum terrarum obrueret, & hanc eorum fidem quodammodo remunerauit, quia non perdidit.

Cum autem dixit Augustinus de iuratione, quod subiectis parcere cogeret. videtur innui, quod obligatoria erat si cogebat. Dicendum quod accipit hoc Augustinus secundum intentionem principū, & non secundum veritatem, s̄ quod principes putabant se teneri hoc iuramento, licet secundum veritatem non tenerentur, sicut ipse Augustinus supra dixit.

Sed hoc eis faciemus. Hic ponitur temperatio pacti facti, quasi dicat, licet non possumus infligere eis aliquā poenam occisionis, quia iurauimus, imponemus tamen eis alium modum penalitatis, scilicet, vt seruiant Sanctuario, & multitudini. Et in hoc etiam rursus errabant principes, quia primo cognito, quod Gabaonitæ essent Chananeis, putauerunt se teneri ad iuramentum: deinde quantum ad aliquid putauerunt sibi licitum mutare promissum, sed non licebat, quia vel totum tenebat, vel nihil, cum totum iuramentum contra legem Dei esset. Referuntur quidem, & viuant. Id est seruentur a morte, & viuant inter nos. In hoc non solum dicebatur, quod reseruarietur eis vita, sed etiam q̄ seruarietur ciuitates eorum pro eis, & terræ ad colendum.

Ne contra nos ira Dei concitetur. Id est hoc faciamus, ne Deus irascatur nobis immittēdo super nos aliquā poenam. intelligebant principes se teneri ad iuramentum præstitum Gabaonitis, & quod si illis nocerent, agerent contra iuramentum, & tunc verum est, quod Deus puniret eos, quod erat concitari iram Dei.

Si peiurauerimus. Verum dicebant isti principes, scilicet, quod concitaretur contra eos ira Dei si peiurarent, ipsi autem intelligebant, quod peiurarent, quia putabant se alligatos iuramento, tamen non erant.

Sed sic viuant, vt in vsus vniuersa multitudinis ligna cedant. Ex aliqua parte principes vitam permittebant, & ex aliqua parte vitam eis adimebant, quia subijciebant in æternam seruitutem, quæ mors

Y ciuiliis

ciuilis est, & hoc modo putabant se satisfacere iuramento, & popularibus, sed non satisfaciebant, nā quia eos non occidebant, putabant se satisfacere iuramento, quia vero eos in seruitutem subijciebant, putabant se satisfacere populo petenti deleri illos, sed non satisfaciebant iuramento si teneret. nam tunc non solum obligarentur non occidere illos, sed etiam non nocere eis aliquo modo. Etiam non satisfaciebant plebi, quia populus volebat occidi Gabaonitas secundum diuinam iussionem. erat autem mandatum illud datū de morte temporali, & de obligatione omnium bonorum. Israelitæ autem non irrogabant Gabaonitis mortem temporalem, nec eis ciuitates auferebāt, aut contingebant quicquam de rebus illorum, ergo non satisfaciebant populo, quia tamen non preualuit vulgus contra iussa principum quicquam efficere, statū est sententia principum de non occidendis Gabaonitis, sed subijcendis in seruitutem. *Et in vsu multitudinis ligna cedant, & aquas comportent.* Quia conquerebatur populares, q̄ isti effugerent mortē, & pderēt ciuitates eorū, quas alias habituri essent, principes, vt fati placare possint concitatos animos populi, dicit de vtilitate eis procuranda, s. de seruitio Gabaonitarum præstando populo in cadendo ligna, & portando aquas, & quamquam dixerunt principes de applicatione faciendā ad vtilitatem multitudinis, magis tamen applicandi erant, & appliciti sunt ad obsequia Sanctuarij, quam ad obsequia multitudinis. sic patet infra cū dicitur. decreuitque Iosue in die illo esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris domini, cedentes ligna, & aquas portantes vsque ad præfens tempus, in loco quem elegisset dominus. de hoc tamen non fecerunt aliquam mentionem principes, vt magis placarent animos populi applicantes eis totam vtilitatem obsequiorum Gabaonitarum, vt sic cessaret primus ille, & fortis impetus animositatis populi. cum autem iste relanguerit, ceteri mitiores sunt, & poterat ordinari de Gabaonitis quicquid principes vellent.

Gabaonitæ manserunt toto tempore bellorum, scilicet, quasi per septem annos in ministerio totius multitudinis, postea vero fuerunt in ministerio Sanctuarij. Quæst. XXXIII.

DICITUR, q̄ isti cederent ligna, & comportarent aquas in vltus multitudinis, id est ad vltum totius populi. hoc intelligitur de tempore illo in quo Israelitæ manerēt in bellicis expeditionibus ante diuisionem terræ, & possessionem singularum, atque habitationem per singulas ciuitates, & loca. Nam magno tempore dum durauit bellum contra Chanaanos nondum deuictis eis, nec capta terra, habitabant Israelitæ in castris, s. in tentorijs in bellica expeditione, & erant ibi omnes præter quā cum eundem erant contra aliquem locum, vel gentē ad pugnam, quia tūc omnes vtri pugnatores, aut pars eorum ibat in pugnam, reliquā autem multitudo manebat in castris, & hoc fuit aliquanto tempore donec Deus dedit pacem Israelitis subiecta eis terra, & recesserunt Rubenitæ Gaditæ, & dimidia tribus Manasse in terram suam. de quo infra 21. & 22. & hoc fuit spatium annorum septem, vt historici antiqui referunt, quod satis colligi potest ex his quæ infra habentur. nā non fuit data pax, & habitatio Israelitarum per loca sua, vsquequo factum est, quod dicitur infra 21. & 22. c. sed ante hoc locutus est Caleb ad Iosue id quod haberetur infra 14. c. Tunc tamen non cessauerāt bella, cum postea fiat mentio de pugna contra gigantes qui erant in Hebron. vt patet inf. 14. & de pugna cōtra Cariach Sopher. de qua infra 15. in tēpore tñ quo locutus fuit Caleb ad Iosue ea, quæ habentur infra 14. effluerant

Quot anni duraret bella, & quot anni steterunt durantes, & dimidia est nouem.

Etiam anni sex cum dimidio aut fere. ergo aut fuissent anni 7. aut amplius ab ingressu terræ Chanaan vsq; ad pacem habitam, & reuersionem Rubenitarum, Gaditarum, & dimidiæ tribus Manasse in terram suam. Antecedens patet, quia qñ loquebatur infra 14. Caleb ad Iosue dixit. 85. annorum sum hodie sic valens, vt eo valebam tpe, quo ad explorandum missus sum. Iterum in eo. c. dicit Caleb ad Iosue 40. annorum eram, qñ misit me Moyses famulus domini de Cadesbarne ergo a die qua missus fuit Caleb ad explorandum cū ceteris vsq; ad diem, qua locutus est Iosue effluerunt anni 45. cum ipse tunc esset annorum 85. sed a tempore, quo missus fuit ad explorandum Caleb vsq; ad ingressum terræ Chanaan trans Iordanem transierunt anni 38. & dimidius, aut parum plus. ergo ab ingressu in terram Chanaā post Iordanem vsque ad diem, quo loquebatur Caleb ad Iosue, effluerunt anni sex, & quasi dimidius. Patet consequentia subtrahendo 38. & dimidius, aut parum plus a 45. Quod autem a tempore, quo missus est Caleb ad explorandum, vsque ad transitum Iordanis effluerunt solum anni 38. & dimidius aut parum plus patet, quia ab exitu de Aegypto vsque introitum in terra Chanaan, & ad transitum Iordanis transierunt anni 40. vt manifestum est Exo. 16. & Deut. 8. ab his detrahatur tempus, quod effluerat, quando missi sunt exploratores, fuerunt enim missi anno secundo ab exitu de Aegypto. nam de Cadesbarne missi sunt, vt patet infra 14. & Nume. 13. & ista mansio est distans a monte Synai per 21. mansiones, vt patet in Catalogo mansionum Nume. 33. c. in quibus morarentur plusquam per mensem ad minus. nā præter tempus, quo steterunt in sepulchris concupiscentiæ ad comedendum de coturnicibus, quod factum quosdam est vnus mensis, vt aliquantulum conijcitur Num. 11. mansit Israel in Aferoth ad minus septē diebus, quibus Maria soror Moysi fuit leprosa. vt patet Num. 12. in his ergo 21. mansionibus cum tempore, quo manserunt nihil ambulando, effluxissent eis ad minus menses quasi duo, vel plus, vt quidam computant, sed de monte Synai recesserunt Israelitæ anno 2. ab exitu de Aegypto mense secundo die vicefima mensis. vt patet Num. 10. Ergo cum fuerunt missi exploratores de Cadesbarne, transierant menses fere 4. anni secundi ab exitu de Aegypto, ita vt esset fere dimidius annus. restabāt ergo anni 38. & dimidius, & parum plus vsque ad introitum terræ Chanaan transitu Iordane, sed his demptis de 45. manent sex, & fere dimidius. ergo sex, & dimidius fere fluxerunt a transitu Iordanis vsque ad tempus, quo locutus fuit Caleb ad Iosue ea, quæ habentur infra 14. sed tunc non erat data pax Israelitis, cum postea fuerint aliqua bella, vt supra dictum est. ergo ad minus septem anni fluxerunt a transitu Iordanis, vsque ad tempus quo data est pax, & recesserunt Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse a reliquo Israel reuertētes in terram suā. Aliqui tamen aliter dicunt, scilicet, quod Israelitæ morati sunt pugnando contra Chanaanos annis 7. & postea in diuidendo terram morati sunt alijs 7. annis. De primis 7. annis satis constat ex scriptura secundum modum probationis supra positum. De secundis autem non constat, quicquid autem fuerit, s. siue 7. siue 14. mansit toto hoc tēpore Israel in castris, & vocabatur multitudo, quia erant congregati, cum vero distributa terra sorte recesserunt singuli in ciuitates suas, non vocata est multitudo, & toto hoc tempore Gabaonitæ, s. de Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariathairim manserunt in famularu totius multitudinis cedentes ligna, & comportantes aquas, applicuerunt autē principes ipsos Gabaonitas ad istū vltimū totius multitudinis, quia non erat aliquis vsus q̄ ita pueniret totius multitudi-

multitudini, sicut portatio aquarum, & lignorum pro castris, & erat hoc magni laboris, & continui, pro tanta multitudine aquas sufficienter comportare, & ligna. Et quādo non habebant Israelitæ seruitutes Gabaonitas, multi de eis continue implicabātur huic officio, scilicet, vt portarent in castra aquas, & ligna, & tam continua erat ista vacatio, quod non poterant venire ad audiendum, quando proponebantur leges domini coram toto populo congregato. nam & quādo Moyses moriturus totum Deuteronomium coram cuncto Israel recitauit, non erant presentes qui portabant ligna, & aquas. sic patet Deute. 29. c. cum dicitur. Vos statis hodie cuncti coram dño Deo vestro, principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel, viri, & vxores vestræ, & aduena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum ceteris, & his qui comportant aquas. Seruiuit autem populus 4. ciuitatum Gabaon toti multitudini Israel in his iam dictis duabus ministracionibus, quādo erāt coniuicti, cum vero data pace recesserūt in ciuitates suas, deseruit illis sic ministrare, & manserunt hæc eadem facientes in obsequium Sanctuarij vbicumque essent, vt patet infra, cum vero Israelitæ erant in expeditionibus bellicis congregati, iidem seruebant Sanctuario, & toti multitudini, quia ministratio in Sanctuario tunc parua erat, donec daretur pax, & vacaret ceteronjs.

22. q. 4. ca. innocens, & c. inter cetera. f. sed cū his. De elec. c. venerabilis ante fi.

Quibus hæc loquētibz vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis. Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis, procul valde habitamus a vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cedens, aquasque comportans in domum Dei mei. Qui responderunt. Nunciatum est nobis seruis tuis, quod promississet dominus Deus tuus Moysi seruo suo, vt traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris vestro terrore compulsi, & hoc consilium iniuimus. Nunc autem in manu tua sumus, quod tibi bonum, & rectum videtur, fac nobis.

Quibus hæc loquentibus. Id est dum populus murmurans, & tumultuans loqueretur, quæ dicta sunt contra principes, & principes responderent. *Vocauit Iosue Gabaonitas.* Scilicet eos qui erant in Metropolitana vrbe Gabaon dicta, & hoc vt placaret corda populi tumultuantis contra principes infligendo poenam quandam Gabaonitis, & applicando eos ministerio populi. *Et dixit eis. Cur nos decipere fraude voluistis?* Id est quare laborastis, vt nos deciperetis, & hoc i fraude, scilicet præposita quadam fictione in habitu, ad signandum sedes suas esse nimis inde distantes. nam si Gabaonitæ solis verbis decipere conati fuissent, & decipissent, non tantum erant culpabiles, quia non tantum operam dedissent, vt fallerent Iudæos. cum autē in opere quasdam fisiones posuerint, magis onerosum Iudæis erat, q̄ tantum laborassent ad eos fallendum. Sciendum, q̄ Gabaonitæ iuste agebant se quomodocunque a morte tuentes sine aliorum iniusta offensa, & quia erant Iudæi hostes Gabaonitarum, li-

Alph. Toft. super Iosue.

cebat Gabaonitis contra illos vti quibusdam fraudibus, quibus non liceret vti aduersus alios. nam licebat eis occidere Iudæos, & fouebant iustum bellum, cum terram suam ab eis, & prouis eorum semper possessionem tuerentur. si ergo licet hostibus contra hostem in bello iusto pugnare ex insidijs, vt declaratum fuit præce. c. & Deus illud iussit Iosue, s. vt poneret insidias vrbi Hay, magis licebat vti quibusdam alijs fictionibus ad fallendum hostes, quam poni in insidijs ad pugnam. nam insidiæ Gabaonitarum non erant ad occidendum Israelitas, sed ad defendēdū se ab eis, vt mortem quoquo modo effugerent. insidiæ autem Iudæorum positæ in vrbe Hay erant ad occidendum viros vrbs, fuerunt tamen iuste licitæ. ergo magis insidiæ positæ a Gabaonitis in quibusdam fictionibus. In hoc solum peccauerunt Gabaonitæ, quod mentiti sunt dicentes se de terra longinqua valde. in ceteris autem iure suo vtebantur, nemini iniuriam inferentes. Iudæi tamen, quia decepti erant, quamquam alias iuste egissent, conquerebantur, ideo dixerunt, cur eos decipere voluissent. *Vt diceretis valde procul habitamus a vobis.* Id est a terra quæ vobis debetur, quia tunc nō dum habitabant Iudæi in terra aliqua, sed erant in cōtinua expeditione bellica manentes in castris: quamquam fecissent Gabaonitæ alia, s. ducentes veteres saccos, & pannos vestium, ac cibaria antiqua, nihil horum retulit Iosue, quia ista omnia erant in confirmationem dicti illius, s. de terra longinqua venimus, hoc ergo solū repetit. Etiam licebat Gabaonitis quamcunque fictionem facere in habitu ad fallēdum Israelitas, in verbis tamen fallere non licebat. ideo iustus cōqueri potuit Iosue de mendacio in verbis, quam de ceteris fictionibus. *Cum in medio nostri sitis.* Id est cū habitetis inter nos. non ponitur medium pro equi distantia, quia nō erant Gabaonitæ in medio totius terræ Chanaan per equi distantiam, sed in medio per interpositionem, & hoc illicitum erat, & grauabatur Iudæi. Primo, quia si staret iuramentum præstitum, irent contra legem datā a Deo de occidendis omnibus Chanaanis, quod erat satis molestum Israelitis, s. quod cogerebatur agere contra legem Dei. Secundo, quia priuabantur possessione ciuitatum eorum. erant enim quatuor ciuitates, s. Gabaon, Caphira, Beroth, & Chariathairim, vt patet supra in litera. & magnæ ciuitates erāt, in quo satis grauabantur perditis quatuor ciuitatibus de possessione sua. *Itaque sub maledictione eritis.* Id est sub poena maledictionis eritis semper, s. diminuti omni bono. maledictio enim importat diminutionem, & benedictio augmentationem, vel multiplicationem. sic patet Deute. 28. vbi benedicuntur horrea, & fruges, & fructus iumentorum, atque aliarum rerum, s. vt crescāt, & perueniant ad magnam numerum. maledicuntur enim ibi econuerso omnia ista ad diminutionem, s. vt ad nihilum reducantur. & Apostolus 2. ad Corinth. 9. benedictionem vocat augmentacionem, vel largitatē, s. qui parce seminat, parce metet, & qui in benedictionibus seminat, de benedictionibus, & metet, id est qui parum dat, parum recipiet, qui vero abundanter, recipiet abundantiissime. maledictio autem, vel diminutio sub qua futuri erāt Gabaonitæ erat, vt semper essent in seruitute. nulla autē diminutio boni maior esse potest, quia potissimum bonum nostrum est in libertate qua ablata nihil nobis manet nisi vita non honeste duenda. virum. n. fortem magis decet fortiter mori, q̄ effeminate viuere. *Et non deficiet de stirpe vestra ligna cedens aquasque portans.* Quasi dicat ista seruitus vobis perpetua inducitur, q̄ vos, & posteri vestri serui sitis, & opus vestrum erit in cedendo ligna, & comportando aquas. nam assignati sunt, vt semper in quocūq; loco esset Sanctuarium, seruirent in his ministracionibus.

Y 2 An

An Gabaonite manserint in gentilitate, vel conuersi fuerint ad iudaismum. Quest. XXXIIII.

CIRCA istos Gabaonitas aliquis inquireret, an manserint in gentilitate, vel conuersi fuerint ad iudaismum. Respondendum est, quod ad iudaismum conuersi fuerint, quia cum Iudæi habebant aliquos seruos, cogebant eos circumcidi, & conuerti ad iudaicum cultum. in mercenarijs autem, & inquilinis secus erat, de quo Exodi 12. cap. f. omnis seruus emprobitus circumcideretur, & sic comederit illud, id est Phasce. Gabaonitæ autem erant serui effecti in æternum, ergo Iudæi cogebant eos conuerti ad iudaicos ritus, sicut circumciderentur, & cetera obseruarent legalia. Item Gabaonitæ habitabant inter Israelitas. sed Israelitæ non permitterent ullatenus in terra sua cultum idolorum, quia sic maxime pollueretur terra. si tamen Gabaonitæ non fuissent conuersi ad iudaismum, manerent in cultu idolorum in ipsa terra Iudæorum, quod nullo modo permitterent Iudæi, ergo conuersi fuerunt. Item magis patet hoc, quia Gabaonitæ ministrabant ad usum Sanctuarij, sicut porantes aquas, & cedentes ligna, quorum causa necesse erat introire in Sanctuarium, non tamen permitterentur introire, aut accedere ad Sanctuarium si in gentilitate manerent, ergo conuersi sunt. Patet antecedens, quia Deus uetuerat, ne quis de gentilibus introiret in Sanctuarium, ut habetur Ezech. 44. cap. f. suffecerunt uobis omnia scelera uestra domus Israël, eo quod inducitis filios alienos incircuncisos carne, ut sint in Sanctuario meo, & polluunt domum meam. De hoc etiam Threnorum 1. f. quia uidit gentes ingressas in Sanctuarium suum, de quibus præcepas ne intrarent Ecclesiam tuam. Gabaonitæ autem intrabant, ergo non manebant in gentilitate. & tamen quamquam conuersi fuerint ad iudaismum, non fuit eis ablata conditio seruitutis. nam poterant serui esse in æternum conuersi ad iudaismum, & filij conuersorum, ut patet Leui. 25. capit. f. serui, & ancillæ sint tibi de nationibus, quæ in circuitu uestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fuerint in terra uestra. hos habebitis in seruos, & hereditario iure transmittetis ad posteros, atque possidebitis in æternum. Potissime autem hoc de Gabaonitis erat, qui erant de Chanaanis, quibus maior erat imponenda pœna quam ceteris gentibus. & quamquam Gabaonitæ manerent in hac æterna seruitute, cogebantur obseruare omnes ceteras ceremonias legis, sicut cuncti Iudæi ex genere. In domum domini Dei mei. i. ad sanctuarium, quod uocatur domus Dei.

Ex communi decreto Gabaonitæ tum ad seruitium multitudinis tum Sanctuarij destinati sunt. Quest. XXXV.

ECCE contratio modo dixit Iosue quam principes. nam principes dixerunt, quod Gabaonitæ applicarentur ad usum multitudinis, ut comportarent ligna, & aquas, nihil autem de Sanctuario expresserunt. Iosue uero dixit, quod applicarentur ad hæc ministeria pro Sanctuario, nihil dicēs de multitudine. utrunque tamen fuit. nam pro multitudine ligna cedebant, & comportabant aquas, pro Sanctuario eodē modo, ut patet infra. decreuitque Iosue die illo esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris domini. dixit autem Iosue de ministerio domus domini quia istud erat semper manens. ministerium autem quantum ad multitudinem Israël solum futurū erat, cum manerent Israelitæ in bellica expeditione, antequam daretur pax in circuitu ab hostibus terræ Chanaan. Et dixit Iosue, quod essent Gabaonitæ ad portandū aquas, & ligna pro Sanctuario domini. Ligna enim

Ligna, & aqua ad quod erant pro Sanctuario.

erant pro altari holocaustorum, quia in eo erat semper ignis, & supponebantur ligna per singulos dies ad fouendum eum. sic patet Leui. 6. f. ignis in altari meo semper ardebit, quem mitteret sacerdos mane per singulos dies subijciens ligna. Ad nullum autem alium usum erant ligna necessaria, nisi pro sacrificijs in altari holocaustorum, & pro coquendis partibus hostiarum pacificarum prouenientibus sacerdotibus, & offerentibus. nam in Sanctuario ista coquebantur, & comedebantur, quod satis patet 1. Reg. 2. cap. Aque portabantur in Sanctuarium ad ponendum in labro æneo, & uasi, ut lauarent ibi sacerdotes manus, & pedes, quod ad ministrandum accederent. non lotis enim manibus, & pedibus si quis ministraret, moreretur: ut patet Exo. 30. c. Erant etiam aquæ istæ ad lauandum carnes sacrificiorum. nam in holocaustis cum omnes carnes cremadæ erant, primo lauabatur intestina, caput, & pedes quam cremarentur, ut patet Leui. 1. Sed an carnes sacrificiorum lauarentur in labro æneo, in quo lauabantur sacerdotes, non uis signatum ex litera. Magis tamen dicendum est, quod lauarentur in aliquibus alijs uasis, quia immunditia pecorum non infunderetur in uase mundissimo, in quo lauabantur sacerdotes, sicut in labro æneo. Unde in templo per sacerdotes sacrificia facta non lauabantur intra templum in aliquibus uasis, sed extra in quadam lacuna, quæ erat apud templum, quæ uocabatur probatica piscina, id est lacuna ouium, & Hebraice dicitur Bethsaida, id est domus ouium, de qua Io. 5. c. Vocatur autem lacuna ouium, quia lauabantur ibi carnes ouium, & aliorum pecorum ad sacrificia. hoc enim sic multi asserunt, & quod nulla uasa essent in quibus lauarentur carnes sacrificiorum. & tamen, an uerum sit, uel an in labro æneo magno, quod fecit Salomon, uel in luteribus decem, aut alijs uasis templi lauarentur carnes sacrificiorum, dicitur magis lib. 3. Reg. 7. c. & Leui. 1. & Io. 5. c. quomodo cunque autem dicatur, Gabaonitæ comportabant omnem aquam necessariam ad usum Sanctuarij.

Tollitur contradictio quæ uidetur in uerbis de seruitio Gabaonitarum. Quest. XXXVI.

SED dicit aliquis, quare dicitur hic, quod Gabaonitæ seruituri erant ad necessitates populi, & altaris, hic autem dicitur, quod comportabant ligna, & aquas in domum domini Dei ministrare autem pro domo Dei maius est, quam pro solo altari.

Respondendum est, quod ministratio Gabaonitarum, siue ad usum totius multitudinis, siue Sanctuarij, solum erat in cedendo ligna, & comportando aquas. & quia pro toto Sanctuario non erat aliquid necessarium de ministratioe Gabaonitarum, nisi pro altari, dicebantur seruire ad ministerium altaris. quod patet, quia ligna ad nihil proficiebant in toto Sanctuario, nisi ad altare, ut cremarentur ibi.

Aque quoque non proficiebant, nisi ad altare, scilicet, uel ut carnes sacrificiorum cremadæ super altare lauarentur, uel ut sacerdotes, qui ministraturi erant in altari, lauarentur, non solum autem lauabantur sacerdotes ad ministrandum in altari holocaustorum, sed ad omnem ministratioem sanctam, sed quia ministratio in altari erat frequentior, & maxima: & illi quoque faciebant ceremonias sacrificiorum, faciebant ceteras ministratioes sanctas, quoniam lauabatur sacerdos ad opera altaris holocaustorum, lauabatur ad omnia opera sancta sequentia. Qui responderunt, Iosue dixerat Israelitarum nomine Gabaonitis. Cur nos decipere fraude uoluitis? Ad hoc respondent hic per singula Gabaonitæ ne uideantur quicquam irrationabiliter egisse.

Nunciatum

Nunciatum est nobis seruis tuis. Hic respondetur ad questionem, si quare deceperunt, deinde ad maledictionem, & pœnam impositam. Et quantum ad primum excusant se, quod commiserint illam fraudem propter terrorem, quia nesciebant, quomodo possent euadere aliter manus Iudæorum, & in hoc iustificat gabaonitæ factum suum, si quod non male egerint committendo hanc fraudem. nam dicunt se non egisse ad malum finem, si uoluerent Iudæis tanquam hostibus, sed solum ut euaderent manus eorum, sed uelle euadere, & procurare modum, est uti iure suo in quo nemini præiudicatur. si autem uiderent per hoc delere Iudæos, non merebantur ueniam cum comprehederentur in fraudem. Nunciatum est nobis. In hoc uerum dicebant Gabaonitæ, quia non poterant ipsi hoc aliquando scire, nisi quisquam eis aliquando nunciasset.

Quomodo potuerunt audire Gabaonitæ, quod Deus promississet dare Iudæis totam terram Chanaan. Quest. XXXVII.

SED dicit aliquis, quomodo potuit peruenire ad Gabaonitas, quod Deus promiserat Moyse dare Israelitis totam terram Chanaan, & disperdere omnes habitatores eius? Respondendum est, quod ex multis hoc potuit peruenire, nam licet dum Israelitæ per desertum procederent, omnes populi timerent eos, si quando transierunt mare rubrum, de quo timore patet Exodi 15. timebant etiam eos, sicut patet de Moabitibus, & Idumæis, & ceteris gentibus Deuter. cap. 2. tamen adhuc multæ gentes erant, ex quibus poterant hæc cognosci. Primo poterat audiri ex Aegyptijs. nam licet ista non reuelarentur publice in Aegypto, ut non detinerentur ibi Israelitæ: tamen a multis de Aegypto ista audita sunt: alioquin non ascendissent aliqui de Aegyptijs cum Israelitis, cum nescirent quod irent, & quid habituri essent: multi tamen ascenderunt de Aegyptijs, ut patet Exodi 12. c. f. sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: non est tamen credendum, quod omnes quibus reuelata sunt uerba hæc, ascendissent cum Iudæis, sed multi manerent in Aegypto: illi autem postea alijs gentibus, referre possent ea quæ dixissent Hebræi. Poterat etiam hoc cognosci a Madianitis, quia seruo sacerdos Madian iuit in desertum Synai ad Moysen portans ei uxorem suam Saphoram, & duos filios, & tunc retulit ei beneficia quæ Deus Israelitis tribuisset, ut patet Exodi 18. & non est uerisimile, quod Moyses beneficia promissa illis subtraheret. Potissime, quia Nume. 10. c. hoc significat, cum dicitur, dixit Moyses Obabasilio Raguclis cognato suo Madianiti: proficiscimur ad locum quem dominus Deus daturus est nobis, ueni nobiscum, ut benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israelitæ tamen non iuit cum Israelitis, sed reuersus est in terram suam Madian. ut patet ibidem. ergo iste poterat postea notificare gentibus Madian, quid Deus promississet Israelitis, & inde reliqui audire poterant.

Etiam ipsi Israelitæ notificauerunt hoc Regi Seyr mittentes nuncios, ut dimitteret eos transire in terram quam Deus eis daturus erat, per terram suam, ut patet Nume. 20.

Item adhuc magis hoc cognoscere potuerunt Idumæi, & Moabitæ, quia transierunt Israelitæ per terram Idumæorum & Moabitarum, & ab eis cibaria susceperunt, ut patet Deute. 2. c. non erat autem uerisimile, quod tunc non dicerent eis in quam terram pergebant, & sub qua spe obtinendi. Hinc ergo in omnes gentes finitimas & longinquas diuulgari potuit uerbum istud, ita ut gabaonitæ, & ceteri Chanaanij cognoscere possent referentibus alijs. Nobis seruis tuis. Hoc loquebantur gabaonitæ lepidio affatu conuersi: sic enim mos est

Alph. Toft. super Iosue.

minoribus loqui ad maiores, præsertim cum sunt excellentes aliquantum: ad rem tamen euenit, quod Gabaonitæ essent serui. nam iam eis Iosue imposuerat onus seruitutis dicens. Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe uestra ligna cedens, aquasque comportans in domum domini Dei mei. Quod promississet dominus Deus tuus Moyse seruo suo. Promissiones istæ primo factæ sunt Abraham, si quod possideret totam terram Chanaan. ut patet Gene. 15. cap. & postea Isaac. ut patet Gene. 26. & sic omnibus posteris, promissio tamen facta Moyse fuit ultima, & magis explicita, ideo de hac dicitur, quod facta est existentibus Israelitis in deserto, promissiones autem factæ Abraham, Isaac, & Iacob fuerunt in ipsamet terra Chanaan, cum habitarent in ea peregrini, & erant pauci ualde. nam Abraham nullum de stirpe sua habebat cum factæ fuerunt ei promissiones, ideo non erant famosi tunc Israelitæ, nec etiam istæ promissiones factæ tunc gentibus reuelabantur, unde non cognouerunt tunc Gabaonitæ & aliæ gentes, nisi de promissionibus factis Moyse: ei enim sepe promissiones factæ sunt. ut patet in quatuor ultimis lib. Pentateuch. quarum prima habetur Exodi 3. ubi apparuit ei in rubo dominus. Ut traderet uobis omnem terram. Non promiserat Deus tradere Iudæis omnem terram, nec etiã sic narratum fuerat Gabaonitis, sed quod daret eis omnem terram Chanaan, gentes septem quæ sæpe nominantur, scilicet Ethæi, Amorrhæi &c. quia tamen morabatur Gabaonitæ in terra hac, uocabant eam omnem terram, scilicet omnem terram habitationis eorum. nam sermones applicari debent materiæ de qua agitur, & quia tunc erant Israelitæ in terra Chanaan, & Gabaonitæ dicebant, quod promississet Deus Moyse, quod traderet omnem terram Israelitis, scilicet omnem illam in qua tunc erant.

Et disperderet omnes habitatores eius. Id est. Quod occideret omnes habitatores terræ Chanaan, nã si manendum esset eis in terra, quamquam sub Israelitarum ditione manerent, non erat tam durum: erant tamen simul uitam cum patria perdituri, hoc etiam relatum erat Gabaonitis, si quod iusserat Deus Israelitis occidere omnes Chanaanos, ut nullus eorum maneret. sicut patet Nume. 33. & Deuter. 20. Timuimus ergo ualde.

Ex quibus poterant conuinci Gabaonitæ, quod Deus daret Iudæis totam terram. Quest. XXXVIII.

ISTE timor fuit in Gabaonitis, quia crediderunt, quod Deus daret terram illam Israelitis sicut promiserat: si enim non credidissent, non suspicarentur malum nec timerent, quod autem crederent hoc poterant conuinci dupliciter. Primo modo per ea quæ uidebant, sciebant enim quod Deus fecerat pro Israelitis maiora, scilicet, quomodo aperuerit Iordanem, & aquas eius suspenderit in sublime apparentes a longe, & quomodo muros urbis Iericho nemine illos tangente diruerit, & quid fecerit duobus fortissimis Amorrhæorum Regibus, scilicet Og, & Sehon. hæc enim maiora erant quam totam terram Chanaan illis subijcere, sed hæc certissima relatione cognouerant. ergo satis rationale erat, quod crederent Gabaonitæ uerissime euentura quæ promissa fuerant, hoc enim conterriti erant omnes habitatores terræ Chanaan, ut patet supra 2. & 5. cap. Gabaonitæ ergo hoc modo induci potuerunt ad credendum, si per alia quæ uiderant, uel audierant. Alio modo induci poterant a Deo, scilicet, quod Deus daret in corda eorum, ut crederent terram tradendam in manum Israelitarum, & quod ad eos confugerent inuiti quoquo modo sedus. Et hoc secundum efficacius fuit, nam quæ primum rationabiliter mouere debuisset sufficienter ad credendum, quidã tamen non moti sunt, eos reges & populi, de quibus dicitur sequen.

Y 3

sequen.ca.& j. r. & hoc, quia Deus non mouit illos: ideo manserunt in duritie cordis sui. Sic patet infr. 11. cum dicitur, sententia enim domini fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam: si tamen Deus eis dedisset in cor, vt cōfugerent ad Israelitas cō fugissent. De Gabaonitis ergo dicendum est, q̄ Deus illos mouerit, vt crederent, & inirent consilium, quocum Israelitis fēdera inire possent. *Et prouidimus animabus nostris.* Idest inquisuimus, quomodo possemus nobis prouidere ne moreremur.

Quid vocatur hic anima. Et quod anima in sacra Scriptura aliquando accipitur pro vita, aliquando pro spiritu, aliquando pro toto homine. Quæst. XXXIX.

ANIMA vocatur hic vita, nā non accipitur p̄ spiritu, quia de hoc nulla cura erat Chanaanais: & dato q̄ cura esset, nō prouidebatur spiritui eorum sic in aliquo, sed vitæ prouidetur: quia ipsa defectura erat si Gabaonitæ non confugissent ad Israelitas, vt ipsi existimabant, & sic verissi me futurum erat. Accipitur enim multoties anima pro vita, sicut accipit Christus Matt. 16. scilicet si quis voluerit animam suam saluam facere perdet eam, q̄ autem perdidit animam suam propter me inueniet eam. Idem Ioan. 12. cap. f. qui amat animam suam propter me inueniet eam, & qui odit animam suā in hoc mundo in vitam æternam custodit eam. Non potest hic accipi pro spiritu, quia nullus eum perdere debet, vt postea inueniat, nec odisse, vt in vitam æternam custodiat, sed qui animam suam, idest spiritum exofam habuerit in æternum perdet, quia agit cōtra ordinem charitatis, sed de vita intelliguntur, i. quod vita nostra nobis debet esse perdita, vel odiosa, scilicet sub angustijs, & laboribus posita, vt in æternum gaudia consequamur incognita, & vita nobis ibi delectabilis conferatur.

Accipitur anima aliquādo pro toto homine, vt est vnum ens tertium compositum, & viuens: & sic dicitur, quod septuaginta animæ egressæ sunt de femore Jacob, & ingressæ in Aegyptum, de quo Genes. 46. & Exo. 1. cap. constat tamen animam non posse accipi p̄ spiritu, quia nō deriuatur de femore Jacob, sed a Deo prouenit: homo autem ipse a patre nascitur, & de femore eius deriuari dicitur, & sic dicitur Leuiti. 2. animatum obtulerit sacrificium, & Leuit. 4. si peccauerit anima de populo terre: anima tamen, idest spiritus nō offert sacrificium sed homo, & nō dicitur peccare anima de populo, idest spiritus, sed homo popularis.

Alio modo accipitur anima pro solo corpore, quādo iam est cadauer, & sic dicitur, q̄ aliquis est immundus super animam hominis, idest, contingendo cadauer hominis. sic patet Num. 9. cap. de his qui dixerunt, immundi sumus super animam hominis, contingendo cadauer hominis, & quare fraudamur, vt non valeamus offerre oblationem domino in tempore suo: nō tamen erant isti immundi in aliquo spiritu hominis, quia ille tangi non potest, sed contingendo cadauer.

Potest autem etiam hic accipi anima pro toto ipso homine, ita vt dicatur, prouidimus animabus nostris, idest nobis, vt viueremus. *Vt supra terrore compulsi.* Idest nō fecissimus hoc, nisi quia timuimus valde, ideo excusati debuimus a culpa. Duo ponuntur hic, secundum q̄ gabaonitæ volunt inducere se nō esse culpabiles, quāquam fecerint quæ supra habentur. Primum est, quia non faciebant ad inferendam vllam offensionem Iudeis, sed solum, vt prouiderent a iabus suis. i. vt liberarentur a morte, cui libet aut valde licitum est ad defensionem suam agere. Secundum erat, quia gabaonitæ

non fecerunt hoc pure eligentes, sed necessitate compulsi, nam nisi hæc fecissent infligeretur eis mors ab Israelitis, terrore ergo compulsi fecerunt, quæ alioquin quaquam fecissent. Per timorem autem licita multa fiunt, quæ si pure libere fiant illicita reputantur. *Et hoc consilium iniuimus.* Idest fecimus consilium istud, quod vidistis, iudicantes sic posse euadere manus vestras.

Nunc autem in manu tua sumus. Verba suaforia loquebantur gabaonitæ, quæ Iudeorum animos ad pietatem possent prouocare. Magna enim eloquentiæ vis est, vt duras animositates, quæ viribus succumbere nesciunt, flectere queat. Vnde Proverb. 15. responsio mollis frāgit iram, sermo durus suscitatur furorem. Decebat autem ista verba gabaonitis, nam vere ipsi erant in manibus Israelitarum, his tamen verbis mollicbant eorum animos, vt mollius tractarentur, scilicet nos fecimus hæc, vt euaderemus mortē aliquo modo, nunc vero manibus tuis traditi sumus, si vis potes nobis donare vitam. *Quod tibi bonum & rectum videtur fac nobis.* Idest secundum voluntatem tuam de nobis dispone: rectum iustitiam notat, bonum notat equitatem, vel complacētiam, & est sensus quod tibi videtur iustum esse, vt de nobis facias, & placet, fac.

Fecit ergo Iosue, vt dixerat: & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi, & altari domini; cædentes ligna, & aquas comportantes vsque in præsens tempus, in loco quem dominus elegerat.

Fecit ergo Iosue, vt dixerat. Ipse enim eis primo dixerat, quod quia deceperant Israel sub maledicto, idest, sub maledictione semper essent, & nunquam deficeret de stirpe eorum, qui cederet ligna, & comportaret aquas in Sanctuarium domini, sic fecit, i. assignando eos ad æternam seruitutem, vt portarent aquas, & ligna in Sanctuarium, & dicitur per casside Iosue, quia ipse erat princeps populi, & ad eum huius rei pertinebat diffinitio.

Et liberauit eos de manibus filiorum Israel. Scilicet de manibus populariū: ipsi enim volebant delere illos, principes autem eos defenderunt suadentes populo murmuranti, & tumultuanti, quod manerēt ad obsequia totius multitudinis, de manu ergo principum liberati non sunt, cum non vellent eos occidere, sed de manu populariū qui vocantur filij Israel, quia ipsi erant plurimi, & recipiebant nomen omnium Israelitarum. Et sic aliquando cum comparantur omnes tribus duodecim Israelitarum ad Leuitas, vocantur ipsi filij Israel & Leuitæ non, vt patet Num. 1. capi. scilicet noli numerare Leuitas, nec ponas summam eorum cum filijs Israel. & hoc, quia duodecim tribus erant quasi omnes Israelitæ.

Vt non occiderentur. Volebant eos occidere populares, vt impleverint domini iustionem, & vt acciperent eorum vires, nunc vero, quia eos viuentes relinquebant, eis quoque vires donabant.

Decretum Iosue de saluandis Gabaonitis fuit approbatum a Deo, & quare. Quæst. XL.

Decreuitque Iosue in die illo. Tanquam princeps populi, ad cuius verbum iusserat dñs, vt ingrederent, & egrederent filij Israel, timouerent, poterat diffinire de statu

de statu horum, de hoc Num. 27. Etiam ipsi Israelitæ A dixerant, q̄ quicumque eius verbis repugnaret moretetur, vt patet supra 1. cap. f. qui contradixerit ori tuo, & non obediens cunctis sermonibus quæ præceperis ei, moriatur: præsertim, quia assensus toti⁹ populi fuit ad hoc, quamquam a principio magis vellent, quod occideretur tota gens Gabaonitarum. Istud decretū Iosue mansit postea in toto tempore, nam fuit a Deo tacite, vel expresse approbatum, & maxime, quia hoc ce debat in cultū Dei, scilicet, vt essent qui subministrarent Sanctuario domini in comportatione aquarum, & lignis cædendis. Ista enim videtur fuisse satis rationabiliter causa, quare Deus fecerit relinquere Gabaonitas, aut dederit eis in corde, vt tale inirent consilium, quo possent manus effugere Hebræorum, i. vt essent ad ministracionem Sanctuarij. nam postquam essent Israelitæ in pace in terra Chanaan, vacare debebāt cæremonijs legalibus, quæ erant potissime in sacrificijs, & quia multa erant sacrificia in Sanctuario, exigebantur continui subministrantes in cædendis lignis, & cōportandis aquis, quorum erat vtrunq̄ necessarium ad altaris ministracionem. Et quia Deus volebat, vt Israelitæ his laboriosis, & infimis ministerijs manciparentur, elegit de Chanaanais aliquam gentem quæ in his ministraret, & hi fuerunt Gabaonitæ, ideo eos fecit conseruari a morte, nam quamquam expresse nō iusserit, fecit tamen, scilicet dando Gabaonitis consilium, quod inierunt, & animos veniendi ad Israelitas, sicut sic expectarent se posse liberari de manu Israelitarum, ipsosque Israelitas fecit non aduertere, vt deciperentur, & crederent eos esse de terra longinqua. Facile namque erat, vt cognosceretur fraus ipsorum Gabaonitarum, quia ea quæ ipsi ponebant, vt euasoria intentionis eorum, non inferebāt efficaciter, sed potius quædam eorum ad oppositum, vt supra declaratum est, ideo si aduertissent, manifeste deprehendissent eorum fraudem, & non pepigissent cum eis sedus de nō occidendo illos: Deus tamen conuertit intellectū eorum ne ad hoc aduerterent, etiam cognita fraude Gabaonitarum mollificauit corda Israelitarum, vt non iruerent in eos vno impetu. tum quia Chanaanai erant, tum quia fefellerant eos, ideo siue expresse, siue tacite hoc approbauit, & omnes posteri intellexerūt esse recte factum, ideo non ausi sunt contra ire. Saul autem multo post tempore grauiā dānā intulit Gabaonitis: Deus autem in vindictā huius misit famem magnā in Israel tempore Dauid, quousque septē viri qui restabant de stirpe Saulis suspenderentur. vt patet 2. Regū 21. cap. *Esse eos in ministerio cuncti populi.* Idest, vt Gabaonitæ ministrarent toti multitudini Israelitarum comportando pro eis aquas, & cædendo ligna. hoc autem non intelligitur pro toto tempore, sed solum pro eo tempore quo manebant Israelitæ in bellica expeditione, & erant omnes simul in castris. cum vero data est pax Israeli subiectis hostibus, & distributa terra, secesserunt singuli in ciuitates suas, & non mansit multum nec castra, & tunc non seruierunt Gabaonitæ Israelitis, quia non vocabatur tunc totus Israel populus, sicut cum erant omnes congregati in castris. Etiam quæ tunc oportuisset Gabaonitas distribui per singulas vires ad seruendum. Falsum tamen est, quia infra dicitur, quod iussit esse Gabaonitas in ministerio altaris in loco, quem cūque dominus elegerit, solum ergo fuerunt Gabaonitæ seruientes Israelitis quousque cessatum est a bellis, & distributa est terra, atque redierunt in terras suas Rubenitæ, & Gaditæ, atque dimidia tribus Manasse, de quo supra declaratum est.

Et altaris domini. Idest iussit, quod essent Gabaonitæ in ministerio altaris.

In q̄. 33.

Alph. Tost. super Iosue.

Duplex erat ministratio altaris in offerendo sacrificia.

Quæst. XLII.

ERAT duplex ministratio altaris. Vna erat ministrare in ipso offerendo sacrificia, i. iugulando, & cremando super altare, atque expiando in sanguine. Alia est ministratio altaris, i. duce re ligna necessaria ad cremandum in altari, & aquas p̄ ministris altaris, vt lauarentur, & sacrificiorum carnes abluantur.

Prima ministratio est solum sacerdotalis. nam etiam Leuitis non licebat accedere ad ministracionē, i. faciendo sacrificia, vel saltem disponere ligna super altare. Si quis enim tētasset hæc facere moreretur. sic patet Numer. 3. cap. f. Aaron vero, & filios eius constitues super cultum sacerdotij, externus qui ad ministrandum accesserit morietur. idem patet Numeri 18. c. sic etiam factum est de Chore, qui erat de Leuitis de familia Caathitarum, & conatus est ipse cum complicibus suis vsurpare sacerdotale ministerium, & combusti sunt a domino. vt patet Numeri 16. ad hanc ergo altaris ministracionem non accedebant Gabaonitæ.

Secunda erat ministratio in portādo ligna, & aquas aliaque necessaria ad ministracionem altaris, & ista pertinebat ad Gabaonitas, non tamen vllatenus accedebant ad tangēdum altare, aut alia vasa sancta, & ista vocatur ministratio, vel ministerium altaris, sed non ministratio in altari, quia isti nihil agebant super altare. ministratio autem sacerdotum erat in altari, quia ipsi cremabant hostias super altare, & expiabant in illo, vnde recte ministratio sacerdotalis vocatur ministratio, quod vero Gabaonitæ efficiebant non vocatur ministratio, sed subministratio, quia subseruiebant ad ministracionem, quam faciebant sacerdotes in altari, scilicet necessaria præparantes in materialibus.

Et si dicatur quare dicitur hic, quod Gabaonitæ futuri erant in ministerio altaris, cum supra dicatur, q̄ portarent aquas, & ligna in domum domini.

Respondēdum est, quod Gabaonitarum officium erat solum in duobus prædictis, & ista portabantur in Sanctuarium: tamen non proficiebant ibi ad aliquid alterum, nisi ad altare, scilicet altare holocaustorum, quia ligna solum cremabantur in altari pro sacrificijs, cum ignis semper futurus erat in altari, atque quotidiana lignorum appositione fouendus. vt patet Leuitici, sexto capit. ad nullam autem aliam ministracionem proderant. de aqua identidem supra declaratum In q̄. 35. fuit.

Cum essent duo altaria, de quo illorum intelligebatur, quod Gabaonitæ seruiri erant in ministerio altaris. Et quod inter ea, quæ in honorem diuinum sunt, nihil magis attestetur Deitati, quam sacrificium.

Quæst. XLIII.

QVAERET aliquis, cum in Sanctuario essent duo altaria, scilicet altare holocaustorum, & altare thimiamatum, & hic non exprimitur in cuius altaris ministerio mancipandi erant Gabaonitæ, de quo intelligendum sit.

Aliquis dicit forte intelligendum esse de altari thimiamatum, quia cum hic ponatur altare nulla data connotatione, intelligitur de altari, quod vocatur altare secundum excellentiam, & hoc est altare thimiamatum, quod erat aureum. vt patet supra quarto cap. scilicet, quia erat totum opertum laminis aureis, vt patet Exodi trigésimo cap. altare autem holocaustorum erat æneum, scilicet opertum laminis æneis, vt patet Exodi 27. capitu. in hoc autem satis notabatur excellentiæ differentia.

Y 4 Item

Item patet ex assignatione locorum, nam altare thimiamatum erat intra Sanctuarium circa velum Sancti sanctorum, vt patet Exo. 30. altare autem holocaustorum foris erat in atrio tabernaculi ad hostium eius. vt patet Exodi 29. & in multis locis. erat autem excellentior locus tabernaculum quam atrium eius, nam in atrium tabernaculi, tam viri quam feminae, tam sacerdotes, quam non sacerdotes, ingredi poterant ad offerendum, & comedendum ibi coram domino. In tabernaculo autem solum ingrediebatur sacerdotes ad ministraciones quotidianas. vt patet ad Hebræ. 9. c. ergo erat excellentior locus altaris thimiamatum.

Determinatio auctoris.

Respondendum est, quod altare, cuius ministerio subiiciebantur Gabaoonites, erat altare holocaustorum, quod satis patet ex his quae dicuntur. nam iussit nunc Iosue esse Gabaoonitas in ministerio altaris ad comportandas aquas, & cedenda ligna, sed ista nullatenus attinebant ad altare thimiamatum. ergo non erant in ministerio altaris thimiamatum, sed holocaustorum. quod patet, quia in altari thimiamatum nullum fiebat sacrificium, neque libatio, aut effusio sanguinis. vt patet Exodi 30. sed quotidie in mane, & vesperis ponebatur thimiamatum in thuribulo, & cremabatur coram domino. ad hoc autem nulla erat ministratio in aqua necessaria. Etiam nulla ligna, nam quamquam thimiamatum cremaretur super prunas, illae non erant in ipso altari thimiamatum, sed sumebantur de altari holocaustorum in thuribulo, & ponebantur super altare thimiamatum. Quod autem ad vsus altaris holocaustorum necessariae essent ligna & aqua, declaratum fuit. solum ergo ministratio Gabaoonitarum erat pro hoc altari, & non pro altari thimiamatum.

In 9. 35. & præceden.

Cum vero arguebatur, quod erat dignius altare thimiamatum. ergo de illo intelligendum erat, cum hic nihil exprimitur.

Respondendum est tenere argumentum, si non constaret ex aliqua euidenti, aut probabili coniectura de quo intelligeretur, quia tunc recurri debebat ad id, quod erat dignius: constat tamen ex dictis manifeste debere intelligi de altari holocaustorum. nihil ergo agit argumentum de dignitate.

Aliter responderi potest, quod altare holocaustorum erat dignius altari thimiamatum, vel saltem non erat inferioris dignitatis. quod patet, quia altaria erant vasa sacrae ministracionis, & sortiuntur dignitatem ex ministerio, quod in eis fit, sicut omnia artificialia sortiuntur figuram & dignitatem ex vsu ad quem sunt, cum solum sint propter illum finem, sed ministratio quae fiebat in altari holocaustorum, erat dignior ministracione, quae fiebat in altari thimiamatum. ergo erat altare holocaustorum dignius. quod patet, quia omnia sacrificia fiebant in altari holocaustorum, in altari autem thimiamatum nullum: inter ministeria tamen facta in honorem diuinum nullum erat dignius sacrificium, quia nihil magis attestatur deitati quam sacrificium: ceteri quippe honores quos Deo impendimus, anti-qua gentilitas indifferenter hominibus, & Deo tribuit, sacrificium autem a nulla vnquam gente quantumque rudi, alicui nisi Deo vero, aut ei qui Deus verus extimabatur, datum est.

Cum vero probatur dignius esse altare thimiamatum altari holocaustorum ex materia, scilicet quia erat operatum laminis aureis, altare autem holocaustorum laminis æneis. Respondendum est non tenere argumentum: nam altare holocaustorum ex auro tectum fuisse, nisi ministratio ibi facta repugnasset, quia erat semper magnus ignis super illud ad cremandas sacrificiorum carnes, sed hoc modo liquefieret aurum eius. Debit ergo poni aliud metallum, quod non liquefieret, sicut est quoddam genus æris. Si autem ministratio al-

taris thimiamatum similis foret, ipsum quoque non laminis aureis, sed æneis tegeretur: ministratio tamen succendendi thimiamatis nihil obstat laminis aureis. Ad aliud argumentum, quando arguebatur ex conditione loci, quia erat altare thimiamatum intra Sanctuarium, & altare holocaustorum erat extra tabernaculum. Respondendum est, non concludi ex hoc maiorem dignitatem alterius. nam etiam altare holocaustorum fuisse in tabernaculo, nisi eius ministratio repugnaret: fiebat enim in eo magnus ignis, & continuus, de quo magnus & crassus exhalabat fumus. Si vero intra tabernaculum poneretur, cum solum altitudo tabernaculi esset cubitorum decem. vt patet Exo. 26. (quia quelibet tabula eius erat huius altitudinis solum) cremaret ignis sacrificiorum operimenta omnia tabernaculi, quia altare erat eleuatum cubitis tribus, vt patet Exo. 27. c. perueniret autem flamma, vel calor nimius ignis magni altaris ad septem cubitos, ita vt pertingeret ad cortinas tabernaculi, & exurerentur: fumus tamen crassus valde exhalatus de crematis adipibus quotidianis ascenderet, & inficeret omnia operimenta, & totam tabernaculi pulchritudinem repleret fuligine. debuit ergo foris tabernaculum poni. In altari autem thimiamatum nihil erat, quod pulchritudini Sanctuarii obstat. nam nec ignis magnus, nec fumus crassus & infectiuus exhalabat, sed fumus aromaticæ rei qui nunquam inficit, sicut fumus thuris, & potissime, quia ille paruus erat. Si autem talis ministratio fuisse in altari thimiamatum, sicut in altari holocaustorum, neutrum fuisse in tabernaculo. non ergo concluditur ex hoc maior dignitas altaris thimiamatum quam holocaustorum: erat tamen ministratio in altari thimiamatum munda. in altari vero holocaustorum immunda, & aliquantulum inquinans.

Quomodo Gabaoonites poterant esse in ministerio totius populi, & altaris, cum vix sufficerent ad ministracionem populi. *Quest. XLIII.*

QVAERET aliquis quomodo Gabaoonites poterant esse in ministerio cuncti populi & altaris, cum vix sufficerent ad ministracionem totius populi in cedendis lignis, & comportandis aquis: litera tamen dicit eos ascriptos ministerio cuncti populi, & altaris. Ad hoc aliquis responderit, quod Gabaoonites multi erant, & poterant in vtroque ministrare: praesertim quia necessitas ministracionis pro altari erat parua. Sed ex hac parte non stat, nam dicitur infra, quod Gabaoonites esse debebant in ministerio Sanctuarii in loco, quem dominus elegisset. quomodo ergo stare poterant ibi, & manere in ministerio cuncti populi? Respondendum est, quod ad hæc duo ascripti fuerunt Gabaoonites, sed non pro eodem tempore. nam ministratio cuncti populi erat prior, illa autem desinere incipiebat ministratio altaris. Pro quo sciendum, vt supra dictum est, quod Gabaoonites non fuerunt semper in ministerio Israelitarum, sed solum, quoniam erat totus Israel collectus in vnum agmen, & manebat in castris ad bellicam expeditionem: tunc enim vocabatur multitudo, vel populus. Postea autem diuiso Israel in vrbes, & locis suis, non mansit congregatio illa, nec Gabaoonites amplius manserunt in obsequio eorum, quia hoc modo oportebat, vt diuideretur per singulas vrbes, villas, & viculos in quibus habitarent Israelitae, sed tunc totaliter ascripti manserunt altari domini, vt ministrarent in cedendis lignis, & comportandis aquis, & ad quemcumque locum transiret Sanctuarium domini, transibant Gabaoonites, tanquam ascripti ferui. Diuisa autem multitudine Israelitarum per loca sua, situatus est Sanctuarium domini in Sylo. vt patet 7. 18. ibi. n. fuit primo in tota terra

In 96. 23.

terra Chanaan, eratque in forte Ephraim. Cum vero maneret multitudo Israel congregata in castris ad bellicas expeditiones, nondum assignatis aliquibus locis ad manendum, erat Sanctuarium domini in castris, & mouebatur cum eis, tunc enim non fiebant subministraciones Gabaoonitarum pro Sanctuario, quia dum erant bella non obligabantur Iudaei ad ceremonias, sed data pace. vt declaratum fuit prece. cap. & Deut. 12. Cum ergo sacerdotes non vacarent sacrificijs, nec erat necessaria aut conueniens subministratio Gabaoonitarum pro altari. Solum igitur tunc ministrabant toti multitudini cedendo ligna, & comportando aquas. cum vero cessauit ministratio quae fiebat toti multitudini, situato Sanctuario in Sylo, inceperunt ceremonie sacrificiorum, & tunc fuit necessaria subministratio Gabaoonitarum ad cedenda ligna, & comportandas aquas.

Ad argumenta hoc modo responderetur. Ad primum cum dicebatur, quod Gabaoonites vix sufficerent subministrare toti multitudini, quomodo ergo multitudini seruientes subministrarent altari?

Respondendum est, quod non erant simul istae subministraciones. nam quando toti multitudini seruiebant, nihil ministracionis impedit altari, quia erat tunc tempus bellorum, & non vacabant sacerdotes sacrificijs. consequenter ergo, nec Gabaoonites cedebant ligna aut comportabant, sed cessante subministracione quae fiebat populo, cepit vsus ceremoniarum Sanctuarii, & consequenter subministratio Gabaoonitarum.

Ad secundum argumentum, scilicet quomodo possent esse Gabaoonites in loco quemcumque dominus elegisset, & esse in ministracione totius populi?

Respondendum, quod esse non poterat, nec fuit vnquam simul, quia quando erat tota multitudo Israel collecta in castris ad quotidiana bella, nondum fuerat positum Sanctuarium in aliquo loco, sed mouebatur cum ipsis castris. cum vero data est pax, & recessit totus Israel singuli in vrbes, & oppida sua, positum fuit Sanctuarium in Sylo in forte tribus Ephraim, & ibi mansit vsque ad tempus Heli sacerdotis, quando arca portata in bellum capta est a Philistin, & mansit in regione sua mensibus septem, vt patet 1. Reg. 6. Postquam vero inde redijt, venit in Bethlame. vt patet eod. cap. Inde translata est in Cariathiarim. vt patet 1. Reg. 7. cap. & postea ad domum Obethedon Gethi. vt patet 2. Reg. 6. Inde in domum Dauid in Ierusalem. vt patet eod. cap. & ibi mansit postea in Templo Salomonis translata de domo Dauid. vt patet 2. Paralip. 1. capit. Sanctuarium quoque ipsum totum cum altaribus, & vasis suis non mansit in Sylo, sed translatum est in ciuitatem Nobe: ibi enim erat tempore Regis Saulis quando ipse destruxit ciuitatem, & occidit 85. sacerdotes domini vestitos Ephod. vt patet 1. Reg. 22. ibi autem ministrauerunt Gabaoonites iuxta opera sua.

Postquam vero semel ceperunt sacerdotes domini esse in loco dedicato ipsi Sanctuario, Gabaoonites subministrantes nunquam fuerunt in obsequijs multitudinis. Cedentes ligna, & aquas portantes. Istud fuit semper ministerium Gabaoonitarum, siue cum ministrarent multitudini Israelitarum, siue cum manebant in Sanctuarii loco quem dominus elegisset.

vsque in praesens tempus. Idest semper fuerunt Gabaoonites in ministerio eis assignato vsque ad tempus, quo iste liber scriptus est, scilicet tempore Samuelis. nam cum Iosue astante toto Israel confirmasset, & ascripisset Gabaoonitas ministerio altaris, nullus quantuncumque auctoritatis, & potestatis postea repugnare ausus est, tum quia Iosue hoc praeeperat toto populo assentiente, tum quia Gabaoonites erant Deo dicati, &

qui eos tolleret de ministerio domini, Deum offenderet subtrahens ministros, & consequenter cultum eius diminuens.

In loco quem dominus elegisset. Idest decreuit Iosue, vt manerent Gabaoonites semper in loco quem dominus elegisset ad subministrandum. & dicitur quem elegisset, quia non erat certum, an Deus vellet manere Sanctuarium suum in eodem loco. nam per varia loca mutatum est, arca quoque disiuncta a Sanctuario postquam reducta fuit de terra Philistin, mansit multo tempore in locis segregatis. De locis autem in quibus stetit Sanctuarium, & de causis mutationis per loca illa, & de temporibus quibus mansit in quolibet horum locorum vsquequo vltimo perijt tempore capta Hierosolyma a Romanis, & de arca similiter in quibus locis steterit seiuncta a Sanctuario, & quanto tempore, & quis fuerit eius exitus, declaratum est late Exo. 20. cap. & Deuteronom. 12. cap. ibi vide. Manebant autem Gabaoonites de quatuor ciuitatibus in loco quem dominus elegisset, vt ibi praesto essent ad semper subministrandum, sicut sacerdotes, & Leuitae manebant in loco quem dominus elegisset.

De his quoque quamquam nihil expressum sit, scilicet licet quid eis daretur in sustentationem. Credendum tamen est, quod aliquid daretur, quia cum ipsi in ministracione quotidiana altaris domini essent, non poterant vacare operibus suis agriculturae, sicut igitur sacerdotes, & Leuitae erant assignata certa iura in quibus sustentarentur, de quibus Numeri 5. & 18. & Deut. 18. ita Gabaoonites essent assignata aliqua ad sustentationem, quae postea principes statuerent, scilicet de eleemosynis, & denarijs datis in Sanctuario. nam iuxta Apostolum, qui altario seruit de altari viuere debet. vt patet 1. ad Corinth. 9. cap. Gabaoonites autem seruiebant altari subministrantes illi aquas, & ligna ad necessitates suas, ergo de altari viuere debebant, id est de aliquibus redditibus, aut prouentibus Sanctuarii, Deo tamen de his nihil statuit, sed solum de redditibus sacerdotum, & Leuitarum, quia tempore quo Deus statuit, scilicet in deserto, nondum erat assignari Gabaoonites tanquam ministri, alioquin iussisset eis quicquam dari.

An Gabaoonitis dare aliquid ad sustentationem.

An Gabaoonites morarentur in vrribus suis, vel in loco Sanctuarii, & an vrbes eorum datae fuerint Israelitis. *Quest. XLIII.*

QVAERET aliquis, circa Gabaoonitas an morarentur in loco Sanctuarii, vel in vrribus suis quatuor, scilicet Gabaoon, Beroth, Caphira, & Cariathiarim. Quod autem aliqui eorum morarentur in loco Sanctuarii manifestum est. nam quotidiana erat subministratio eorum portando aquas, & cedendo ligna, non possent tamen venire in locum quem dominus elegisset ad ministrandum, si in ciuitatibus suis manerent, praecipue cum locus Sanctuarii distaret a Gabaoon.

Aliquis autem dicit, quod non habitabant omnes Gabaoonites in loco quem dominus elegisset, sed in vrribus suis quatuor supradictis. Horum tamen aliqui erant qui manerent in loco Sanctuarii ad subministrandum in cessione lignorum, & aquarum comportatione. Et cum expletum esset tempus horum, alij veniebant ministraturi, scilicet, quod essent distributi Gabaoonites per sortes, & vna fors eorum ministraret vno tempore anni, & alia alio tempore: vt hoc modo temporibus equalibus, & alternatim ministrarent, pauciores eorum morarentur in loco quem dominus elegisset.

Sic erat de sacerdotibus, & Leuitis. nam sacerdotes erant

erant diuisi in 24. fortes, vel vices, & vna pars eorum ministrabat vno tempore, alia autem alio tempore. vt patet 1. Paralip. 24. cap. & dum isti ministrabant manebant in vrbe quam dominus elegerat. Postquam vero consummassent tempus ministerij sui, redibant in loca sua quæ erant extra locum Sanctuarij, vt patet de Zacharia patre beati Ioânis qui sorte exiit, vt offerret incensum. vt patet Luc. 1. cap. cum esset ipse sacerdos de vice Abia. Et postea dicitur ibidem. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius abiit in domum suam. erat autem domus sua extra urbem Ierusalem in quadam villa montana Iudæe, vt patet eodem capitulo. cum dicitur de beata Virgine, quod venerit ad domum Zacharie, scilicet exurgens autem Maria in diebus illis abiit cum festinatione in montana in ciuitatem Iudæe, & intravit in domum Zachariæ.

Item patet hoc ex ciuitatibus assignatis sacerdotibus, & Leuitis 48. namque vrbes illis assignatæ sunt, vt patet Nume. 35. ergo manebant extra locum Sanctuarij, quia non poterat esse Sanctuarium in qualibet earum, cum esset vnicum Sanctuarium. sic quoque erat in Leuitis, quia ipsi seruebant in Sanctuario statutis temporibus secundum officia sua, erant namque ipsi in 24. fortes diuisi, sicut sacerdotes, de quo 1. Paralipom. 25. & singuli manebant in vrbibus suis, cum vero tempus ministerij eorum aduenisset, pergebant ad locum Sanctuarij manentes ibi tempore officij sui, quo expleto redibant in vrbes suas singuli, ita vt nunquam deficerent ministri in domo domini, tamen non erant omnes simul. hoc idem signatur Deuteronomij 18.

Et propter hoc poterat aliquis vouere seipsum de Leuitis, vel sacerdotibus ad manendum in Sanctuario tota vita sua. vt patet de Anna matre Samuelis, quæ cum vouit domino, vt ministraret coram eo tota vita sua, & erat de Leuitis, vt patet 1. Reg. 1. capi. Si tamen omnes Leuitæ, & sacerdotes manere cogerentur in loco Sanctuarij, non caderet hoc sub voto, quia votum est de his ad quæ alias non existentes obligati, nos ipso tane obligamus.

Item aliquando sacerdotes, & Leuitæ poterat sine voto venire ad Sanctuarium, vt semper ibi manerent, & tunc alij tenebantur dare illis partem iurium, quæ eis proueniebant ad sustentationem præter ea quæ ei in vrbe sua ex paterna successione debebantur. vt patet Deuteronomio. 18. capitulo. Nihil tamen horum esset, si omnes sacerdotes, & Leuitæ cogerentur in loco Sanctuarij manere.

De Gabaonitis vero sic videbitur, quod in vrbibus suis habitarent, & statutis temporibus per vices, & fortes ministrarent Sanctuario domini, ita vt nunquam deficerent aliqui de Gabaonitis ministrantes in loco Sanctuarij.

Alia rationes, quod Gabaonita ministrarent per vices.
Quæst. XLV.

ITEM hoc videbitur rationabiliter dictum, quia Gabaonitæ erant multi, scilicet viri quatuor ciuitatum nominatarum in litera cum viculis suis. Manifestum tamen est, quod non essent necessarii omnes hi ad ministracionem cedendorum lignorum, & aquarum comportandarum, cum solum portare debebant hoc ad usum altaris holocaustorum.

Item non videretur stare illo modo, quod omnes Gabaonitæ habitarent in loco quem dominus elegerat, quia isti viri erant de quatuor ciuitatibus cum viculis suis, & oppidis. locus autem Sanctuarij erat vnicus semper, ergo non possent capi in illo loco Sanctuarij, immo nec mediætas eorum. Potissime, quia vrbes Gabaonitarum erant magne, præcipue ipsa vrbs Gabaon, vt patet sequen. cap. in nulla ergo vrbe terræ Chanaan caperentur amplius, quia in vrbe in qua erat Sanctuarium semper esse debebant sacerdotes multi ministrantes per vices suas. Etiam debebant esse Leuitæ identidem in officijs suis ministrantes, vt patet ex dictis. Quomodo ergo caperentur hi in aliqua vna ciuitate? Præter hæc, quia adhuc habitabant populares alij, qui non erant de ministris domini in loco Sanctuarij, sicut cum erat in Ierusalem Sanctuarium. nam ibi manebat Rex, & Principes, populares quoque de tribu Benjamin, cum ibi esset fors Benjamin. nequaquam ergo manere poterant omnes de quatuor vrbibus Gabaon in loco quem dominus elegerat. Potissime, cum esset locus parvus, sicut ciuitas Sylo in forte Ephraim in qua primo stetit Sanctuarium. vt patet infra 18. postea etiam in alijs paruis ciuitatibus, vt in ciuitate Nobe. Item non potest stare. nam si omnes gabaonitæ de quatuor vrbibus manerent in loco quem dominus elegerat in tempore Saulis, cum tempore eius manserit Sanctuarium in ciuitate Nobe, necesse erat, quod ibi essent omnes Gabaonitæ, non tamen fuerunt, quia hoc tempore omnes occisi fuissent a Saule. quod patet, quia cum audiuit Saul, quod Achimelech sacerdos magnus dedisset Dauid panes, & gladii Goliath, occidit eum, & 85. sacerdotes domini vestitos Ephod, omnes etiam qui erant in vrbe occidit, & euasit vnus solus, scilicet Abiathar. vt patet 1. Reg. 22. cap. cum dicitur. Nobe autem ciuitatem sacerdotum in ore gladij percussit viros, & mulieres, paruulos & lactantes, bonem, & asinum. Euadens autem vnus filius Achimelech, & c. si ergo ibi fuissent omnes Gabaonitæ, non mansisset ex eis vestigium, manserunt tamen tempore Regis Dauid, & conquesti sunt de Rege Saule, & attriuerunt eos, atque facta est fames tribus annis propter eos, & suspensi sunt viri septem de domo Saulis. vt patet 2. Reg. 21. c. ergo non erant omnes Gabaonitæ in eodem loco in quo erat Sanctuarium, sed quidam de eis seruebant vno tempore, quidam vero alio, & sic nunquam deficiebant ministri de Gabaonitis in domo Domini.

Aliquis in contrarium dicit, scilicet, quod non manerent Gabaonitæ omnes in vrbibus suis, sed in loco Sanctuarij, nam si manerent in locis suis valde grauarentur Israelitæ dimittendo 4. vrbes magnas illis, de quibus nihil acciperent.

Item non potest stare, quia istæ vrbes datæ sunt Israelitis in distributione totius terræ Chanaan. ergo non manserunt in eis Gabaonitæ, patet hoc, quia tres vrbes harum datæ sunt in diuisione tribui Benjamin, scilicet Caphira, Gabaon, Beroth, vt patet infra 18. Quarta vero harum vrbium, scilicet Cariathiarim cessit tribui Iudæ, vt patet eodem capitulo.

Item non potest stare, quia istæ vrbes datæ sunt Israelitis in distributione totius terræ Chanaan. ergo non manserunt in eis Gabaonitæ, patet hoc, quia tres vrbes harum datæ sunt in diuisione tribui Benjamin, scilicet Caphira, Gabaon, Beroth, vt patet infra 18. Quarta vero harum vrbium, scilicet Cariathiarim cessit tribui Iudæ, vt patet eodem capitulo.

Item Gabaon fuit ciuitas data sacerdotibus, vt habitarent in ea, ergo non manserunt ibi Gabaonitæ, patet hoc infra 21. vbi de ciuitatibus, quæ erant in forte tribus Benjamin, dicitur quod data est Gabaon.

Determinatio auctoris ad superius quaesitum.
Quæst. XLVI.

RESPONDENDUM est, quod Gabaonitæ manserunt in vrbibus suis, vt ante erant, sed seruebant semper ministerio domini in portandis aquis, & cedendis lignis, non quidem omnes, sed quidam eorum per sortes, sicut supra declaratum est, & rationes ibi assignatæ hoc conuincunt.

Cum autem arguebatur, quod grauarentur Israelitæ si manerent Gabaonitæ in vrbibus suis. Respondendum

dendum est, quod non grauabantur, quia cum mansuri essent Gabaonitæ ad ministracionem Sanctuarij, Israelitæ daturi erant eis loca ad manendum, sed Gabaonitæ replebant 4. ciuitates suas in quibus erant. ergo aut manerent in eis, aut darentur eis loca alia eiusdem capacitatis ad manendum. Quid autem magis differerebat Israelitis dare Gabaonitis loca illa, cum si illa auferrent, alia equalia daturi erant: nihil quippe differerebat, ergo nec factum est.

Ad aliud, quando arguebatur, quod tres ciuitates harum datæ sunt tribui Benjamin, & quarta data est tribui Iudæ. Respondendum est, quod ex hoc non sequitur, quod inde Gabaonitæ exclusi fuerint. nam modus diuisionis fuit, vt tota terra diuideretur ad possessionem tribuum 12. Postea autem de his diuisionibus datæ sunt aliquæ ciuitates sacerdotibus. vt patet infra 21. & non habitabant in eis, aut darentur eis loca alia eiusdem capacitatis ad manendum. Quid autem magis differerebat Israelitis dare Gabaonitis loca illa, cum si illa auferrent, alia equalia daturi erant: nihil quippe differerebat, ergo nec factum est.

Ad aliud argumentum de sacerdotibus, scilicet Gabaon data est sacerdotibus, de quo infra 21. Respondendum est, quod cecidit Gabaon in sortem filiorum Benjamin. vt patet infra 18. & cum dare deberet tribus ista vrbes aliquas sacerdotibus, vel Leuitis, fuit vna de ipsis Gabaon, in ipsa tamen vrbe habitauerunt sacerdotes cum Gabaonitis. nam & qui dicunt Gabaonitas omnes habitasse semper in Sanctuarij loco, dicunt cum eis habitare Leuitas, & sacerdotes necessario. Nam in loco Sanctuarij erant semper sacerdotes ministrantes, erant quoque Leuitæ, ergo quomodocumque dicatur, semper dabitur, quod Gabaonitæ, & sacerdotes habitarent simul in loco eodem. non potest ergo poni aliquis modus quo magis euidentur inconuenientia, quam dicendo commoratis fuisse Gabaonitas in vrbibus suis, alij etiam cum eis habitare ceperunt, scilicet sacerdotes in ciuitate Gabaon, in Caphira autem, Beroth, & Cariathiarim habitare possent aliqui de tribu Benjamin.

In ciuitate Gabaon habitauerunt simul sacerdotes cum Gabaonitis.

CAP. X.

QUAE cum audisset Adonisedech rex Ierusalem, quod scilicet cepisset Iosue Hay, & subuertisset eam, sicut enim fecerat Iericho, & regi eius, sic fecit Hay, & regi illius: & quod transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent federati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regaliū,

& maior oppido Hay, omnes bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedech rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharan regem Hierimoth, ad Iaphie quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens. Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosue, & ad filios Israel.

QUAE cum. In superioribus declaratum extiterat, quid timore ductus egerat Gabaonitarum populus, hic consequenter ponitur quid ob eorum timorem egerit quinque regum cætus, scilicet, quod committere voluerit bellum contra Gabaonitas, quia confugerant ad Israelitas. Et diuiditur in duo. Primo ponitur occasio belli. Secundo subditur actus bellandi. ibi. *Ascenditque Iosue.*

Secunda diuiditur in duas, quia primo ponitur de bellatio hostium. Secundo occupatio ciuitatum ibi. *Eodem die Macedam quoque cepit.*

Prima in duas, quia primo ponitur modus pugnae. Secundo manifestatio victoriæ ibi. *Reuersus est omnis exercitus.*

Iterum in duas, quia primo ponitur diuinum auxilium. Secundo subditur humanum studium ibi. *Irruit itaque.*

Motina quibus ad confederationem sunt adducti Chanaanæ contra Israelitas, & ad oppugnandum Gabaonitas.
Quæst. I.

CIRCA primum considerandum est, quod audierant Chanaanæ, quod Deus promississet Israelitis tradere illis totam terram Chanaan, & disperdere habitatores eius, sicut retulerunt Gabaonitæ Israelitis sibi fuisset nunciatum, vt patet præcedenti capitulo. & sicut eis nunciatum fuerat, ita & in aures totius terræ Chanaan insonuit. vnde Chanaanæ inter se erant confederati, vt resisterent vno animo, & impetu Israelitis, sicut patet de quinque regibus de quibus hic, & de multis alijs de quibus sequenti capitulo.

Si autem aliqui de Chanaanæ se traderent, aut confederarent Israelitis, dissoluebant corda omnium aliorum. ideo erant iam isti hostes cæterorum Chanaanæ, sicut Israelitæ. Gabaonitæ autem confederati fuerant cum Israelitis, vt patet in præcedenti capitulo. Congregati fuerunt ergo contra eos reges isti quinque, vt deleterent eos, ne qui de Chanaanæ ad familia haberent exemplum, & vt vrbes ille redirent in Chanaanæ dominium. gabaonitæ autem non valentes resistere, a Iosue auxilium petierunt, qui irruens in hos quinque reges deleuit eos cum populis suis.

Quæ cum audisset. Scilicet confederationem gabaonitarum cum Israelitis, hoc potuit satis manifestari, quia erant gabaonitæ inter cæteros Chanaanæ. Reduente ergo Iosue cum exercitu in castra galgalæ, poterant alij Chanaanæ communicare cum gabaonitis, & perferre verba hæc ad Adonisedech regem Ierusalem. & tunc ipse congregauit alios quinque reges absente Iosue: si enim fuisset Iosue apud gabaon, non auferrent reges isti venire super gabaon, sed extimauerunt, quod antequam Iosue veniret de galgalis in succursum eorum, deleterent eos vno impetu. innotuit tamen res gabaonitis, & mittentes petierunt auxiliū a Iosue,

a Iosue, qui festinus venit auxilium impensurus.

A Iosue rex Ierusalem appellatur Adonisedech, vel Adonibezech.

Adonibezech, sed litera est corrupta, quia Adonibezech erat alius rex quae occiderunt Israelitae post mortem Iosue, ceteris summatibus pedum, & manu, vt patet Iudi. I. cap. littera autem Hebraica habet Adonisedech, multum enim in compositione secundum idioma Hebraeorum differunt, quia Adonisedech interpretatur dominus meus iustitiae, vel domini mei iustitia, sunt enim duo nomina Hebraea, scilicet Adoni, idest dominus meus, & Sedech, idest iustitia. sic dicitur Melchisedech, idest rex iustitiae qui etiam fuit rex Ierusalem, vt patet Gene. 14. Adonibezech, de quo Iug. 1. interpretatur dominus meus tonitruum, vel domini mei tonitruum, quia derivatur, & componitur de Adoni, idest dominus meus, & Bazach, idest tonitruum, similitudo autem quaedam in nomine decepti plerisque latinorum scriptorum, ad haec parum aduertentes, & inexpertos in Hebraico sermone.

Rex Ierusalem. Est Ierusalem vrbs quae cecidit in sortem tribui Benjamin, & vocatur alio nomine Iebus, vt patet infra 18. cap. iste rex Ierusalem congregauit istos quatuor reges, vt venirent contra Gabaon, quia erat rex magnus, vnus de principalibus regibus totius terrae Chanaan, & ad ipsum tanquam principalem pertinebat tractare, & conuocare alios reges: vel forte quia alij reges erant suffraganei regis Adonisedech, & non distabant multum Gabaon ab vrbe Ierusalem, & forte ista est causa, quare conuocabat reges alios in subsidium contra Gabaonitas, quia confederatio Gabaonitarum principaliter erat nociua regi Adonisedech, quia cum esset propinqua terrae Iudae, per illam partem haberent Israelitae locum ad intruendum terram Adonisedech.

Alij dicunt aliter, scilicet, quod vrbes Gabaon erant pertinentes ad aliud regnum regis Adonisedech, & quia confederate fuerant Israelitis, subtraxerant se a dominio eiusdem, ideo volebat pugnare contra eas ad reducendum in pristinam subiectionem, aut ad delendas eas in vindictam illatae offensa.

Sed hoc non videtur, quia Ierusalem pertinebat ad populum Iebusorum, vt patet 2. Regum 6. cap. & ob hoc vocatur Iebus, vt patet infra 18. cap. Gabaonitas tamen erant de populo Hebraeorum, vt patet sequenti cap. regna tamen erant distincta in his populis, quia non pertinebant duae gentes ad vnum regem, sed potius in qualibet harum septem gentium multi erant reges, vt patet infra duodecimo cap. vbi de quadam parte harum gentium subiecta Israelitis, occisi sunt triginta vnus reges, manebant autem adhuc multi alij, non ergo erant Gabaonitae pertinentes ad regnum Adonisedech regis.

Item quia videtur, quod Gabaon habuerit regem, quia dicitur infra in littera, vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum, ergo regem habebat, tenendum est igitur quod dictum est.

Quod cepisset Iosue Hay. Hic ponitur quomodo timuerit rex iste Adonisedech, & timori providere voluerit. nam si solum veller assignare scriptura, quomodo voluerit Adonisedech delere Gabaon, quia transfugerat ad hostes, & non describeret timorem eius, suffecisset dici, quod eum audisset Adonisedech, quod Gabaon fugisset ad Israelitas, irruit super eam, aut vocauit reges ad delendum eam, sed retulit de omnibus alijs, scilicet, quod cepisset Hay, & Iericho, quasi dicat quia cepit Iosue istas vrbes, & confederati fuerunt ei Gabaonitae timuit rex Adonisedech, & voluit delere Gabaonitas, ne alij Chanaanai similia attentarent, & dissoluerent cor omnium Chanaanorum. Vrbs Hay non fuit habitata, quia posita est in tumulum sempiternum, vt patet supra 8. cap. tamen cecidit in sortem Benjamin, sicut Iericho quae non erat habitata. Computatur tamen prima inter omnes ciuitates Benjamin. Hay autem non nominatur in terminis Benjamin nec in ciuitatibus eius. satis tamen constat, quod fuerit in diuisione sua, quia Bethel, & Bethaen ponuntur in terminis Benjamin. tamē iter haec loca est Hay, vt patet supra octauo cap. cum dicitur, quod Hay est iuxta Bethaem ad orientalem plagam vrbs Bethel. De Bethel tamen, & Bethaem, quod pertineant ad terminos Benjamin, patet infra decimo octauo cap. ergo sic erit de vrbe Hay.

Et subuertisset eam. De subuersione vrbs Hay dicitur supra octauo cap. & dicitur subuersa quia tota cremata est, & diruti muri vrbs, atque edificia ad solum prostrata, ita vt tota vrbs tumulus videretur aeternus. Sicut enim fecerat Iericho, & regi eius, ita fecit Hay, & regi illius. Idest sicut deleuit Iericho, & regem atque totum populum eius, ita & in vrbe Hay fecit. non est intelligenda totalis similitudo quantum ad vrbes, nec quantum ad regem, sed solum in vniuersali, scilicet, quod rex Iericho occisus est, & rex Hay eodem modo, & vrbs Iericho deleta est, & vrbs Hay etiam fuit subuersa. Rex tamen Iericho vulgari suorum morte assumptus est, scilicet, quod gladio perijt, sicut alij Ierichontini. Rex autem Hay apprehensus est viuens, & suspensus in patibulo ad introitum vrbs suae, vt patet supra cap. octauo. ciuitas quoque non passa est eundem anathematis modum. nam in vrbe Iericho omnia cremata sunt, praeter aurum, & argentum, & ferrum, quae fuerunt seruata in thesauris domini. bellatoribus autem nihil de spolijs vrbs capere licuit. Achan vero quia regulam auream, & siclos, atque pallium coccineum accepit, a populo lapidatus est. vt patet supra 7. cap.

Et, quod transfugissent Gabaonitas ad Israel. Dicebantur transfugisse Gabaonitas, quia cum essent de Chanaanais sedes posuerunt cum Israel. ex quo sequebatur, quod ipsi non pugnarent contra Israelitas, nec darent fauorem alijs Chanaanais pugnantibus contra Israel, sed magis adiuuarent Israelitas contra Chanaanos.

Et essent federati cum eis. Idest, quod posuissent foedera, scilicet, quod non occiderent Israelitas Gabaonitas, & econuerso, quod ipsi non adiuuarent aliquam gentem contra Israel.

Timuit valde. Scilicet, quod sicut deleuerat Iosue Iericho, & Hay, ita posset delere ceteras Chanaanorum vrbes, & quod sicut confugerant Gabaonitae ad Israel, ita posset confugere, vel transfugere multi alij, quo dato faciliter Israelitae caperent ceteros Chanaanos.

Ideo ne aliqui alij confugerent ad illos, volebant delere Gabaonitas. & sic hic mentio specialis de Gabaonitis, quia forte erat Metropolis Gabaon, & vna excellens inter alias ciuitates, quia erat rex in Gabaon qui dominus erat aliarum trium ciuitatum. Sic innuitur cum dicitur immediate, vrbs enim magna erat Gabaon, & vna regalium ciuitatum. Iste timor compulit regem ad conuocandum alios quatuor, vt venirent contra Gabaon.

Vrbs enim magna erat Gabaon. Hoc intelligitur solum de vrbe ipsa quae vocabatur gabaon, & erat Metropolis aliarum ciuitatum, & ob hoc de ea mentio specialis fit, & ista erat vrbs magna, & regalium.

Dicitur hoc ad exprimendum magis causas timoris regis Adonisedech, scilicet, quod gabaon erat vrbs magna, ipsa tamen transfugerat ad hostes, ergo a fortiori alij minores posset transfugere, & deberent, & ob hoc subiungitur infra, maior oppido Hay, idest, quod ista erat ciuitas famosa, & maior ciuitatibus, quae

Gabaon erat Metropolis.

Aliqua ciuitas dupliciter distat a regalis.

In quo differunt ciuitas, & oppidum.

Ergo quot modis potest teneri.

Quae notabilia sunt in ciuitate Hebron.

quae captae fuerant. cum ergo transfugerent ad hostes, alij minores magis transfugerent.

Et vna regalium ciuitatum. Dupliciter intelligi potest. Vno modo, quod erat vna de ciuitatibus regalibus, idest de ciuitatibus quae habebant reges, quasi dicat, quod in terra Chanaan multae erant ciuitates, non tamen habebant singulae reges, sed illae quae maiores erant. sic etiam Gabaon erat, quia erat vrbs magna, ideo erat vna de regalibus vrbsibus.

Alio modo intelligi potest, quod esset vna de vrbsibus regalibus, idest de vrbsibus magnis, quae quamquam non haberet regem, erat tamen tanta, vt vrbes habentes reges.

Et maior oppido Hay. Idest, maior erat quam ciuitas Hay. in hoc exprimitur causa timoris Adonisedech regis, scilicet, quia Gabaon quae erat vrbs magna, & vna de regalibus maior, quam oppidum Hay transfugerat ad hostes: ita transfugerent vrbes reliquae. Non vocatur hic Hay ciuitas, sed oppidum, quia oppidum pertinet ad loca parua. ciuitas autem ad magna, & ob hoc, vt communiter vocatur Hay oppidum. sed non semper obseruatur ista differentia. nam aliquando vocantur ciuitates magne oppida, vt patet Threnorum, secundo cap. scilicet, cum deficeret paruulus, & lactans in plateis oppidi. ibi tamen vocatur ciuitas Ierusalem oppidum, quae erat ciuitas magna in tota terra Chanaan.

Omnisque bellatores eius fortissimi. Et hoc inducitur ad signandum maiorem timorem regis, scilicet, quod omnes viri Gabaon erant fortissimi viri, & famosi inter pugnatore alios terrae Chanaan, scilicet, quod si isti qui erant multi, cum esset ciuitas eorum magna, & aliae tres ei adiunctae vrbes, erantque fortissimi timuerunt, ita vt ad hostes transfugerent, quanto magis transfugerent ciuitates alij minores, & quae non habebant viros ita bellicosos?

Misit ergo Adonisedech ad Obam regem Hebron. Hic potest teneri ergo, vt dicit consequentiam, vel dicit incoceptionem. Si dicat consequentiam, est sensus quod quia Adonisedech timuit valde transfugentibus gabaonitis ad Israelitas, fecit vocari contra eos quatuor reges in auxilium, vt delerent illos, & non esset occasio alijs Chanaanais, vt essent transfuge. Vel potest teneri, vt dicit incoceptionem, sicut tenetur igitur sequissime, quamquam sit nota consequentia. Et quoniam quamquam sit casualis, magis tamen ponitur hic in propria vi, vt dicit notam consequentiae. Iste Adonisedech vocauit ceteros propter causam supra positam.

Ad Obam regem Hebron. In Hebron habitabant gigantes de genere Enach, vt patet Numeri decimotertio, & infra decimoquinto cap. Habitauit autem in hac vrbe Abraham aliquando cum esset in terra Chanaan, scilicet, in valle quadam in terris eius, vt patet Gene. vigesimotertio cap. ubi enim mortua est Sara vxor Abrahae, in hac vrbe sepultus est Adam, vt patet infra decimoquarto cap. & cessit locus iste in possessionem fortis Iudae, vt patet infra decimoquarto & decimoquinto cap. Deinde in locis quae data sunt sacerdotibus ad habitandum fuit vnus, vt patet infra vigesimo primo cap. Fuit autem ibi locus orationis, & sacrificiorum tempore Dauid. nam Absalon petijt licentiam a Dauid, vt iret ad offerendum munera sua in Hebron, & fere totus Israel conuenit illuc, vt patet secundo Regum, cap. decimoquinto. In hac autem ciuitate cepit regnum Dauid. nam regnauit septem annis in vrbe Hebron super Iudam, & Benjamin. postea super totum Israel regnauit annis triginta trib. vt patet tertio Regum, secundo cap. Ad hunc regem misit Adonisedech, quia erat ei propinquus;

& attinebat ad eum pars damni. vel quia erat confederatus illi ad adiuuandum eum, vel forte erat subditus illi, & eodem cause, vel alique harum poterant esse ad reliquos tres reges, quos conuocauit in subsidium contra Gabaon.

Et ad Pharan regem Hierimoth. Iste erat alius rex veniens contra Gabaon cum Adonisedech. erant autem parui reges, quia paucam terram habebant. nam cum aliquis habebat vrbes vnas vocabatur rex. quod patet, quia in terra promissionis essent plures quam quinquaginta reges. nam Iosue occidens quandam partem Chanaan deleuit triginta vnum reges, vt patet infra 12. cap. Item patet in rege Adonibezech, de quo Iudicum primo cap. nam ipse habebat sub mensa sua reges septuaginta comedentes micas cadentes de mensa abscissis, summatibus manuum, & pedum. tamen si essent septuaginta reges magni, vt nunc sunt in terris his, forte in medietate mundi non reperirentur, sed erant reguli domini paruorum ciuitatum, & paucorum locorum. Iste rex denominatur a ciuitate quadam dicta Hierimoth, quae erat Metropolis regni sui. vel forte ipsa sola erat in regno suo cum aliquibus oppidis, & viculis. cessit autem ista in sortem tribus Iudae, vt patet infra 15. cap.

Reges Chanaan erant parui reges, alias reguli.

Et ad Iaphie quoque regem Lachis. Similiter erat ista Metropolis regni Iaphie, cessit autem tribui Iudae, vt patet infra 15. cap. Et ad Dabir regem Eglon. Dabir nomen regis est: Eglon vero nomen vrbs. haec est coniuncta vrbi Lachis: & est in sorte Iuda, vt patet infra decimoquinto cap. Vnde cum nominantur ciuitates tribus Iudae quae erant in campestribus, ponitur simul Lachis, & Eglon, vt patet ibidem.

Dicens ascendite ad me.

Iste quatuor vrbes erant australes, scilicet Ierusalem Hebron, Hierimoth, & Lachis, sed Ierusalem magis Aquilonaris. Quae. II.

Quae notabilia sunt in ciuitate Hebron.

DICEBAT Adonisedech, vt venirent alij reges ad ipsum, quia forte locus suus, scilicet Ierusalem erat magis propinquus Gabaonitis quam Lachis, Hebron, & Hierimoth. erant enim istae vrbes quatuor magis australes, quam Ierusalem cuius erat rex Adonisedech. Quod patet, quia istae quatuor vrbes erant in sorte tribus Iudae, vt patet ex dictis. & habetur infra decimoquinto cap. Ierusalem autem erat in sorte Benjamin, vt patet infra decimo octauo cap. Sors tamen Iudae erat magis Meridiana in terra Chanaan, quia ipsa tenebat latus australe terrae Chanaan perueniens ad Cadesbarne, & torrentem Aegypti, qui erant termini maxime Meridiani, vt patet infra decimoquinto cap. Ceterae autem sortes erant incipientes ab ea versus Aquilonem, & prima erat sors Benjamin, erant enim coniunctae, vt patet infra decimo octauo cap. Et ista erat adhuc occasio quare filij Benjamin coniungerentur cum filijs Iudae. nam post mortem Saulis, vt quidam volunt, cum omnes tribus Israel haberent Isboseth filium eius in regem, tribus Iuda, & Benjamin habuerunt Dauid de tribu Iuda: vt patet secundo Regum, secundo cap. Sed falsum est, quia tribus Benjamin fuit, tunc cum Isboseth contra Dauid: immo illa erat principalis in hoc, quia Saul, & Isboseth erant de tribu Benjamin, vt patet eodem cap. Et postea in diuisione regnorum tempore Roboam filij Salomonis declinauerunt decem tribus ad Ieroboam filium Nabath. tribus autem Iuda, & Benjamin manserunt cum Roboam: vt patet tertio Regum, duodecimo capitulo. Erat

Vrbs Iericho, & Hay i qua forte.

Erat ergo Ierusalem magis Aquilonaris quam aliqua de alijs quatuor vrbibus. Quod autem magis propinqua esset Ierusalem vrbi Gabaon, & reliquis cōsocijs eius quam Hierimoth, Hebron, Lachis, Eglon, saltem secundum latitudinem climatum computando, scilicet a Meridie in Septentrionem, patet, quia Gabaon, Caphira, Beroth erant in sorte tribus Benjamin: vt patet infra decimo octauo capit. & in hac erat Ierusalem: vt patet eodem capitu. Lachis autem Hierimoth, Eglon, & Hebron erant in sorte Iudæ, vt patet infra decimoquinto capit. necessario ergo minus distabat Gabaon a Ierusalem secundum latitudinem climatum, quam aliæ vrbes horum quatuor regum. an vero secundum longitudinem quæ consideratur ab Oriente in Occidentem, idem fuerit, non potest ex hoc patere. satis tamen verisimile est, quod etiam secundum longitudinem minus distet. Ideo alij reges ad ipsum conuenire rationabile erat magis quam è conuerso.

Item quia Adonisedech rex Ierusalem erat principaliter pugnans contra Gabaonitas, & alij reges veniebant ad adiutorium eius, sicut dicitur infra. Ferte presidium, ad eum pertinebat igitur ordinare bellum, & quod alij conuenirent ad eum: dato quod ipse non esset excellentior eis. Et dicitur hic, ascendite ad me, quia a locis in quibus habitabant reges isti, ad locum in quo manebat Adonisedech in Ierusalem erat ascensus, quia isti reges erant in sorte Iudæ quæ est terra magis Meridiana, quam sit in tota terra Chanaan. sed eundo in Meridie ab Aquilone semper est descensus. præsertim, quia aliqui reges istorum dicebantur habitare in campestribus, siue in vallibus, sicut rex Eglon, & Lachis: vt patet infra decimoquinto capitulo. Ierusalem tamen, quia est magis Septentrionalis est ascensus contra eam a ciuitatibus istorum regum.

Et ferte presidium. Id est adiuuate me ad expugnandum Gabaonitas. & hoc aliquo modo innuitur, quod adiutorium precibus exorabat Adonisedech, & non tanquam iubens, ideo magis videtur, quod isti reges vocati fuissent, quia erant amici eius, vel confederati illi, quam quia erant subditi ei: alioquin diceret iubens, & non quod ferrent presidium, quia hæc exorantis vox est.

Vt expugnemus Gabaon. Id est, vt deleamus illam ne sit exemplum alijs vrbibus terræ Chanaan transfugienti ad hostes.

Quia transfugit ad Iosue.

Transfugisse ad Iosue de quibus vrbibus intelligatur. Quæst. III.

Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo Gabaon & aliæ vrbes quæ cum ea transfugerant ad Israel, pertinebant ad regnum Adonisedech regis, & ipse propter offensam irrogatam volebat delere Gabaon, & conuocabat alios reges: quia Gabaon erat vrbs magna, & omnes viri eius fortissimi bellatores, vt patet supra in littera. ideo non poterat eam faciliter delere, nisi conuocaret alios. & ad hoc etiam potest poni, quod supra dicebatur, scilicet vrbs enim magna erat Gabaon, & vna de regalibus ciuitatibus, & maior oppido Hay, scilicet, quod quia magna erat, exegit Adonisedech adiutorio ad expugnandum eam.

Potest autem accipi aliter, scilicet, quod iste vrbes non pertinebant ad regnum Adonisedech. erant tamen eis satis propinquæ: ex quo sequebatur magnum damnum regno suo, quia per illam partem possent Israelitæ ingredi in regnum Ierusalem, & pugnare de terra Gabaon habentes ibi defensionem, ideo vt extir-

paret Gabaonitas statuerat super eos venire in pugnam, vel quia sicut confugerat vrbs Gabaon cum socijs ciuitatibus, nisi prouideret, possent transfugere aliæ vrbes Chanaan. vt ergo tati mali aboleretur exemplum delere parabat vrbes has Adonisedech.

Potest autem accipi hic Gabaon pro sola ciuitate, vel pro omnibus quatuor. Si accipiatur primo modo forte dicitur hoc, quia pertineret ad regnum Adonisedech.

Accipiendo tamen Gabaon pro omnibus his quatuor vrbibus: non stabit iste sensus, scilicet, quod pugnaret contra eas Adonisedech, quia transfugissent de regno suo. nam non poterant omnes pertinere ad regnum Adonisedech. de tribus enim aliquo modo dici poterat, scilicet de Gabaon, Caphira, & Beroth quæ erant simul, & in sorte Benjamin. Sed de quarta, scilicet Cariathiarim stare non poterit, quia pertinebat ad sortem tribus Iudæ, vt patet infra. decimoquinto, & decimo octauo capit.

Hoc enim quidam dicunt, sed iste modus arguendi nullus est, quia esse aliquas vrbes de sorte Iudæ, vel Benjamin posterius fuit, scilicet postquam Israelitæ acquisierunt terram. hoc ergo nihil attinebat ad Chanaanos qui primo habitauerunt in terra. multæ namque ciuitates quæ prius pertinerant ad vnum regnum, vel gentem, postea diuisæ sunt in plures sortes secundum quod ceciderunt funiculi sortium.

Sed aliter dicendum est, quod nullo modo potest stare, quod rex Adonisedech pararet delere Gabaon, quia transfugisset de regno suo, siue intelligatur de sola ciuitate Gabaon, siue de omnibus quatuor. nulla enim earum pertinebat ad regnum Adonisedech, quia erant diuersarum gentium ciuitates istæ. nam Gabaonitas de omnibus quatuor ciuitatibus erant de genere Heuæorum, vt patet sequenti capitu. cum dicitur, quod non fuit ciuitas quàm bellando non caperet Iosue, præter Heuæum qui morabatur in Gabaon, & accipitur ibi necessario Gabaon pro omnibus quatuor illis ciuitatibus: alioquin diceretur necessario, quod alias tres ciuitates, scilicet Beroth, Caphira, & Cariathiarim ceperit Iosue pugnando, quod falsum est. Rex autem Adonisedech erat rex in gente Iebusæorum: quia in Ierusalem habitabant Iebusæi, vt patet secundo Regum, quinto capitu. & ob hoc vocata est Iebus, ergo nulla harum ciuitatum ab eius regno transfugerat. sed transfugerat a Chanaanæis ad Israelitas in magnum scandalum omnium Chanaanæorum, quia ceteri sic facere possent.

Transfugit ad Iosue, & ad filios Israel. Confederando se eis, istud transfugere erat idem. sed nominatur primo Iosue, quia erat dux Israelitarum.

Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum. Rex Ierusalem, rex Hebron, Rex Hierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaon vrbs obsessæ: miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Ascende cito, & libera nos, ferque presidium. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

Congre.

Congregati igitur ascenderunt quinque reges. Reges conuocati ab Adonisedech conuenerunt ad eum in Ierusalem, vt tractarent de bello, & ibi dispositis exercitibus suis ascenderunt contra Gabaon.

Ascenderunt quinque reges. Dicuntur ascendisse, quia forte vrbs Gabaon ad quam expugnandam pergebant erat altior quam Ierusalem. Est autem Gabaon ciuitas magis Orientalis vrbe Ierusalem. nam quando computantur ciuitates quæ erant in sorte tribus Benjamin, incipit computatio ab Orientali parte terræ Chanaan, scilicet a Iericho quæ prima ponitur. & ponitur processus versus occidentem. Gabaon & tres aliæ vrbes, scilicet Caphira, & Beroth prius ponuntur quam Ierusalem. & est Ierusalem de vltimis in sorte illa, vt patet infra decimo octauo capitu. ad partem autem illam forte erat processus ad maiorem altitudinem terræ.

Amorrhæi dupliciter accipiunt. Quinque reges Amorrhæorum. Accipiuntur Amorrhæi dupliciter. Vno modo pro quodam speciali populo qui est de septem, & vocatur Amorrhæus, vt patet in computatione eorum.

Alio modo pro omnibus gentibus istis septem. Primo vocantur Amorrhæi duo reges qui erant ante transitum Iordanis, scilicet Sehon, & Og. Eodem modo accipitur supra quinto capitu. de regibus Amorrhæis, & de alijs regibus terræ Chanaan, vbi distinguuntur reges Amorrhæi contra reges aliorum populorum Chanaanæorum.

Hic autem dubitatur de istis regibus quomodo vocentur Amorrhæi, scilicet, an large, vel stricte.

Dicendum est, quod vocantur hic Amorrhæi large, id est populi de terra Chanaan. nam non erant omnes isti de Amorrhæis: quin potius dubium est, an quispiam horum fuerit de Amorrhæis. Quod autem non fuerint omnes de Amorrhæis patet, quia rex Adonisedech erat vnus horum. ipse tamen de Iebusæis erat, cum Ierusalem ad Iebusæos pertineret: vt patet infra decimoquinto. & secundo Regum, quinto cap. & hoc modo accipiuntur aliquando Amorrhæi. Sic patet Amos, tertio capitu. cum dicitur, & ego expuli a facie eorum Amorrhæum: cuius altitudo, vt altitudo cedrorum, ibi tamen non accipitur pro solis Amorrhæis, sed pro omnibus gentibus Chanaanæis, quas Deus expulsi a facie Israel. sicut etiam accipitur Gen. quadragesimo octauo capitu. cum dicitur, do tibi partem extra fratres tuos quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. & intelligitur de vrbe Sichen, vt ibi fuit declaratum, & satis apparet infra vigesimo quarto capitu. Ipsa tamen non pertinebat ad Amorrhæos, sed ad Heuæos, vt patet Gen. trigesimo tertio capitu. vbi rex Hemor princeps Sichen vocatur Heuæus: vocatur tamen terra illa Amorrhæorum large, id est Chanaanæorum.

Rex Ierusalem Rex Hebron. Computantur hic reges qui omnes erant satis propinqui in ciuitatibus, in quibus autem fortibus fuerint vrbes eorum supra declaratum est, & valde quidem propinquæ erant. Nam in vna quidem die pugnauit Israel contra vrbes Lachis & cepit eam, & inde profectus cepit eadem die vrbe Eglon, vt patet infra in littera. Si tamen aliquo modo distarent, non solum non possent Israelitæ pugnare, & capere has duas vrbes die eadem, sed etiam nec peruenissent ab vna vrbe in alteram, erant ergo propinquæ nimis.

Quod fuerint illæ vrbes Lachis, & Eglon propinquæ. Et contra-ria obiectiones tolluntur. Quæst. IIII.

Ne obstat si quis dicat fuisse hoc in die magna, quando stetit sol iubente Iosue, quia non fuit

die illo, sed die altero, vt patet infra in littera. Et de Eglon ascendit Israel in Hebron, & oppugnauit eam, & sic Hebron quoque his duabus propinqua erat. nã si fuisset aliquo modo distans, & in medio fuissent ciuitates villæ, non venissent Israelitæ post Lachis in medietate, in Eglon, & post Eglon in Hebron, sed iussent ad expugnandas ciuitates quæ erant in medio.

Sed aliquis dicet, quod erant istæ ciuitates aliquantum distantes, & inter eas erant aliæ vrbes. Israelitæ tamen de Lachis iuerunt in Eglon. de Eglon autem in Hebron profecti sunt, quia occiderant reges ciuitatum harum, cum eos in spelunca inuenissent. vnde tanquam destitutas præsidio propter defectum bellatorum qui corruerant vulnerati cum regibus suis, & quia terrore consternatæ erant, intelligebatur posse facilius eas capere, quasi improuisas prius quam vndiq; corrogarent præsidia ad tutandas illas.

Dicendum est non stare hoc, quia si ob hoc fecissent Israelitæ, ad has ciuitates omnes primo iussent, quam ad aliquas alias.

Sed primo ad alias iuerunt, scilicet in Macedam, & oppugnauerunt eam, atque deleuerunt. postea autem venerunt in Lebna, & similiter destruxerunt, nõ relinquentes in ea villas reliquias: ergo non processerunt de Lachis in Eglon. & inde in Hebron, vt consequerentur aliquid alterum, sed quia istæ ciuitates erant coniunctissimæ, & sic reges isti erant coniunctissimi. & ob hoc erant confederati inter se ipsos.

Rex quoque Adonisedech erat propinquus his. nam Hebron satis propinqua est Ierusalem, scilicet decem & sex milliariibus distans, quæ sunt octo leuce vulgares, vt patet in libro de diuisione Terræ sanctæ. Ab alijs autem regibus, scilicet Eglon, Lachis, & Hierimoth, eodem modo dicendum est, quod esset valde propinquus. & de his vrbibus dicendum est, quod vrbs Gabaon erat magis orientalis quam istæ quæ hic nominantur ab his regibus.

Sed adhuc in his magis est orientalis Lachis quam Eglon, & magis Eglon quam Hebron, & Hebron magis quam Ierusalem. quod coniungitur aliquo modo processu Israelitarum per has ciuitates delendo habitatores earum. Nam procedebant Israelitæ ab Oriente versus Occidentem. & ab hoc processu fuerunt primo in Lachis quam essent in Eglon: & postea in Hebron. qui ergo posterior in his erat magis Occidentalis videbatur. De Hierimoth non patet hic, quia non fuit deleta hoc impetu pugna cum ceteris, quia forte aliquo modo distans erat, aut in transfugium posita.

An isti quinque reges vere fuerint Amorrhæi. Et quod ista duo nomina Chanaanæus, & Amorrhæus sunt specialia, & quandoque generalia omnibus populis totius terræ promissionis, quos delere tenebantur Israelitæ. Quæst. V.

AD hoc est dubium, circa id quod dicitur in littera, scilicet, congregati ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, an vere sint Amorrhæi.

Aliqui dicunt, quod non poterant esse omnes Amorrhæi stricte accipiendo, sed solum large, vt accipitur Amorrhæus pro omni Chanaanæo, quia si esset vnus, aut duo reges: poterat credi, quod essent Amorrhæi accipiendo stricte. & tamen erant hic quinque reges: & duo alij qui iam fuerant occisi ad Orientem Iordanis. non poterat ergo de omnibus his septem dici, quod erant proprie Amorrhæi, sed large.

Dicendum, quod hoc non stat, quia adhuc plures poterant esse reges de Amorrhæis proprie dictis, nam septem

Distantia istarum ciuitatum inter se.

In qd. 2.

Septem erant populi Chanaanorum, scilicet Etheus, Heueus, Iebuseus, Pherezeus, Chanaanus, Gergeus, Amorrhæus. Deuteronom. septimo capitu. & non erant omnes isti equales multitudine gentis, & magnitudine terræ possesse. & ita forte aliquis illorum esset duplus ad alium. & tamen in his septem populis erant forsitan sexaginta reges, aut plures, quia iam occisi erant triginta, & vnus per Iosue, & duo per Moysen infra 12. & 13. capitu. & manebant multi de istis populis qui nondum fuerat subiecti Israelitis, scilicet quinque reges Philistinorum, & terra alia latissima, vt patet infra 13. capi. in qua forte essent plures quam viginti reges. & ita etiam si illi septem populi Chanaanorum essent æquales multitudine gentis, & magnitudine terræ possessa, posset quilibet populus habere decem reges, vel quasi, quanto magis illi populi de istis septem qui essent alij maiores. & sic populus Amorrhæus non solum septem reges, sed etiam decem aut plures habere poterat. vnde ratio ista nihil conuincit, & poterant esse omnes isti septem reges vere Amorrhæi.

Determinatio au-
storia.

Sed his non obstantibus dicendum, quod non erant isti quinque reges de quibus hic dicitur vere Amorrhæi: immo forte nullus de eis erat Amorrhæus, quia de aliquibus eorum patet, quod non erant Amorrhæi: sicut de rege Ierusalem de quo certum est, quod erat Iebuseus, quia Iebusei morabantur in Ierusalem secundo Regum, quinto capitu. & de aliquibus alijs regibus coniunctis sibi de his, ira credendum est, quod essent Iebusei, & non Amorrhæi.

Dicendum est, quod septem erant populi terræ Chanaan, vt dictum est, & habent nomina specialia in quibus non communicant. sunt tamen de istis populis duo nomina quæ ita sunt specialia vni populo, & etiam conueniunt omnibus populis, scilicet Chanaanus, & Amorrhæus. nam secundum proprietatem, ita est Chanaanus vnus populus, quod non est Pherezeus, neque Iebuseus, neque aliquis de alijs. & tamen secundum consuetudinem sacræ Scripturæ Chanaanus accipitur aliquando pro vno de septem populis, & connumeratur contra alios, & tunc Pherezeus non est Chanaanus. aliquando Chanaanus accipitur generaliter, & competit omnibus illis septem populis, vt dicantur omnes Chanaanæ, vel omnes populi Chanaanorum. Sic est de Amorrhæis, nam Amorrhæus accipitur aliquando pro vno populo qui connumeratur contra alios, & tunc Iebuseus non est Amorrhæus. Aliquando autem accipitur communiter pro omnibus septem populis, & sic Iebusei, & Pherezei vocantur Amorrhæi. & hoc sæpe scriptura facit, vt illud Amos 3. capitu. expulsi a facie eorum Amorrhæum, cuius altitudo erat, vt cedrorum. certum est autem accipi ibi pro omnibus septem populis. nam Deus non gloriaretur de vnus solius expulsiōe, cum septem expulsiōe a facie Israelitarum, sed vocantur ibi Amorrhæi ipsi omnes septem populi.

Heuei ali-
quādo vo-
cantur A-
morrhæi.

Etiam aliquando Heuei vocantur Amorrhæi. vt Genes. 48. capitu. cum dixit Iacob filio suo Ioseph. do tibi partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. & intelligitur de vrbe Sichem, vt patet infra 24. capitu. tamen habitatores Sichem non erant Amorrhæi, sed Heuei, vt patet Genes. 33. capitu. etiam apparet hoc circa Gabaonitas qui erant Heuei infra 11. capitu. scilicet, præter Heueum qui habitabat in Gabaon omnes pugnao cepit. & ita omnes Gabaonitæ erant Heuei, & tamen vocantur aliquando Amorrhæi, vt patet 2. Regum, 21. capitu. scilicet porro Gabaonitæ non sunt de filijs Israel, sed reliquæ Amorrhæorum, & ita sæpe fit: in presenti sic fuit, quod Iebusei, & alij reges vocantur Amorrhæi.

De hoc dicit Augustinus, quæritur quomodo rex Ierusalem Adonisedech, & ceteri cū quibus obsedit Gabaonitas secundum septuaginta interpretes, primo vocantur reges Iebuseorum, cum ad eos obsidendos conuenerunt. postea reges Amorrhæorum dicuntur ab ipsis Gabaonitis, quando eites miserunt ad Iesum, vt sibi subueniret. sicut enim perspeximus secundum Hebræum vtrouique dicuntur Amorrhæorum, cum constet Iebuseum regem fuisse Ierusalem, quæ dicta est Iebus tanquam illius gentis Metropolis, & septem gentes sæpe scriptura commemorat exterminandas, quarum vna perhibetur Amorrhæorum, nisi forte hoc nomen vniuersale fuerit omnium, aut potius maioris partis, vt non vna, sed plures in his septem hoc nomine censerentur, quamuis esset vna de septem quæ Amorrhæorum proprie vocaretur. sic est quædam pars quæ proprie dicitur Libya, quamuis hoc nomen vniuersale Africæ conueniat, & pars quædam est quæ proprie dicitur Asia, quamuis Asiam alij dimidium orbis terrarum, alij tertiam partem possident. Chanaan quoque tanquam vna gens in illis septem commemoratur, & tamē vniuersitas illa originaliter terra Chanaan vocatur.

Libya est
quæda regio
in Africa.

Considerandum autem, quod in his duobus nominibus Chanaanus, & Amorrhæus istud inuenit, quod aliquando specialiter, & aliquando communiter pro omnibus accipiuntur. In alijs autem quinque nunquam inuenitur, quod accipiuntur, nisi stricte pro vno populo. sed adhuc dicendum, quod licet ambo inueniuntur communiter accepta, magis tamē, & sæpius accipitur hoc nomen Chanaanus communiter quam Amorrhæus.

Et satis est causa manifesta, quia Chanaanus potest dupliciter accipi. Vno modo, vt dicitur a Chanaan, alio modo, vt a Chananeo. Primo modo semper accipitur communiter. Secundo modo semper accipitur specialiter. Pro quo sciendum, quod Chanaan filius Cham, & nepos Noe genuit septem viros, a quibus nominantur isti populi, vt colligitur Genes. 10. capitu. & insuper genuit Sydonem primogenitum suum, & Aracheum, Aradium, Cyneum, Samarithæ, & Amatheum, a quibus nominati sunt populi quidam, omnes autem isti populi, in quantum descendunt a Chanaan patre primo vocantur Chanaanæ, & terra vocatur Chanaan, & non potest tunc Chanaanus vocari specialiter aliquis populus sed omnes. & ita ponitur generaliter termini terræ Chanaan. Gene. 10. capitu. scilicet facti sunt termini Chanaan venientibus a Sydone Geraram &c.

Terra Chanaa
appellatur sic a
Chanaan
nepote
Noe.

Sed rursus ab isto Chanaan denominatur vnus populus connumeratus contra alios septem, & est velut vna familia in tribu Chanaan, & iste vocatur populus Chanaanus. & quando accipitur Chanaanus isto modo semper accipitur specialiter pro vno populo solo: & ideo est causa variandi in hoc nomine. Sed circa nomen Amorrhæorum non est eadem causa, quia Amorrhæus fuit vnus de filijs Chanaan, scilicet quartus, vt patet Gene. decimo capitu. & ita nominatur populus speciale, & non habet causam aliquam, vt omnes septem populi, vel multi illorum dicantur Amorrhæi. & tamen scriptura sæpe vocat omnes septem Amorrhæos, vt dictum est. & non apparet causa, nisi forte, quod iste populus erat maior, & nobilior alijs, & sic acceperunt alij nominationem eius.

Populi Amorrhæorum
denominantur sic ab Amorrhæo quarto filio Chanaan.

Simul cum exercitibus suis. Quilibet gentem suam in bellum accierat, vt sic facilius delerent Gabaon. Et castrametati sunt circa Gabaon. Scilicet fixerunt ibi tentoria sua ad faciendum bellum graue vrbi. hic accipitur necessitatio pro vna vrbe Gabaon. nam isti quinque reges obsidebant vnam vrbe simul, & ista erat Gabaon. sic dicitur.

sic dicitur infra, quod habitatores obfesse vrbis miserunt ad Iosue. Ex hoc autem aliquis dicit, quod Adonisedech rex solum fuerat morus, vt deleret vrbe Gabaon, de socijs eius nihil curans: ideo eam obsedit. sed an verum sit non constat. tamen quomodocunque se habeat non constat ex hoc, quod solum venerit Adonisedech contra vrbe Gabaon. nam quamquā nunc solum Gabaon obsideret, postea tamen posset obsidere alias vrbes, nec poterat ipse simul obsidere vrbes has quatuor, quamquam vellet, quia exercitus paruus erat. & si diuideretur non sufficeret ad delendas vrbes istas. potissime, quia Gabaon erat vrbs magna, in qua multi habitabant, omnesque bellatores eius erat viri fortissimi, vt patet supra in litera. ideo nihil magis constat, quod vellet delere solum vrbe Gabaon, quam omnes quatuor.

Oppugnantes eam. Idest ceperunt pugnare contra Gabaon, vt subuerterent eam. nec tamē potuerunt mox comprehendere eā, quia in vrbe erant bellatores fortissimi qui se defenderunt, dum venit Iosue quem in auxilium venire fecerant.

Habitatores autem Gabaon vrbis obfesse. Idest habitatores solum vrbis illius, quæ vocabatur Gabaon, quæ erat obfessa ab his regibus quinque.

Miserunt ad Iosue. Nam quamquā in vrbe vndiq; clausi forent, mittere tamen potuerunt nuncios ad Iosue, qui erat in Galgalis: multæ enim sunt artes belli, & varietate sagacitates.

Qui tunc morabatur in castris apud Galgalam. Scilicet quando reges quinque obsidebant Gabaon, erat Iosue cum toto Israel apud Galgalam: ibi enim fuerant posita castra ab initio quando Israelitæ transierunt Iordanem, vt patet supra quarto c. & postea, quamquam ad aliqua loca tenderent in pugnam manebant castra in Galgalis, & ibi erant omnes qui ad bellum impotentē erant, sicut foemina, paruuli, & senes. finito autem bello reuertebatur exercitus, vt maneret in castris in Galgalis, eratque ibi donec ad bellum iterum redendum foret, & quamquam aliquando castra inde totaliter mouerentur: reuertebantur illuc, sicut fuit cum iuerunt omnes Israelitæ in montem Hebal, & Garizim ad confirmandum legem. ponendumque ibi maledictiones, & benedictiones, vt patet supra. 8. ibi nāq; tunc totus populus erat: foemina cum paruulis, aduenæ, & indigenæ. postea tamen reuersa sunt castra in Galgalis cōsummatis ceremonijs istis, vt patet supra 8. capitu. Nam cum post expletas ceremonias illas venissent Gabaonitæ in castra Israel, inuenerunt illos in Galgalis, vt patet precedenti cap. Reuersis autem Gabaonitis in terram suam expleto federe mansit Iosue cum toto Israel in Galgalis, quia tunc vacabant a prelijs. Interim autem rex Adonisedech cognito federe Gabaonitarum cum Israel conuocauit quatuor reges de quibus hic, vt procederent contra Gabaon, & uenerunt ad eam. quo facto miserunt Gabaonitæ ad Iosue, & ille adhuc manebat apud Galgalam in castris cum toto Israel. Et dixerunt ei. Scilicet nancij Gabaonitarum.

Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum. Idest non cesses nos defendere qui sumus serui tui. retrahere manum ab auxilio est cum quis primo adiuuabat, vel ad adiuuandum promptus erat, & postea non adiuuat, vel ab adiuuando cessat. vocant se serui Iosue Gabaonitæ. & hoc secundum humilitatem ad suadendum ei, vt adiuuet: secundum veritatem tamen etiā sic erat, quia Iosue imposuerat eis onus æternæ seruitutis in cædendis lignis, & comportandis aquis pro tota multitudine, & pro altari domini, vt patet precedenti cap.

Quomodo Gabaonitæ potuerunt mittere ad Iosue manentem in Galgalis, vt adiuuaret eos manentibus eis in vrribus suis. Quæst. VI.

Se aliquis quæret, quomodo Gabaonitæ potuerunt mittere ad Iosue manentem in Galgalis ipsis manibus in vrribus suis. nam hoc præsupponitur hic. tamē secundum decretum datum precedenti cap. non videtur posse. præceperat enim Iosue, vt Gabaonitæ manerent serui in æternum comportando aquas pro tota multitudine, & cædendo ligna: quomodo nunc non manebant in his ministerijs?

Responderi posset, quod quamquam decreuisset hoc Iosue, tamen non immediate tradidit executioni subiciens eos ministerio totius multitudinis, & hoc, quia si mancipasset eos huic seruituti, manerent ciuitates eorum deserte, & alij Chanaanæ venientes occuparent eas, quod inconueniens magnum erat. ergo in eis manere debuerunt bellatores ad defensionem ipsarum. nulli autem magis conuenienter manebant quam ipsi ciues antiqui: ergo manere debuerunt donec hostes, qui in circuitu erant, delerentur, & tunc possent Gabaonitæ esse in ministerio totius multitudinis.

Vel potest dici, quod aliqui de Gabaonitis de omnibus quatuor ciuitatibus erant in castris Israel in ministerio totius multitudinis: alij autem manebant in ciuitatibus, ne manerent loca vacua propter insidias vicinorum Chanaanorum. hoc modo supra declaratum est precedenti cap. quod Gabaonitæ ministrabant in sanctuario domini, non tamen erant ibi semper omnes, sed per vices seruiebant.

Et ascende cito, & libera nos. A loco in quo erat Iosue versus Gabaon erat ascensus. ipse quippe erat in Galgalis apud Iericho, & est locus iste humilis, quia est in valle Iordanis. inde autem contra alias partes terræ Chanaan est ascensus. vnde de castris Galgalæ ad vrbe Hay dicebantur ascendere Israelitæ, vt patet supra septimo capitu. & cum computantur fortes, a Iericho incipiens fors tribus Benjamin ascendere dicitur, vt patet infra 18. Gabaon tamen, Caphira, & Berorh, quæ erant ciuitates Gabaonitarum, erant in sorte Benjamin, vt patet eod. cap. ergo a castris Galgalæ versus Gabaon erat ascensus.

Ascende cito. Ne ipso moram faciente reges quinque oppugnantes Gabaon caperent eam.

Et libera nos. Scilicet de manu hostili, quia ipsi non sufficiebant se defendere de illis: ideo non audebant congregari cum eis bello aperto in campo.

Ferque presidium. i. Adiuua nos, vel defende nos.

Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum. Iste est modus excessiuis dicendi. Solum enim conuenerant contra ipsos reges quinque qui supra nominati sunt. Sed potest hoc intelligi, quia forte Gabaonitæ, quamquam cognoscerent multos reges obsidentes vrbe eorum, nesciebant tamē quot erant, quia forte non erat determinatus eis numerus propter non esse eorum exercitus distinctos.

Aliter dici potest, quod Gabaonitæ cognoscebant quot erant reges, qui obsidebant eos, vt tamen magis mouerent Iosue ad velociter veniendum, dixerunt illos esse valde multos. s. omnes Reges Amorrhæos. Alio modo intelligi potest, quod ista verba sint expressiua timoris magni. Pertinet autem ad timentes, vt res horrendas maiores existiment, quam sint.

Omnes reges Amorrhæorum. Non erant isti omnes Amorrhæi. forte. n. nullus de eis erat Amorrhæus prout Amorrhæus dicit specialē populū de septem populis

Chananeorum. De rege tamen Ierusalem constat, quod non esset de Amorrhæis, cum esset vnus de regibus Iebuseorum. nam in Ierusalem habitabant Iebusei, vt patet secundo Regum, sexto cap. vocantur tamen isti Reges Amorrhæi, idest de gente Chananeorum, quia Amorrhæus est nomen generale Chananeorum pro omnibus septem populis interdum, sicut istud nomen Chananeus.

Qui habitabant in montanis. Non habitabant omnes isti in montanis, sed magis in vallibus, quia ciuitas Hierimoth, & Eglon, atque Lachis in campestribus sunt, vt patet infra 15. vocant autem Iudei campestris valles, & nos vocamus terram planam, & si non sit vallis, de vrbe autem Hebron magis patet, quia in valle sit. nam Abraham habitans iuxta eam dicebatur morari in conualle, vt patet Gen. 18. & 23. c.

Quo intel- ligitur, quod isti reges habitabant in montanis cum habitarent in vallibus.

Item patet, quia quando Rex Ierusalem conuocauit omnes reges istos, vocauit vt ascenderent ad eum, ergo ipsi in vallibus, aut locis planis habitabant. sed dicebantur morari in montanis forte in comparatione ad locum, in quo erat Iosue. s. in Galgalis, quia iste erat locus humilior aliis. s. declinans ad fluenta Iordanis in valle illa magna. & quamquam essent loca regum istorum in vallibus respectu Ierusalem, tamen respectu terre Galgalæ erant in montanis.

Alio modo dici potest, quod Gabaonitæ dixerunt reges istos habitare in montanis, quia forte non cognoscebant qui reges essent, sed putabant eos esse reges aliorum locorum.

Et franguas, quia dicitur hic de istis quinque Regibus, ponendo cuiuslibet eorum nomen specialiter, ergo isti cognoscebant illos, non sequitur, quia ista potest multa tempore scripta sunt quam facta. scriptura autem distinxit nomina illorum regum, qui postea patuerunt ex euentu belli.

Ascenditque Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitque Dominus ad Iosue. Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus a facie Israel, contriuitque plaga magna in Gabaon: ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, & percussit vsque ad Azecha, & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de caelo, vsque ad Azecha. Et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel.

Ascenditque Iosue. Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet hostium debellatio. & primo promittitur hic diuinum adiutorium contra hostes. Ascenditque Iosue. Mox vt Gabaonitarum nuncij reuerunt hec Iosue, ascendit de Galgalis, vt veniret in urbem Gabaon: & dicitur, quod ascendit, quia locus Galgalæ erat valde humilis in vallibus Iordanis, Gabaon autem in montanis erat. De Galgalis. Aliquando vocatur locus iste castrorum Galgalæ, & aliquando Galgalæ, arum. pluraliter, sicut Hierosolyma, & Hierosoly-

lymis, nihil in hoc differt. Iste locus Galgalæ pertinet ad sortem tribus Iudæ, & Benjamin, quia est Galgalæ campus Iericho, sed Iericho fuit in sorte Benjamin, vt patet infra 18. c. Et omnis exercitus bellatorum cum eo, i. omnes viri potentes pugnare: non fuerunt hic aliqui pauci missi, sicut contra urbem Hay prima vice fuerunt missi tria milia virorum, vt patet supra septimo. Hic autem erant multi hostes, scilicet reges quinque, & ipsi Gabaonitæ hoc ampliauerant dicentes: omnes Reges Amorrhæos habitantes in montanis venisse contra eos.

Viri fortissimi. i. viri potentes fortiter pugnare, quasi dicat, licet essent de Israelitis aliqui transuentes ad numerum bellatorum, qui viribus imbecilles essent, non ibant ad bellum, sed manebant in castris Galgalæ.

Dixitque dominus ad Iosue. Hic ponitur diuina confortatio, poterat enim Iosue contremiscere, quia dixerat Gabaonite, quod venerat omnes reges Amorrhæorum. Non enim habuerat tam graue bellum in terra Chanaan, solum quippe pugnauerat contra viros vrbes Hay, qui valde pauci erant, vt patet supra 7. contra Ierichontinos autem non fuit pugna, sed cedes, cum conuentibus muris eorum, vndique ipsi attoniti, & indefensi more ouium trucidati sunt. hoc ergo quod imminebat erat graue bellum, quale non fuisset prius in terra Chanaan: habuerat tamen Iosue alia bella, ita ferocia, sicut ipse habens secum duodecim milia virorum pugnauit contra quinque Reges Madianitarum, delectisque illis & occisis, totam terram Madiam euerit, occiditque viros omnes, vt patet Nume. 31. c. fuerat tamen hoc viuente Moyse, & precibus eius quidam estimaret Iosue sibi a Deo prouenire, quæ nunc ei eius precibus destitit: nequaquam euentura putaret. ideo ad hoc bellum ferox conferendum cum quinque Regibus, eguit Dei consolatione speciali.

De modo autem locutionis huius non constat, poterat esse, quod appareret ei angelus in humana effigie, sicut apparuit in agro Iericho. s. in Galgalis, vt patet supra 5. c. Sed non est hoc dicendum, quia hic vocatur Deus iste loquens, cum tamen angelus in humana effigie apparebat nunquam vocabatur Deus, sed vir, aut angelus, vt probatum fuit supra 4. c. ergo apparuit hic alio modo, scilicet, quod angelus in aliqua nube formato corpore interius, quod non apparet, locutus est, & tunc poterat vocari Deus. Ne timeas eos. Si timeret Iosue formidaret congregari, aut valde pigre, & pusillanimitate congregaretur, ita vt hoc forte conspecto verterentur hostes super eum, & totus populus eius timeret. nam cum Dux timeret, nihil manet exercitui eius, nisi quod timeat.

In manus enim tuas tradidi illos. Nondum tradiderat, sed traditurus erat. Dicit tamen quod tradidit, quia modicum laborandum erat Iosue ad capiendum Reges istos, ac si iam eos in manibus teneret, sic enim factum est, quia Deus pugnauit pro illo misso timore in Chananeos, vt fugerent a facie Israelitarum deinde cadentibus lapidibus magnis de caelo multo plures occisi sunt, quam Iudæorum gladio occidissent, vt patet infra. postea autem stante Sole persecutus est Iosue, & cepit Reges, atque deletus est exercitus eorum. Vel dicitur tradidi illos, idest iam determinauit tibi tradere.

Nullus tibi ex eis resistere poterit. Hic magis de facilitate victorie adiungitur. nam dato, quod Reges isti ad vltimum in manus Iosue tradendi forent, poterant resistere ei, & multos de Israelitis occidere, ad extremum autem gladio caderent, & tunc tanta poterat esse Israelitarum ruina, quod victoria esset lamentum. Ideo excluditur hoc, & dicitur ei, quod tradentur Reges isti in manus eius, & cum nullo suorum discrimine, quia nullus de his

Quomodo Deus locutus est Iosue.

In q. 1.

Litteræ duplex sensus.

Magna eruditio in bellis exercitus Iosue.

his Regibus poterit resistere Iosue, scilicet se aliquo modo tenere, aut stare contra faciem illius. sic dicitur infra, quod turbauit eos dominus a facie Israel. Irruit itaque super eos. Hic ponitur humanum studium. scilicet Iosue diligenter executus fuerit, quod Deus iussit. nam, quod Deus promiserat tradendos Chananeos in manus Iosue, ipse negligere non debebat, sed pugnare fortiter ac si nulla esset facta promissio. Irruit itaque super eos Iosue repente. i. Reges isti quinque erant quieti apud Gabaon, nondum pugnant, nec aliquid huiusmodi sibi futurum suspicantes. Irruit autem super eos Iosue, idest subito cecidit super eos, ita quod non potuerunt se ad bellum parare: ideo conturbati subito fugerunt, & est ista magna eruditio in bellis. scilicet si quis potest irruat super hostes nihil mali expectantes, sic enim a paucissimis magna castra indigne deleta sunt, sicut patet ex vulgaribus historiis, & communissimum in bellis est, & ita repente apparuit Gedeo super Madianitas manentes in valle, & perterritus eos atque in fugam versi sunt. Nota ascendens nocte de Galgalis. i. ascensus Iosue de Galgalis fuit per totam noctem. erat namque vrbes Gabaon propinqua Galgalis, & vt Chananeii manentes in circuitu non cognoscerent Iosue venire in succursum Gabaonitarum, ambulauit tota nocte cum exercitu suo. in aurora autem accedens ad castra quinque Regum apud Gabaon, cum illi manerent in castris quiescentes nondum accingenti ad pugnam contra urbem, viderunt subito super se irruentem Iosue, & conterriti sunt, atque confusi.

Et conturbauit eos dominus a facie Israel. i. turbauit mentes Regum istorum Deus, vt nescirent qualiter sibi prouidendum esset in hac hostili occupatione, sed corda eorum subegit ad timorem nimium.

Quomodo misit Deus terrorem super quinque Reges pugnantibus contra Gabaon. Et quomodo solet Deus mouere corda hominum ad timorem, & quamcunque passionem. Quest. VII.

ISTA conturbatio proueniebat dupliciter, scilicet a Deo, & ab homine: ab homine proueniebat, quia dato, quod Deus nihil specialiter hic fecisset, satis rationabiliter Reges isti turbati poterant, quia erant quiescentes in castris nihil mali suspicantes, & viderunt subito super se irruentes hostes suos Israelitas, ita vt non possent se parare ad pugnam: nec Reges possent recolligere, & parare exercitum, sed quilibet hoc viso pauitans fugeret: nihil ergo istis manebat, nisi vt fugerent, vel vt manentes velut inermes caderentur.

Amplius autem fuit conturbatio a Deo immissa, quia ipse specialiter misit in corda eorum quandam timorem, secundum quem nesciebant quid faciendum esset, & quamquam aliquod remedium illis superesset, ignorarent. Hoc autem facile est, quia Deus habet dominium directum super corda nostra, & potest in illa agere quid voluerit. sic patet Prouerborum. c. 21. Cor regis in manu domini, & quocunque voluerit vertet illud. Sicut autem de cordibus Regum est, ita & de cordibus omnium aliorum hominum. Potest ergo dare turbationem incutiendo validum timorem. Sic patet de Iudæis Leuitic. vigesimo sexto, vbi in poenam dabatur eis excellens timor, cum dicitur.

Qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terribit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Ita potest mouere cor quantum ad omnes alias passiones, & desideria. sic patet, quarto Regum decimonono, de Rege Senacherib, cum dicitur. Alpb. I ost. super Iosue.

xit, quod non pugnaret contra Ierusalem, sed iret in terram suam, scilicet ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam. Ille spiritus quem Deus dicebat se missurum in Senacherib erat aliquod desiderium, quod causaret in corde eius ad reuertendum in terram suam, & recedendum de Ierusalem, ita hic misit spiritum in corda Chananeorum ad conturbandum eos, vt nescirent sibi consiliorum in hoc casu. Sic misit Deus perturbationem in castra Madian, quando Gedeon venturus erat super illa. nam misit somnium in Madianitas, in quo ipsi interpretarentur Gedeonem deleturum castra Madian, & tunc apparentibus subito per noctem trecentis viris cum trecentis buccinis, & amphoris habentibus interius faculas, conterriti sunt, & conuertit quilibet gladium ad proximum suum, gladiisque mutuis concidebant nihil pugnante Gedeone, vt patet Iudicum septimo. Magna enim erat turbatio, quod pugnantem Madianitæ contra seipos, & corruerit alterius gladiis putantes se perire ab hostibus cum illis confligentes. Maior tamen adhuc iterum turbatio fuit in hostibus pugnante Iosaphat Rege Iuda contra Moab, Ammon, & habitatores montis Seyr, multasque gentes. Hæ enim conuenerant ad delendum exercitum Israel, sed cum posuissent insidias ad capiendum Iudæos in medio, stantibus Iudæis a longe canentibus laudes Deo suo, consurrexerunt qui erant in insidijs contra alios qui pugnauerant, & putantes se esse hostes, tam diu congressi sunt quousque, nec vnus eorum relinqueretur, vt patet secundo Paralipomenon vigesimo: hic enim nihil egerunt Iudæi, sed hostes se inuicem occiderunt, & fuit maius quid, quam tempore Gedeonis, quia conflictus mutuis Madianitarum fuit per noctem, & non cognoscebant se mutuo: videbant autem trecentas tubas clangentes, & faculas latentes in amphoris, vnde putabant super se esse infinitam multitudinem hostilem: pugna tamen facta tempore Regis Iosaphat fuit per diem, & hostes aberant, nimis ergo isti a Deo turbabantur, vt talia facerent.

In Chananeos autem Reges Deus turbatione misit, sed ista minor fuit, quia solum fugerunt in seipos mutuo non confligentes.

Conturbauit eos a facie Israel. i. conturbauit eos, vt non possent sustinere vultum Israelitarum, sed mox, vt viderunt terga verterunt.

Contriuitque plaga magna in Gabaon. Hoc refertur ad Israel. scilicet quod contriuit Reges istos magna plaga in Gabaon, idest occidendo multos de exercitu illorum apud urbem Gabaon, antequam recedere possent de castris, nam subito irruit totus Israel super Reges hos: ideo antequam ad fugam saltem se pararent, multi corruerunt.

Vel potest hoc referri ad Deum, scilicet, quod contriuit plaga magna, quia ipse faciebat omnia hæc cum eo dirigente, & vires præbente operarentur Israelite, sicut patet Deuteronom. octauo capit. scilicet ne diceret in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis domini Dei tui, quod ipse tibi vires præberit, vt impleat pactum, &c.

Ac persecutus est. Israelite occiderunt multos de exercitu Regum horum in Gabaon, antequam inde possent discedere, cum subito irruissent super eos, sed dum sit per quosdam cedes patrabat ceteri fugiebant, hos persecutus fuit Israel, vt deleteret eos. Non. n. fuit contentus, quod abstulisset hostes obsidetes Gabaon, & multos eorum deleuisset, sed voluit omnes exterminare. hoc. n. iussum fuerat Israelitis, & desideria. sic patet, quarto Regum decimonono, de Rege Senacherib, cum dicitur. Alpb. I ost. super Iosue.

mitterent, vt patet Deuteronom. 20. & Num. 33. cap. Per viam ascensus Bethoron. Contra hanc partem Israhelitarum persequuti sunt Reges hos, quia contra hanc partem fugerunt Reges isti. Forte hoc fuit, quia locus ille fugiendi eis promptior erat, quia ab illa parte non vallabantur ab hostibus, vel forte, quia Bethoron erat locus satis propinquus, vt possent illuc confugere, & dicitur per viam ascensus Bethoron, quia a Gabaon versus Bethoron erat ascensus, cum esset Bethoron in loco sublimi.

Et percussit vsque ad Azecha. Israhelitarum persequentes Reges istos percutebant eos in via, vsque ad ciuitatem quadam, quae dicebatur Azecha. ista ciuitas erat post Bethoron. nam Reges isti fugientes ascenderunt in Bethoron, & non manserunt ibi, quia forte non paruit eis aditus vrbs: inde autem descenderunt versus Azecha, & in isto descensu etiam Israhelitarum persequerentur fugientes Chananeos. Deus autem misit lapides magnos super illos, qui occiderunt multos ex eis. Sciendum autem, quod Bethoron est duplex. quaedam est Bethoron, quae vocatur Bethoron inferior, id est magis declinans ad partem meridianam, & alia est Bethoron, quae vocatur superior. scilicet magis declinans ad partem septentrionalem.

Bethoron duplex, inferior, & superior.

Prima Bethoron est in forte tribus Iudae, vt patet infra 15. vbi vocatur Bethoron, & ista est in extremitate terrae Chanaan, quantum ad latus meridianum, & apud istum locum coniungitur linea terrae Chanaan, vt patet in libro de diuisione terrae Sanctae.

Alia est Bethoron superior, & ista est in forte tribus Ephraim, vt patet infra 16. nam in parte orientali fortis Ephraim est Bethoron inferior. Hic accipitur Bethoron pro inferiori, quae est in latere meridiano terrae Chanaan, & in forte Iudae, quod patet, quia Bethoron est apud urbem Azecha, vt patet hic ex litera cum dicatur, quod de Bethoron descenderunt in Azecha, & ibi venerunt lapides magni super Chananeos, sed Azecha est in forte Iudae. ergo Bethoron de qua hic dicitur est in forte tribus Iudae, & consequenter est inferior. Sapud latus meridianum. De Azecha, quae sit in forte Iudae, patet infra 15. ipsa enim circa Bethoron est.

Vsque ad Azecham, & Macedam. Descendentibus Regibus istis de Bethoron persequuti sunt eos Israhelitarum, & duravit ista persecutio vsque ad Azecham, & Macedam vrbes. nam in hac via descensus Bethoron misit Deus lapides magnos ad occidendum Chananeos, & peruenierunt vsque ad Azecham cedendo eos, & inde peruenierunt in Macedam, quae distantior erat. Ponitur autem Maceda ultimo, quia apud illam latuerunt Reges quinque in spelunca vrbs illius, & comprehensi sunt, vt patet infra. Post hoc autem exercitus illorum dispersi sunt, & persequuti fuerunt illos Israhelitarum, antequam introirent in vrbes suas.

Cumque fugerent filios Israhel. i. Reges isti Chananeorum fuerunt a facie filiorum Israhel.

Et essent in descensu Bethoron. Fugerant primo isti Reges versus urbem Bethoron. scilicet Bethoron inferiorem, quae erat in forte tribus Iudae in latere meridiano terrae Chanaan apud Idumeam, vt patet ex superioribus. & dicuntur esse in descensu, quia primo ascenderunt ad hanc urbem, cum dicatur supra, quod Israhelitarum persequuti sunt Reges istos per viam ascensus Bethoron, & non potuerunt ingredi in eam, quia non paruit eis aditus. Descenderunt ergo de Bethoron per aliam viam versus Azecham, & Macedam, vt ibi euaderent. Ista vrbs Bethoron erat in montanis altissimis, quia dicitur hic habere descensum, & ascensum, & hoc, quia terra Chanaan in latere meridiano, vbi coniungitur Idumeg, & aliis terris, est montuosa, vt patet Nu. 34.

& in distributione sortis Iudae: non tamen vocatur ex hoc Bethoron superior, quia illa est in forte tribus Ephraim, vt patet infra. 16. sed vocatur Bethoron superior, & inferior secundum, quod magis, aut minus accedunt ad aquilonarem partem. nam terra in parte aquilonis dicitur esse altior, terra autem in parte meridianae est depressior, ideo versus meridiem semper est descensus. Quamquam igitur ista Bethoron sit in montibus altissimis, quia tamen est magis meridianae, quam illa quae est in forte Ephraim, vocatur inferior.

Terra versus aquilonem est altior & versus meridiem est depressior.

Deus misit super eos lapides magnos de caelo. Isti lapides missi sunt, vt occiderentur multi de Chananeis, vt patet infra, & vt ceteri turbarentur, & ita inciderent in manus Iudeorum. nam Iudei tota nocte ambulauerant de Galgalis venientes ad urbem Gabaon super hostes, vnde fessi erant. Chananeus autem qui ante hoc quieti erant, velociore erant ad fugam: effugissent igitur manus Iudeorum, vt non fugerent Deus plurimos lapidibus occidit, alios autem conturbauit, ita vt non fugerent velociter, sicut prius, & ob hoc credendum est, quod Deus miserit lapides istos ante faciem Chananeorum fugientium, vt metu cadentium lapidum transire non auderent, & sic maneret Iudaeis spatium ad comprehendendum eos, & occidendum plurimos.

Lapides venientes super Chananeos ab angelis missi sunt, & non a Deo, & quod non veniebant naturaliter isti lapides. Et quare ea, quae ab Angelis sunt sacra Scriptura dicit fieri a Deo. Quaes. V III.

Circa istos lapides dicendum est, quod Deus illos de caelo miserit. de altitudine aeris: non quod Deus mitteret, sed Angeli: Deus enim horum per se nihil facit. Potissime, cum ista ad motum pertineant, & in Deo nullus sit motus. Scriptura sacra tamen ea, quae ab angelis sunt, a Deo fieri dicit, quia sunt substantiae spirituales, & non videtur an a Deo, vel ab eis fieri. Potissime, quia ea quae angeli faciunt, Deo iubente faciunt: etiam quia interdum quaedam facta ab Angelis sacra Scriptura subtrahit, & dicit facta esse a Deo, quia sunt quaedam opera magni beneficii, quae si ab Angelis facta dicerentur, viderentur homines obligati Angelis ad maxima, & forsitan apud neicientes distinguere quantitates beneficiorum, tantum obligati viderentur quantum Deo, vt autem gloria singularis Deo detur in omnibus, actus isti qui ab angelis Deo iubente facti sunt, a Deo facti dicuntur. Et si aliquis de Gentilibus non assentiens sacrae Scripturae diceret lapides istos non fuisse missos a Deo, sed naturaliter euenisse, non stare rationabiliter, quia solum dirigebantur isti lapides in Chananeos, & cum Iudaei Chananeis fugientibus propinqui essent, lapides plurimos de Chananeis occidentes neminem de Iudaeis tetigerunt. hoc ergo non videtur factum naturaliter, sed ab aliquo agente secundum rationem, & intentionem, & iste est Deus, vel Angeli, qui ministrant ei. Item magis patet hoc, quia lapides isti non cadebant ad alias partes locorum, sed solum per eam partem dirigebantur per quam Chananeus transibat, & quod amplius est cum aliqui Chananeus fugerent semper lapides cadebant per loca illa, per quae ipsi fugiebant, & non in loca illa in quae ante cadebant, nam per eum locum, per quem transierant Chananeus, immediate transibat Iudaeus, sed cum transibat Iudeus, nulli lapides cadebant, & in locis illis, quae Chananeus fugientes nondum attigerant, non cadebant lapides. cum vero illuc accederent, lapides cadebant: ita vt consequenter eos lapides quocumque irent, quasi

quasi essent iacula hostilia. Nemo ergo, qui attendisset, poterat dicere hoc naturaliter fieri, sed a Deo specialiter volente Israhelitas adiuuare premendo Chananeos. Et ipsi Chananeus videntes hoc confiterentur Deum pugnare contra eos, sicut confessi sunt Aegyptij, cum ingressi fuissent in mare rubrum persequentes Israhel dicentes: fugiamus Israhel, quia dominus pugnat pro eis contra nos, vt patet Exod. 14. c.

An lapides isti essent lapides grandinis, vel erant saxa, quae aliquando fuerant in terra. Quaes. I X.

Circa istos lapides dubitabitur, an fuerint lapides de caelo cadentes, qui geniti essent in loco grandinis, vel si erant de saxis, quae in terra sunt.

Aliquis forte dicit, quod erant de saxis, quae sunt in terra. nam si essent lapides grandinis non possent occidere homines, occiderent tamen plures de Chananeis, quam Iudaei gladio occiderunt, vt patet in litera, ergo erant lapides saxei.

Respondendum est ex hoc nihil concludi, quia sicut lapides qui in terra sunt, propter ponderositatem suam grauius laedunt, & occidunt, ita lapides grandinis interdum, ita magni, & duri ceciderunt, quod possent homines occidere, & occiderunt. sic fuit de lapidibus grandinis, qui ceciderunt in Aegypto. nam homines & iumenta occiderunt, vt patet Exo. 9. c. Ad occisionem tamen iumentorum adhuc maioris quantitatis lapides erant necessarii. isti ergo qui super Chananeos ceciderunt, satis poterant esse lapides grandinis, & quod occiderent eos.

Aliquis dicit, quod fuerint lapides grandinis, quia dicitur hic, quod misit Deus de caelo lapides, & accipitur celsum pro aere in quo formantur grandines. Iuxta illud Ps. 3. Volucres caeli, & pisces maris. Et Matth. 12. Aues caeli comedunt illud, ergo non erant isti lapides saxei, alioquin non diceretur de caelo.

Ad hoc responderi potest, quod etiam non tenet hoc argumentum. nam mitti lapides de caelo potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod mittebantur de caelo, quod geniti erant in parte aeris, vbi gignuntur grandines, & inde cadebant. Alio modo, quod mittebantur lapides de caelo, id est, quod veniebant lapides super Chananeos de superiori parte aeris, siue ibi geniti fuissent siue non. nam poterant angeli subito de terra sumere saxa quotquot vellent, & illa mittere super Chananeos, & tunc veniret de caelo, licet non essent geniti in caelo.

Dicendum tamen est verisimilius esse, quod lapides isti in loco grandinis geniti essent, & ipsi essent grandines. angeli autem Dei illos sumptos miserunt super Chananeos. Causa huius est, quia Deus volebat manifestare miraculum suum in his, tam Iudaeis, quam Gentilibus, pro Iudaeis autem nihil differerebat, quia siue essent lapides saxei, siue grandines, scirent illos missos esse a Deo in adiutorium ipsorum. ideo semper cognoscerent esse miraculum. Gentiles autem forsitan non cognoscerent si aliter fieret, nam si mitterentur lapides saxei, forsitan putarent opere incantatorum, aut maleficorum per demonum suffragia hoc fieri. Ipsi quippe talia facilliter explorare queunt. & quia Chananeus maleficorum artibus insisterant, sicut patet Leuitic. vigesimo, & magis Deuteronom. decimo octauo, cognoscere possent hoc fieri posse demonum artibus, vnde nec crederent opere Dei venisse super illos malum illud graue, sed demonum opere, & maleficorum actionibus. cum autem essent lapides grandinis, non erat verisimile, quod demonum illos faceret

Alph. Tost. super Iosue.

Determinatio auctoritatis.

Lapides isti fuerunt grandines.

aut facere possent, quia demonibus non est potentia super entia naturalia, quod enim natura nequit, demones nequeunt, & quod natura elicit, ipsi facere nequeunt, sed solum vtuntur rebus factis a natura. Sed quod lapides grandinis tantum essent, forte non crederent Chananeus a natura prouenisse, quia nullos vquam tantos videret, sed aliqua speciali virtute eguifese ad tantos lapides efficiendos. Cum vero mitterentur lapides saxei quantumcunque magni essent, non crederentur ob hoc missi a Deo, quia magni erant. maiores enim illis demones mittere poterant: formare tamen nequibant lapides grandinis, nisi quos natura parens formasset, sed lapides magnos grandinis non crederent formatos naturaliter. ergo necessario intelligerent ibi latere aliquam diuinam virtutem, quod non pateret in lapidibus saxeis. De potentia autem operaria demonum, & an aliquam rem producere possint, declaratum fuit Exo. 7. c.

Item patet manifeste ex litera, quod non fuerint lapides saxei, quia infra in litera dicitur, quod multo plures mortui sunt lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israhel.

Item aliquo modo apparet ex litera, quod isti fuerint lapides grandinis. nam dicitur, quod Deus misit de caelo lapides grandes: si autem isti essent lapides saxei, non oportebat dici, quod essent magni. nam propter magnam duritiam interdum lapides satis parui occidunt, praesertim, quia isti lapides ab angelis missi erant, qui magno impetu illos iacularentur. Sed dictum est, quod erant magni ad notandum, quod erant lapides grandinis, & si essent parui grandines, sicut communiter euenire solent, quantumcunque forti impetu iacularentur, frangi quidem poterant, nocere autem ad morrem nequibant, sed dictum est, quod erant lapides magni ad notandum, quod quamquam essent lapides grandinis tamen occidere poterant. vt ergo ista particula aliquid signet, magis intelligendum est de lapidibus grandinis, quam de lapidibus saxeis.

An lapides isti grandinis naturaliter fuerint facti ad tantam quantitatem, vel nunc nouiter facti fuerint, vel augmentati, cum prius essent ipsi minores. Quaes. X.

Nunc quoque circa istos lapides quaerendum est an naturaliter facti essent ad tantam quantitatem, vel nunc nouiter facti sunt, aut augmentati.

Respondendum est, quod satis dici poterat, quod isti lapides naturaliter facti fuissent: nam generatio lapidis, & grandinis secundum naturam est, tam ad causam suam materialem, quam ad causam efficientem. Solum erat ergo difficultas quantum ad magnitudinem, an natura ad tantam magnitudinem potuerit lapides grandinis formare. & non est in hoc magna difficultas. nam quamquam in entibus perfectis, & viuētibus potissime constet determinata magnitudo rei secundum quantitatem, & determinata periodus quantum ad durationem. iuxta Aristot. secundo de anima. Tamen in rebus homogeneis velut in elementis non est determinata magnitudo rei, sed quantumcunque fuerit magna res poterit effici maior, sicut ignis per appositionem lignorum continuam, & aqua per aditionem partium similium. Animal tamen quamquam continue alatur, non potest peruenire ad magnitudinem maximam, sed quoad nutritur. De entibus autem omnibus imperfectis quae sunt speciei non differunt ab elementis, aut si differunt sunt mixta, de prima mixtione, quae imperfecta est, & i. phys.

In rebus homogeneis non determinatur maxima, sed in ethereogeneis, de generatione, & i. phys.

Z 3 iunt.

Sunt, dicendum est, quod possunt venire ad quantamcunque magnitudinem. Sic est de lapidibus saxeis, nam sunt ista immediata mixta post elementa, que sunt composita, & non mixta. ideo lapides possunt peruenire ad quantamcunque magnitudinem. Idem de humoribus. nam sunt entia imperfecta, ideo quantumcunque augmentata non est contra eorum naturam. De entibus autem meteoricis sic est, sicut de grandine, niue, pluuia, rore, & ceteris. nam ista sunt entia imperfecta, que non differunt secundum speciem a principio suo materiali, quia non sunt in eis tales mixtiones, in quibus inducatur forma substantialis distincta a forma principij materialis, praterquam pluuia, que cum sit ens meteoricum est perfectum, distinctum a suo materiali, quia est verum elementum aquae. ideo sicut elementa possunt crescere per additionem ad quantamcunque magnitudinem, ita ista entia imperfecta. De grandinibus sic est, quod sunt entia meteorica imperfecta, non habentia formam substantialem distinctam a forma sua causa materialis. ergo sicut ipsa elementa, que sunt materialia horum, possunt recipere augmentum per additionem, ita & ipsa causata ex eis per illas leues mixtiones. immo generale est, quod omnia homogenea in partibus suis non habent determinatam magnitudinem secundum speciem, sed possunt quantitate augeri. sic est de omnibus meteoricis. ergo lapides grandinis per appositionem principij materialis maioris in quantitate, & per continuationem actionis principij effectiui possunt effici continue maiores. Ideo non solum tantae quantitates lapides, quantae missi sunt super Chanagos fugientes, natura facere poterat, sed etiam maiores.

Lapides isti non sunt facti tunc naturaliter. Et quod in terra calida impressiones meteorice sunt rarissime.
Quaest. XI.

Sed an fecerit dubitatur. magis. n. v. oppositum. nam si naturaliter lapides ad tantam quantitatem peruenissent, iam cecidissent. nisi forte dicatur, quod Deus seruabat eos lapides naturaliter genitos pro tempore, in quo eis vteretur, tanquam in istis suis iustitiis, & tunc semper redibitur ad aliquam operationem diuinam. Item non est credendum, quod lapides illi facti fuerint naturaliter in terra illa. nam in terra hac que est frigidior illa valde, tantos lapides gigni est admirabile, & fortassis a seculis visum non est. Quanto magis in terra Chanaan, que est satis calida, & fuit in ea rariores impressiones meteorice, quam in hac, atque minoris quantitates, sicut in Aegypto, que tere Chanaan propinqua est, aut horum nihil sit, aut rarissime valde sit, & quantum ad omnes terras differentes in maiori, & minori caliditate hoc differre videmus, quod in terra, que magis calida est, paucioris atque minoris quantitates impressiones meteoricae sunt, quam in terra frigida. In regionibus autem valde frigidis e-conuerso ista eueniunt. In terra ergo Chanaan, que valde calida est, non videtur, quod naturaliter tantae quantitates lapides gigni potuissent. Sic enim est de terra Aegypti, que est satis vicina terre Chanaan secundum latitudinem climatum: in ea enim quando fuit grandis missa a domino in tempore decem plagarum, ut patet Exod. 9. c. dicitur, quod fuit grandis tantae quantitates, quanta antea nunquam fuerat visa in Aegypto ex die, quo condita est. si tamen naturaliter ad tantam quantitatem gigni potuisset grandis in terra Aegypti, aliquando ante illam grandinem alia similis accidisset, aut quasi similis, ergo natura loci non permittebat talem magnitudinem grandinum. ergo conformiter in terra Chanaan, que vicina est Aegypto, vbi quanta grandis gigni non potuerit, ut occideret bellato-

Res, sed quod Deus eam fecerit. Sed dicendum est, quod ista grandis diceretur naturaliter formata ad tantam quantitatem: tamen non fuit missa naturaliter. scilicet cadens pondere suo, vel ex impotentia contentiui, sed ab angelis missa est. nam litera dicit, quod Deus misit lapides, & dato quod aliquis non assentiret literae huic, necessario cogere tur dicere a Deo factum esse, si vidisset modum missionis iuxta ea, quae supra data sunt. Dicendo autem, quod fuerit formatio grandinis a Deo potest intelligi dupliciter. Vno modo per viam additionis. Alio modo per totalem formationem. Primo modo, ut si diceremus, quod aliqui lapides essent geniti in terra Chanaan in alia parte aeris, de qua angeli ducebant eos, & illi essent in parua quantitate, sicut lapides & grandines communes, & Deus illos subito efficeret maiores ad quamcunque quantitatem vellet, per additionem materiae subito conuerteret ad naturam grandinis. Et hoc non poterat facere daemones, nec angeli boni, quia ista operatio est a causa naturali determinata ad hoc, vel ex aliquo, quod continet totam ipsam naturam in potentia & virtute. Angeli autem nullum istorum modorum habent, quia non sunt causae naturales determinatae ad aliquem effectum cum sint substantiae spirituales. habere autem determinationem naturalem ad aliquod genus operis, pertinet ad causas, quae sunt entia corporalia: nec etiam angeli, aut daemones continent in virtute totam naturam, cum non sit ab ipsis natura rerum. ergo non poterant grandines formare, aut augmentare, nisi forte vterentur in istis natura, & tunc ipsa natura est operatrix & causa. Angeli autem solum sunt ministri, sicut natura rerum est sanatiua morborum, aut causatiua egritudinum. medicus autem solum est minister, ut ait Galenus. Sic in magis Aegypti factum est, quia opere demonum efficiebant aliqua naturalia applicando actiua passiuus, qui erant in propinquissima dispositione, ut coefferet sequeretur effectus. Sed adhuc isto modo angeli facere non poterant, ut lapides paruos ipsi subito magnos valde efficere possent, quia hoc requirebat efficaciam tantae frigiditatis, quanta forte non esset in tota natura rerum. Item quia natura in successione operatur: ista autem operatio esset subito. scilicet lapides grandinis, qui erant in parua quantitate, fierent subito magni. Alio modo intelligi poterat, quod isti lapides antea non exstitissent, nec in quantitate ita magna, ut ceciderunt, nec in aliqua, sed quod a Deo subito totaliter facti fuerint. Et tunc potest stare dupliciter. scilicet Deus illos lapides creauerit de nihilo fabricans, vel quod de aliqua materia, illos fecerit. quocumque autem modo dato fierent lapides in instanti, quia operationes Dei non habent aliquam successionem, cum totum esse sit Dei simul, quicunque autem horum modorum satis conuenit. *Vsq; Azecha.* Est vrbs ultra Bethoron. & in descensu Bethoron, vsquequo accederent Chananaei Azecha ceciderunt lapides de caelo super eos. nam in descensu Bethoron Chananaei iam fugiebant manus Iudeorum, & effugissent, nisi Deus misisset lapides magnos, qui quosdam de Chanagis occiderunt. alios vero ne velociter mouerentur, turbauerunt, & hoc durauit, vsque ad urbem Azecha. persecutio tamen Iudeorum post Chanagos continuata est ultra ad urbem Macedam. ut patet supra, & ibi latuerunt Reges quinque in spelunca ante urbem.

Grandines formari a Deo potest intelligi dupliciter. *Et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis.* Erant lapides magni, poterantque faciliter occidere quemlibet percussum, praecipue, quia fortibus viribus iaciebantur, scilicet manibus angelorum, vnde in hac persecutione fere totus exercitus horum quinque Regum perijt. nam quidam lapidibus grandinis, alij vero gladio hebraeorum conciderunt. pauci autem potuerunt confugere in praesidia.

Tunc

Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorrhaeum in conspectu filiorum Israel. Dixitque coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon.

Tunc locutus est Iosue domino. Fuerat positum vnum signum a Deo datum in adiutorium Israelitarum, quod erat de caelo aereo, scilicet de lapidibus grandinis. Hic subiungitur aliud de caelo aethereo, siue sidereo in statione Solis. & petiuit hoc confidenter Iosue, quia sicut supra a domino miraculose adiuti fuerant, ita & nunc adiuuari confidebant. Et dicitur, quod tunc locutus est, id est tunc quando accesserunt Chananaei ad urbem Azecha. nam dicitur supra, quod Deus misit lapides grandinis super Chanagos in descensu Bethoron, vsque ad Azecha urbem, & tunc locutus fuit Iosue rogans Deum, quod teneret Solem. videbat Iosue, quod plurimi de hostibus cessi fuissent, quidam lapidibus grandinis, alij vero gladio hebraeorum, sed adhuc multi supererant, & quia superueniente nocte non possent persequi illos, ipsis ad oppida sua confugentibus, orauit ut staret Sol, ut sic possent eos comprehendere, & delere.

Qua hora dicitur erat quando Iosue petiuit a Deo, ut staret Sol. Quaest. XII.

Circa hoc inquirendum est, quae hora diei erat, quando Iosue petiuit a domino, ut staret Sol. Et respondebunt quidam fuisse vespere, ita quod esset Sol, quasi in occasu, ut non superesset lux ad persequendum hostes. nam non est verisimile, quod petiuerit Iosue hoc a domino circa horam secundam, aut tertiam diei, quia tunc cum superesset, quasi totus dies, frustra erat petere, quod staret Sol. Nec etiam hoc in meridie peteret, quia cum superesset media dies, manebat spatium ad delendum hostes, vel si forte non sufficeret tota dies, poterat petere eum iam esset articulus diei, ita ut nihil superesset. In aurora autem petere erat frustrarium, vel in meridie, potissime, quia sicut cum in descensu Bethoron essent, misit Deus lapides magnos grandinis, & deluit plurimos de illis, ita poterat in media die, quae superesset, simile alterum facere, ita ut omnes interiret. non ergo habebat causam Iosue tunc petendi stationem Solis, sed in occasu eius, vel parum ante. Item patet hoc ex verbis Iosue. dixit. n. Sol contra gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. ergo quando Iosue petiuit ista, apparebat Luna. si tamen Sol esset in meridie, non posset Luna apparere, quia tunc lumine suo eam effuscarer, cum tunc sit maxima Solis lux. a fortiori, si esset in parte anteriori ad meridianum. non potest enim Luna apparere, nisi cum Sol incipit ire sub horizonte, vel est in horizonte, aut parum ante, sed cum Iosue ista dixit vidit Lunam, quia dixit Luna ne mouearis contra vallem Ahialon. ergo erat tunc tempus occubitus Solis. parum ante. In contrarium aliquis arguet dicens, quod esset tunc meridies, quia tunc Sol erat in medio caeli, ut patet infra cum dicitur. stetit itaque Sol in medio caeli, & non festinauit occumbere spatio vnus diei. Dicendum videtur, quod tempus petitionis Iosue fuit ad Solis occubitum, vel paulo ante, ut patet ex auctoritate, & ratione satis conueniente.

Ad id quod dicitur in contrarium respondendum est, quod non accipitur medium, secundum aequidistantiam, id est, quod Sol esset tunc in puncto medij caeli. sed in puncto circuli meridiani. nam certificare de hoc erat Aiph. Toft. super Iosue.

Determinatio auctoris.

De hoc in ca. 9. 86. c.

A difficillimum. Sed accipitur medium secundum interpositionem. & hoc modo omnes partes caeli, quae sunt super horizontem nostrum, vocantur medium caeli, prout distinguuntur contra partes, quae contingunt horizontem, quae sunt extremitates hemisphaerii, & iste modus loquendi est frequentatus in sacra Scriptura. Sic patet supra septimo, scilicet anathema in medio tui Israel, id est inter vos est aliquid raptum de anathemate Iericho. Et Isaia. 6. in medio populi labia polluta habentis ego habito. Non intelligebatur aliquid istorum per aequidistantiam, sed medium per interpositionem. & sic dicitur hic, quod stetit Sol in medio caeli, id est in parte hemisphaerii nostri, quae est inter vtraque extremitates hemisphaerii, scilicet orientalem, & occidentalem.

Tunc locutus est Iosue domino. Scilicet orans ad dominum, ut faceret stare Solem, & quamquam verba videantur dirigi ad Solem cum dicitur: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. tamen per modum orationis intelligenda sunt verba dirigendo illa in Deum. In hebraeo dicitur.

Tunc loquitur Iosue. Sed istud est per barbariam idiomatis huius mutantis inconcinne tempus pro tempore: numerum pro numero, & genera, & omnes alias habitudines dictionum in oratione ad constructionem. nam futurum hic ad nihil erat cum res gesta esset.

In die qua tradidit Amorrhaeum coram filiis Israel. Dies ista fuit qua super Chananaeos irruerunt simul Israelitae super urbem Gabaon, & persecuti sunt eos per viam ascensus Bethoron, & in descensu versus urbem Azecha, & vsq; Macedam. sed verba dicta sunt in extrema parte diei illius, cum essent Iudaei persequentes Chananaeos apud urbem Azecham. In hac die Deus tradidit Amorrhaeum coram filiis Israel, quia perterruit Amorrhaeum, & vulnerauit eum maxima ex parte. reliquos autem tradidit vulnerandos in manus Israelitarum. sicut dicitur sequenti capit. Cras enim in hac eadem hora ergo tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel. & vocantur isti Amorrhaei Iar ge. i. de terra Chanaan, sicut large vocantur Chananaei omnes illae septem gentes. tamen non erant omnes isti Amorrhaei, cum de rege Ierusalem, & exercitu eius constet, quod non essent Amorrhaei, sed Iudaei.

In conspectu filiorum Israel. id est ipsi Israelitis Amorrhaeum occidendum, vel in conspectu ipsorum, quod ipsis videntibus Deus misit lapides grandinis, & deliti sunt plurimi de Chanagis his.

Dixitque etiam eis. i. coram filiis Israel. scilicet audientibus ipsis, ut sic magis Dei miraculum manifestaretur, & cognoscerent Israelitae, quod propter eos Deus haec omnia efficeret. si enim Iosue non clamasset aliis audientibus hoc, quamquam Sol staret non cognoscerent Israelitae an factum esset precibus Iosue. Ideo licet esset beneficium eis, & hoc ipsi cognoscerent, tamen non tantum determinate cognoscerent, an Deus fecisset propter eos, vel propter aliam causam, nunc vero, quia sciebant precibus suis hoc fuisse factum, magis cognoscebant Deum sibi esse beneficium. Potest aliquis referre hoc ad Amorrhaeos, quod dixit hoc Iosue coram Amorrhaeis. sed ipsi audientes verba Iosue, & videtes, quod Deus contentiret verbis illius magis expauescerent. Sed non stat iste sensus, quod non poterat hoc dicere Iosue coram Amorrhaeis cum ipsi verso tergo praecederent fugientes. nihil tamen coram aliquo fieri dicitur, nisi ipse illud aduertat. Item non stat, quia istud relatum eis, refertur ad immediata, sed immediate dictum fuerat de filiis Israel, ergo de eis intelligitur, scilicet, quod coram ipsis dicta sunt haec.

Medium quod modis iunxit.

Litera hebraica.

Z 4 Item

Item quia si intelligeretur de Amorrhæis non diceretur, dixitque coram eis, sed coram eo, quia supra dictum fuerat in die qua Deus tradidit Amorrhæum. ergo necessario intelligitur de Israhelitis. Sol contra Gabaon ne mouearis. Id est, o sol stans ex opposito Gabaon non mouearis ad cedendum sub horizonte. In Hebræo dicitur. Sol tace contra Gabaon.

An Sol omni hora canat aliquid ad laudem Dei, & affirmat Rab. Salom. & multi philosophi Platonici, & quod non potest canere etiam si sit animatus, nec in corporibus celestibus potest causari vox aliqua propter 5. rationes. Quest. XIII.

ET dicit Rab. Salom. q. sol qualibet hora canit aliquid in laudem Dei, & tunc canebat. inquit autem Iosue, q. taceret a cantu. Sed hoc ridiculum est, quia sol non canit, pertinet enim cantus ad rem animatam habentem organa uocatiua, & intentionem formandi harmonicas voces. sol autem non est corpus animatum. ideo canere non poterat. Et si aliquis obijciat contra hoc, q. sol sit aliquid animatum, philosophorum plurimorum hæc est positio. sic enim tenet Commentator, & dicit sentire Aristoteli. 2. de anima in c. ubi distinguit gradus anime. ubi quasi sub dubio tangit an sit aliquis gradus anime excellentioris anima rationali humana. Sic etiam videtur Psal. 134. qui fecit celos in intellectu, id est celos cum intellectu. si tamen intellectum habent animati sint. necesse est ergo, quod animati sint. & sicut dicitur de ipsi celestibus orbibus, ita & de corporibus planetarum, & ceterarum fixarum stellarum sentiendum videtur, quod animata sint per se, quia per se motum habent. Ad hoc respondendum est corpora celestia non esse animata, sicut rota catholica positio tenet, & rationibus naturalibus conuincitur. de quibus ad presens nihil, sed dicitur Psal. 134. satis late, & ibi soluentur tria.

Sed adhuc dato quod, corpora celestia animata essent, & sol per se animam haberet, canere non posset, quia ad canendum requiritur potentia uocatiua, aut interpretatiua, ut alij uocant, corpora tamen celestia nullam harum haberent. Ergo non possent canere. quod patet, quia ipsi philosophi, qui corpora animata dicunt celestia, solas duas potentias ipsis animabus tribuunt scilicet intellectiuam, & desideratiuam, & ita non efficiunt corpora celestia animalia, quamquam sint corpora animata. sed potentia uocatiua pertinet ad potentias animales: ergo non est in corporibus celestibus, unde nec formare uocem possent.

Item dato, quod corpora celestia hanc uocatiuam haberent potentiam, non possent uocem formare, quia ad formationem uocis requiruntur organa determinata, tam in figura, quam in qualitatibus humidis, & sicci, vel calidi, in corporibus autem celestibus organa nequaquam sunt, cum sint corpora totaliter spherica, & uniformia, & omnes partes similes.

Item non possunt esse organa propter diuersitatem qualitatum, quia organum uocatiuum determinat sibi quandam complexionem specialem secundum qualitates elementales, sed in corporibus celestibus nullæ harum qualitatum sunt. ergo non possunt esse organa, nec quis unquam quantumcumque rudis concessit in corporibus celestibus esse organa, sed uniformitatem corporis: solum autem differre secundum maiorem & minorem aggregationem lucis.

Item Aristoteli. 2. de anima. c. de uoce dicit, quod sola animalia uocant, quamuis quedam instrumenta uocare uideantur, sicut Lyra. corpora tamen celestia non sunt animalia. ergo non possunt uocare, & consequenter nec canere.

An in celo sint uoces, que dicantur concentus. Et quomodo est uerum, quod in celo sunt toni, & hemitoniam & omnes proportionones, & harmonia musicorum. Quest. XIII.

NUM forte quis dixerit cantum non esse uocem formatam ab aliquo animali, sed sonum quandam causatum ex contactu corporum celestium in motu poliando unum super alterum, & ibi dicunt resiliare omnes proportionones musicas tonorum, de quo uidetur dici Iob 36. & concentus eius, quem dormire non faciet. & loquitur de celo, & hoc tenent multi Philosophorum potissime Platoniorum. Dicendum est, q. dato, q. fieret canus ex contactu, & politura celi super celum, tamen non diceretur ex hoc canere sol, sed celum. ad solem tamen ista uerba directa sunt. Sed adhuc dicendum est, quod in motu corporum celestium non causatur aliquis cantus, nec sonus qualicumque, nec est possibilis. de quo magis dicitur super Iob in loco suo. nam cantus, aut sonus, qui causatur in plaustris, quia plaudendo. i. canendo dicuntur, fit propter durorum contactum, quæ sunt uocem emittentia, large dicendo. In corporibus tamen celestibus non est contactus durorum, nec mollium, quia istæ sunt qualitates elementorum, & elementarum rerum. ideo nec concentus causari potest. Philosophi tamen dicunt esse in celo omnes proportionones harmonicas musicorum, & esse tonos, atque semitoniam, non quidem, q. ibi sit aliqua uox secundum quæ considerentur istæ proportionones. Sed accipiuntur isti toni, & semitoniam, uel proportionones uocum secundum duo. i. secundum magnitudinem, & proportionem distantie celi unius ab altero computando a superficie concava cuiuslibet, uisue ad conexam, & quia non sunt omnes celi equales in magnitudine, est proportio magnitudinis, & distantie planetæ a planeta, & secundum hoc a quibusdam planetis ad alios sunt semitoniam. ab alijs uero ad alios sunt toni integri. sicut describit Martianus mineus felix capella lib. 2. de nuptijs mercurij, & physiologia. Alio modo possunt computari toni, & semitoniam, & diapente, diatesseron, atque diapasone, ceteræque consonantie proportionones, tam musicas, quam geometricas, secundum proportionem motus. non enim est omnibus corporibus celestibus æqua uelocitas. nec est aliq. celi quod equalis uelocitatis cum alio sit. ideo multiplices proportionones assignari necesse est, & quantum ad hoc consideratur concentus celi. i. concordia motuum secundum proportionones melodicas in uelocitate.

Item adhuc dato, quod sol esset animal, & caneret, non diceret ei Iosue, quod taceret, quia taciturnitas solis nihil proderat. nam quamquam taceret poterat moueri, & non consequeretur intentio Iosue, & cum staret, siue caneret, siue taceret, nihil nocebat, aut proderat. ideo non peteret hoc Iosue, sed quod staret.

Item hic dicitur sol sta contra Gabaon. Si autem diceretur tace, non consonaret litera, quia tunc signaret, q. sol ante hoc canebat aliquid contra Gabaon. & nunc q. taceret contra Gabaon, sed adhuc tacere contra Gabaon non est aliquid intelligibile. Ideo dicendum. quod litera hebraica ex modo loquendi communi dixit tace. i. non mouearis. sic enim nos dicimus filete. i. non moueamini, & sic habetur Exo. 14. Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. i. uos non mouebimini, quia Deus conuertit aquas maris super Aegyptios nihil agentibus Israhelitis. Sol contra Gabaon non mouearis, & luna contra uallem Abialon. i. sol qui stas ex opposito Gabaon non mouearis, & luna, que stas ex opposito Abialon non mouearis.

De quo Aristoteli. 1. celi.

Quæ

Quæ erat dispositio Solis, & Luna eo tempore quo locutus est Iosue, ut staret Sol. Et quomodo intelliguntur uerba Iosue. Quest. XV.

DISPOSITIO istorum duorum planetarum erat hoc modo quando Iosue inbebat hoc q. ipse uidebat utrunque, & ex hoc sequitur, quod supra dicebatur. scilicet quando ista dixit Iosue, erat uespere ad solis occubitum paulo antequam subintraret horizontem, & tunc uidebatur Sol in una extremitate hemispherij. i. in occidente apud orientem, & Luna erat in alia extremitate hemispherij ad punctum orientalem, ita ut quasi distaret per diametrum celi, sed non erat perfecta distantia diametri celi, quia tunc esset centrum Solis in puncto orientis ad occidentem, & Luna in puncto orientis ad orientem. sed hoc non dicitur conuenienter, quia tunc neutrum horum bene uideretur, quia non bene uideretur Sol cuius medietas esset sub horizonte, nec Luna cuius medietas sub reliqua parte opposita orientis. Nec est credendum, quod ita sero Iosue oraret Solem stare, sed ante orauisset, quam Sol descenderet ad orientem: hoc tamen accidit in uero plenilunio, si contingat tunc esse plenilunium cum descenderit Sol ad orientem occasus, quia tunc distabit Sol & Luna per uerum, & in tegrum diametrum celi, & sic fixo centro Solis in orientis parte occidentali, erit centrum Lunæ fixum in parte orientis orientali. Nunc autem ad hoc quod Iosue uideret Lunam, & Solem tempore, quo ista dixit, sicut in litera innuitur, oportet ut utrunque esse super horizontem, unde non distaret per integrum diametrum celi, & hoc est ante plenilunium, scilicet in 12. die, uel 13. lunationis, apparebit uterque super horizontem: Sol super occidentalem partem orientis, & Luna contra orientalem partem orientis. & forte tunc erat sic. ideo utrunque satis uideri potuit. Dixit autem Iosue q. staret Sol contra Gabaon, non quidem quod staret Sol super Gabaon in suo meridiano, quia tunc non diceretur stare contra Gabaon, sed super Gabaon, sed contra, dicit oppositio nem a fronte. Et ex hoc patet adhuc quod dicebamus supra, scilicet quod non esset meridiæ, quædò soli locutus fuit Iosue ista uerba, sicut uideretur signare litera infra dicens. stetit itaq. Sol in medio celi. nam si fuisset Sol in medio celi per equidistantiam ab oriente, & orientem, non diceretur, Sol non mouearis contra Gabaon, sed Sol non mouearis super Gabaon. i. Sol stans super Gabaon non mouearis. ergo non erat in meridie, sed magis circa punctum occidentis, ita ut diceretur esse contra Gabaon, id est oppositus ei a fronte per lineam rectam ductam super planitiem orientis. Et debet exponi ista litera per subintellectum, scilicet Sol contra Gabaon non mouearis. nam si nihil subintellegatur non potest intelligi litera, quia tunc diceretur, quod non moueretur Sol contra Gabaon, id est, quod non ueniret contra Gabaon, in quo necessario sequeretur, quod ista diceretur ante meridiem, quod falsum est, quia tunc non posset assignari, quomodo uideretur Sol contra Gabaon, & Luna contra uallem Abialon, quia ista dispositio Solis, & Lunæ ad hoc, quod ambo uideantur super horizontem in partibus oppositis, non contingit ante meridiem, nec post aliquantulum, sed solum cum sit Sol circa occasum, consequentia patet, quia Sol dicitur moueri contra aliquem locum, quando nondum accessit ad eum, hoc est ante meridiem, cum Sol perambularet primam quartam circuli celi ab oriente, usque ad punctum meridiani, & cum illuc peruenerit est meridiæ loci illius, cuius est circulus ille meridianus, & tunc accessit Sol ad locum illum, quia est super eum, quamquam non

Nota expositione huius Sol contra Gabaon mouearis.

fit in suo Zenith, ante hoc ergo semper dicebatur moueri contra locum. cum uero transferint meridianum iam est ultra locum, & non mouetur contra locum illum, sed recedit ab eo, sed cum fuit locutus ista Iosue erat dies inclinata ad occasum Solis. ergo non potest intelligi sine suppletionem, sed debet subintelligi, Sol qui stas contra Gabaon, id est a fronte ei oppositus, ne mouearis, ita ut illa prepositio contra, non determinet casuale retorquendo ad illud uerbum mouearis, sed ad uerbum subintellectum. Scilicet stas.

Quare Iosue dixit magis, quod staret Sol contra Gabaon, quam contra aliam urbem, cum non solum esset contra Gabaon, sed contra omnes alias urbes. Et in quo loco ea dixerit. Quest. XVI.

SE dices quare dicitur hic Solem non moueri contra gabaon, id est qui stat contra gabaon. nam non erat Sol magis contra gabaon, quam contra alia loca. poterat enim dici stare contra quemlibet locum, cum sit positio in geometria in primo elementorum a puncto in punctum rectam lineam ducere, id est q. a quolibet puncto ubiunque assignato ad punctum alium ubiunque positum potest ducilinea recta, sed oppositio per lineam rectam facit hic contrarietatem, id est esse contra. ergo non magis erat Sol contra gabaon, quam contra alia loca. Aliquis dicit hoc dixisse Iosue, quia erat tunc apud urbem gabaon, & loquebatur de urbe apud quam erat. Sed hoc non stat, quia quando ista dixit Iosue non erat apud gabaon, sed magis apud urbem Azecham, quia postquam accessit ad urbem Azecham persequens Amorrhæos dixit, Sol ne mouearis contra gabaon. Sed ad hoc dicitur, quod non fuit dictum quando erat Iosue apud Azecham, sed quando erat apud gabaon. Et quando dicitur, quod primo dicitur hic, q. accesserunt ad urbem Azecha, & postea Iosue ista dixit. Respondendum est, quod ex hoc ordine literæ non patet, quia potest esse antipatio, uel recapitulatio, sicut frequenter in sacra Scriptura. potissime, quia dicitur hic, q. Iosue locutus fuit domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, Sol non mouearis contra gabaon. ergo ad quamlibet partem diei referri potest, sed in eadem die steterunt Israhelitæ apud gabaon, & apud Azecham. ergo in quocumque horum locorum dici poterat de his uerbis, quod protulerit ea Iosue. Respondendum est non posse stare, quia Israhelitæ uenerunt tota nocte de Galgalis, & in aurora irruerunt subito super Amorrhæos manentes apud gabaon. ibi autem non manserunt aliquanto spatio, quia immediate, ut Israhelitæ irruerunt super eos, turbauit Deus illos, & fugerunt a facie Israel per uiam ascensus Bethoron. Hæc patet, quia dicitur supra. irruit itaque super eos Iosue repente tota nocte ascendens de Galgalis. ergo quando stetit Iosue apud gabaon, aurora erat, aut saltem prima pars diei, & immediate Amorrhæi conturbati fugerunt. ergo non dixit Deo Iosue apud gabaon, quod faceret stare Solem, quia non erat opus tunc dicere cum superesset tota dies, in qua poterat Israhelitæ uicisci de hostibus. Item, quia non posset assignari, quomodo Sol staret contra gabaon, & Luna contra uallem Abialon. Nisi forte aliquis diceret, quod erat Sol in puncto orientis in parte orientali, & Luna in puncto orientis, aut prope circa occidentem, & possent sic uideri, sicut cum ponebamus nos illa esse disposita econuerso. i. Solem in occidente, & Lunam in oriente.

Sed hoc non stat, quia adhuc non stantibus omnibus supra positis probationibus de tempore, quo ista uerba dicta sunt, necesse est, quod fuerint dicta in meridie, aut post meridiem, quia dicitur infra. stetit itaq. Sol

Sol in medio celi, & non festinanit occumbere (spatio vnus diei. si enim acciperemus mediū celi ibi secundum quiddistantiam, cogereur dicere esse dicta ista verba in articulo meridiei, sed non accipitur, vt diximus, quia tamen dicitur, & non festinanit occumbere spatio vnus diei. ergo videtur, quod Sol iam occubebat. Sol autem occumbit, postquam incipit declinare a puncto meridiani circuli, sicut ascēdit semper a puncto orientis quousque est in puncto meridiani circuli. immo ab angulo terre vsque ad angulum meridij celi, siue punctum meridiani circuli, semper est ascendere, sed dicitur hic, quod Sol non festinanit occumbere. ergo iam occubebat, & consequēter erat post meridiem in quacunque hora voluerimus, sed apud gabaon non fuit Iosue post meridiem, sed in aurora, & confestim fugerunt Amorrhæi, ergo non fuerant ibi dicta ista. Post hoc persecuti sunt Israelitæ Amorrhæos per viam ascensus Bethoron, & deinde descendentes de Bethoron versus Azecha ceciderūt de celo lapides magni super Amorrhæos. cum autem venturus esset in Azecha, dies inclinata erat, vsque ad Solis occubum fere. Ideo Iosue habuit occasionem precandi, vt staret Sol, ne effugerent hostes de manibus eius adiuti ope noctis. ideo non erant Israelitæ apud gabaon cum ista dicta sunt, sed apud Azecha. ergo magis ex hoc dicere debuisset Sol ne moueatis Azecha, quam contra gabaon.

Alia expositio quorundam, circa sensum illorum verborum, quæ dixit Iosue ad Solem, & eorum consuetudo cum determinatione auctoris. Q. XVII.

ALIQVI dicunt, quod intelligitur Sol non moueatis contra gabaon. i. non moueatis contra vtilitatem gabaonitarum. q. d. istud bellum initum fuerat, vt tolleretur obsidio vrbis gabaon, & eius hostes delerentur. si autē Sol occubere non occiderentur hostes. ergo moueret contra vtilitatem gabaon. Imprecabatur ergo Iosue ne moueretur contra gabaon. Sed non stat, quia hoc modo non diceretur Sol moueri solum contra gabaon, sed contra Iudeos, quia Iudei iam non persequebantur Amorrhæos, tanquam hostes gabaonitarum, sed tanquam hostes suos, iam enim obsidio gabaon ablata fuerat. solum tamen persequebantur Israelitæ illos, quia ad hoc venerant in terram Chanaan, vt delerent omnes habitatores eius, & possiderent terram, & sic dicitur infra. stetit itaque Sol in medio celi, & non festinanit occumbere (spatio vnus diei, donec vlcisceretur se gens de hostibus suis. Item non concordat littera, quia dicitur de Luna, & Luna contra vallem Ahialon, id est Luna non moueatis contra vallem Ahialon. si tamen intelligeretur, quod motus iste erat contra vtilitatem gabaon, non solum de ipso diceretur, quod esset contra gabaon, sed etiam de motu Lune, quod non moueretur contra gabaon, & nihil diceret de valle Ahialon, quia nulla vtilitas, aut damnum pertinebat ad vallem Ahialon. Dicendum est, quod tunc quando Iosue locutus fuit Soli, vt staret, non magis erat contra gabaon, quam contra alium locum: immo contra omnem locum stabat, sed Iosue dixit de gabaon, quia forte tunc erat conuersus contra gabaon, & ob hoc venit sibi in mentem dicere de gabaon, & non de alio loco. Vel forte gabaon erat in aliquo loco eminenti, & magis videbatur ceteris locis manentibus in valle, & Sol descendens ad occubum videbatur magis directe esse oppositus gabaon, quam aliis locis, quia propter altitudinem vrbis gabaon videtur esse oppositum secundum lineam rectam ductam per planitiem orientis. ad alia autem loca non videbatur esse, ita op-

Determinatio auctoris.

positio a fronte. Vel aliter dicendum, quod quamquam Sol quando ista dixit Iosue, esset contra omnia loca, & non magis contra gabaon, quam cetera: tamen cuiuslibet intuenti Solem videtur, quod ei sit oppositus a fronte, aliis autem locis, quæ lateraliter se habent ad ipsum respicientem videtur inspicienti, quod Sol opponatur lateraliter, & quia gabaon tunc forte erat in directo Iosue post tergum, videbatur Iosue, quod erat Sol directe oppositus contra gabaon a fronte, & non Bethoron, nec ad urbem Azecha, aut Macedam, aut alia loca, quia forte ista se habebant lateraliter respectu Iosue, & iste modus exponendi est concueniens.

Et Luna contra vallem Ahialon.

Quomodo intelligitur, quod Luna sit contra vallem Ahialon. Quæst. XVIII.

IDEM modus inquirendi circa hoc erat. scilicet quomodo Luna sit contra vallem Ahialon. nam non magis videtur contra vallem illam esse, quam contra omnia quacunque alia loca. Sed ex supradictis patet modus respondendi. scilicet quod Luna esset modicum eleuata ab orizzonte orientalis partis, & videret eam Iosue per aliquam vallem, tanquam nondum multum eleuata, & sic videbatur esse directius contra vallem illam quam contra aliam partem. & hoc in comparatione ad Iosue, quia erat illa vallis contra Iosue, & Luna erat etiam contra Iosue, ideo videbatur opposita esse valli Ahialon, quasi a fronte, ceteris autem locis, quæ in circuitu erant, videbatur opposita lateraliter, & potuisset dicere Iosue, quod Luna etiā non moueretur contra gabaon. i. Luna stans contra gabaon, non moueatis, sed dixit contra vallem Ahialon, quia videbatur sibi per illam vallem. ideo magis visum est ei, quod esset opposita valli Ahialon, quam gabaon. Est autē gabaon aliquis locus, & Ahialon similiter, a quo denominaret vallis ista, sicut nominatur vallis Mambra. Gen. 14. & 18. i. vallis Hebron, & iste locus erat satis propinquus loco in quo erat Iosue. non tamen reperitur in diuisione locorum terre Chanaan aliquis, qui sic denominetur. inuenitur autem Ahialon in sorte tribus Aser, vt patet infra 19. Sed illa est septima fors, vt patet eod. c. ideo erat apud partem septentrionalem lateris Chanaan, quia omnes sortes tendebant ab oriente in occidentem, ita quod prima fors, quæ erat filiorum Iuda, ab oriente in occidentem perueniens coniuncta erat toti lateri meridiano terre Chanaan. & super eam fors tribus Benjamin, & sic consequenter, vsque ad sortem filiorum Ephraim, qui erant coniuncti toti lateri septentrionali: fors autē filiorum Aser erat circa eos. ergo multum erat septentrionalis. Nunc autem Iosue erat in sorte filiorum Iuda, quia erat apud Azecham, quæ est in sorte filiorum Iuda, vt patet infra decimoquinto cap. sed Sol, & Luna erant hic, quasi directe oppositi. ergo non videretur Luna per vallem Ahialon, quæ est in sorte Aser. sed per aliam vallem, quæ esset in sorte tribus Iuda, aut Benjamin, & illa vocaretur vallis Ahialon ab aliquo loco ibi existentem sic dicto.

Item dato, quod Luna non esset soli opposita secundum directionem latitudinis celi, sed vnus eorum ad septentrionalem partē declinaret, & alius versus meridiem, sicut interdum est, cum Sol declinat versus alterum tropicorum, adhuc non posset stare, quia Iosue stans nunc circa latus meridianum terre Chanaan in sorte Iuda non videret vallem Ahialon, quæ esset in terra sortis Aser, quia ista terra multum inde distaret, scilicet per totam latitudinem fere terre Chanaan scilicet a latere meridiano, in septentrionem. oportet ergo intelligi, quod sit vallis Ahialon in sorte Iuda, vel Benjamin

Ahialon est locus sicut Gabaon in qua sortis.

niamin, & esset apud Gabaon, vel prope, & de Ahialon quæ est in terra sortis Aser nihil hic intelligitur.

Quare Iosue petiuit, vt Luna non moueretur, quia videtur superfluum, cum Luna nihil ageret ad intentionem suam. Et an Iosue fuerit imperitus circa orbem celi, ideoque vulgare locutus fuerit. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis quare dixit hic Iosue, Luna non moueatis. videtur enim superfluum, quia ipse intendebat a Deo petere, vt Sol non occumberet, ita vt haberet spatium se vlciscendi de Amorrhæis, quod non contingeret si occubere. fugerent enim ad præsidia, vel laterent in montibus, & cauernis terre. ideo erat necessaria solis statio ad id quod petebat Iosue. Luna tamen motus nihil impediēbat, quia siue Luna moueretur super nostrum hemispherium, siue consisteret, dum tamen Sol maneret, semper esset dies.

Respondendum est, quod Iosue ista dixit forte, quia erat imperitus circa astrorum doctrinam sentiens, vt vulgares sentiunt. Putant enim vnicum esse celum, & in illo esse omnes planetas & astra. Item existimant esse omnia sidera, & planetas fixa in celo illo, sicut clauis fixi sunt in rota, & quia sicut mota vna parte rotæ necesse est moueri omnes alias propter continuitatē, & soliditatem: ita moto celo necessario putant moueri omnia astra. vnde tunc quia credunt Lunam infixam esse celo, sicut clauum, si ipsa moueret, necesse erat totum celum moueri, & Solem qui infixus erat moueri similiter, & sic quamquam oraret Solem stare, quia tamen si moueretur Luna, crederet necesse esse moueri Solem, orauit etiam, vt staret Luna contra vallem Ahialon, non quidem quasi statio sua aliquid proficeret ad id quod intendebat Iosue, sed vt non impediret si moueretur. Et necesse erat, quod Iosue præsupponeret hæc duo. scilicet vnicum celum, & omnia astra in eo infixam esse, sicut clauos in rota. nā si alterum horum distiteretur, erat intentio sua casta, quia si esset vnicum celum tamen non essent astra fixa, posset singula moueri singillatim aliis manentibus, & sic stante Sole posset moueri Luna. & sic non esset oportunum, vt peteretur, quod staret Luna ad hoc, quod staret Sol. Si autem diceret esse plures celos, quamquam crederet infixam esse in eis astra, sicut clauos in rota, tamen moto vno astro non erat necesse moueri alterum, quia moueretur, aut staret astrum ad motum, vel stationem celi sui, & quia moto vno celo, aut stante non erat necesse moueri, aut stare reliquum, poterat vnum astrum moueri non moto reliquo. oportebat ergo, vt crederet Iosue hæc duo simul. De quolibet tamen eorum arguere non est intentionis nostra, ne cogamur amplius euagari, quam materia suppetat: tū an vnum celum, vel multi sint, depēdet ex hoc, quod quidam dubitant. scilicet an sit celum totum continuum, vel contiguum, & quamquam quidam continuitatem asserant, tamen contiguitas solum est, & diuersitas orbium.

An sit vnum celum, vel plures.

An planetae infixi sint in celo, vt clauus in rota, contra quod arguitur secundum Astronomos: planetarumque expostionum curfus. Quæst. XX.

DE stellis an sint fixæ, vt clauus in rota etiam quidam dubitant, sed euidētissima conclusio apud omnes astronomos est, planetas non esse infixos orbibus, & satis ipsa experientia docet, quia planetae habent declinationem de tropico in tropicum, & amplius, quia quamquā Sol

sub ecliptica moueatur, tamen ceteri planetae arcuat latitudinem zodiaci facientes caput, & caudam draconis, & maiorem habent latitudinem declinationis. Hoc tamen erat simpliciter impossibile si essent infixi orbibus suis, sicut clauus in rota, quia tunc nunquam declinarent ad vnā & alteram partem. Quiddam sic concludere moluntur, quod planetae non sint infixi orbibus suis. Sed falluntur nimis in modo probandi, quia ista declinatio, & latitudo non fit propter motum naturalem planetarum, sed propter motum raptus, & quia poli planetarum sunt egredientes a polo axis mundi, necesse est, vt sit declinatio planetarum ab equatore diei, vbi est medium motus mundi. Ideo dato, quod planetae ponantur infixi orbibus suis, tamen habebunt istam declinationem, potissime de Sole qui non declinat ab ecliptica. nec quicquam declinationis minoris habebit si sit in fixis, quam nunc habet: cum tanta sit declinatio ab æquatore diei, quanta est declinatio polorum axis mundi a polis axium planetarum. Aliter ergo probandum est, quod non sint planetae infixi orbibus suis, vt clauus. scilicet per epicyclos, quia eleuatur & deprimuntur, diriguntur, & retrogradiuntur secundum illos. ista tamen vulgares non attendunt, nec capiunt. satis tamen patet in Lucifero, & Sole, quia aliquo tempore antecedit Solem, aliquo tempore subsequitur: alio vero æqualis est motus: tamen Solis & cuiuslibet astri est regularis motus. non potest ergo saluari, aut dari quid hoc sit, nisi posito epicyclo veneris, & sic in aliis planetis præterquam in Sole. Item patet hoc in arcuatione, quam faciunt planetae sub zodiaci latitudine. nam cum ponatur idem polus zodiaci, & omnium planetarum, si essent infixi in orbibus suis planetarum, non possent facere arcuationē sub zodiaci latitudine, sed planeta qui semel esset sub ecliptica, quæ est mediū octauum celi diuidens in duas dimidias sphaeras, sicut æquator diei est dimidium tenens in primo mobili, nunquam posset exire ab illa, & qui semel est in vna extremitate latitudinis zodiaci, semper sub illa moueret. in nullo tamen planeta hoc fit præterquam in Sole. Alii autem interdum sunt versus extremitatē meridianam latitudinis zodiaci, interdum vero sunt sub aquilonari extremitate. aliquando autem declinant, aut veniunt ad medium tangentes lineam eclipticā. Et hoc modo fit draco in zodiaco per motum planetarum, & assignatur caput, & cauda draconis, quæ vulgata sunt apud astronomos, & hæc quidem non sunt secundum motum raptus, sed motu naturali. ergo necesse est planetas poni non infixos orbibus, sed motum habere distinctum a motu orbium suorum. vulgares tamen hæc non respiciunt. De aliis astris orbis octauum an fixa sint, vt clauus in rota, cum vocentur communiter astra fixa, dubium est. quantum ad declinationem manifestum est, quod nullam habeant: ponunt tamē quidam eis epicyclos, quos si habeant non potuerunt esse in fixa, quia eleuabuntur, & deprimētur in suo orbe, & habebunt motum præter motum orbis sui: de his autē si presentis esset speculationis inquirere delectabile erat, sed suffecerit, quod dictum est. Et tamen quamquā vulgares qui rudissimi sunt quodlibet horum per se tenere possunt, & non possumus conuincere eos palpabilibus argumentis, secundum eorum pacitatem, tamen non possunt tenere vtrunque simul quin manifeste conuincamus eos. Nam si dicant, quod vnicum celum est, & omnia astra, & planetae sunt infixi ibi, tanquam clauus in rota: necessario dicent, quod omnes stelle æqualiter distent semper. scilicet stelle, quæ semel distant per integrum diametrum celi semper per diametrum distent, & quæ distant per semidiametrum, semper tamē distabunt. ergo Sol, & Luna semper æqualiter distabunt, quia non possunt moueri, nisi moto

Oes planetae habent epicyclum Sole excepto.

An stelle celi octauum sint infixæ vt clauus in rota.

motu celo in quo sunt: ergo in parte celi illius, in qua semel fuerit Sol, vel Luna semper erit: quo dato nunquam esset nouilunium, nec oppositio, & quadratura alijq; aspectus, sed si semel essent in oppositione eterna esset eis oppositio: idem de ceteris habitudinibus, quod manifeste apparet falsum: ergo non sunt omnia astra in eodem celo, & infixa sicut clauis imposta, sed oportet alterum istorum negari, aut vtrunque. Iosue tamen vtrunque tenuit, & ita procedebat deprecatio sua, tamen hoc non est admirandum, quia non erat affuetus doctrina astrorum, sed magis legi Dei, & operi militari.

Cum Iosue orauerit stare Lunam, quia mota ea credebatur necessaria moueri Solem, quare non erat idem de ceteris astris fixis, & planetis. Quæst. XXI.

QVARET aliquis cum Iosue orauerit stare Lunam, quia mota ea credebatur mouendum Solem, quare non orauerit stare cetera astra, quia etiam eis motis mouerentur Sol, & Luna necessario secundum suam positionem.

Respondere posset aliquis, quod ista duo sunt maxima luminaria, ideo quamquam de reliquis dicere posset, tamen de his precipue locutus est, sed hoc nihil est. Dicendum autem, quod Iosue locutus fuit ad Solem, & Lunam, ne mouerentur, quia ista duo astra solum vidit, erat enim tunc Sol super orientem apud occasum, ideo quamquam Luna apparere posset, que maiori lumine Solis indiget ad hoc, quod non appareat, stelle tamen paruo Solis lumine hebetant. unde non poterant videri stante Sole super orientem. ad hec duo ergo luminaria, quæ vidit, locutus est.

Alia causa adhuc forte conuenientior assignari potest circa superiora, quare Iosue orauerit stare Lunam. si Deus mouerit ipsum ad orandum hoc. Volebat, ut Deus, ut non mutaretur Luna, ne perturbaretur ordo celestis in motibus corporum stellarum & orbium: & dato quod non orasset Iosue facturus erat, quod staret Luna, cum faceret stare Solem, & tunc, quia Iosue non orauerat de Luna, videretur forte factum hoc totum a Deo ex alia causa. ipse tamen volebat videri hec facta esse propter Iudeos: ideo voluit, ut cuncta, que fieri viderentur, apparerent facta precibus Iosue. mouit ergo eum ad precandum pro statione Lunæ, cetera autem corpora celestia eodem modo steterunt. de eis tamen non orauit Iosue, nec Deus mouit eum ad orandum, quia Sole stante super orientem non erant videnda, nec pateret, an starent, vel mouerentur. ideo frustra erat implorare miraculum, ubi apparere non poterat, quamquam fieret. Deus ergo noluit, quod Iosue pro hoc oraret.

An stante Sole cessauerit omnis motus omnium calorum, vel solua Luna, & Sol. Quæst. XXII.

QVARET aliquis an stante hic Sole cessauerit totus motus cæli, uel solui Sol, & Luna. De duobus cælis aut planetis eorum manifestum est, quod steterint. scilicet de Sole, & Luna cum dicat litera, Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ahialon. de aliis autem est dubium. Tamen satis videtur dicendum, quod non fuerint moti, sed quod stante cælo Solis tota celestis machina steterit, & etiam ipsum primum mobile. Quod coniungitur ex litera cum dicatur, quod steterunt Sol & Luna, manifestum est enim, quod Deus nihil frustra facit, tamen statio, aut motus Lunæ nihil faciebat ad id quod petebat Iosue, scilicet ut vicisceret se de hostibus suis, cum sol sufficeret ad hoc, siue Luna staret, siue mo-

ueretur. Deus fecit tamen stare Lunam, quod identidem erat miraculum sicut statio Solis. ergo ad aliquem finem factum est. hoc autem non videtur, nisi quia volebat Deus stare totam machinam celestium corporum, ut non turbaretur ordo celestis propter miraculum. Alia autem corpora celestia non visa sunt stare, quia non poterant patere cum lumine Solis eorum lumina hebetentur: si tamen videri potuissent apparuissent quo modo stabant. Et hoc certissime tenendum est. nam non poterit reperiri aliquid alterum ad quod Luna steterit. Quod autem Sole stante potuerint moueri cetera celestia corpora, manifestum erat, quia sunt corpora plura contigua, & vnum non retinet alterum, nec impedit a motu. Item dato, quod esset vnum corpus continuum, adhuc poterant ceteræ partes illius corporis celestis moueri stante celo, in quo stabat Sol, sicut partes aque quecumque mouentur alijs quiescentibus, & tamen non tollitur continuitas, & sicut concedimus motus contrarios in celo, quamquam fateamur continuitatem, ita & facilius concedere poterimus, quod motu vno corpore celesti, aut vna parte illius cæli reliqua maneat. Item dato, quod moueretur totus ille orbis celestis qui vnicus esset, posset stare Sol, quia quilibet planeta habet motum proprium præter celum in quo est. ergo quiescere posset non quiescente celo in quo esset. Ideo nemini dubitandum est cetera corpora celestia moueri potuisse stante Sole: imo necessarium esse, quod fuerint mota, nisi Deus miraculose illa detinuerit, sicut tenuit Solem. Quod autem debuerint stare cetera, præter hoc quod probatum est, quod steterint: adhuc dici potest, quod erat valde rationale quod starent. nam Deus volebat miraculo suo Iosue adiuuare, ut se de hostibus vicisceret, nolebat tamen naturæ totum ordinem peruertere. Et quamquam prout tunc cum Sol stabat, natura cedere miraculo peruerterebatur ordo visitatus naturæ, tamen postquam Sol inciperet moueri cursu solito, non erat miraculum, maneret tamen tunc perturbatio ordinis naturæ, & pro aliquanto tempore. hoc autem erat inconueniens, quod sine aliqua causa ordo totius naturæ qui dependet ex motu corporum celestium perderetur. ergo Deus non permitteret illum manere turbatum, non enim pertinebat ad magnam Dei sapientiam, ut quod tam elegantissime constituerat, tam enormiter turbaretur. ad hoc autem, quod non turbaretur oportebat, quod dum stabat Sol, non mouerentur alia celestia corpora. ergo non mota sunt, consequentia infra probabitur inducendo per multa.

Quæ inconuenientia sequebantur si stante Sole moti fuissent alij cæli, & quomodo posset corrigi secundum quosdam, & an illa correctio teneat. Quæst. XXIII.

SEd forte aliquis dicit, quod tolleretur ista deordinatio alio modo. scilicet quod quamquam cetera celestia corpora mouerentur, dum Sol staret; tamquam postea Deus faceret moueri Solem, ita velociter, ut attingeret breuiter cetera celestia corpora ad habitudinem motus, quam cum eis habebat prius esse cepit consistere. Sed ista positio non potest stare, quia tunc deordinatio corporum celestium corrigeretur per aliam deordinationem, & insuper erat miraculum, scilicet, quod sol moueretur velocius, quam consuetum erat moueri. Nam sicut stare Solem erat contra consuetum cursum naturæ, quia nihil vnquam tale visum fuerat, ita erat ista deordinatio naturæ, quia cuiuslibet planetæ data est certa proportio velocitatis, vel tarditatis in motu, quod ergo nunc fieret motus velocior, valde erat peruersus naturæ status.

Item

Item fieret aliquid valde mirabile. scilicet dies vnus, & nox, vel duo, aut tres, quousque Sol rediret ad statum priorem, essent valde parue quantitatis propter velocitatem insolitam Solis, & sic ex necessitate apparent maiora miracula post stationem Solis, quam in ipsa statione, quod etiam scriptura narraret: nihil tamen vnquam tale meminit. Item valde maius miraculum erat, quod Sol haberet maiorem velocitatem in motu, quam prius, quam quod staret, quia quamquam stare Solem erat contra statum naturæ, & usum: cum nunquam ab exordiis seculorum steterit: tamen non erat miraculum, quod requireret potentie magnitudinem. Angelus namque mouent cælos, sicut Philosophi tenent, & sacra Scriptura asserit. cum ergo liberi sint, & agentes ab intentione, facile est sibi cessare a mouendo, & tunc stabit corpus celeste, quod Angelus quiescens prius mouebat: cum autem cessare a motu nullius potentie sit: non videtur miraculum quantum ad ipsum motorem, quod cesset motus cæli. Tamen, quod moueatur aliquod celum in maiori velocitate quam prius mouebatur, est manifestum miraculum, quia Angelus qui mouet, quamquam non sit virtus fatigabilis, tamen non potest mouere in maiori velocitate, & cum semper agat, iuxta vltimum de potentia, mouebit semper in equali velocitate celum. Et hoc modo Arist. & ceteri Philosophice loquentes ponunt vniformitatem, & regularitatem in motu celesti. si autem Angelus mouens aliquod celum, posset mouere in maiori velocitate, aliquando contingeret eum in maiori mouere velocitate, aut minori, quod nunquam contingit. ergo oportet poni, quod Angelus quilibet mouens celum non posset mouere maius celum illo in eodem gradu velocitatis, & quod illud celum non possit mouere in maiori gradu velocitatis. in minori autem nunquam mouet, quia nunquam fatigatur, & semper agit iuxta vltimum de potentia. Ergo si daremus hoc modo solui moueri valde velocius quam prius, ut corrigeretur peruersio ordinis naturæ: oportebat poni alium Angelum motorem illius cæli ad maiorem velocitatem, & hoc iam dicit miraculum, quod non dicebat cessatio a motu, quod non presupponit aliquam potestatem. Item datis omnibus his adhuc non posset corrigi hoc modo inordinatio derelicta ex motu aliorum stante Sole, quia cum moueretur Sol impetuosius, ut perueniret cito ad statum illum, quem habebat cum alijs cælis cum mouebatur, mouebit omnes inferiores cælos ad motum suum rapiendo eo modo, quo primum mobile rapit celum sibi coniunctum, & illud rapit alterum, & aliud consequenter vsque ad vltimum, & tunc non posset corrigi iste error, nisi vsque ad tantum tempus, in quo naturali motu cæli corrigi posset. Corrigeretur tamen si motu celo solis non raperentur inferiores orbis ad motum eius: ideo nihil prodesset ista velocitas motus, cum sic necesse esset moueri rapiendo inferiores, & non peruenire ad statum pristinum, nisi in tanto tempore, in quanto perueniretur naturaliter. ad hoc igitur nullum fieret miraculum. Plura alia induci possunt facilliter, que quilibet aduertere potest. non est ergo dandus talis motus ad correctionem peruersitatis ordinis naturæ: cum ipse motus multo plures peruersitates includat.

Maius miraculum est, quod Sol moueatur velocius, quam prius quæ quod Sol staret.

Angelus mouens celum non potest mouere id in maiori velocitate quam mouet nunc, & quare.

Determinatio auctoris circa præcedens quaesitum. Et si fuisset Luna mota dum stabat Sol, quæ inconuenientia sequerentur. Item cessante a motu Sole an posset moueri Luna. Quæst. XXIII.

SEd dicendum est, quod stante Sole omnes celestes orbis steterint, & tunc non sequebatur aliquod inconueniens de assignatis. solum enim esset cessatio

a motu, sed eadem habitudo maneret, que foret mansura, si Sol, & cetera corpora semper mouerentur, & consequenter non erit opus aliqua emendatione, aut correctione peruersitatis: cum peruersitas nulla sit. sequitur tamen necessario peruersitas, si stante sole cetera celestia corpora moueantur. Ad Lunam autem nulla peruersitas sequi poterat, quia manebat sicut Sol: ideo eadem habitudo esset inter vtrunque, si sic manerent sicut si ambo mouerentur. Si tamen daremus quod Luna moueretur stante sole, & concederemus in ea omnem motum, qui prius erat, cum Sol manserit quasi horis. 12. aut amplius. scilicet spatio diei vnus temporis illius: Luna posset moueri per diametrum cæli. nam Sol mouetur per diametrum cæli. i. per vnum hemispherium horis 12. Luna autem in 12. horis, & dimidia fere mouebitur per diametrum cæli, & sic cum Iosue loquente ista Sol esset apud orientem partis occidentalis, & Luna apud orientem in parte orientali: peruenisset Luna motu raptus in illis 12. horis aut quasi, quibus Sol mansit, a loco in quo erat vsque ad locum in quo tunc erat Sol, scilicet super orientem occidentalem, quia non erat perfectum diametrum cæli, sed quasi.

Ex quo sequitur magna peruersitas ordinis naturæ. scilicet quod in die quo Sol steterit erat lunatio. 13. dierum, vel aliquid amplius, quia nondum peruenerat ad perfectam oppositionem ad solem, aut esset quasi. 14. dierum, & post 12. horas cum iterum Sol moueri inciperet, esset Luna in conjunctione, & sic daretur aliqua lunatio, que solum esset dierum tredecim, aut quatuordecim, & cum nondum venisset ad plenilunium rediret ad conjunctionem, quod magnam inordinationem dicit in motu celorum.

Si autem dicamus, quod Luna non moueretur motu raptus, sed solum motu naturali solui, magis moueretur, quam alias moueri posset, si raperetur, & tunc cum moueretur in illis 12. horis, aut quasi quibus Sol non fuit motus, citius attingeret eam Sol motu raptus, quam alias attingere posset conueniendo cum ea, & sic foret ista lunatio paucorum dierum, quam alie. Item sequebatur magni aliud inconueniens si Luna moueretur Sole stante, quia ipsa non posset moueri motu raptus, cum motus raptus sit, quia primum mobile rapit omnes alios inferiores cælos motu suo, & sit iste raptus per contactum, sicut omnes actiones naturales. scilicet quod primum mobile tangit celum sibi immediatum. scilicet octauum celum, & illud tangit aliud coniunctum: ita consequenter vsque ad vltimum, & motus iste a primo mobili deriuatur tamen per media. Si ergo aliquod istorum celorum mediorum cessaret a motu, necesse erat omnes inferiores cessare a motu raptus, quia virtus primi mobilis non potest deriuari in illos, cum non sit contactus propter esse aliquod celum immobile in medio, & sic si Sol staret totaliter, dato, quod Deus non faceret stare celum Lunæ, non posset moueri ad motum raptus. scilicet ab oriente in occidentem. immo esset miraculum si Sol staret, & moueretur motu raptus Luna ab oriente in occidentem. Ideo necesse erat nisi Deus miracula miraculis super adderet, quod cum staret Sol, nisi Deus faceret stare Lunam, quod cessaret motus raptus eius ab oriente in occidentem manente motu suo naturali ab oriente versus orientem. Et sic Luna quæ appareret super orientem in parte orientali quæ ista locutus est Iosue, cum dixerit Sol contra Gabaon non mouearis. & Luna contra vallem Ahialon: motu suo retrograderetur per partem orientalem, & caderet sub oriente. & hoc erat mirabilis ceteris: atque coincideremus cum stultitia cuiusdam gentis Aegypti, que dicit se a maioribus suis accepisse, quod vbi nunc oriens est, olim fuit occasus, ut ait Solinus in polis. c. de Aegypto.

Stultitia Aegyptiorum de quo Solinus, & et Pomponius Mel-la, cap. de Aegypto.

pto. Hoc tamen sequi necesse erat, quia blato motu raptus, non auferetur motus naturalis. nam motus raptus est ab aliquo superiori. s. a primo mobili deriuatē virtutem suam per media. motus autem naturalis cuiuslibet celi planetici est ab Angelo, qui est coniunctus illi orbi, & hoc non requirit virtutem deriuatam a ceteris.

Stante Sole impossibile erat aliquod de tribus celis inferioribus moueri motu raptus. Et quod stante Sole poterant moueri celi superiores motu raptus tamen sequeretur mutatio qualitatum temporis in frigore, & calore, que causatur ex diuersis aspectibus Planetarum ad Solem.
Quæ. XXV.

ITEM sequeretur inconueniens si stante Sole mouerentur alii celi. Nam celi qui erant sub Sole non poterant moueri motu raptus, ut probatum est de Luna, quia virtus primi mobilis rapientis eos, non poterat continuari per medium: cum mediū esset immobile. solum ergo maneret in eis motus naturalis, qui non cessaret propter motu raptus, & tunc retrocederent planetę istorum celorum cum magna velocitate ad partem orientalem, quia non impediretur propter motum raptus, & petransirent valde plus de spatio motu naturali in 12. horis quam alias pertrāsuri erant. Sed in istis non appareret inconueniens ad oculum, cum propter fulgorem Solis non appareret retrogradatio istorum ad partem orientalem, sed posset deprehendi ista ordinatio per motum veneris sequentibus diebus. nam si esset venus in parte anteriori epicycli sui, ita ut esset lucifer etiam si multum distaret, tantum retrocederet motu naturali non impedita versus medium epicycli, ut sequenti die, vel esset circa Solē, uel iam a radijs eius obumbrata, ita ut non esset lucifer neque hesperus, cum in die sequenti, aut valde citius, quam soleret, veniret ad stationem medii epicycli, ita ut non videretur. In quacunq; ergo parte epicycli esset venus, necesse erat mutari legē apparitionis eius in habitudine ad Solem, & cognosceretur manifeste illa deordinatio. In planetis tunc qui erant supra Solem, non poterat assignari iste modus peruersitatis, quia nō cessaret motus raptus in eis, quamquam Sol cessaret ab omni motu cum ipsi sint superiores Sole, & non deriuetur virtus aliqua motus in illos per Solem. Sequeretur tamen aliud inconueniens, scilicet mutatio qualitatum temporis in frigore, & calore, & ceteris, quia ista causantur secundum diuersos aspectus, coniunctiones, & oppositiones planetarum aliorum ad Solem, & quia mouerent Mars, Iupiter, & Saturnus stante Sole quasi per diametrum celi integrum, cum fuerit statio Solis quasi horarum 12. necessarium est, ut valde diuersum aspectum haberent ad eam, quam ante habebant, & consequenter qualitas temporum mutaretur. nec quidem per unum, aut duos dies, sicut in oppositionibus, aut quadraturis Lune, vel coniunctionibus euenire solet. quia ista habitudo cito acquiritur, & deperditur propter velocem motum Lune naturalem, & circulum paruum, & tardum motum raptus, sed duraret per multos dies, quia Mars, Iupiter, & Saturnus velocem motum raptus habent aliquantulum magis, quam Sol: ergo transiret satis de tempore, quousque Sol rediret ad primam dispositionem, & sic mutatio temporis esset magna, quod identidem erat contra naturam temporis, quod tunc erat.

Sole stante poterant superiores celi moueri motu raptus, mutaretur tamen tempus a priore qualitate, id est frigore, & calore, & distaret vnus dies ab alio sequenti in qualitate quæ tunc dies medij Iunij distat a diebus medij Decemb. Quæ. XXVI.

ITEM erat magnum inconueniens, quia mutaretur adhuc valde tempus ex alijs causis. Sol enim sicut in diuersis signis est, ita causat distemperatiorē calorem, aut humiditatem, vel frigora magis abundantia, quia signa omnia diuersarum complexionum sunt, & Sol sub eis existens suscipit diuersitatem virtutis influxiuæ. Si tamen Sole stante moti fuissent alii celi, et celum stellarum fuisset motu suo naturali motu, & motu raptus: tempus tamen stationis Solis fuit 12. horarum, aut parum plus: cum in 24. horis pertranseat illud celum stellatum a puncto in punctum motu raptus: necesse esset, quod discurreret per celi diametrum integrum hoc est per quantitatem vnus hemispherii, quæ est quantitatis sex signorum, & tunc si stante Sole non desineret moueri octauum celum, in quo est Zodiacus, & Sol esset nunc sub vno signo, transisset Sol signa sex, quæ sunt medietas Zodiaci, & ceteri Sol in septimo signo distanti inde, utpote tempus in quo factum est hoc, sicut doctores continuant, & aliquantulum colligi potest ex supra enarratis in hoc libro: esset principium Iunij, vel circa medietatē, ut magis infra declarabitur, & tunc Sol est in fine geminorū, vel in principio cancri cum sunt dies maiores anni. In terra tamen Chanaan non sunt magni dies, quia est multum meridiana, sed peruenire non possunt ad 13. horas, & dimidiam, vel quasi 14. & cum hic non steterit Sol vna die artificiali, quia Eccl. 46. dicitur, quod sub Iosue facta est vna dies, quasi duo, esset statio Solis 12. horarum, aut parum plus, & in hoc spatio moueretur signa sex Zodiaci. s. medietas, quia in 24. horis totus Zodiacus motu raptus transit. Ideo cum staret Sol sub fine geminorū, vel principio cancri, transiret sex signa. s. totus Cácer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, & veniret principium Capricorni. Et tunc si dicas, quod Sol sit sub principio Capricorni, cum Capricornus sit valde differentis complexionis a Cancro, sequetur, quod non maneret eadem complexio temporis tunc, cum Sol cepit stare, & sequenti die, sed sicut cum Sol est in principio Capricorni. s. in medio Decēbris, sunt magna frigora, & turbatio temporis: ita cum sequenti die dicas fore Solem sub Capricorno, ex necessitate motus Zodiaci distabit tantum vnus dies ab alio sequenti in qualitate, quantum dies medij Iunij, cum torrida estas omnia siccant, distat a diebus medij Decēbris, cum frigida hyems omnia indurat. Item si hoc fatearis, sequeretur, quod cum dies in principio Capricorni sunt minimi totius anni, quod fuissent maximi dies anni ante Solis stationem, & sequerentur minimi dies nō transeundo per medium: hæc enim sequentur si decursis sex signis a Cancro, vsque ad Capricornum distabat Sol, diceres eū fuisse immediate sub Capricorno: ista tamen erant maxima inconuenientia in peruersitate natura, & toti vulgo manifesta.

Stante Sole 12. horis poterant moueri celi superiores, & per consequens celum stellatum in quo est Zodiacus, sequeretur tamen quoddam non esset Sol sub aliquo signo, seu sub Zodiaco, immo distaret a parte directe appositā, plusquam quadraginta gradibus, Quæ. XXVII.

SE CUNDUM veritatem sequeretur aliud inconueniens, s. quod posito isto casu superiori, ita quod dū Sol staret qui ante mouebatur sub Cancro, transirent sex signa

signa vsque ad principium Capricorni, non esset Sol sub aliquo signo, & consequenter nec sub zodiaco, sed valde declinaret a toto zodiaco, sed potius distaret a parte directe opposita zodiaci plusquam 40. gradibus. prima pars patet, quia quando Sol est in principio cancri est in tropico septentrionali, & maxima declinatione ab æquinoctiali: tunc ergo si moueatur zodiacus, & non moueatur Sol, nō manebit Sol sub aliquo signo zodiaci: non enim manet sub cancro, donec finita circulatione iterum redeat. Sub alijs autem esse non potest, quia nullum signum tantum declinat ab æquinoctiali, ut Sol existens sub tropico cancri, si maneat, possit illo transeunte sub illo esse. Nullum enim signum transit tangens tropicum septentrionalem, nisi caput cancri. Ideo si Sol esset sub tropico cancri, & nō moueretur aliquo motu, etiam si in æternum ibi maneret, nunquam posset transire super illud aliquod signum, nisi extremitas capitis cancri: ergo cum per motum recesserit inde caput cancri non manebit Sol sub aliquo signo, donec iterum redeat caput cancri. Sic ergo necesse foret in Sole, si esset medietas Iunij, quando fuit ista statio, & eo stante moueretur zodiacus, nam immediate, ut inciperet stare, inciperet non esse sub aliquo signo, & in illis duodecim horis, aut parum plus, transiret sex signa, ita quod caput Capricorni esset in directo ad Solem, scilicet super orizontem ad occidentem, sicut Sol erat, sed non esset Sol sub capricorno, nec sub aliquo alio signo, quod patet, quia Sol erat tunc in maxima declinatione ad partē septentrionalem, cum paulo ante fuisset sub capite cancri: cetera autem signa non tantum declinant versus septentrionem: ideo sub nullo eorum esse posset. Pars secunda patet, scilicet, quod pars zodiaci directe sibi opposita per latitudinem distaret ab eo plusquam quadraginta gradibus, quia tunc cum ex hypothesi Sol esset in declinatione maxima, scilicet ubi tangit caput cancri tropicum, distat ab æquinoctiali gradibus 23. & quibusdam minutis, qui nō perueniunt ad vnum gradum integrum, sed est quasi vnus gradus. tãta autem declinatio est ab æquinoctiali ad caput capricorni ubi tangit tropicum, & sic coniuncta ista declinatio, faciet gradus, quasi 48. scilicet plusquam 47. tanta enim est declinatio a tropico ad tropicum, sed Sol erat tunc in eleuatione tropici cancri, quamquam nō esset sub tropico cancri, & super orizontem in parte occidentali, ubi erat Sol, erat quoque caput capricorni. ergo latitudo media esset graduum 47. & amplius quasi 48. sed non erat illa pars magis coniuncta Soli in zodiaco directe opposita, sed magis extremitas interior zodiaci opposita capiti cancri, & quia latitudo zodiaci est graduum sex, subtrahantur gradus isti a distantia, manebit distantia Solis a parte magis coniuncta directe opposita gradibus quadraginta vno, & amplius, & sic erit Sol extra zodiacum: si tamen mansisset Sol horis 24. redisset totus zodiacus de puncto ad punctum transcurrentibus signis duodecim, & sic rediret illud signum in quo Sol ante erat, scilicet, ut esset in cancro sicut prius.

Dato autem hoc cum Sol per horas 12. motus nō fuerit, & manserit extra zodiacum, totum tempus illud non esset de complexionē præcedentis temporis, quia Sol habet diuersam virtutem influendi, secundum quod est in diuersis signis, & quia tunc non esset sub aliquo signo, non haberet aliquem modū influendi, sicut alias solebat habere. Et hoc dato, scilicet, quod a principio cum inciperet stare Sol, staret super orizontem in parte occidentali principium cancri, & fluxisset sex signa, vsque ad principium capricorni, & moueret Sol super orizontem cum principio capricorni, & inciperet tunc moueri, tã motu naturali, quam

raptus, non posset intrare sub signis zodiaci, vsque ad tres menses completos, & tunc intraret in ariete, quod patet, quia quando Sol in circulo suo moueretur motu naturali, non potest magis eleuari declinando, quã ut accedat ad tropicum cancri, & tunc incipit conuerti versus æquinoctialem redeundo, & in tribus mensibus redit a capite cancri ad æquinoctialem. sunt enim tria signa, quæ Sol in tribus mensibus perambulat, & tamen hoc dato Sol quãdo stetit, fuisset in capite cancri, & dum ipse mansit, scilicet in duodecim horis peruenit ad æqualitatem eius principium capricorni rursus Sol incæperit moueri, & principium capricorni secundum motum raptus, mouebuntur ista duo æqualiter præter id quod quodotidie Sol retrocedit, & quia in tribus mensibus Sol retrocedit vnã quartam celi, motu proprio, perueniet ab altitudine illa in qua erat, ad æquinoctialem in tribus mensibus, & tunc introibit in principium arietis, ante hoc non poterat introire sub zodiacum, quia cum Sol quando cœperit moueri, postquam steterit, retrogradando motu naturali, in vno mense retrogradatur spatio signi vnus, scilicet tantum quantum est capricornus, tamen non potest introire in capricornum, quia Sol est ex parte aquilonati. capricornus vero ex parte meridiana in 2. mense pertranstibit spatium alterius signi, tantum quantum continet aquarius, sed non intrabit in illud, quia est a parte declinationis meridiana.

Item in tertio mense pertranstibit Sol retrogradando spacium alterius signi, s. tantum quantum cōtinet signum piscium, sed non intrabit in illud, quia est meridiana, & Sol adhuc declinat a septentrione, & nō dum peruenit ad equatorem diei, qui est medius inter septentrionalia, & meridiana, & sic toto hoc tempore non poterit introire Sol in aliquod signum, in principio autem quarti mēsis, iam incipiet intrare in arietem, & tanget æquinoctialem.

Statio Solis tempore Iosue fuit circa medietatem Iunij. Et quod si Sole stante per 12. horas moueretur zodiacus tempore Iosue, sequeretur, quod aliquis annus perferretur eius fuerit sex mensibus constans. Quæ. XXVIII.

IN his autem tribus mensibus non esset tempus de conditione estatis, autumni, aut hyemis, vel veris, quia Sol non mouebatur sub signis pertinentibus ad has temporum qualitates. nam zodiacus in quatuor quartas diuisus est, & iuxta hoc tempora anni quatuor sortiuntur qualitates, sed in his tribus mensibus non fuit sub aliqua quarta zodiaci: ergo non fuit aliqua de conditionibus quatuor temporum anni. Sequentur autem ex hoc multa inconuenientia. Primum est, quod aliquis annus perfectus fuerit sex mensibus constans. Quod patet, quia annus plenus est cum Sol motu naturali peruenit a puncto in punctum in Zodiaco. ergo cum Sol a capite cancri discurrrens iterum redierit in caput cancri, annus perfectus est, sed in his sex mensibus hoc fieret, quia ex hypothesi data dies quo Sol stetit orante Iosue, erat in capite cancri, & dum staret Sol transirent sex signa vsque ad principium capricorni. Et tunc cum Sol incipit moueri, moueretur tribus mensibus extra Zodiacum, & perueniet ad principium arietis in fine trium mensium, ut supra probatum est, & deinde moueretur per arietem, taurum, & geminos in caput cancri, & sic sex menses transiret solum a tempore, quo Sol rediit a capite cancri in illud. iste autem esset annus integer: nunquam tamen hoc visum est, nec fieri potuit.

Item isto modo arguendo diceremus alterum inconueniens sequi, scilicet, quod aliquis annus esset qui solum

Atque etiā
aliquis an-
nus elset
qui solum
haberēt a-
statem, &
ver.

solum haberet statem, & ver, vel vt magis proprie dicatur, solum haberet ver, & aliquid proportionale estati. nam postquam declinat Sol a tropico cancri quouique perueniat ad æquinoctialem, est estas mensibus tribus. in hoc tamen anno non esset proprie estas, quia non mouebatur Sol sub illis signis in quibus est estas, scilicet sub cancro, leone, & virgine, cum sub nullis signis moueretur, vt probatum est: in tribus autem sequentibus mensibus esset ver proprie dictum, quia secundum modum supra assignatum intraret Sol in arietem, taurum, & geminos in quibus est proprie ver. Alia tempora, scilicet autumnus, & hyems nō essent anno illo, secundum datum modum, & alia inconuenientia alterius modi. nam, quamquam Sol ex hypothesi data post tres menses contingeret æquinoctialem descendens ab altitudine tropici cancri, tamen non moueretur sub zodiaco immediate, quamquam tangens æquinoctialem transeat sub principio arietis, sed moueretur per deferentem circulum suum declinando ad meridiem, & non ascendendo ad septentrionem, & non poterit intrare in arietem, vel in aliquod alterum signum, quia repugnat sibi obliquitas circuli sui: immo sequitur, quod in æternum iam non posset Sol moueri sub zodiaco, vt patet consideranti habitudinē motus Solis in deferenti suo, & motus signorum zodiaci data hypothesi de motu zodiaci dum Sol stetit per 12. horas.

Si Sole stante 12. horis moueretur zodiaco non posset in æternum intrare Sol sub zodiaco. Et que signa zodiaci manebant super orizontem, & in quo signo moueretur Sol noctis tempore ad oculum potest cognosci.
Quæst. XXI.

ET ex hoc arguitur magis demonstratiue, quod non fuerit mutatum octauum cælum cum zodiaco dum stetit Sol, quia scilicet si stante Sole per 12. horas moueretur zodiaco, & postea mouerentur ambo cum omnibus corporibus cælestibus, non posset in æternum intrare sub zodiaco, vt moueretur sub eo: sed nunc mouetur Sol sub signis zodiaci, vt satis apparet ex doctrina omnium astronomorum. Et ad oculum patet quando per noctem in principio noctis cadente Sole sub orizonte consideramus signum, quod manet super orizontem, in quod Sol intraturus est, quia ex figura cognoscitur, & videtur an sit meridianum, an septentrionale, & per declinationem Solis in sequentibus diebus ad septentrionem, vel austrum, cognoscitur manifeste, quod motus suus est sub illo signo, quod erat super orizontem ad occasum, & hoc modo per totum zodiacum: ergo non mutatus fuit dum Sol manebat. Prima pars patet, quia si stante Sole per 12. horas moueretur zodiaco motu raptus, & quando Sol inciperet stare, fuisset in capite cancri: ex hypothesi mouerentur sex signa integra dum Sol staret, & perueniret ad principium capricorni ad equalitatem Solis in occasu. in illo autem non posset stare Sol, quia ex hypothesi Sol erat in maxima declinatione sui deferentis ab æquinoctiali, scilicet sub tropico cancri ad septentrionem. Caput vero capricorni est in maxima declinatione australi ad alterum tropicum. Item vsque ad tres menses moueretur Sol equaliter motu raptus cum zodiaco: ideo dum declinabat per vnam quartam sui deferentis vsque ad punctum æquinoctialis, transirent tria signa zodiaci, que faciunt quartam illius. scilicet capricornus, aquarius,

pisces. Et tunc deferens Solis, & zodiacus interfecarēt æquinoctialem in eodem puncto, & esset punctus deferentis Solis, quo interfecat æquinoctialem sub puncto principij arietis, & finis piscium, vbi zodiacus interfecat æquinoctialem. Cum autem Sol peruenisset ad locum illum, non intraret sub ariete, vt moueretur sub eo, sicut arguebatur supra ex intentione quorundam parum aduertentium ad habitudinem circulo-rum. Est enim impossibile, quia tunc Sol veniens per suum deferentē declinat ab altitudine cancri, ad maximam declinationem meridianam sui circuli, que est sub tropico capricorni. nam Sol non mouetur per zodiacum, sed per deferentem circulum sui orbis: quod autem sub zodiaco moueatur hoc est per accidēs, in quantum deferens Solis est sub zodiaco. Si tamen isti circuli a seipsis distincti sint, vt pote, quod vnus interfecet alium: erit impossibile, quod moueatur Sol sub zodiaco. quamquam ergo perueniat Sol ad contactū principij arietis, non intrabit, vt moueatur sub ariete, quia iste contactus est per intersectionem, sed magis declinabit Sol versus partem meridianā ad infimam partem sui deferentis: si tamen sub ariete moueri deberet, & consequenter sub alijs signis, necesse erat, vt cum Sol descendisset a maxima declinatione sui deferentis, scilicet a tropico cancri, & peruenisset ad æquinoctialem, quod non descendere ad aliam extremitatē deferentis in maxima declinatione meridianā, scilicet sub capite capricorni, sed conuerteret rursus ad ascendendum ad declinationem septentrionalem. Hoc autem est impossibile, quia iam defereret Sol suum deferentem, & moueretur per suum circulum, & istud erat deterius omnibus, quia in cæteris natura videbatur turbata: in hoc autem erat destructa, quia non haberet Sol in orbe suo aliquem circulum per quem moueretur. Necesse ergo erat, quod Sol cōtingens æquinoctialem, & caput arietis interfecando, nō moueretur sub illo, sed declinaret ad extremitatem meridianam deferentis sui, & tunc dum transiret Sol ab æquinoctiali, vsque ad maximam declinationem suam meridianā sub tropico capricorni, que est vna quarta eius, transiret alia quarta zodiaci, scilicet tria signa, aries, taurus, & gemini, & tunc haberet Sol declinationem maximam meridianam, & tamen non esset sub capricorno, nec sub aliquo signo, sed haberet directē oppositū caput cancri: distans a se per 41. gradibus, sicut probatum fuerat supra de distantia Solis a parte opposita capricorni, & tunc inciperet Sol redire per deferentē suum versus æquinoctialem per quantitatem vnus quartæ circuli sui, & interim transiret alia quarta zodiaci. scilicet tria signa, cancer, leo, & virgo, & interfecarunt iterum deferens Solis, & zodiacus ab æquinoctiali in principio librae, & tunc non intrabit Sol in libram, quia Sol ascendit tunc de parte meridianā sui deferentis, ad maximam declinationem septentrionalem: signa tunc, que simul currunt sunt australia. scilicet libra, scorpius, sagittarius, & hoc modo Sol perambulabit quolibet anno totum suum deferentem, & interfecabit bis zodiacum, & æquinoctialem in libra, & ariete in principijs suis, & tamen nunquam intrabit in zodiacum, sed est in æternum moueantur, nunquam cōueniēt, vt Sol moueatur sub zodiaco quia quoniam super eosdem axes, & polos sunt aliqui duo circuli, qui semper mouentur equaliter, impossibile est, quod conueniant in æternum, vt sit vnus totaliter sub altero, sed ad quamlibet perfectam perambulationem necesse est esse duas intersectiones, & ita de Sole, & zodiaco fieret, nisi quantum ad hoc corrigendū motus octauū cæli in quo est zodiacus adiuuerit, sed hoc nihil est, quia in triginta sex millibus annorum consummatur, vnde est quasi non motus.

Obiectio

Obiectio contra prædicta. Arguendo quod non sunt motus zodiaci & circuli deferentis solem æquales. Eiusdem solutio. Præterea quia inconuenientia sequerentur in eclipsibus solaribus ut ac lunaribus si sole stante mouerentur alij cæli, & quibus temporibus fierent eclipses. Quæst. XXI.

Nec valet si aliquis arguat, quod non sunt motus zodiaci & circuli deferentis solem æquales, quia quamquam quantum ad motum raptus aliquo modo possemus eos comparare in æqualitate, tamen in motu naturali nequaquam, quia in 36. millibus annorum octauum cælum complet cursum suum motu naturali, sol autem complet anno vno.

Respondendum est, quod si sol & cælum octauum haberent motum raptus penitus æqualem, & motum naturalem, non sequerentur ista quæ dicta sunt, sed alia inconuenientia alterius modi. nam existente hypothesi, quod dum sterit sol transferunt signa. 6. scilicet vsque ad principium capricorni, & ipse quando cepit stare erat in capite capricorni, semper esset sol in directo capitis capricorni in æternum, & non sub illo. quod patet, quia non poterat præcedere sol caput capricorni procedendo ab oriente versus occidentem, quia ex hypothesi æquales sunt motus raptus in illis. Non potest etiam magis retrocedere ab occidente versus orientem sol quam caput capricorni, quia iste processus est secundum motum naturalem, & tamen ex hypothesi motus naturales istorum sunt æquales. ergo impossibile erat, quod sol præcederet, aut succederet ad caput capricorni, sed ambo simul mouerentur in æternum, quia tamen concedimus esse inæqualitatem motus tam secundum motum raptus, quam secundum motum naturalem, retrocederet in vno anno sol per quantitatem omnium signorum zodiaci complendo suum deferentem: tamen non introibit sub zodiaco, & sic erit sibi motus, ita quod nunquam conueniāt vt vnus sub alio sit: sed solum fient duæ intersectiones in quolibet anno, & sic non esset nunc sol sub zodiaco. falsum tamen est, vt probatum fuit, quia semper mouetur nunc sub zodiaco, vt apparet ad oculum per signa quæ manent sub orizonte, occubente sole.

Item dato hoc sequeretur perturbatio in eclipsibus lunaribus, & solaribus. nam cum reperimus lunam in tempore perfectæ oppositionis ad solem, quod steterit in capite, vel cauda draconis, iudicamus eclipsim futuram, & ad experientiam sic prædicimus ante quam fiat, & postea opere comprobatur: quo nullum est fortius argumentum in tota natura rerum, & tamen dato quod sole stante per horas. 12. vel quasi motus fuisset zodiacus, non fieret eclipsis lunæ stante luna in capite, vel cauda draconis, dato quod esset perfectæ oppositio. Causa huius est, quia eclipsis lunæ fit, quia ipsa necessario eclipsatur, nisi cum a sole illuminatur, semper autem illuminatur, nisi cum subintrat ipsa terræ vmbra: nunquam autem subintrat illam, nisi cum peruenit ad omnimodam oppositionem, scilicet, quod non magis declinet vnus eorum ad austrum quam alius, vel ad septentrionem, cum vero vnus est in declinatione australi, & aliud in aequilonari, vel ambo in eadem, tamen secundum magis & minus, nunquam luna potest subintrare vmbra terræ, quia vmbra terræ dirigitur ad illam partem, cui directē sol oppositus est, sed sol est semper sub ecliptica, ergo nunquam potest dirigere vmbra terræ, nisi versus eclipticam, ergo luna nunquam erit opposita soli ad hoc, quod subintrat vmbra terræ, nisi cum fuerit in ecliptica: sed luna semper declinat ab ecliptica per duos ventres draconum, nisi cum peruenit ad caput & caudam que sunt intersectiones

Alph. Toit. super Iosue.

A eclipticæ: ergo nunquam luna eclipsatur nisi cum fuerit in capite vel cauda draconis. hæc autem omnia solum dependēt ex hoc, quod sol semper est sub ecliptica sub medio zodiaci. si autem ibi non esset cum nos inquirimus eclipsim, & inuenimus lunam in capite vel cauda draconis iudicantes eclipsim, non accideret eclipsis: semper tamen sic accidit: necesse est igitur quod sol sub ecliptica semper sit, si tamen concederemus quod fuerit motus zodiacus non mutato sole per duodecim horas, sequeretur quod non esset sol sub zodiaco, nec vnquam intraret sub illum, sed solum interfecaret bis in quolibet anno.

B *Secundum & tertium inconueniens. quod sequeretur in luna quoad eclipsim.* Quæst. XXI.

EX hoc sequeretur quod eclipses essent rarissimæ in luna, & forte quod in mille annis nō accideret vna eclipsis. nunc tamen frequenter accidunt. patet cōsequenter, quia eclipsis non fit nisi sol & luna sint in perfectæ oppositio, ita quod non habeat aliquis eorum maiorem declinationem ad aliquam partem mundi quam alius, sed ea que sunt extra zodiacum & ea que in zodiaco, nō habent declinationem æqualem siue perfectam oppositionem: ergo si sol fuerit extra zodiacum & luna in zodiaco, erit impossibilis eclipsis: sicut cum dicamus nunc semper solem & lunam esse sub zodiaco, & tamen nunquam est eclipsis, nisi sit luna sub linea media zodiaci que vocatur ecliptica, a fortiori si vnus eorum in zodiaco sit, alius vero extra zodiacum nunquam erit eclipsis. sed ex suppositione data, vt supra inductum est, sequeretur quod semper esset sol extra zodiacum nisi in duabus intersectionibus quolibet anno. ergo impossibile esset quod fieret eclipsis nisi cum sol est in illis intersectionibus: in eis autem non manet sol aliquanto tempore, cum nō moueatur directē sub zodiaco aliquantulum his datis. ergo solum erit per quendam quasi indiuisibilem contactum, sed nunc existente sole sub ecliptica, & nunquam inde exeunte, non fiunt multoties lunares eclipses: quāto magis si solum sol esset in zodiaco quolibet anno bis interfecando: esset enim satis accidentale & mirabile fieri vnquam eclipsim.

D Item sequeretur aliud, quod est manifeste falsum, scilicet quod nunquam posset fieri eclipsis lunaris nisi in æquinoctio in medio Martij & Septembris quod falsum est, quia alijs temporibus frequenter accidunt. Patet consequentia, quia nunquam sol & luna faciunt eclipsim nisi cum sunt in plena oppositio, sed impossibile est esse eorum perfectam oppositionem altero existente in zodiaco, & altero extra zodiacum: ergo nunquam tunc erit eclipsis. sed ex superioribus inductum est quod sol semper esset extra zodiacum, nisi cum bis in anno interfecaret illum & æquinoctialem, scilicet in capite arietis descendendo ad maximam declinationem australem sui deferentis, & in principio librae in ascensu eius ad maximam declinationem septentrionalem. ergo in his duobus temporibus fieri poterit, sed primus contactus horum est in medio Martij fere, secundus est in medio Septembris fere, igitur solum possibile esset esse eclipsim, sed falsum est. ergo non moueretur sol extra zodiacum, & consequenter non fuit mutatus zodiacus per duodecim horas stante sole contra Gabao.

Aa Probat.

Luna nunquam eclipsatur, nisi cum est in capite vel cauda draconis, & quo modo causet eclipses lune.

Probat, quod eadem inconuenientia in Sole sequeretur. Quest. XXXII.

ITEM de eclipsibus solaribus eadem inconuenientia sequeretur, nunquam enim fit eclipsis solaris, nisi in coniunctione Lunæ, cū ipsa est coniuncta soli directe posita sub eo, vt nos ad oculum experimur in ipsis eclipsibus videntes quomodo Luna abscondit quandam partem solis, & pars quæ abscondita est lucere nequit, nec apparere, alia vero apparet. alioquin in qualibet lunatione in cōiunctione esset eclipsis solis, ergo nunquam cōtingit etiam solis eclipsis nisi stante Luna in capite, vel cauda draconis, & Sol in eadem, Sole autem existente extra Zodiacum, & Luna in Zodiaco, non potest esse directe opposita Luna sub Sole, ergo impossibile est solarē fieri eclipsim, nunquam tamen esset Sol sub Zodiaco, nisi bis in anno, non manendo, aut directe gradiendo, sed interfecando, ergo impossibile erit solarē fieri eclipsim, nisi cum coniunctio fieret in illis duabus intersectionibus, fieri autem ibi rarissima esset, cum Sol solum per vnicum contactum sit in qualibet harum intersectionum, ergo non essent solares eclipses frequentes, vt sunt.

Item non possent fieri, nisi in medio Martij, & Septembris in equinoctijs, quia nunquam alias Sol esset in Zodiaco, nisi tunc. Et coniunctio perfecta ad hoc, quod esset Luna directe sub Sole, esse non poterat, nisi cum ambo essent in Zodiaco in eadem parte. sed hoc falsum est, quia alijs temporibus contingit fieri eclipsim Solarem, nec magis his temporibus quàm alijs sit.

Item sequeretur ex hoc aliquod maximum inconueniens, scilicet, quod raro in fine lunationis in coniunctione pro noua lunatione obscuraretur Luna. siue absconderetur. Nunc tamen semper absconditur in qualibet lunatione, quod patet, quia causa occultationis Lunæ in qualibet lunatione est, quod lumen magnum solis obscurat abscondendo sub radijs solis omnes Stellas propinquas. Cum autem Luna venit ad equalitatem solis, quia ambo sunt sub Zodiaco, dato quod non supponatur directe vnus alteri, tamen propter paruam latitudinem Zodiaci, & stationem solis in medio, scilicet sub ecliptica ad quamcunq; partem Luna declinet in ipso Zodiaco, nō potest multum distare a Sole, non enim erit inclinatio sex graduum, & hoc quidem quantum ad latitudinem. In his vero radijs solis abscondunt sidera sibi coniuncta, & non solum quantum ad latitudinem, sed etiam quantum ad præcessionem, & subsecutionem, nam non potest Luna apparere immediate, vt Sol incœperit eam præcedere, sed aliquandiu manet sub radijs solis occultata, & ob hoc non apparet in prima die, in qua celebratur coniunctio: cum tamē aliquantulum effugerit radios solis, incipit apparere: non potest autem Sol abscondere sub radijs Stellas distantes gradibus quindecim. Ideo si aliqua Stella distet a Sole quindecim gradibus subsecundo Solem, & cadat Sol sub horizontem, incipiet apparere Stella illa, quia iam effugit radios solis, ergo quando fuerit Luna a Sole in distantia per quindecim gradus, vel vltra, non poterit eam abscondere sub radijs.

Hoc dato si Sol moueretur extra Zodiacum semper, præter quam in duabus coniunctionibus quolibet anno, sicut sequitur si stante Sole mutatus fuerit Zodiacus, vt supra patet, rarissime erit in noua lunatione obscuratio Lunæ sub radijs solis. Fit enim vna lunatio cum Luna complet circulum suum. Si autem cōpleret in cancro, & conueniret ibi cum Sole in capite cancri, tunc staret Sol in extremitate maxime declina-

tionis Meridianæ sub tropico capricorni, quamquam non esset sub capricorno, nec sub aliquo signo, vt supra probatum est. Et tunc distantia solis a Luna existente in capite cancri secundum antecessionem, vel subsecutionem nulla foret. sed fm latitudinem distarent plusquam 40. gradibus. nam a tropico cancri ad tropicum capricorni est quasi declinatio graduum 48. ergo existente Sole sub tropico illo, & Luna in capite cancri, siue esset in ipso tropico, s. sub ecliptica, siue in extremitate exteriori, siue interiori, distantia esset plusquam graduum 40. sed ad tantam distantiam non posset Sol sub radijs abscondere Lunam, & sic in lunatione ibi inchoata non obscuraretur, vel absconderetur Luna. Idem fieret in lunationibus omnibus factis in cancro toto, & e cōuerso si esset Sol in maxima declinatione australi, in extremitate deferētis, sub tropico cancri, quamquam non sub cancro, nec sub aliquo alio signo, & Luna cōueniret ita vt essent simul: necesse erat, vt ipsa esset in capite capricorni, & tūc eodem modo non posset obscurari in noua lunatione, quia tanta est distantia hic eorum, sicut in casu præcedenti, cum solum sit permutatio. Ex hoc apparet, qd in lunationibus nouis, nunquam abscondi posset Luna, si Sol esset in tanta distantia in quanta est cancer, vel gemini, aut leo, & capricornus, sagittarius, & aquari: & fere de omnibus signis, nisi cum Sol declinās a Meridie in Septentrionem, vel a Septētrione in austrum esset iuxta intersectiones, & Luna ibi, ita vt esset parua distantia eorum. in oībus vero alijs nunquam fieret absconditio Lunæ sub radijs solis, quia distantia magna erat, vt patet in tunc, & sic in toto anno nūquam obscuraret Luna sub radijs, nisi in duabus lunationibus, vel tribus, quæ fierent in Martio, & Septembri circa equinoctia, quia tunc Sol & Luna appropinquarent ad intersectiones, & contingeret aliquis annus, in quo nunquam in noua lunatione Luna absconderetur sub radijs, vt si contingeret noua lunatio aliquantulum distās ab equinoctio, sed hoc est falsissimum ad experientiam: ergo non mouetur Sol extra Zodiacum.

Item sequeretur, quod Sol faceret maximum draconem in motu suo, magis quam alij planetæ: Luna enim & ceteri planetæ præter Solem faciunt draconem in motu suo, quia declināt ad extremitatem Zodiaci secundum latitudinem eius, & faciunt caput, & caudam draconis huius in locis, vbi interfecant eclipticam lineam, sub qua mouetur semper Sol. Si autē Sol moueretur hoc modo, vt probatum est, extra Zodiacum, & cum interfecaret Zodiacum bis quolibet anno, faceret ventrem draconis toto tēpore quo moueretur extra. Cum vero interfecaret, faceret in vna intersectionum caput draconis, in alia vero caudam eius. Dracones autem reliquorum planetarum ad cōparationem huius draconis nulli essent, cum illi sint intra Zodiaci latitudinem, multa quoque alia inconuenientia ex hoc sequeretur.

Omnia inconuenientia assignata sequuntur si stante Sole duodecim horis, vel quindecim, vel quocunq; mouerentur alij cæli, nisi forte staret 24. horis, vel quadraginta octo, quia tunc nullum inconueniens sequeretur, & quare. Quest. XXXIII.

SI tamen stante Sole ceteri cæli steterint, non sequitur aliquod horum inconuenientium. Ergo non moti sunt dum Sol stabat. & nō solum sequuntur ista inconuenientia, dato quod Sol steterit duodecim horis, & interim ceteri cæli moti fuerint, sed etiam si Sol steterit quinque, vel sex horis, vel decem, & quocunq; dum tamen non steterit viginquatuor: nā si steterit viginquatuor horis, & interim mouerentur alij cæli, fieret perfecta circu-

Oēs planetæ habent dracones.

Sol nō potest abscondere sub radijs suis Stellas distantes gradibus quindecim.

circulatio aliorum cælorum superioriū motu raptus, & rediret idem signum, quod steterat cum sole cum cœpit stare, ad illum cum cœpit moueri. Si autem fuerit maius tempus quàm 24. horarum: esset vltra vnam circulationem perfectam, & maneret inconueniens quodcunq; ante inducebatur. Si autem fuerit minus tempus quàm 24. non erit vna perfecta circulatio. Ideo semper manebit inconueniens, vt si dicamus, qd mansisset sol horis 20. & mouerentur ceteri cæli transiret zodiacus quasi totus. s. signa decem: quia in 24. horis est perfecta circulatio, & tunc si sol esset in principio cancri cum cœpit stare, rediret principium tauri ad equalitatem solis, & non posset esse sol sub tauro, quia cum sol fuisset sub capite cancri qñ cœpit stare, & ista sit maxima declinatio meridianæ, non poterat redire caput tauri, vt esset ad equalitatem solis, & esset sol sub illo, cum non tantum declineret taurus, sicut cancer, & cum postea inciperet sol moueri, mouerentur simul motu raptus Sol & taurus, licet non esset sub tauro, & retrogradiendo descenderet per deferentem suum ad declinationem maximam, quam habebat sub tropico cancri versus extremam partem deferentis meridianam, vt interfecaret æquinoctialem & zodiacum, non in principio arietis vt prius, quia sinebatur ibi duæ quartæ simul, scilicet vna quarta deferentis, & alia quarta zodiaci, & quæ simul incipiebant, simul terminabatur, scilicet simul incipiebat sol in maxima altitudine sua sub tropico cancri, in suo deferente, & caput capricorni. Ideo dū transiret tria signa vsque ad arietem, transiret sol vnam quartam sui deferentis, & veniret intersectio in capite arietis: si tamen principium tauri esset cum sole, quando sol inciperet moueri retrogradiendo, & moueretur per vnam quartam sui deferentis, transiret alia quarta zodiaci, scilicet tria signa, taurus, gemini, & cancer, non tamen fieret intersectio in fine cancri, quia quarta deferentis terminatur in intersectione æquinoctialis, cum ibi sit medium latitudinis meridianæ & Septentrionalis: in fine tamen cancri non est contactus æquinoctialis. Ideo ante hoc sol interfecaret zodiacum, scilicet in signo geminorum in principio, & compleret quartam suam cum moueretur tria signa prædicta, & tunc ista intersectio deferentis solis, & zodiaci non fieret super lineam æquinoctialem, & postea declinaret per aliam secundam quartam sui deferentis sol, vsque ad maximam declinationem meridianam, & interim transiret aliqua quarta zodiaci, scilicet leo, virgo, & libra, tunc sol rediret versus æquinoctialem declinando versus Septentrionem, & pertransiret quartam vnam, quæ est vsque ad æquinoctialem, & interim transiret signa tria, scilicet scorpionus, sagittarius, & capricornus, ante tamen quàm transiret istam quartam interfecaret zodiacum, nō in fine istorū trium signorum, sed in sagittario, cum ista intersectio non posset fieri super æquinoctialem vbi consummatur quarta, sed in medio, scilicet cum sol ascendens versus æquinoctialem obuiaret principio sagittarij. Postea vero ab æquinoctiali declinaret per vltimam quartam sui deferentis vsque ad tropicum cancri, & cum pertransiret istam quartam transiret vna quarta zodiaci, quæ erat vltima, scilicet aquarius, pisces, & aries, vsque ad principium tauri, & hoc modo in æternum moueretur sol, & nunquam sub zodiaco, sed solum interfecando bis in anno zodiacum in principio geminorum, & sagittarij. Ita de omnibus alijs modis, siue per duas, siue per tres horas, siue 15. aut quomodocūq; sol steterit motis alijs cælis sequerentur ista inconuenientia. sola autē diuersitas est in intersectionibus, sed in alijs similis modus arguendi est. Hæc autem omnia nullo modo Alph. Toit. super Iosue.

enitare possemus, si dicamus quod sole stante moti sunt alij cæli, octauum cælum, & alij superiores: ergo dicendum est, quod sole stante ceteri quoque steterint.

An possit dici quod stante sole alij cæli moti sunt: & postea fecit Deus stare alios cælos & moueri solem, vt rediret status prior: & que inconuenientia sequantur. Quest. XXXIII.

NI SI quis dicat quod alij cæli moti sūt stante sole, & tamen postea fecit Deus stare alios cælos, vt sol motu suo equaret ad motum eorum consequendo eos in statu, in quo fuerat quādo cœpit stare. Sed hoc non dicitur conuenienter: quia tunc fieret duo miracula, scilicet Deus faceret stare solem, & postea ipso moto faceret stare omnes alios cælos, vt sol equaretur cum eis: frustra autem erat poni duo miracula cum vnum sufficiat, scilicet quod sole stante cetera quoque corpora cælestia steterunt. Deus tamen nihil vnquam frustra efficit. Item oportebat adhuc poni aliud miraculum, scilicet, quod daretur quidam motor nouus celo solis, nam dum cælum solis stetit, moti essent alij cæli motu raptus, & quantum ad habitudinem quam habebat sol cum alijs per motū raptus debebat restaurari: quod non poterat per motum naturalem, quia istuduo motus multum differunt, cum sint penitus contrarij ad terminos contrarios: ergo necesse erat moueri motu raptus. Fit autem motus raptus in omnibus corporibus cælestibus per cōtactum primi mobilis trahentis cælum sibi immediatum motu suo, & illud trahit alterum: & sic cōtinne vsque ad vltimū, quod totum sit deriuata virtute primi mobilis in omnes illos per continuitatem & contactum. Si autem ponatur quod omnes alij cæli stent, postea dum sol mouetur ad hoc, quod reducat ad statum quē habebat cum eis, non poterit moueri sol motu raptus ad motum primi mobilis, cum dicamus illud cum ceteris stare: & dato qd moueatur cum cæli medij non moueantur, non poterit deriuari vis impetus illius in cælum solis ad hoc quod moueatur: sed oportebit poni aliquem nouum motorem ipsi celo solis, quia ille angelus qui primo mouebat illud, solum mouebat motu naturali, nunc quoque eodem motu mouebit. nā motus naturalis semper est necessarius soli ad influentiam, quia non frustra illi datus est. Idem autem angelus non potest mouere motu naturali & motu raptus: quia isti motus sunt contrarij. Impossibile est autē qd aliqd agens simul principiet duos actus contrarios. Item dato qd cessaret mouere angelus ille motu naturali, & mouere vellet motu raptus, qui est motus raptus, non posset: quia quilibet angelus mouens aliquod cælum mouet illud fm vltimum suæ virtutis, & non posset mouere maius cælum: nec posset mouere illud quod mouet maiori velocitate, sed motus raptus velocior valde est motu naturali, cum per motum raptus cōpleat sol circulum in 24. horis, per motum autem naturalem nō compleat ante fluxum anni: ergo angelus mouens cælum solis motu naturali non posset mouere illud motu raptus, sed necesse erat dari alium nouum motorem.

Quare sol non posset moueri motu raptus & naturali etiam datis pluribus motoribus, nisi mouerentur alij cæli superiores, & ipsum primum mobile. Quest. XXXV.

ITEM adhuc quamquam darentur duo motores celo solis vel mille, non posset moueri motu raptus & naturali, nisi mouerentur alij cæli superiores, Aa 2 &

Idē angelus nō poterit mouere cælum motu naturali & motu raptus.

& ipsum primum mobile, nam vnum corpus solum impossibile est moueri duobus motibus contrarijs simul, sed cum sunt duo mota contrarijs motibus, & vnum alteri applicatur, potest vnum illorum moueri duobus motibus, sicut musca cum mouetur per rotam potest moueri duobus motibus, vel homo cum mouetur in naui, sed homo solus sine naui non potest duobus moribus mutari, nec nauis. Item musca si non sit in rota vnico motu mouebitur, in rota tamē duobus motibus agitatur. Vnde si non mouerentur alij celi, & duo motores vellent mouere celum solis contrarijs motibus, aut essent equales in virtute, aut in equales, si equales nullus eorum moueret, si autem in equales, potentior eorum moueret ad duas partes tamen illud moueri erat impossibile. Ideo si ceteri celi starent impossibile erat moueri celum solis motu raptus, quo dato non posset alijs equari qui per motu raptus illud exceperant, cum motus raptus, & naturalis sint ad contrarias partes. Si ergo Sole stante ceteri celi moti fuerant, & debebat eis equari Sol, ita vt eis quiescentibus moueretur celum solis, necesse erat, vt cessaret motus naturalis eius ab Occidente in orientē. Sed alius Angelus fortior eo qui mouebat, illud motu naturali moueret ab Oriente in Occidentē, & hoc solum viquequo equaretur alijs celi. Et tunc iste motus non erat motus naturalis, nec motus raptus, non naturalis, quia iste fit ab Occidente in Orientem, iste autem econtrario est, non est motus raptus, quia iste fit contra motum naturalem, sed non haberet tunc aliquem motum ex hypothesi, ergo non poterit dici motus raptus, sed erit quidam motus distinctus ab illis duobus, qui nunquam fuisset in celo illo, vel alio.

Conclusio auctoris.

Sole stante contra Gabao totus celestis ordo stetit, si militer retrocedere eodem tempore Ezechie.

Ista autē sunt multae varietates, & difficultates peruertendo ordinem naturae, & inutiliter, quarum nulla sequeretur ponendo, q̄ Sole stante cetera corpora celestia steterint. Ergo Sole stante contra Gabao. Dicendum est, q̄ totus celestis ordo steterit, & Sole incipiente moueri omnia corpora simul moueri ceperint, & non fuit necessaria, nec possibilis aliqua emendatio, cum non steterit aliqua peruersitas ordinis in eis. Et sic dicendum est tempore Ezechiae factum esse cum Sol decem gradibus retrocessit, quia cum illo quoq; cetera corpora celestia retrogressa sunt, vt non turbaretur ordo, de quo latissime declarabitur sup 4. Reg. 20. c. vel super Isa, 38. c. qui autem ad pauca aduertunt, existimant Sole stante cetera corpora mota fuisse praeter lunam de qua exprimitur, q̄ steterit, sed non statim & nescirent assignare ad quid Luna steterit, si cetera corpora celestia mota sunt.

An si Sol magno tempore stetisset, sequeretur aliqua diuersitas in statu rerum elementalium. Et an tota variatio rerum sit ex motu solis. Et quomodo sit generatio, & corruptio ex accessu, & recessu solis. Quae. XXXVI.

N VNC quoque quaerendum est, an ad stationem solis, & ceterorum corporum celestium sequeretur aliqua diuersitas in rebus elementatis, & elementis a statu priori.

Et respondendum est, quod stante Sole, & alijs astris, necesse erat aliam complexionem esse temporis, & habitudinem rerum quam fuisset primo. nam secundum Aristotelem secundo de generatione, & corruptione propter accessum solis, & recessum in circulo obliquo, idest in Zodiaco, causantur omnes generationes, & corruptiones in terra, idest secundum motum solis, & aliorum astrorum discurrendo per signa Zodiaci declinando ad latitudinem Meridianam, & Septentrionalem, causantur generationes, & corruptiones, nam sunt generationes, & corruptiones in ele-

mentis, & elementatis secundum contrarias qualitates, prout interdum inualefcunt, interdum vero deficiunt.

Cum inualefcunt producuntur res ad esse, & fit generatio atque conseruatio, cum vero deficiunt corrumpuntur. Ista tamen qualitates elementorum, & elementorum adiuuantur per motum solis, quia cum ad vnā partem orbis declinant dant in eo caliditate & frigiditas perit, ideo tunc ea quae per caliditatem consistunt generantur, vel permanent, quae vero per frigiditatem corrumpuntur. Cum autem Sol declinat ad aliam partem mundi, illa, qua ante calefecerat, ex absentia eius frigescit, & corrumpuntur quae genita erant, & alia quae per frigiditatem existunt, gignuntur, in ea autem parte mundi ad quam Sol tendit erat frigiditas, & genita erant quae frigore consistunt. Adueniente autem Sole gignuntur, quae caliditate permanent, & corrumpuntur quorum permanentia est in frigore.

Et hoc modo semper est generatio, & corruptio in elementis, & elementatis, & hoc per accessum, & recessum solis in circulo obliquo, idest in Zodiaco, scilicet, quia Sol habet latitudinem Meridianam, & Septentrionalem, & nunc declinat ad vnā partem mundi, postea vero ad aliam.

Si autem non haberet Sol istum accessum, & recessum in Zodiaco, sed semper moueretur per eandem lineam, vt pote per equinoctialem, non posset fieri generatio, & corruptio, quia terra quae semel frigida, in aeternum frigore premeretur, quae vero calida perpetuis ardoribus estuaret, quia Sol nunquam magis accedebat ad aliquam terram, aut recedebat ab ea. Nunc vero, quia propter latitudinem Zodiaci, & obliquitatem sui deferentis, atque polorum axis sui varietatem, a polo mundi, accedit, & recedit respectu cuiuslibet regionis, quae non est valde ad extremum mundi, generatio causatur, & corruptio. Et sicut motus solis accedendo, & recedendo, causat diuersitatem qualitatum in rebus, per latitudinem suam Meridianam, & aequilonarem, ita causat secundum longitudinem motus, scilicet transseundo, nam cum per diē Sol tranfit super totum nostrum horizontem in Hemisphero isto calefacit omnia, quae in eo sunt, & confortatur caliditas, vt agat contra frigiditatem. Cum vero cadit sub horizontem, & absentia eius frigiditas praualet ipsius terrae, & ipsa quae frigida sunt, agunt contra calida, & est sic continua actio, & reactio, generatio, & corruptio.

Si autem Sol semper staret super horizontem non motus causaret caliditate, & frigiditas omnino deperiret, vnde non esset actio, & reactio, generatio, & corruptio, sed praualente caliditate omnino consisteret ea quae caliditate consistunt, frigida autem deperiret, & nihil gigneretur, cum sit generatio, & corruptio per contrarietatem qualitatum. cum vero vnum extremum contrarietatis totaliter praualeret, non est actio, & reactio, sed consistit illud.

Stante Sole non fuit facta aliqua notabilis variatio in rebus, quia fuit paruum tempus. si tamen fuisset aliquanto tempore, necesse erat omnia animalia mori, & quare. Quae. XXXVII.

I D E O cum antequam Iosue loqueretur, moueretur semper Sol, & cetera celestia corpora, & post eius verba steterunt, necesse erat, vt mutaretur prior status rerum, nec esset tunc talis complexio temporis, qualis prius fuerat, vel post futura erat. non enim esset mutatio in actione qualitatum, sicut prius, sed quia durauit pauco tempore, scilicet 12. horis, aut parum

Frigiditas non ponit pedem in aliqua operatione animalis secundum Auicennam.

In terra in fra polum arcticum nulla est generatio etiam lapidum, de quo latius dixit in re petitione de optima politia.

parum plus vel minus, non apparuit aliqua notabilis mutatio, quia qualitates quae prius existebant, non poterunt in 12. horis valde deperdi, aut vigorari. Si tamen durasset magno tempore, necesse erat omnia animalia vbique terrarum perire, & plantatiua: sola mixta imperfecta manerent. Cuius fundamentum est, quia omnia quae sunt mixta perfecta potissime animata consistunt in 4. qualitibus elementalibus habentibus quandam harmoniam: qua deperdita non manet res, sicut est in homine, qui requirit certum gradum caloris, & humiditatis. Si autem inducatur in eo maior siccitas morietur, sicut cum corrumpitur humidum radicale, vel ex maxima parte deperditur. Ita requirit certum gradum caliditatis, quia caliditas est instrumentum animae operantis: nam frigiditas non ponit pedem in aliqua operatione naturae in animali, nisi per accidens, vt ait Auicenna. Si autem deuenit homo ad valde magnum frigus, ita vt deperdat calidum naturale, deperibit homo, & ita est in quolibet animali: omnia enim in certa harum 4. qualitatum harmonia consistunt: sed non est eadem harmonia omnium. Quaedam quippe magis de calido quam alia, quaedam vero de humido magis, & sic in varijs modis vertuntur.

De plantatiuis quoque est, idem modus, quia omnia illa requirunt certam humiditatem: illa autem destructa in totum, vel ex maxima parte per sicum, aut calidum, non poterit manere plantatiuum, sed stante sole per magnum tempus, & ceteris corporibus celestibus necesse erat destrui harmoniam omnium istorum. Quod patet, quia in terris illis ad quas non accederet sol secundum latitudinem, scilicet ad extremitatem meridianam & aequilonarem, necesse erat, vt ex conditione terrae insurgeret frigiditas, & cum illa nunquam reprimeretur per accessum solis, vel motum aliorum astrorum, necesse est, vt illa veniret vsque ad maximum gradum frigiditatis quam habere poterat elementum, & quia ista est excessiua, non possent manere ibi quae ante vivebant, quoniam destrueretur omne calidum, quod in eis erat, quia per nullum adiuuans conseruarentur.

In terra quoque illa sic est, quae est circa polum mundi arcticum. tanta enim ibi frigiditas est, vt nihil ibi gigni posset, nec genitum conseruari, quia non reperitur ibi gradus aliquis caliditatis, & haec sequerentur in hemisphero illo, in quo sol existeret, ita vt videretur, quia quamquam semper videretur stans, tamen non posset calefacere, cum non moueretur versus aliquam terram accedendo & recedendo.

In terra autem illa quae esset in alio hemisphero, cum non videretur sol, sicut cum nobis est nox manente sole in alio hemisphero sequeretur magnum frigus, & adhuc intolerabilis quam in extremitatibus meridianis & aequilonaribus hemispheriorum illius, in quo est sol stans: quia quamquam sol non accedat ad extremitates illas, mittit tamen aliquos radios, qui saltem remissum calorem causaret, vel gradum saltem aliquem. Ad hemispherium autem illud cui non apparet sol, non emittuntur aliqui radij: ideo nullatenus potest ibi causari aliquis gradus caloris: vnde de omnia quae consistunt in proportione, 4. qualitatum corrumpentur, cum non maneat aliqua harmonia, quia frigiditas perueniet vsque ad summum gradum frigiditatis elementalibus, & non manebit ibi calor quicquam, vel in gradu ita remissio, q̄ non potest conseruari in illo vita alicuius animalis, necessarium ergo omnia huiusmodi peribunt. Nec perirent ista subito, sed sicut egrotudine animal successeue coficitur, ita & incipientibus deficere qualitatibus ab harmonia, & excedente vna, paulisper corrumpere animal, quia

Alph. T ost. super Iosue.

non subito ista qualitas ad talem gradum perducitur, in quo vita consistere nequeat. nec qualitas quae in harmonia extiterat, non subito deficit ab harmonia.

Si Sol staret impossibile erat aliquid gigni aut corrumpi: & quomodo nunc sunt generationes & corruptiones. Quae. XXXVIII.

I N parte autem hemispheriorum quod illuminatur a Sole super quam sol directe est, magna erit caliditas propter continuam assistentiam solis, & directionem radiorum. Magna quoque fiet reflexio propter radios esse multum cadentes perpendicularares, & acutiem angulorum reflexionis: & sic omnia magno calore soluentur, ita vt nihil humiditatis aut frigiditatis proportionem habeat: & quia non potest manere vita animalis nisi in harmonia, necessario omnia animalia morerentur. De vegetabilibus singulis idem modus est: quia cuncta suis consistunt harmonijs. Est autem terra quaedam in qua calor solis manentis esset temperatus, vt pote in terra quae aequaliter distans est, & radij non sunt perpendicularares, nec multum ascendunt ad perpendiculararem: sicut nunc sole moto per circulos suos quaedam terrae sunt quae temperato calore vegetantur. Et in his adhuc dicendum est, quod non possent manere animalia nec plantae: quia omnia haec consistunt in proportione debita qualitatum: & cum in illa terra sit caliditas solis, quamquam temperata sit, quia semper manens est, semper inualefcet, & frigiditas nunquam adiuuabit: ideo necessario peribit: sed peruenit frigiditate quantacunque sit caliditas non manet temperata, cum destructum sit extremum vnum contrarietatis: ergo non manebunt ea quorum substantia consistit per harmoniam qualitatum. Item ista quae sunt generabilia, & corruptibilia per generationem, & corruptionem perpetuantur. Sed dato q̄ sol staret sic: in hac terra solus calor maneret extirpata humiditate & frigiditate, ergo non fiet generatio nec corruptio, cum ista praesupponant contrarietatem, & contrarietas nunquam est, quando deficit alterum extremum. Dato ergo quod sol staret, necessario in quibusdam partibus mundi frigiditas vigoraretur, vbi non esset operatio solis, vel esset valde remissa, in quibus necessario periret omnis caliditas: & tunc impossibile erat generationem & corruptionem continuari: quia ista solum sunt per contrarietatem. ablati autem vno extremo contrarietatis non manet contrarietas, & consequenter nec actio: cum simile nunquam agat in simile, sed in contrarium: vt patet 5. Phisic. quamquam omnis actio terminatur in similitudinem. In terra autem in qua sol magnam habet operationem, erit caliditas valde intensa. Vel dato quod sit temperata a principio, quia tamē est continua, excedet proportionem, & deficiet frigiditas: & eodem modo non erit generatio & corruptio, cum deficiat alterum extremum contrarietatis.

Praedicta autem procedunt supposito, quod sol stans super hemispherium aliquod etiam si non moueatur, calefaciat radijs suis ea, quae contingit: potissimum vbi sui radij diriguntur aequaliter ad perpendiculararem. Sed istud satis dubium est, quia corpora celestia calefaciunt per calorem & motum: & quia stante sole deficit motus, fortassis neque calefaciet deficere altero principio. Sic enim patet de eo, quod erit post diem iudicij innouato mundo: nam sol, & luna, & cetera astra stabunt: & tamen certum est quod illud hemispherium super quod sol steterit, non calefiet, neq; oppositum infrigidabitur per actionem alicuius astri infrigidantis: quia tunc maneret actio alteratiua.

Aa 3 Sed

Sed hoc falsum, quia ista actio repugnat perpetuati...

Ex quo sequit, quod si Sol stare inciperet magno...

Ad generationem, & corruptionem, & conseruationem orbis...

Et ob hoc summa Dei prouidentia disposuit...

Anstior loquor de terrida zona...

ca eam, vel super eam. Terra quoque quae esset aliqua...

Probat necessitatem polorum, ut non sint iidem poli axium.

Et tamen adhuc non sufficiebat hoc ad latitudinem...

H natio capitis cancri ab equinoctiali. in parte Meridiana...

Quid varietatis sequeretur in diebus, & noctibus, & qualitatibus...

Non decuit tamen fieri minorem latitudinem, ut pote...

Quis modus foret ad hoc, qd planetae haberent maiorem latitudinem...

Aliud inconueniens.

Verfus polum est terra motuosissima.

a capite capricorni vsque ad caput cancri totidem...

Si autem poneretur latitudo declinationis valde magna...

Quod autem magis declinaret ad polos parer, quia dum...

talis dispositio celi in latitudine planetarum, quia tunc...

An terra habitabilis posset fieri maioris quantitatis...

Quod autem non posset fieri habitabilis terra maioris...

Sequeretur tamen alterum, quod in latitudine valde...

Vnde data virtute solis ad calefaciendum ut nunc est...

Aliud inconueniens.

Nihil magis de terra bona habitatio nis esse potuit...

Duo requi-
ta necessa-
rio ad ge-
neratione,
& conser-
uationem
rerum.

Primi mo-
bile dun-
taxat fuit
creatu ad
mouendu
alios celos
motu rap-
tus, & ad
nihil aliud
quia nulla
habet stella.

maiori solis in calefaciendo aliquid augebatur versus polos, diminuebatur versus equinoctialem. Apparet autem ex predictis, quod fuit necessaria latitudo declinationis planetici motus ad conseruandum genita, & continuandam generationem, & corruptionem, & eis enim esse non posset, declinatio autem non poterat esse sine diuersitate polorum planetarum, & primi mobilis, duo ergo requirebantur ad generatione, & conseruationem rerum, scilicet diuersitas poloru, & celum motum contra motum planetarum, & astrorum. Istud autem celum, quod mouet alios rapiendo illos vocatur primum mobile, & non est ad alteru in natura (vt incepimus dicere) nisi ad mouendum planetas contra motum ipsorum rapiendo eos. Nam motus primi mobilis si per se esset non proficeret ad aliquid, quia non habet aliquod astrum cuius virtute influat, virtus autem influendi non est in orbibus, sed in astris, vnde si essent coeli simpliciter se habentes sine astris, nihil nobis proficeret motus eorum. Nam si esset primum mobile per se proficiens ad aliquid sine raptu aliorum celorum, dato quod habuisset motum sicut alij planetę, proficeret: tamen non videtur ad quid: patet ex alijs celis, quia celum solis totum orbem tegit, nihil tamen influit in aliquam partem orbis. Nam versus polos mundi, ita est celum, sicut ad medium terrę, nihil tamen ibi cęli efficiunt, quia neque sunt generationes, nec corruptiones vel si nihil esset influens. Primum mobile in toto ambitu suo sine astris est, ergo non potest influere, sed solum proficit ad mouendum cęteros celos motu raptus, vt sic causetur declinatio, & latitudo in motu planetarum, & in hoc nimis proficit: nam omnes cęli planetici simul sumpti non proficerent ad quicquam, nisi haberent declinationem in motu accedendo, & recedendo, erat tamen impossibile, nisi daretur corpus cęleste alteru rapiens illos contrario motu, & diuersitas polorum, vt declaratum est.

Mundus fuit, & est perfectissime ac sapientissime ordinatus, & dispositus: vnde Sal. omnia in sapientia fecisti, & in numero pondere &c. & infra questione 46.
Quęst. XLIII.

Hoc autē modo prouidit Deus rebus corporalibus elementatis a se creatis, vt manerent: nam dato alio modo non potuissent, & quia latitudo, & eccentricitas, siue diuersitas polorum saluat res, disposuit Deus, q̄ secudu, q̄ res generabiles, & corruptibiles potissime quę habent perfectam mixtionem, consistunt 4. qualitibus habentibus harmoniam, ita in latitudine motus planetarum essent aliqua per quę conseruarentur sin gula harum qualitatum ne periret. Et quia si semper corpora cęlestia adiuuarent vnam qualitatem, cęterę perirent quę habent aliquam contrarietatem directā vel indirectā, oportuit, vt sic disponeretur, q̄ qualitates in successione adiuuarentur, non enim decebat, vt etiam qualitates semper essent in equalitate: nam sic erat impossibilis actio, generatio, aut corruptio, q̄ causantur ex superabundantia vnius ad reliqua. Non ergo debuit etiam dari dispositio secundum quam omnes qualitates essent equales, aut in dispositione secundum quam non possent agere in alterutrum, quia sic tolleretur status earum, sed dispositio secundum quā non essent equales, sed vna ageret in alterā diminuen- do, & corruppendo, non tamen penitus. Hoc autem esse non poterat, nisi vt vna qualitas vno tempore preualeret contra alias agendo, postea vero alia, vt confortarentur contraria vicissim, & sic vicissim agerent, & repaterentur, atque cōtinuaretur generatio, & corru-

De quatuor
quartis
Zodiaci q̄
signa cōti-
neant, &
quo iste 4.
dominant
quatuor
qualitati-
bus corpo-
rū, & cau-
sant qua-
tuor tēpo-
ra anni.

ptio in eternum in eis. Et quia quatuor qualitates contrarię sunt, datum est, vt sol secundum latitudinem motus sui habeat quatuor quartas, in quarū qualibet habet vim confortandi qualitatem vnam super alias, assignamus enim soli motum in suo deferenti sub Zodiaco, quē in quatuor quartas diuidimus. Prima quarta habet tria signa, scilicet Arietem, Taurū, Geminos. & in his Sol currens habet virtutem confortandi humiditatem. Secunda quarta est trium signorum, scilicet, Cancrī, Leonis, & Virginis, & in hac Sol confortat caliditatem super cęteras. Tertia quarta est continens tria signa, scilicet Libram, Scorpionem, Sagittarium, & in hac confortatur siccitas contra alias. Quarta vltima est aliorum trium signorum, scilicet, Capricornij, Aquarij, Piscium. & in hac frigiditas adiuuatur, & secundum has mutationes semper agunt, & repatiuntur istę qualitates, tamen nunquam totaliter pereūt, quia cum aliqua qualitas incipit totaliter succumbere, vt pereat, redeunte Sole ad quartam illius qualitatis confortatur, & incipit agere contra cęteras, quę quodam inualuerant in ipsam.

Ex quatuor autem quartis declinationis solis secundum quas confortantur istę qualitates, nominantur quatuor tempora anni, in quę tota etas nostra voluitur, sicut Sol in solas illas quatuor quartas regitur, & quodlibet istorum temporum vnam qualitatem fortitur. Nam primę quartę correspondet ver, in quā confortatur humiditas, & omnia naturaliter humida conualescunt, quamquam autem hyems videatur humidior propter pluuiam, tamen non est nisi secundu accidens, magis enim frigiditas ibi quam humiditas est. Nec est enim ibi proprie natura humiditatis, quia aer est humidior quam aqua, cum de natura humiditatis est, quod se infundat, & penetret: humiditas tamen aquę non penetrat, sicut humiditas aeris, vt patet ad experientiam in corporibus nostris, quia nobis non sentientibus ex contactu aeris capita nostra humiditatibus replentur, & corpora.

Secundę quartę latitudinis motus Solis correspondet estas, & in hac confortatur calor ad magnā quantitatem valde, ita vt omnia nimijs ardoribus exurant. Tertię quartę correspondet autumnus in quo confortatur siccitas, & huius signum est, quia tunc fructus grosse substantię qui in toto estatis feruore stiptici, & duri fuerant, maturantur, folia quoq; arborum humiditatem glutinosam perdunt preualente siccitate. & cum manerent alligata arboribus, glutinosa humiditate illa consumpra decidunt, prius autem viriditatem amittūt mutato in albidum colore, quod quidem ex siccitate est consumente humiditatem, per quam virredo consistebat, q̄ in nimio estatis feruore illęsa consisterat, quia directius siccitas viredini repugnat quā caliditas. immo caliditas nihil repugnat, nisi ex adiuncta siccitate: si tamen caliditas aliqua sine siccitate sit, sicut est caliditas aerea, illa non repugnat viridi, & humido. Vltimę quartę respōdet hyems, in qua frigida confortantur. Ideo tunc omnia mortificatur, quia frigiditas qualitas mortificatiua est: caliditas autē viuificat, & vegetat, & sicut Sol in qualibet quarta hēt tria signa, ita quodlibet quatuor tēpū tres menses habet.

Quatuor qualitates faciunt contrarietates solidas, & simplices, & quod in quatuor quartis cęli non cōiunguntur habentia contrarietatem solidam, sed simplicem, & quare. Item quid sit contrarietas solida, & simplex, de quo infra quęst. 48.
Quęst. XLIII.

CONSIDERANDVM autem, q̄ quamquā qualitates quatuor faciunt duas contrarietates solidas, scilicet frigiditas, & caliditas, humiditas, & siccitas: ta-

Prima quarta Zodiaci.

Ver est humidior heme, licet videat contrariū, sic aer aqua.

Frigiditas est inimica naturę.

tas: tamen quartę latitudinis motus non sunt coniungentes extrema contrarietatis: sed per media transeūt. Prima quarta de humido est cui siccum opponitur. tamen non sequitur post quartam de humido quarta de sicco. s. post ver autumnus. sed post humidum sequitur calidum: & est quarta secunda etas quę calidū confortat. post secundam quartam, quę est de calido non sequitur quarta de frigido, quod est extremum trietatis: sed quarta de sicco. Et post hanc non sequitur quarta de humido, quę est opposita, sed de frigido quę est hiems: & non sequitur post autumnum ver sed hyems. post hanc vero quartam vltimam, quę est de frigido, non sequitur quarta de sicco, quod repugnat, sed de humido, scilicet post hyemem ver, & non estas. sed ligantur extrema solidę contrarietatis per iūcturas mediarum qualitatum. s. calidum, & frigidum ligantur per humidum: ideo inter hyemem, & estatē, quę sunt extremitates calidi, & frigidi, ponitur ver, q̄ est humidum. Siccum autem, & humidum sunt duo extrema, ideo ligantur per medium, quia per calidum: ob hoc ver, & autumnus non sunt simul, sed intercedit medium quod est estas. Fit quoq; adhuc quedam ligatio in ipsis temporibus secundum quędam media similitudinis: vt ver, & estas quamquam non habeant contrarietatem solidam, cum ver sit principaliter humidum, & estas principaliter calida, & habens siccitatem admixtam, ligantur tamen qualitate quadam, quę utrunque communicat. s. caliditate. deinde etas, & autumnus ligantur media qualitate, quia etas est calida, & sicca, autumnus siccus, & frigidus: si tantam vero haberent repugnantiam sicut duo extrema contrarietatis, non ligaretur: & est siccitas mediu quia etas est calida, & sicca, autumnus quoque siccus est. hyems autem, & ver coniunguntur: haberent tamen aliquam repugnantiam, quia ver est aliquo calidum, ideo ligantur media qualitate. s. humiditate: hyems quippe humida est, & ver identidem. hoc modo ea, quę contraria sunt a tota contrarietate nunquā desinunt, nec tamen penitus se corrumpunt.

Ponit causas prędictorum scilicet ordinationis quatuor qualitatum, & sequentium: & ipsorum temporum se inuicem consequentium, & quod contraria non ponantur simul. Et quę tempora habeant inter se contrarietatem solidam, & quę simplicem: & quod tempora habentia contrarietatem solidam non possunt coniungi, sed medium habent simplicem contrarietatem. Quęst. XLV.

CAUSA huius ordinationis, & q̄ contraria nō ponantur simul est propter cognationem naturę: quia contraria extremitates dicunt, & nullam cognationem habent. De extremo autem ad extremum nunquam est motus nisi ponat medium, quia alias non esset continuitas in motu: nullus tamen motus est nisi continuus: necesse est igitur ad faciendum processum aliquem in natura, q̄ inter duo extrema contrarietatis ponatur medium, per q̄ transeat ab vno in alterum.

Alia causa est, quia positis contrariis simul nō possent conseruari genita, vt si a maxima frigiditate transeat ad maximam caliditatem, & a maxima siccitate in maximam humiditatem: ut si esset apud hyemem immediate etas, cum hyems frigida, & humida sit, etas vero calida, & sicca, haberent duas solidas contrarietates. Ideo ea, quę in hyeme conseruantur, adueniēte mox suo contrario in summo corrumpentur: ita si de humido ad siccum transiretur, vt de vere ad autumnum. Est enim ver calidum, & humidum, autumnus autem frigidus, & siccus: existentibus ergo duabus solidis contrarietatibus non ligatis medio necessario, quę in vno tempore conseruarentur, aduenientibus

immediate contrariis penitus soluerentur. Nunc vero omnia ista ligata sunt, quia tempora quę habent duas solidas contrarietates, alijs temporibus intermedijs copulantur, vt sic duabus solidis contrarietatibus correspondeant duę qualitates medię ligantes, s. ver, & autumnus habent duas solidas contrarietates. Ideo intercedit media etas habens duas qualitates quibus copulentur, scilicet per calidum copulantur humidū veris, & siccum autumnus, per siccum estatis colligantur frigidum autumnus, & calidum veris, quia siccum in se calidum recipit, & frigidum. Sic hyems, & etas duas solidas habent contrarietates, scilicet etas calida, & sicca, hyems frigida, & humida. Ideo intercedit tempus medium, scilicet ver quod habet duas qualitates, quibus colligantur duę contrarietates solidę hōrum. Est enim ver calidum, & humidum, per calidū veris siccum etatis, & humidum hyemis copulatur, quia calidum vtriusq; susceptiuum est. Interdum quippe suscipit humida, aliquando vero sicca. Per humidum veris ligantur frigidum hyemis, & calidū etatis quia humidum quodlibet eorum suscipit. Tempora autem alia, quę consequuntur se, non habent totalē contrarietatem, cum non repugnent omnes eorum qualitates: ideo quamquam non dicatur de eis simpliciter, q̄ habent solidā contrarietatem, dicetur tamen q̄ habent vnam solidam contrarietatem. Ver & etas se consequuntur: in his autem est vna contrarietas solida. s. ver est humidum, & calidum: etas calida, & sicca: humidum tamen veris, & siccum etatis habent solidam contrarietatem, tamen temperantur siue colligantur media qualitate. s. q̄ est ver calidum, & etas calida. Nec habent ista duo tempora nisi tres qualitates. s. calidum, humidū, & siccum: & vna earum est media, quia copulat ambo. s. humidum, & siccum. Inter etatem, & autumnum non est solidā contrarietas, quia etas calida, & sicca est, autumnus vero siccus, & frigidus. hic solum sunt tres qualitates dissimiles. s. calidū, siccum, & frigidum, & ligantur duo extrema vnica solida qualitate. s. sicco. Autumnus, & hyems non habent solidam contrarietatem, quia cum autumnus sit frigidus, & siccus, hyems vero humida, & frigida, tres qualitates dissimiles sunt. s. frigidum, humidum, siccum, & copulantur duę contrarię vnica media. s. frigiditate, quę in vtroque est. Hyems autem, & ver non habent solidam contrarietatem, est quippe hyems frigida, & humida, ver autem calidum, & humidum. Sunt in eis solum tres qualitates. s. frigidum, humidum, & calidū & colligantur duę contrarię qualitates vnico medio, scilicet humido. Et secundum hunc modum est continuus processus nature ab extremis per media, ita vt semper similitudo, & contrarietas sit, s. cum transiatur a vere in etatem, transiatur a calido in magis calidum, & in hoc seruat similitudo: transiatur etiam ab humido in siccum, & quantum ad hoc contrarietas est cum similitudine: & propter similitudinē est transitus continuus, & conseruatio: propter contrarietatem est generatio, & corruptio: cum transiatur ab etate in autumnum, veniatur a sicco in siccum, & quantum ad hoc est similitudo: transiatur etiam simul a calido in frigidum, & quantum ad hoc est de contrario in contrarium, & est ad generationem, & corruptionem. Cum vero peruenitur ab autumnus in hyemem, transiatur a frigido in frigidum, & est similitudo atque continuitas motus: transiatur etiam simul a sicco in humidum, & est contrarietas. Ab hyemem autem cum sit transitus in ver, veniatur ab humido in humidum, & sic est similitudo, & cōtinuitas motus. Veniatur etiam a frigido in calidum, & in hoc veniatur a contrario in contrarium: & sic est semper contrarietas, & similitudo: vt secundum vnam res habeant cognationem, & maneat

maneat, secundum aliam vero. s. contrarietatem agant, & patiantur, generentur, & corrumpantur: & sic manebit natura machina incorrupta.

Vniuersum ita bene ordinatum est, quod melius ordinari nequit infra q. 53. De contrarietate simplici, & solida in elementis & quomodo ligantur, & quae elementa possunt coniuncta esse & quae requirunt necessario medium, & de varia habitudine eorum. Et quod nullum elementum nec tempus habet simplicem qualitatem, sed quodlibet habet duas. Quæst. XLVI.

Hoc autem modo res optime ordinatae sunt ita ut in aeternum manere possent in tali artificio consistentes. unde quamquam infinita sapientiae Dei nihil detrahimus, cui mensuram apponere non possumus, nec debemus, quae in quantacunque perfectione dignata est res producere, tamen aliquantulum videtur recte dictum, quod antiqui philosophorum magis naturales, quam catholici locuti sunt. s. quod vniuersum ita bene ordinatum est, quod melius ordinari nequit, & in his consentit Arist. in fine. 12. Metaph. sententia nolunt male disponi, i. in entibus vniuersi nulla inordinatio est, sed maxime conueniens dispositio.

Ob hoc autem sequitur, & alterum, quod tam in temporibus, quam in elementis est. s. quod nullum tempus habet simplicem qualitatem nec elementum, sed quodlibet habet duas. Sunt enim quatuor tempora, & quatuor elementa: qualitates quoque, quae sunt totius naturae instrumenta, & machinae tam in agendo, quam in consistendo, 4. sunt. Si autem essent simplices in elementis, vel temporibus, ignis esset solum calidus, aer solum humidus, aqua solum frigida, terra solum sicca. Sic quoque de temporibus verum esset humidum solum: aetas vero solum calida: autumnus solum siccus, hyems solum frigida. & tunc haberent ista per quid contrariarentur: & non per quid similerentur nec continuarentur. Sicut enim frigidum, & calidum contraria sunt, & non est transitus ab vno in alterum propter esse contraria sine medio: ita calidum, & siccum sunt dissimilia, & non est transitus ab vno in alterum propter esse disparata, & non habere aliquid commune: & propter hoc dicitur, quod partes continuorum terminantur ad aliquam terminum communem, in distinctis vero nequaquam possibile est: motus autem de continuis est, ergo semper requirit aliquid commune. Sed sicut frigidum, & calidum nihil habent commune: ita calidum, & siccum non habent quicquam commune, si nihil aliud accipiatur: ergo sicut non posset esse transitus secundum naturam de hyeme in aetatem, si hyems esset solum frigida, & aetas solum calida, ita non posset esse transitus ab aetate in autumnum quia aetas esset solum calida, & autumnus solum siccus: quibus solis existentibus nihil commune est. Et sicut ab humido in siccum non est transitus, sine medio, quia contraria sunt: ita ab humido in calidum non potest esse transitus, quia dissimilia sunt, & non habent secundum se aliquid commune, ergo sicut a vere in autumnum non est transitus, si verum solum humidum esset, & autumnus solum siccus: ita a vere in aetatem non esset transitus, quia in aetate est sola caliditas, verum autem solum humidum: & haec nullum habent medium similitudinis. Ad hoc ergo, quod esset motus secundum naturam in operatione secundum conditionem temporis, necesse fuit ut in temporalibus qualitatibus esset continuitas, ut posset esse transitus, continuitas autem non est nisi in similibus, aut potius in his, quae sunt totaliter idem, non potuit autem dari continuitas, nisi daretur cuilibet temporum duplex qualitas, quae verum est calidum, & humidum: quantum ad calidum

continuat aetate, transibit autem ab ipso in aetate: quantum ad humidum continuatur hyemi, ut transfeatur ab hyeme in ipsum. Aetas est calida, & sicca, ut continetur duobus: quantum ad calidum transeatur a vere in ipsam, & quantum ad siccum transeatur ab ipsa in autumnum. Autumnus autem habet duas qualitates. s. siccum, & frigidum, ut quantum ad siccum continetur transitus ab aetate in ipsum: quantum ad frigidum continetur transitus ab ipso in hyemem. Habet quoque hyems duas qualitates. s. frigidum, & humidum, ut quantum ad frigidum continetur transitus ab autumnum in hyemem: quantum ad humidum continetur transitus ab ipsa in Ver. Iste autem est conueniens ordo, ita ut semper sit similitudo, & continuitas, & tamen nunquam omittatur contrarietas: ut ex altero sit principium actionum, & ex altero sit continuitas in eis.

Secunda causa, quare sic ordinantur tempora secundum quartas Zodiaci. Quæst. XLVII.

Alia causa quare sic ordinantur tempora secundum quartas caeli est propter similitudinem elementorum, quae sunt primordia omnium corruptibilium, & generabilium scilicet ut secundum varietatem istorum quatuor temporum confortentur, & vegerentur ad manendum quatuor elementa. Sed in elementis est talis ordo: ergo in temporibus conformiter patet in elementis, quae quaedam habent solidam contrarietatem, & quaedam simplicem: quae vero habent solidam contrarietatem ligantur vno medio elemento, quae autem simplicem, ligantur vnica qualitate media nullo intermedio elemento. Terra, & aer solidam habent contrarietatem; quia sunt duae contrarietates in eis. s. terra est frigida, & sicca: aer vero calidus, & humidus. Ideo intercedit duae mediae qualitates, & unum elementum. s. aqua in qua sunt duae qualitates. nam caliditas aeris, & frigiditas terrae ligantur per mediam humiditatem aquae, nam humidum cuilibet horum copulatur. Humiditas autem aeris, & siccitas terrae ligantur per medium vniuersum. s. per frigiditatem aquae: nam cuilibet horum conuenit: est enim humidum interdum frigidum, interdum siccum est frigidum. Sic quoque aqua, & ignis solidam habent contrarietatem: quia aqua est frigida, & humida: ignis est calidus, & siccus: ligantur vno elemento medio, quod duas habet qualitates. s. ut per quamlibet earum colligetur vna contrarietas: nam calidum ignis, & frigidum aquae colligantur per humidum aeris, quia humido calidum conuenit, & frigidum. Rursum siccitas ignis, & humiditas aquae copulantur per medium, quod est caliditas aeris, quia calido conuenit humidum & siccum. Terra autem, & aqua non habent solidam contrarietatem, quia habent qualitatem aliquam similem, sunt enim in eis tres qualitates, s. humiditas, frigiditas, & siccitas, cum aqua sit frigida, & humida, terra sit frigida, & sicca. sunt in eis duae qualitates contrariae. s. humidum, & siccum, & colligantur vno medio solum. s. quia frigiditas, quia vtrumque est frigidum elementum.

Item aqua, & aer non habent solidam contrarietatem, quia aqua est frigida, & humida, & aer est calidus & humidus, habent autem tres qualitates. s. caliditatem, frigiditatem, & humiditatem, & sunt duae contrariae. s. calidum, & frigidum quae colligantur vno medio. s. humido. Aer, & ignis non habent solidam contrarietatem, quia aer est calidus, & humidus, ignis est calidus & siccus, sunt in eis tres qualitates. s. calidum, humidum, & colligantur duae contrariae qualitates vno medio. s. humidum, & siccum copulantur per calidum.

Regula

Regula Platonica vbiunque est solida contrarietas colligatio est per duo media: vbiunque est simplex colligatio est per vnum. Idque patet inductiue in qualitatibus elementorum inter se colligatum. Quæst. XLVIII.

ET in hoc est regula platonica de habitudine contrarietatum, quod vbiunque est solida contrarietas, oportet esse colligationem per duo media: vbi autem est contrarietas simplex, vel plana, solum est colligatio per medium, ut aqua, & ignis habent solidam contrarietatem, ideo duobus mediis copulantur. Dicitur solida contrarietas in aliquibus quando totaliter sunt contraria, ita quod non sit aliqua qualitas in vno, quae non sit contraria qualitati, quae est in altero: & sic est in igne ad aquam, quia quodlibet duas contrarias qualitates habet eis, quae sunt in altero: ideo ponuntur duo media ligamenta pro quibus constituitur vnum medium elementum. s. aer. Nam caliditas ignis, & frigiditas aquae sunt totaliter contraria: ideo indigent medio vno, quia est vna contrarietas: colligantur autem per humiditatem cui conuenit vtrumque. s. calidum, & frigidum, quia res humiditas interdum frigida interdum calida sunt. Manet autem alia contrarietas in eis. s. in siccitate ignis ad humiditatem aquae: ideo indigeret media qualitate copulante, quia nunquam contraria copulantur sine medio. Ista autem non est, quae ponebatur medium frigidum, & calidum. s. humiditas: quia quamquam ipsa sit medium horum, tamen non est medium siccum, & humidum: sed magis est alterum extremum. ergo dabitur necessario alia qualitas media. s. caliditas: huic enim conuenit siccum, & humidum: quia calida interdum sicca, interdum humida sunt, & sic necessario erunt duae qualitates mediae inter ea, quae solidam habent contrarietatem: & ex hoc necesse est quod inter aquam, & ignem sit vniuersum medium elementum. s. aer, quia sunt duae qualitates mediae: sed duae sufficiunt ad vnum elementum: ergo erit elementum medium.

Obiectio contra praedicta, & solutio.

Et si dicat aliquis quod poterit poni alia qualitas media quam istae quae posita sunt. s. ut ponatur inter calidum & frigidum ignis, & aquae medium humidum, quod vtrumque recipit: & inter siccum, & humidum ignis & aquae ponatur medium frigidum, quia frigidum recipit vtrumque. s. interdum frigida sunt sicca, & interdum humida.

Dicendum est quod non potest hic poni medium frigidum sed calidum, quia cum ponantur hic duae qualitates mediae, & vna sit humiditas, si ponatur aliud medium frigiditas, id quod fuerit medium inter ignem, & aquam erit humidum, & frigidum, & hoc non erit medium sed extremum: quia ignis est calidus, & siccus, & aqua vero est humidum est frigidum, & solidam contrarietatem habet cum igne, non est medium.

Item quia id quod est frigidum, & humidum elementum est aqua, cum istae sint qualitates aquae, ergo quod est medium inter ignem, & aquam, non est frigidum, & humidum: quia tunc aqua esset medium inter ignem, & aquam: sed solum medium est calidum, quod humidum, & intercedit inter frigidum, & humidum, calidum, & siccum, & huiusmodi est aer. Necesse est autem inter ignem, & aquam intercedere medium elementum, quia ut probatum est, ista sunt solida contraria, & non possunt copulari nisi per medias qualitates duas: sed neutrum horum elementorum participat aliquod de eo, quod est in alio, cum sit solida contrarietas. ergo oportet, quod communicatio fiat per aliquid quod sit medium: necessario ergo dabitur aliqua natura corporalis media inter ignem, & aquam, cum non possint ista copulari sine medio. Et ista erit neces-

sario habens duas qualitates, quia cum inter ignem, & aquam sit solida contrarietas non possunt copulari inuicem vnica qualitate, sed sicut sunt duae contrarietates in eis. s. frigidi ad calidum, & humidum ad siccum, erunt necessario duo colligamenta singularium pro singula contrarietate. Erit quoque ista substantia corporalis materiae inter ignem, & aquam calida, & humida: quia est vna contrarietas caliditatis ad frigiditatem pro qua datur medium humiditas: & in eis alia contrarietas siccitas ad humiditatem, & pro hac datur medium caliditatis: habet autem naturam informatam ignis, & aqua in aere: quia colligatio semper fit per aliquid simile ad continuitatem motus, & naturam rerum, & quia aqua habet aliquid simile in aere. s. humiditatem, per illud ab aqua in aerem transitur: ignis vero copulatur aquae per aerem, quia habet in aere simile: s. caliditatem: & per hanc transitur ab igne in aquam mediante natura aeris. colligatio enim contrarietatum non est nisi ad continuationem motus, & vnitatis in natura. De terra, & aqua huiusmodi est, quia habent solidam contrarietatem. i. in eis est tota natura contrarietatis, quia praeter qualitates, quae in eis sunt, nullae aliae sunt extremitates contrarietatis: est enim aer calidus, & humidus, & terra sicca, & frigida: humidum in aere, & siccum in terra cum sint vna contrarietas, indigent medio per quod copulentur, & quia est vna contrarietas, erit sola vna qualitas media. s. frigiditas, quia quae frigida sunt, interdum sunt humida, & interdum sicca.

Est alia contrarietas. s. calidi in aere ad frigidum, quod est in terra, & medium horum est humidum, quia humida interdum sunt frigida, & interdum calida: hoc existente colligabuntur aer, & terra vno medio habente duas qualitates. s. humidum, & frigidum. Non potest autem dici, quod sint aliqua alia media: quia inter calidum, & frigidum in aere & terra, non potest poni medium siccum, quia tunc illud quod est medium aeris, & terrae erit siccum, & frigidum, siccum. s. p. medio inter calidum, & frigidum, & erit frigidum p. medio inter humidum, & siccum, nam tunc non erit hoc medium sed extremum, quia aer est calidus, & humidus, & quod frigidum, & siccum est solidam contrarietatem habet ad aerem, qui est calidus, & humidus, ergo non est medium.

Item terra est frigida, & sicca. si ergo ponatur siccum, & frigidum medium inter aerem, & terram, esset terra media inter aerem, & terram, quod falsum est. Nec potest poni humidum, & calidum medium inter aerem, & terram, quia aer est calidus, & humidus, & est extremum, ergo medium non erit calidum, & humidum, sed frigidum, & humidum inter haec.

An inter aerem, & terram possit dari medium elementum, quod sit calidum, & siccum, & per consequens quinq; elementa. Quæst. XLIX.

ET si dicas, quod non est sufficiens diuisio, quia potest dari medium, quod sit calidum, & siccum. Respondendum est quod non potest dari, quia iam alia natura talis data est. s. ignis.

Item si inter aerem, & terram daretur aliqua natura materiae, quae esset calida, & sicca, quae sit qualitas principalis illius. Non potest dici, quod sit caliditas, quia tunc coincideret cum igne cuius est potissima qualitas caliditas. Si autem dicatur, quod sit siccitas coincideret cum terra, cuius potissima virtus est siccitas. Non ergo erit medium illud calidum, & siccum, sed frigidum, & humidum, & tunc non coincidet cum igne, quia nullam eius habet qualitatem, nec cum aere, quia potissima qualitas aeris est humiditas.

aut

aut mediæ naturæ præcipua qualitas est frigiditas. nec coincidit cum terra, quia illius potissima uirtus siccitas est: huius autem frigiditas.

Item si daretur medium inter aerem, & terram: calidum, & siccum: non possent conseruari elementa, quia aer solueretur: nam ignis agit in aerem propter suam magnam siccitatem, & corrumpit partem eius: quantum tamen patitur ab igne, tantum adiuuatur ab aqua propter grossam humiditatem eius qua irroratur. Si autem non esset inter aerem, & terram aqua, sed elementum calidum, & siccum ageret in aerem sicut ignis, & necessario cum vndique corrumpere- tur, secundum idem penitus solueretur: natura tamẽ rerum sic ordinari debuit, vt penitus non periret. ergo non debuit poni elementum calidum, & sicce comple- xionis inter terram, & aerem, sed frigidum, & humi- dum. Est igitur necesse, ut iter aerem, & terram ponatur medium aliquod præter ista duo elementa: quia sunt habentia contrarietates integras, & vnum non communicat aliquam qualitatem alterius: ergo necesse est, qd sit aliquod medium, in quo fiat vtriusque participatio.

Item necesse est, qd istud medium habeat duas qua- litates, quia inter aerem, & terram est solida contrarie- tas, quæ dicit duas integras contrarietates, & pro quali- bet contrarietate est vna qualitas necessaria tanquam medium. ergo erunt duæ qualitates mediæ, & istæ nec- cessario sunt frigidum, & humidum medium. ergo na- tura mediæ elementalis inter aerem, & terram est ne- cessario frigida, & humida: & ista est aqua quæ neces- sario inter aerem, & terram consistit.

Inter elementa autem, quæ habent contrarietatem non solidam id est, quæ quamquam contrarietur, ta- men non contrariantur secundum omnes qualitates suas, datur medium in quo colliguntur. sed illud est vna qualitas sicut inter terram, & aquam est contrarie- tas quædam: quia aqua humida est, terra vero sicca, sed non est solida, i. totalis contrarietas, quia terra est frigida, & sicca, aqua autem est frigida, & humida. quantum ad frigidum non repugnant, sed quantum ad siccum. in omni autem contrarietate solida sunt. 4. extrema contrarietatis dissimilia, vt in igne, & aqua sunt calidum, & siccum, frigidum, & humidum.

In contrarietate autem elementorum non solida ponuntur solum tres qualitates dissimiles: sicut in a- qua, & terra solum sunt siccum, frigidum, humidum in duabus autem harum qualitarum est contrarietas s. in humido, & sicco. Ideo aqua, & terra quorum alte- rum siccum alterum humidum est, non potest ligari sine medio: & quia est vnica contrarietas vnicum est medium scilicet frigiditas: ei quippe conuenit humi- dum, & siccum aduenire: & istud medium in quo cõ- ueniunt non est in alio, sed in ipsismet: quia terra est sicca, & frigida, & aqua est humida, & frigida. Ideo im- possibile est poni elementum medium inter aquam, & terram: quia si medium esset, communicaret natu- ram vtriusque: & quia in quo colligantur aqua, & ter- ra, est vnicum medium, quia contrarietas non est soli- da, id quod poneretur inter aquam, & terram, vnica qualitatem necessario haberet: nullum tñ elementũ vnicam habet qualitatem, sed quodlibet duas. ergo i- possibile est poni elementum medium inter aquam, & terram.

Item impossibile est medium elementum poni in- ter aquam, & terram, quia quodlibet elemẽtum duas habet qualitates: terra ergo, & aqua. 4. habebunt: sed duæ earum repugnant. ergo duæ alię erant similes, ita qd qualitas vnus sit qualitas alterius. Si autẽ esset colli- gatio eorum in aliquo medio distincto ab eis, non pos- sent communicare in se ipsis: sed communicant in se-

ipsis, ita qd qualitas vnus est qualitas alterius. ergo nõ possunt communicare in aliquo medio distincto.

Item aqua, & aer habent contrarietatem simplicem: solum. n. sunt in eis tres qualitates dissimiles. s. frigidũ calidum, & humidum. nam aer calidus, & humidus est: aqua vero frigida, & humida: ideo non põt ligari nisi vnicò medio: & istud est vna de illis tribus qualita- tibus. s. humidum. nam frigidum aqueum, & calidum aereum repugnant. ergo dabitur vnicum medium. s. humiditas, quæ frigiditati cõuenit, & calori, & quod- libet eorum humidum erit. Non põt autem poni ele- mentum medium inter aquam, & aerem, quia cum illud sit in quo communicant aqua, & aer, & in quo ligantur: non possunt tñ ligari in duabus qualitatibus, cum non habeant solidam contrarietatem. ergo illud elementum, qd medium esset, solum haberet vnã qua- litatem: qd impossibile est. Omne. n. elementum dua- bus consistit qualitatibus, & repugnat toti ordini natu- ræ, & continuitati rerum atque morus, qd aliquod elementum aut tps vnicam habeat qualitatem: non est ergo elementum medium in quo cõicant, sed in seipsis suscipiunt communicationem eiusdem qua- litatis. s. qd ambo habeant humiditatem.

An elementa, quæ simplicem contrarietatem habent possint co- pulari duabus qualitatibus. Quæst. L.

DICIT aliquis qd elementa, quo habent tri- tatem non solidã, sufficienter colligari pñt vnica mediã qualitate, non tñ tollitur quin colligari possint in duabus. Respondendũ impossibile esse, qd ea, quæ simplicem contrarietatem habent, duabus mediis qualitatibus copulentur, sicut impossibile est etiam ea quæ solidam habent trietate vnicã ligari qualitate. Nam si in duabus colligarentur, aut colligarentur communicando in seipsis, aut in ali- quo tertio. Si autem dicatur, qd in seipsis colligantur, est impossibile dictum, quia tunc habebit vnum ele- mentum duas qualitates quas habet aqua, & qd esset fri- gidus, & humidus sicut aqua, sed tunc aqua, & aer es- sent idem elementum. Impossibile est igitur duo ele- menta habere per omnia similes qualitates. Nec põt dici, qd colligantur in aliquo medio per duas qualita- tes, quia si inter aquam, & aerem esset medium ele- mentum aliquod participas duas qualitates horũ, aut illud haberet duas qualitates aqueas, aut duas qualitates aeris, aut vnam qualitatem aeris, & aliam aquæ. nõ est .n. aliter possibile aut imaginabile. Si primo modo. s. qd acciperet duas qualitates aqueas, qd esset frigidum & humidum sicut aqua, iam non esset elementũ me- dium inter aerem, & aquam, sed esset vera aqua. Si au- tem diceremus, qd illud haberet qualitates aeris duas, non esset medium elementum, sed verus aer. Si autẽ dicatur, qd haberet vnã qualitatem aeris, & aliam a- quæ, aut diceretur, qd habebat qualitatem illam in qua communicabant solum. s. humiditatem, quia aer est hu- midus, & aqua est humida, & hoc est impossibile, qa tunc constaret aliquod elementum vnica qualitate, qd improbatum est. Si vero dicat, qd sumeret vnam ab aere, & aliam ab aqua, & tunc aut sumeretur caliditas aeris, & frigiditas aquæ, & hoc est impossibile, quia nul- lum corpus duas trias simul habet qualitates. Si vero sumeretur caliditas aeris, & humiditas aquæ, non pos- set tale elementum medium dari, quia istud esset cali- dum, & humidum, & non esset medium sed esset ipse aer. Si autem sumeretur humiditas aeris, & frigiditas aquæ, etiam non poterit stare, quia tunc illud elemen- tum erit humidum, & frigidum, & consequenter erit aqua.

aqua. Est igitur impossibile, qd inter aquam, & aerem A detur medium elementum, & iste modus arguẽdi est per omnia, qd inter terram, & aquam non possit dari & inter aerem, & ignem, nec quicquam mutatur, nisi quia sunt diuersæ qualitates ipsorum.

Idem e contrario sequitur inter elementa, quæ hñt trietatem solidam, qd necesse sit poni aliquod mediũ elementum: nam aqua, & ignis solidam habent trietatem. si autem nullum esset elementum medium, es- set transitus, & continuitas naturæ ab vno in alterum: sed cum trietatem solidam habeant nullam naturæ habent cognationem. ergo non est vlla continuitas i- ter ea, sed in rebus naturæ est continuitas, ut totum vnuerſum in quadam consistat vnitate. ergo non po- terunt stare sine medio. Si autem colligantur cum sit in eis trietates, non possunt vnica qualitate colliga- ri, vt si contrarietas frigidi, & calidi colligaretur per vnica qualitatem in igne, & aqua, maneret adhuc contrarietas humidi, & sicci in eisdem sine aliqua col- ligatione: sed a contrario in contrarium in natura nõ fit transitus sine medio. ergo necesse erat etiam istam secundam contrarietatem colligari: ideo erant neces- se duę qualitates in quibus colligantur. Et tunc aut col- ligabuntur in istis qualitatibus in seipsis, aut in aliquo medio, qd habeat duas qualitates. Si autem in seipsis ẽ impossibile, quia tunc haberet vnum eorum duas qua- litates quas hñt alterũ: & sic nõ maneret trietas solida imo nec aliqua trietas, sed totalis sũtudo: & iã nõ erat cõparatio triorũ. hoc aut est impossibile. Itẽ quia si vnũ haberet duas qualitates, quæ essent trias, esset pen- itus idem: sed duo elementa non sunt idem. necesse est igitur, qd colligatio illa sit in aliquo medio habẽte duas qualitates, & illud necessario est elementum.

De aere quoq; & igne dicendum est, qd habet sim- plicem contrarietatem, quia solum reperiuntur in eis tres qualitates dissimiles. s. caliditas, siccitas, & humi- ditas: in duobus eorum repugnant in quibus est sim- plex contrarietas: ideo vnicò medio necesse est colligari, ut supra inductum fuit in ceteris. s. siccitas ignis, & humiditas aeris contrariantur, & colligantur vnicò medio. s. caliditate, quæ vtrique conuenit: & istud me- dium colligans non est in aliquo distincto ab eis, & in- tercedente, sed in ipsismet, quia quodlibet eorum est calidum. nec potest poni aliquod medium elementũ, quia in elementis habentibus simplicem contrarieta- tem impossibile est copulatio per aliquod medium elementum, ut supra declaratum est.

An quodlibet elementum habeat in se simplicem contrarietate, & solidam, & an quodlibet habeat contrarietatem ad tria ad vnum solidam, & ad duo simpli- cem, & de regulis platonis de quadratis, & cubis. Quæst. LI.

SCIENTIUM est circa supradicta, qd omnia ele- menta habent inter se contrarietatem solidã, & simplicem, ita qd quodlibet elemẽtum hñt simplicem contrarietatem, & solidam.

Est aut ista regula, qd quodlibet elementum hñt cõ- trarietatem solidam ad aliquod alterum: sed nullum habet contrarietatem solidam ad immediatum sibi: terra. n. habet solidam contrarietatem ad aerem, vt su- pra probatum est: quia habent 4. extremitates dissimi- les. Aqua habet solidam contrarietatem ad ignem, ex eadem causa aer habet solidam contrarietatem ad ter- ram: ignis habet solidam contrarietatem ad aquam. Quod autem nullum habeat contrarietatem solidam ac elementum immediatum patet, quia terra immẽ- diatum est aquæ, & simplicem habent contrarietate,

quia solum habet tres extremitates, vel qualitates dis- similes. Aquæ aer immediatus est, & iter eos simplex est contrarietas: aeri vero ignis coniungitur, & solidã contrarietatem nequaquam habent. Quare autem, qd solidam contrarietatem habent, non coniungantur si- ue sint tpa siue elementa, supra declaratum fuit. s. ad dandum continuitatem in processu naturæ, & in ipso vnuerſo. Considerandum autem circa istam colliga- tionem triorum siue in elementis siue t pibus, qd col- ligatio triorum est, vt ipsa tria per aliquid sic disponã- tur, qd ab vno ad alterum sit processus. Natura autem

In q. 46. Notabile.

non potest facere processum nisi per continua, quia motus de genere continuorum est quantum ad aliqd In continuis autem vltima sunt idem, cum partes cõ- tinuorum copulentur ad terminum communem. er- go si motus fieri debet ab aliquo in alterum, oportet qd illa duo aliquo modo sint idem: & hoc non potest esse nisi per continuitatem, ita ut copulentur quæcun- que assignatæ partes ad terminum cõem. In triis aut si ipsa sola accipiantur, est impossibile, quia non hñt aliq unitatem neq; identitatem, cum non copulẽtur partes eorum ad aliquid commune. Si ergo debet fie- ri motus ab uno triò in alterum, oportet qd ponat ali- quod medium in quo reducantur ad identitatem, ita ut ipsa tria, quæ sunt partes, & extremitates reducant ad hoc, qd copulentur in termino cõi. sed elementa, qd habent trietatem, vt ipsa tpa sunt entia in natura. Ad hoc ergo, qd fiat motus per ipsa tanquã per continuũ ab uno in alterum, necesse est, qd aliquod medium in- tercedat in quo tria iam non sint tria, sed copulentur & sint idem atq; similia, & tunc fiet motus p illa. De hoc dñ in habentibus solidam trietatem, qd copulant duobus mediis qualitatibus. i. qd ad hoc quod fiant si- milia, & de vno ad alterum sit continuitas, oportet po- ni duo media, ut patet de aqua, & igne quæ habent so- lidam contrarietatem, non posset poni aliquod me- dium, quod haberet vnica qualitatem. Nam si illa esset, aut esset media in contrarietate calidi aquei ad frigidum aqueum, aut in contrarietate humidi ad sic- cum. Si primo modo poneretur medium humidum, cui conuenit utrunque: & esset illud elementum me- dium humidum solum: sed tunc non esset continui- tas in processu de uno elemento ad alterum, quia ab aqua versus ignem procedi posset per medium illud qd erat humidum, ut. s. ab humido aqueo transiretur ad humidum mediũ elementi: sed ab illo non posset transiri in ignem, quia non est aliqua similitudo cum ibi non sit aliquod humidum. Si aut ponatur mediũ alterius trietatis. s. humidi, & sicci aquei, & ignei, erit illud calidum: sed tunc non erit continuitas nec tran- situs ab uno in alterum, quia poterit ab igne ad illud mediũ esse transitus. s. a calido igneo ad calidũ aereũ sed non poterit esse continuitas inde ad aquam, cum non reperiatur aliquid calidum in aqua. Ad hoc ergo qd sit continuitas, & transitus ab vtroq; in alterum, o- portet dari duo media p duabus trietatibus, quas di- cit solida trietas. Erit autem medium illud calidum, & humidum: calidum ut sit medium trietatis sicci, & humidi. humidum ut sit medium contrarietatis cali- di, & frigidi, & tunc transibitur ab vtroq; in alterum: quia transibitur ab aqua in medium illud quia humi- dum est: ut transeat ab humido aqueo in humidũ aereum, qd est per continuitatem, & identitatem. T ran- sibiẽt ab illo medio i ignẽ, quia illud medium est cali- dum, & transibit a calido aereo in calidum igneum in quo transitu est continuitas Aer igitur, qui medijs est aque, & ignis, duas habet qualitates medias: vnam, vt possit transire ab igne versus aquam per continuũ, & aliam, ut transeat inde ad aquam, vel ab aqua ver- sus ignem.

Idem

Idem transitus in terra, & aere, quod non possunt ligari vnico medio. Item quod diuersum est in aqua, & terra. Et etiam in aere, & igne eo qd vnum medium ad colligandum illa est. Quast. LII.

Idem autem in terra, & aere est solida contrarietas, & non possunt ligari vnico medio: quia illud tunc esset solum ad vnam contrarietatem, est. n. terra sicca, & frigida, aer vero humidus, & calidus. Si autem ponatur vnicum medium solum erit ad colligandum vnam contrarietatem, vt ponatur inter terram, & aerem vnium medium, qd sit frigidum, solum erit ad colligandum contrarietatem, qd est humidus aerei, & sicci terrei. nam vtrique harum qualitatum frigidum conuenit: hac tamen solum existente non posset fieri transitus ab vno in alterum cum non esset continuitas, quia quod a terra posset fieri transitus in medium illud frigidum, pp qd terra est frigida, & fieret motus per continuum, in non posset inde fieri motus ad aerem, qa non esset continuitas, nam de frigido non transit ad aerem cum nihil ibi tale sit. Si autem ponatur medium alterius contrarietatis. scilicet humidum, non erit continuitas, nec transitus a terra in aerem, & e converso, quia licet ab aere posset transiri verus terra ad illud medium. scilicet vt transeat ab humido aereo in humidum aqueum, conuenienter positum est, sed inde non poterit fieri transitus in terram, quia terra est frigida, & sicca. Nulla autem est similitudo humidi ad haec. A terra est versus medium illud non est transitus aliquis, quia non est similitudo. id est necesse est vt detur duo media, scilicet frigidum, & humidum, & pp frigidum poterit transiri a terra versus aerem per illud medium, quia est frigidum, & fiet transitus a frigido in frigidum. scilicet a frigido terreo in frigidum aqueum. Deinde poterit transiri in aerem per aliud medium. scilicet humidum: & sic transibit ab humido aqueo in humidum aereum: & fiet totus motus per continuum, & idem. In elementis autem quae habent contrarietatem non solidam vnum medium ad colligandum illa est. scilicet qd ad hoc qd transeat ab vno in alterum per continuitatem, & similitudinem, solum est necessaria vna qualitas media, ut inter aquam, & terram: habent. n. simplicem contrarietatem. scilicet vnam sicci, & humidus ideo est necessarium vnum medium. scilicet frigiditas, quod est in vtroque: quia terra est sicca, & frigida, & aqua humida, & frigida: & a frigido terreno fit motus in frigidum aqueum, nec possunt dari duo media, vt supra declaratum est.

In aqua quoque & terra similiter est, quia sunt non habentia contrarietatem solidam. Fit autem transitus ab vno in alterum per vnicum medium, ideo vnico medio colligantur: est enim aqua frigida, & humida, aer calidus, & humidus: istud medium, qd est humidum reperitur in vtroque, & est sufficiens ad hoc qd fiat transitus, & continuitas ab vno in alterum: quia transibit ab humido aqueo in humidum aereum. In aere etiam & igne idem reperitur, quia sunt contraria non solida habentia vnicum medium, quia illud est sufficiens vt transeat ab vno in alterum. Est. n. aer humidus, & calidus, ignis vero siccus, & calidus: transibitur igitur ab vno in alterum. scilicet a calido aereo in calidum igneum, nec requiritur aliquod alterum, ut transeat ab vno in aliud: ideo vnico medio copulantur. Et per hunc modum est continuitas, & motus per elementa ab vno in alterum. scilicet a frigido terreno in frigidum aqueum & inde ab humido aqueo in humidum aereum, & inde a calido aereo in calidum igneum, & inde a sicco igneo in siccum terrenum per circulum.

Quod in colligatione elementorum altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei declaratur sup q 46. Et de quadratis, & cubis explanatio cum platonis, ut elementorum intelligatur proportionalis ligatio. Quast. LIII.

Elementum enim quam magna est sapientia dispositionis Dei in colligatione elementorum, quaedam colligantur vnico medio, quaedam vero duobus: & hoc est qd dicit Boetius de consolatione lib. 3. Met. 9. l.

Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis.

Arida conueniant liquidis: ne purior ignis.

Euolet: & morsas deducant pondera terras.

Idest qd elementa colligata sunt numeris. i. numeralibus proportionibus.

Est autem in numeris proportionandis regula, qd duo numeri solidi. i. cubici sic se habent, qd inter quoscunque duos necesse est reperiri duos numeros continuos proportionales: & non possunt coniungi per vnicum continuo proportionalem.

In numeris planis quadratis est regula, qd inter quoscunque duos numeros planos est reperiri vnum continuo proportionalem: & non poterunt reperiri duo. Exemplum de primo: vt bis duo bis. scilicet octo est cubus vel solidus, quia tribus dimensionibus constat sicut solidae quantitates, quae uocantur corpora in quantitate. Secundus cubus immediatus est, qui conlurgit ex numero ternario. scilicet tria ter. scilicet 27. hi duo sunt primi cubici numeri: isti non possunt ligari vnico numero continue proportionali eis, sed est necesse ligari duobus. nam non est inter 8. & 27. aliquis vnus numerus, qui se habeat ad 8. in eadem proportione in qua se habeat ad 27. scilicet si fuerit duplus ad 8. fit subduplus ad 27. & sic de aliis nominibus proportionum. Reperiantur tamen duo, qd sunt continue proportionales, ita qd sicut se habet octo ad primum eorum, ita se habet secundus ad 27. & isti sunt. 12. & 18. quia octo se habet ad 12. in subsexquialtera. & 12. ad 18. in subsexquialtera: id est 18. ad 27. vt patet inspiciendo.

Si accipiantur alii duo cubi. scilicet ex quaternario fiat vnus. quater quatuor quater sunt. 64. ex quinario fiat alius cubus, quinquies quinq; quinq; sunt. 125. isti duo cubi sunt immediati: quia radices eorum sunt numeri lineales immediati: & non reperitur aliquis numerus continuo proportionalis inter eos si fit vnus, ut patet si omnia intermedia diligenter quis inspiciat. Reperiet tamen duos numeros continuo proportionales octoginta, & centum, quia. 64. se habent ad 80. in subsexquiquarta. & 80. ad centum in subsexquiquarta, & centum ad 125. in subsexquiquarta: & sic de omnibus numeris cubis.

In numeris autem planis necesse est qd inter quoscunque numeros planos reperiatur vnus numerus proportionalis solus: ut bis duo sunt quatuor: & est primus quadratus. Fiat alius quadratus immediatus. scilicet ter tria. scilicet 9. sunt duo plani immediati: quia radices eorum sunt numeri simplices lineales immediati. inter hos est vnico proportionalis. scilicet 6. quia. 4. ad. 6. subsexquialtera: & 6. ad 9. in subsexquialtera. Accipiantur alii duo quadrati. scilicet ter tria sunt. 9. & quater quatuor sunt. 16. solum est vnus numerus continuo proportionalis. scilicet 12. quia. 9. est in subsexquitercia ad 12. & 12. ad 16. in subsexquitercia. Semper igitur in solidis numeris immediatis necesse est duos numeros continue proportionales reperiri, & in planis solum vnum inter duos immediatos: haec est regula de proportione numerorum.

Eadem autem est in elementis. qd quaelibet duo elementa habentia solidam contrarietatem habent necessariam quas qualitates medias quibus copulantur: & quaelibet duo elementa habentia planam contrarietatem habent vnicam qualitatem

Regula platonica de dando varia media in qua dicitur & cubis: & sic in habentibus simplicem contrarietatem, & solidam vel cubicam.

litem continuo proportionalis in qua copulenter. De solidis patet vt inter terram, & aquam, qd habent solidam contrarietatem, dantur duae qualitates mediae sicut duo numeri medii inter cubos: & istae sunt frigidum, & humidum in aqua: & tunc sicut se habet terra ad aquam in frigiditate, quia frigiditas aquae est maior frigiditate terrae, ita se habet humiditas aquae ad humiditatem aeris. nam si frigiditas terrae est subdupla ad frigiditatem aquae: erit humiditas aquae subdupla ad humiditatem aeris, & sic quocunq; noie proportionis. Quod autem maior sit frigiditas aquae, qd terrae manifestum est, qa qualitas principalis aquae est frigiditas. in terra autem non est principalis, sed secundaria: ita humiditas in aqua est minor, quam in aere, quia qualitas principalis est in aere humiditas, in aqua autem est secundaria.

Prosequitur adhuc proportionalia media, quae conueniunt in elementorum ligationem, secundum eorum contrarietates ad inuicem. Quast. LIIII.

In aqua autem, & igne est idem modus, qa sunt contraria solida. vt declaratum est, cum habent quatuor extremitates contrarietatis: & dantur inter ea duo media, proportionalia. scilicet humidum, & calidum in aere, qd sunt proportionaliter se habentes, qa sicut se habet humiditas aquae ad humiditatem aeris: ita se habet caliditas aeris ad caliditatem ignis: & sunt. 4. termini discontinue proportionales. nam minor est humiditas aquae humiditatem aeris: & caliditas aeris caliditatem ignis: & si humiditas aquae est subdupla ad humiditatem aeris, caliditas aeris erit subdupla ad caliditatem ignis. Quod sit maior humiditas aeris, quam aquae patet, qa in aere est qualitas principalis, in aqua vero est secundaria. Quod calor maior sit in igne, quam in aere eadem ratio est fundamentalis. In elementis habentibus contrarietatem non solidam est vnica qualitas medio modo proportionalis. scilicet inter terram & aquam non habentes solidam contrarietatem medium est frigiditas, qa coicantur siccitas terrea, & humiditas aquae: & est proportionalitas trium terminorum, vt vt continue proportionalibus. scilicet sicut siccitas terrea se habet ad frigiditatem terream: ita se habet frigiditas aquae ad humiditatem aqueam. Vt si dicamus sicut se habet. 9. ad 6. ita se habet. 6. ad 4. nam siccitas terrae est maior frigiditate terrea: ita frigiditas aquae est maior humiditate aquae. Quod sit siccitas terrae maior frigiditate eiusdem patet: qa siccitas est qualitas principalis terrae: frigiditas autem est secundaria. Quod in aqua frigiditas sit maior humiditate patet: qa frigiditas est principalis qualitas aquae humiditas vero secundaria: id est si siccitas in terra est dupla ad eius frigiditatem, erit frigiditas in aqua dupla ad eius humiditatem. Ita aqua ad aerem habet contrarietatem non solidam: id est vnicus terminus medius proportionalis, ut vt. scilicet frigiditas, humiditas, caliditas. Est autem proportionalitas: qd sicut se habet frigiditas aquae ad humiditatem suam, ita se habet humiditas aeris ad caliditatem suam. sed frigiditas aquae est maior humiditate eius aliqua proportione. ergo humiditas aeris erit maior caliditate sua in eadem proportione, in qua frigiditas aquae se habet ad humiditatem. Item aer & ignis habent contrarietatem non solidam, & sunt vt vt in eis tres termini proportionales dato vno medio. scilicet humiditas caliditas, siccitas ignis est proportionalitas continua. scilicet sicut se habet humiditas aeris ad caliditatem eius, ita se habet caliditas ignis ad siccitatem illius. Maior est. n. humiditas in aere, quam caliditas: ita in igne maior est caliditas, quam siccitas. Item in igne, & terra per circulum est contrarietatem non solidam: qa ignis est calidus, & siccus: terra vero frigida & sicca: & dantur in eis vnum medium proportionabile. scilicet siccitas: & tunc sicut se habet caliditas ignis ad siccitatem eius: ita se habet siccitas terrae ad frigiditatem eius:

sed maior est caliditas ignis siccitate sua. ergo siccitas terrae frigiditate terrae maior est in eadem proportione. A liqui falluntur in hoc putantes, & in elementis habentibus solidam contrarietatem esse duos terminos in medio modo proportionales: in habentibus autem contrarietatem non solidam esse vnicum terminum continue proportionalis. Sed falsum est: qa vtrobiq; sunt duo termini continue proportionales: ideo vtrobiq; est proportionalitas discontinua: nam vtrobiq; sunt quatuor termini. sed in hoc differt quia in habentibus contrarietatem solidam sunt duae qualitates mediae re, & noie differentes, & ita sunt quatuor termini omnino differentes, & proportionales in proportionalitate discontinua. In quibus autem est contrarietatem non solidam est vna qualitas sicut nomen sed non sicut re, qa non accipit eadem qualitas in vno elemento, ideo non sunt tres termini proportionales sed quatuor, & isti non sunt proportionales continue sed discontinue. Sicut dicendo, sicut se habet frigiditas aquae ad humiditatem aquae, ita se habet humiditas aeris ad calorem aeris, sunt. n. soli tres termini quantum ad nomen. scilicet frigiditas humiditas caliditas, & tamen humiditas non est vnicus terminus, quia accipit bis. scilicet in aqua, & in aere, & ita non est eadem humiditas, vnde neq; est continua proportionalitas. Fieret autem continua proportionalitas si diceretur, sicut se habet frigiditas aquae ad humiditatem aquae, ita se habet humiditas aquae ad caliditatem aeris. & tamen hoc falsum est, quia humiditas aquae, & caliditas aeris non sunt proportionales in aliqua proportione cognita, & saltem non se habent inter se sicut frigiditas, & humiditas aquae, quae sunt qualitates eiusdem elementi, et hoc modo maneret vna qualitas aeris. scilicet humiditas non proportionata alicui, id est detur fieri proportionalitas vtrique, & sunt quatuor termini sicut dictum est. In auctoritate Boetii addebat de ponderibus elementorum. scilicet ne ignis euolet, & pondera deducant mercas terras, de quo ita est altissima speculatio in proportionibus ponderum sicut in proportionibus actiuarum & alteratiuarum qualitatum, sed hoc sequestratum est a praesenti inquisitione.

De contrarietate solida, & simplici, & temporum anni: & de proportionibus, & colligatione illorum per quae media consistat. Quast. LV.

Scitvtr autem de proportionibus qualitatum in elementis quatuor dictum est, ita & in quatuor temporibus anni, quia in eis reperitur solida contrarietas in quibusdam, & in aliis plana. Inter uer & autumnum est solida contrarietas, id est necesse est dari duo media proportionalia, ver. n. est calidum, & humidum, autumnus frigidus, & siccus, in quibus sunt quatuor extremitates dissimiles, qd faciunt solidam contrarietatem, & necesse est uniri per duo media, nam quilibet contrarietas exigit vnum medium ad copulandum. scilicet caliditas veris, & frigiditas autumnus sunt contrarie, & habent medium. scilicet siccum, quia siccum frigiditatem, & caliditatem conuenit. Si autem non detur medium aliud, manebit alia contrarietas. scilicet humidus, & siccus, quia tamen nunquam possunt copulari nisi per medium, ergo dabitur alia qualitas media. scilicet calidum, vtrique. n. conuenit. Ex quo sequitur qd necessario inter uer & autumnum intercidit vnum tempus medium, qd sit siccum, & calidum, quia sine his duabus qualitatibus non uiuunt uer, & autumnus, & istud tempus est aestas, sunt autem istae duae qualitates aestatis tanquam duo termini proportionales inter uer, & autumnum, cum habent contrarietatem solidam. Et fit sic proportionalitas, sicut se habet caliditas ueris ad caliditatem aestatis, ita se habet siccitas aestatis ad siccitatem autumnus, sed caliditas ueris est minor caliditate aestatis, ergo siccitas aestatis est minor siccitate autumnus. Veritas proportionalitatis patet, quia

quia minor est caliditas veris, quam aestatis, & ad experientiam patet, & in maturatione quoque fructuum: ita minor est siccitas aestatis siccitate autumnii. Hoc apparet etiam ex maturatione, quia fructus, qui sunt styprici, & duri in tota aestate, in autumnio decoquuntur, quod adhuc magis apparet ex fluore foliorum. nã illud fit ex deficcatione humidi glutinosi, quod haberent folia ipsi ramis, & non fuit deficcatum istud humidum in tota aestate, & magis apparet in deficcatione foliorum in seipsis, quia in tota aestate erant viridia in autumnio autem deperdita viriditate albescunt: viriditas tamen ex abundantia siccitatis perditur.

Item patet prædicta, quia caliditas est propria qualitas aestatis: veris autem e contrario: ita siccitas est qualitas principalis autumnii, & secundaria aestatis. ergo minor in aestate quam autumnio. Ideo si caliditas veris est subdupla ad caliditatem aestatis, erit siccitas aestatis subdupla ad siccitatem autumnii. vnde ligantur veris & autumnus proportionalibus cuborum numerorũ per duo media continue proportionalia.

Item aestas ad hyemem habet solidam contrarietatem: quia sunt in eis. 4. extremitates dissimiles calidũ, & siccum, frigidum, & humidum: & ligantur necessaria duo media qualitatibus, nam contrarietas, quæ est calidum aestatis, & frigidum hyemis ligantur vno medio, siccitate quæ vtrique conuenit: quia calida interdum sicca sunt, & frigida quoque interdum sicca: humidum hyemis, & siccum aestatis ligantur alio medio frigido, quia vtrique frigidum conuenit. si autem poneretur vnicum de his pro medio non posset esse inter hæc: quia esset medium in vna contrarietate, & non in alia. tunc vbiunque manet contrarietas non potest esse continuus: necesse est ergo etiam pro alia contrarietate poni medium.

Item causa est, quia si vna qualitas poneretur solũ media, non posset esse medio modo proportionalis inter hyemem, & aestatem, quia si ponatur medium siccum quamquam habeat aliquam proportionalitatem ad siccum aestatis, tamen non habet proportionem ad hyemem: quia non est aliqua qualitas hyemis ad quam sic se habeat siccitas autumnii, sicut se habet siccitas aestatis ad siccitatem autumnii: nam si conferatur siccitas aestatis ad siccitatem autumnii est minor illa. Ita siccitas autumnii comparata ad aliquam qualitatem hyemis, deberet esse minor illa in eadem proportione. sed falsum est, quod patet, quia siccitas autumnii, non est minor frigiditate hyemis. nã sicut frigiditas hyemis est principalis qualitas sua, ita siccitas est principalis qualitas autumnii. ergo non erit vna maior alia.

Item non potest dici, quod siccitas autumnii sit minor humiditate hyemis: quia humiditas non est principalis qualitas hyemis: siccitas autem est principalis qualitas autumnii. ergo non est minor siccitas autumnii humiditate hyemis, sed potius est maior: ideo data vnica qualitate materiæ inter autumnium, & hyemem non poterit esse alia medio modo proportionalis. Detur autem alia. s. frigiditas quæ sit media inter hyemem, & aestatem non poterit esse medio modo proportionalis, quia si dicamus sic: sicut se habet caliditas aestatis ad frigiditatem autumnii, ita se habet frigiditas autumnii ad frigiditatem hyemis: non est ibi aliqua proportionalitas, quia caliditas aestatis habet se ad frigiditatem autumnii vt ad minus, quia caliditas est principalis qualitas aestatis, & frigiditas non est principalis qualitas autumnii. frigiditas autem autumnii non se habet in eadem proportione ad frigiditatem hyemis, quia maior est frigiditas hyemis frigiditate autumnii, quia frigiditas est principalis qualitas hyemis, & non autumnii.

Si fiat alio modo ista proportionalitas. s. sicut se ha-

bet caliditas aestatis ad frigiditatem autumnii, ita se habet frigiditas autumnii ad humiditatem hyemis, non est verum, quia non est ibi vera proportionalitas, quia frigiditas autumnii est minor caliditate aestatis: vt sup. probatum est. Frigiditas in autumnii non est maior hyemis humiditate, cum sit frigiditas qualitas secundaria autumnii, & humiditas similiter qualitas secundaria hyemis, ergo æqualiter vel similiter se habent, & non secundum habitudinem excessus.

Si fiat aliter proportionalitas ex parte aestatis. s. sicut se habet siccitas aestatis ad siccitatem autumnii, ita se habet siccitas autumnii ad frigiditatem hyemis. non est enim ibi vera proportionalitas, quia siccitas aestatis ad siccitatem autumnii habet se vt minor, cum sit siccitas principalis qualitas autumnii, & secundaria qualitas aestatis: sed siccitas autumnii non se habet sic ad frigiditatem hyemis, quia ista sunt æqualia. nam sicut est principalis qualitas autumnii siccitas, ita principalis qualitas hyemis est frigiditas.

Fiat aliter proportionalitas, sicut se habet aestas siccitas ad siccitatem autumnii: ita se habet frigiditas autumnii ad humiditatem hyemis, sed non est ibi vera proportionalitas: quia siccitas aestatis ad siccitatem autumnii habet se vt minor: siccitas tamen autumnii ad humiditatem hyemis habet se vt maior, quia siccitas est principalis qualitas autumnii: & humiditas non est principalis qualitas hyemis. Non poterit ergo reperiri aliqua vna qualitas media proportionalis inter aestatem, & hyemem, quia est in eis solida contrarietas, sed datis duabus mediis qualitatibus proportionalibus reperietur colligatio, ut quod ponatur frigiditas, & siccitas tanquam media duo inter hæc proportionalia: & tunc sicut se habet siccitas aestatis ad siccitatem autumnii: ita se habet frigiditas autumnii ad frigiditatem hyemis: & est vera discontinua proportionalitas, quia siccitas aestatis est minor siccitate autumnii, ita frigiditas autumnii est minor frigiditate hyemis. Omnia hæc supra inducta sunt. Iste modus est ad probandum de vere, & autumnio, quod necesse est intercedere duas qualitates medio modo proportionales, ita de igne, & aqua, & de terra, & aere, quia inter quæcunque istorum est solida contrarietas, ideo non potest dari vnicum medium inter hæc continue vel discontinue proportionale. In temporibus autem habentibus contrarietatem non solidam vnica qualitas media proportionalis discontinua datur, sicut inter veris, & aestatem, in quibus sunt tres extremitates dissimiles. s. calidum, humidum, & siccum, medium est calidum, quod conuenit humido ueris, & sicco aestatis, & habet se medio proportionale inter hæc, quia sicut se habet humidum ueris ad calidum eius, ita se habet calidum aestatis ad siccum eius. Et quæquam videantur hic esse quatuor termini: tamen solum sunt tres. s. calidum, siccum, & humidum intelligendo, vt declarauimus precedenti. q. i. quod sunt tres termini quatuor termini. Et tenet verum ista proportionalitas, quia humidum est maius in uere, quod calidum, ita calidum est maius in aestate, quam siccum. & si uelimus ponere duos terminos medios proportionales non poterunt poni: sicut inter duo quadrata immediata non potest poni quod sint duo numeri continue proportionales.

Item quia cum non sit contrarietas solida est vnica, & illa non potest colligari nisi vnico medio, ideo impossibile est inter veris, & aestatem esse tempus medium, quia omne tempus habet duas qualitates, sed inter veris, & aestatem non possunt esse duæ qualitates mediae, cum solum sit contrarietas vnica, ergo impossibile est intercedere tempus medium inter veris, & aestatem nec inter aestatem & autumnium. Eodem enim modo est contrarietas non solida, quia sunt tres termini solum.

Inter bina tpa anni non potest dari mediũ tempus.

solum, s. calidum siccum & frigidum: & medium est siccum, quod conuenit caliditati aestatis & frigiditati autumnii. est autem proportionale, quia sicut se habet caliditas aestatis ad siccitatem suam, ita siccitas autumnii ad frigiditatem suam. caliditas aestatis maior est siccitate eiusdem, cum caliditas sit principalis qualitas eius, & siccitas sit secundaria, ita qualitas principalis autumnii est siccitas, & frigiditas est secundaria: nec potest intercedere tempus medium inter aestatem & autumnium, quia habent vnicam qualitatem mediam in qua colligantur, sed nullum tempus habet vnicam qualitatem. Inter autumnium & hyemem etiam non est solida contrarietas: quia sunt tres extremitates solum, s. siccum, frigidum, humidum, & habent se proportionaliter: quia sicut se habet siccitas autumnii ad frigiditatem eius, ita frigiditas hyemis ad humiditatem illius, quia siccitas autumnii est maior frigiditate sua, quia siccitas est principalis qualitas & frigiditas secundaria, ita in hyeme frigiditas est maior humiditate, quia est principalis frigiditas & secundaria humiditas: nec intercedit tempus medium inter hæc ex causa dicta in superioribus. Inter hyemem & ver non est contrarietas solida, quia sunt tres extremitates solum, s. frigidum, humidum, calidum: & medium proportionale est humidum, quia sicut se habet frigidum hyemis ad humidum eius, ita humidum ueris ad caliditatem eius: nã frigiditas hyemis est principalis qualitas & humiditas secundaria: in vere humiditas est principalis qualitas, & caliditas secundaria.

De contrarietate quatuor humorum solida & simplici: & colligatione illorum, & quæ requirant medium & quæ non in quo habet quid speculetur philosophus & medicus. Quæst. LVII.

Sicut autem de quatuor elementis, & temporibus maioris mundi dictum est, ita de quatuor humoribus hominis qui est minor mundus conformiter dicendum est: quod sunt duo eorum habentes solidam contrarietatem adinuicem, & rursus inter eos successiue est contrarietas non solida: sunt enim melancholia, phlegma, sanguis, cholera: & ista a quatuor qualitatibus elementibus principaliter denominationem habent, s. cholera a calore, sanguis ab humiditate, phlegma a frigiditate, melancholia a siccitate. Non tamen sunt solæ istæ quatuor qualitates in his, sed quilibet humor duas habet: nam si quilibet haberet vnicam, nulla esset continuus vnus ad alterum in processu naturæ, nec in motu, cum non sit similitudo, quia si melancholia solum sit sicca, erit phlegma frigidum. Cum istæ duæ qualitates absolute non habeant aliquam cognationem, quia sunt dispersæ, non poterit esse continuus inter eas, nec erit transitus ab vno in alterum, sed erunt tanquã duo distincta, & dispersa non habebit inuicem aliquem ordinem, sed non possunt esse in eodem quod habet vnitatem simpliciter aliqua, quæ non habeant aliquem ordinem, nec harmoniam, aut continuitatem: quia tunc esset sicut acerus lapidum. ergo non erit melancholia sicca solum, & phlegma solum frigidum, sed habent alias qualitates. Idem de sanguine & cholera dicendum est, sicut probatur supra, impossibile esse aliquod elementum vel tempus quod vnicam haberet qualitatem, sed duas necessario. Et in his inter melancholiam & sanguinem est solida contrarietas, quia sunt ibi quatuor extremitates, s. calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: cum melancholia sit frigida & sicca; sanguis vero calidus & humidus. ista duo non possunt ligari vnico medio, quia ad hoc quod detur continuus, oportet quod inter contrarietatem aliquo modo

In q. 46. Inter sanguinem & melancholiam contrarietas quæ sit, & probatur qui sit humor medius eos ligans.

detur similitudo & idẽtitas, sed inter melancholiam & sanguinem sunt duæ contrarietates, quia inter calidum sanguinis & melancholiam frigidum est contrarietas. Similiter humidum in sanguine ad siccitatem in melancholia repugnat. Ad primam contrarietatem necessarium est vnum medium, s. humidum. nam humidum conuenit calido & frigido. si autem non poneretur alia qualitas media, maneret alia contrarietas secunda non ligata, humidum & siccum in sanguine & melancholia: & ista duo non possunt ligari mediante primo medio, s. humido, quia tunc humidum esset medium & extremum. nec potest manere non ligata, quia tunc non esset continuus, cum duo contrarietates non habeant aliquam similitudinem nec continuitatem, sed potius repugnantiam & disparationem nisi detur aliquod alterum medium, in quo ipsa suscipiant similitudinem & idẽtitem. Dabitur ergo aliud medium pro humido & sicco, & istud erit frigidum quod vtrique conuenit: ligantur ergo melancholia & sanguis duabus qualitatibus medijs, s. humiditate, & frigiditate, & istud est in phlegmate. Et ex hoc patet quod inter melancholiam & sanguinem necesse est dari humorem medium, quia non potest colligari sanguis & melancholia nisi duabus medijs qualitatibus vt dictum est, sed istæ duæ qualitates non possunt esse in eis. ergo sunt in medio aliquo distincto ab eis. Quod non sint in eis patet: quia tunc quilibet eorum haberet illas duas qualitates, cum dicantur in duabus concicari, sed impossibile est, quia tunc ambo essent idẽ humor, quia humores qui per omnia eadẽ qualitates habent sunt idem: sed isti duo concicant ex fundamento dato. ergo sunt idem humor. Item si ambo concicarent istas duas qualitates medias, cum istæ sint frigidum & humidum, & istæ faciunt humorem phlegmaticum, sequeretur quodlibet horum esse humorem phlegmaticum. vnde melancholia & sanguis essent phlegma. Item si quilibet istorum concicaret illas medias qualitates, iam non maneret solida contrarietas, immo nulla sed esset idẽtitas. Ideo non diceretur quod habentia solida contrarietatem colligantur duabus medijs qualitatibus si efficiuntur vnũ: sunt ergo necessario in medio aliquo distincto ab vtroque, quia duæ qualitates faciunt humorem vnũ. Ideo necesse est quod inter melancholiam & sanguinem detur vna tertia media natura quæ sit humor, & sit humida & frigida: & hoc est in phlegmate, istud medium datum inter ambos humores non potest habere vnicam qualitatem, quia non esset transitus, nec continuus ab vno in alterum. nam si esset iste humor medius solum frigidus posset a melancholia transiri in illum per continuum, s. a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum, non tamen posset inde transiri ad sanguinem in quo nihil de frigido est, vel veniendo de sanguine versus melancholiam transiri non posset, quia nulla erat conuenientia. Si autem illud medium solum ponatur humidum, non posset esse transitus, quia licet a sanguine in phlegma transiri posset, ab humido sanguineo in humidum phlegmaticum, tamen inde in melancholiam transiri non posset, quia in melancholia nihil est de humido: necesse ergo fuit dari duo media, & tunc est continuus & transitus, quia a melancholia transibitur versus sanguinem, s. a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum. & ab humidum phlegmaticum transibitur in humidum sanguineum.

Prima rã.

Secunda ratio.

Tertia rã.

Alia ratio ad idem. Et de proportione phlegmatis ad sanguinem & melancholiam & illorum inter se. Quæst. LVII.

Item necesse erat dari duo media, quia cum ista duo haberent contrarietatem solidam, non poterat dari vnicum medium continuo proportionabile, sicut nec inter duos cubos immediatos nunquã datur vnicus numerus continuo proportionalis, sed duo. Nã ponatur vnicum

gum medium in phlegmate, s. frigidum, non poterit istud esse continuo proportionale, vt si dicatur sicut se habet siccitas melancholice ad frigiditatem phlegmatis, ita se habet frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis: nam non stat ista proportionalitas, quia siccitas est principalis qualitas melancholice, ideo non est maior quam frigiditas phlegmatis, cum etiam sit frigiditas principalis qualitas phlegmatis: sed est proportio aequalitatis, ideo sic se debet habere frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis: & tunc cum non sit simpliciter aequalitas in caliditate sanguinis, non est medium proportionale in proportionalitate continua vel discontinua. Si autem fiat aliter proportionalitas, sicut se habet siccitas melancholice ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis. hic enim ista qualitates sunt principales in his humoribus, ideo habent aequalitatem, & consequenter non est continua proportionalitas nec proprie proportionalitas. Hoc putant aliqui, sed falsum est, quia sicut est proportionalitas continua inter tria inaequalia, s. tria sex duodecim, ita est proportionalitas continua inter tria equalia, sive in numeris, sive in magnitudine, sed non sufficit illud medium vnicum proportionale pro duobus contrarietatibus: ideo necesse est dari etiam aliam qualitatem medio modo proportionalem. Si autem fiat aliter, scilicet sicut se habet frigiditas melancholice ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis, non est proportionalitas continua, quia frigiditas melancholice est minor frigiditate phlegmatis, cum in phlegmate frigiditas sit qualitas principalis, in melancholia autem est secundaria, sed non se habet frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis in proportione minoritatis, sed maioritatis, quia frigiditas phlegmatis est principalis qualitas eius, caliditas autem sanguinis non est principalis eius qualitas. Si autem fiat aliter proportionalitas, scilicet sicut se habet frigiditas melancholice ad frigiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis: non tenet proportionalitas, quia frigiditas melancholice est minor frigiditate phlegmatis, & frigiditas phlegmatis sit aequalis humiditati sanguinis, cum vtraque sit in humore suo qualitas principalis. Idem modus arguendi per omnia est, si ponatur aliud medium solum, scilicet humidum phlegmatis, quia nunquam reperitur continua, neque discontinua proportionalitas tot modis variando proportionalitatem, quot supra variavimus. Necesse est igitur medium humorem, s. phlegma habere duas qualitates secundum quas sint proportionales isti humores, & tunc fiet ibi vera proportionalitas, sicut se habet frigiditas melancholice ad frigiditatem phlegmatis, ita se habet humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis: est habitudo similis, quia frigiditas melancholice est minor frigiditate phlegmatis, cum in phlegmate sit qualitas principalis, & in melancholia secundaria, ita se habet humiditas ad humiditatem, s. humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis, quia humiditas in sanguine est qualitas primaria, & in phlegmate est secundaria. Alio modo potest fieri ista continua proportionalitas, sicut se habet siccitas melancholice ad humiditatem phlegmatis, ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguineam: & hoc verum est, quia siccitas est principalis qualitas melancholice & est maior humiditate phlegmatis, quia illa est conditio eius minus principalis. Ita frigiditas phlegmatis ad caliditatem sanguinis, quia frigiditas est principalis qualitas phlegmatis, & caliditas est minus principalis qualitas sanguinis.

F Inter phlegma & cholera necessario datur humor medius, id est sanguis. *Quest. LVIII.*

DE phlegmate ad cholera eodem modo dicendum est, quod sunt habentes solidam contrarietatem, quia sunt in eis quatuor extremitates dissimiles, s. phlegma frigidum & humidum: cholera calida & sicca: ista duo non possunt ligari vnicum medio, quia sunt in eis duae contrarietates, sed duplici medio, s. humido & calido. nam quilibet contrarietas vna qualitate media indiget ad colligandum. frigidum ergo in phlegmate & calidum in cholera colligantur humido, quia humidum vtrique eorum conuenit. Manet secunda contrarietas, scilicet sicca & humida: & ista non potest sine medio relinqui, quia tunc daretur discontinuatio: & consequenter tolleretur motus, qui fit per continuum: nec potest primum medium etiam esse medium pro hac continuitate, quia tunc idem esset medium & extremum, sed dabitur aliud medium, s. calidum, quia huic conuenit tam sicca quam humidum. duae ergo qualitates sunt mediae colligantes cholera & phlegma, sed istae non sunt in eis, quia tunc sequeretur omnia inconuenientia quae supra inducebantur de melancholia & sanguine, sed sunt in quodam tertio distincto, & ex hoc necesse est quod sit inter phlegma & cholera medius quidam alius humor calidus & humidus, & iste est sanguis, & habet istas duas qualitates medias secundum proportionalitatem inter phlegma & cholera. Non potest enim vnicus esse, quia tunc ponatur quod sit illa humiditas, non erit continua, neque transitus inter haec duo. nam poterit a phlegmate transiri versus cholera, s. de humido phlegmatico ad humidum sanguineum, inde tamen non poterit transiri, quia non est aliquid humidum in cholera, & a cholera versus sanguinem non poterit esse transitus, quia non habet aliquid cholera a quo transeat per continuum in humidum sanguineum.

Si autem ponatur aliud medium solum, scilicet calidum, poterit esse transitus a cholera in sanguinem, s. a calido cholericum in calidum sanguineum: non tamen poterit transiri inde in phlegma, quia in phlegmate nihil caliditatis est, & a phlegmate non poterit transiri in sanguinem, quia non erit aliquid simile.

Necesse est igitur dari duo media, s. calidum & humidum, & tunc erit continuitas & transitus, quia transitur ab humiditate phlegmatica in humiditatem sanguineam, & a caliditate sanguinea in caliditatem cholericam. aut e contrario ex caliditate cholericam ad sanguineam &c. Item hoc patet, quia cum isti duo humores sint duo solidam contrarietatem habentia, necesse est interciderent inter ea duo modo proportionalia. nam dato vno non poterit reperiri: patet exemplificando sicut supra exemplificatum est de melancholia & sanguine.

Datis duobus est manifesta proportionalitas, scilicet sicut se habet humiditas phlegmatis ad humiditatem sanguinis, ita se habet caliditas sanguinis ad caliditatem cholerae, quia humiditas phlegmatis est minor humiditate sanguinis, cum sit humiditas principalis qualitas in sanguine: in phlegmate autem est minus principalis: sic in caliditate, quia est maior in cholera quam in sanguine: cum sit principalis qualitas cholerae & non sanguinis: & in eadem proportione in qua se habet humiditas phlegmatis minor quam humiditas sanguinis, est minor caliditas sanguinis caliditate cholerae.

Alio modo potest fieri ista proportionalitas, s. sicut se ha-

In q. 56.

De proportione sanguinis & phlegmae ac cholerae inter se.

Secundus modus proportionalitatis inter se ha-

se habet frigiditas Phlegmatis ad caliditatem sanguinis, ita se habet humiditas sanguinis ad siccitatem cholerae, quia frigiditas phlegmatis est maior caliditate sanguinis, quia in phlegmate frigiditas est principalis qualitas, in sanguine autem caliditas est minus principalis, ita in sanguine humiditas est maior quam sit siccitas cholerae, quia in sanguine humiditas est qualitas principalis, & in cholera siccitas est minus principalis, & in eadem proportione diminutionis se habet.

In humoribus in quibus est contrarietas solida datur vnicum medium. *Quest. LIX.*

IN humoribus autem habentibus contrarietatem non solidam datur vnicum medium proportionale secundum legem numerorum quadratorum: sicut inter melancholiam & phlegma est contrarietas simplex, quia sunt tres extremitates solum, scilicet siccum, frigidum & humidum: & medium est frigidum quod vtrique conuenit. Et quantum ad hoc est similitudo & transitus a melancholia in phlegma, quia transitur a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum, & est istud medium continuo vel discontinuo proportionale, quia sicut se habet siccitas melancholice ad frigiditatem suam, ita se habet frigiditas phlegmatis ad humiditatem suam. quod patet, quia siccitas melancholice est maior frigiditate eius, cum precipua qualitas sua sit siccitas, frigiditas autem est minus principalis, ita frigiditas phlegmatis ad humiditatem suam quia est maior, cum frigiditas sit principalis qualitas phlegmatis: humiditas autem est minor. Nec potest poni aliquis humor medius inter melancholiam & phlegma, quia istae duo sola ligantur vnicum medio. ergo neque humor medius solum posset habere qualitatem illam mediam in qua ligantur ambo humores, vel si haberet aliquam vltra illam, iam coincideret cum aliquo duorum extremorum, quia aliam quandam qualitatem reciperet ab aliquo duorum extremorum: vnde vtranque caliditatem illius extremi reciperet. Si autem solum haberet vnicam mediam qualitatem non poterit esse vnus humor, quia quilibet humor, quodlibet elementum, & quodlibet tempus duas necessario habet qualitates, alioquin tolleretur similitudo & continuitas omnis, vt supra declaratum est. nullus ergo humor poterit mediare inter melancholiam & phlegma. potissime, quia qualitas illa qua colligantur non est in aliquo medio distincto, sed in eis: Inter phlegma quoque & sanguinem est contrarietas non solida, quia habent tres extremitates solum differentes, s. frigidum, humidum, calidum: & colligantur vnicum medio proportionali, s. humido: quod tam phlegmati quam sanguini conuenit: & illo dato fit transitus conueniens a phlegmate in sanguinem, ab humido phlegmatico in sanguinem humidum. Est autem medio modo proportionale humidum, quia sicut se habet frigidum phlegmaticum ad humidum eiusdem, ita humidum sanguineum ad calidum eiusdem, & hoc est esse medio modo proportionale siue in proportionalitate continua, vt cum dicitur sicut se habet quatuor ad sex, ita se habet sex ad nouem, hic inter duo quadrata immediata, scilicet quatuor & nouem datur vnicus numerus medio modo proportionalis. Ita hic in istis quando non habent solidam contrarietatem excedit humiditas sanguinis caliditatem suam, sicut excedit frigiditas phlegmatis humiditatem suam, & terminus medio modo proportionalis est hic humiditas. Non possunt autem assignari duo media proportionalia inter phlegma & sanguinem, quia sicut non potest reperiri vnicum medium proportionale

Inter melancholiam & phlegma non datur aliquis humor medius.

In q. 45. & 56.

Comparat phlegma ad sanguinem.

Alph. Top. super Iosue.

A inter duo quae habent solidam contrarietatem, ita non potest reperiri duplex numerus medio modo proportionalis, vel duplex medium proportionale in habentibus simplicem contrarietatem. Si autem daretur inter phlegma & sanguinem duae qualitates proportionales, aut essent in istis duobus humoribus, aut in aliquo medio distincto ab eis. si autem essent in ipsis conciderent in duabus qualitatibus, & quilibet humor haberet alterius qualitates. nam quilibet istorum duorum humorum habet duas qualitates. si ergo conciderent in duabus qualitatibus in seipsis, quilibet haberet duas qualitates alterius & esset idem, & hoc non erat colligare vel communicare, sed esse eundem humorem. Si autem dicatur quod ille duae qualitates medio modo proportionales erant in aliquo medio: quaeritur de illis qualitatibus quae essent: vna earum esset qualitas media in qua conciderent, s. humidum: alia autem non poterat esse nisi ipsius phlegmatis vel cholerae, quia alias non esset qualitas media. cum ergo istud medium sit humidum, si detur ei qualitas phlegmatis, s. frigidum erit humidum & frigidum sicut phlegma, & non differret a phlegmate. Si autem dicatur quod erat caliditas sanguinis: cum illud medium, vt dictum est, sit humidum, addita ei caliditate erit humidum & calidum sicut sanguis, & non differret a sanguine, & tunc non erit medium, sed extremum. Ideo non poterit dari aliquod medium quod habeat duas qualitates, & ob hoc impossibile est inter phlegma & sanguinem interciderere aliquem humorem, quia ille necessario haberet duas qualitates, sed non possunt esse duae qualitates mediae inter haec, vt probatum est. ergo non potest cadere medius humor. Inter sanguinem quoque & cholera non est solida contrarietas, quia solum sunt tres extremitates differentes, s. calidum, humidum, siccum: medium est calidum, & copulantur ambo in illo, quia conuenit sanguini & cholerae, & est sufficiens ad hoc quod fiat transitus, quia transibitur a calido sanguineo in calidum cholericum, & e contrario. est etiam medio modo proportionale, quia sicut se habet humiditas sanguinea ad caliditatem suam, ita se habet caliditas cholericam ad siccitatem suam, quia humiditas in sanguine est maior caliditate, quia est humiditas principalis qualitas in sanguine, caliditas vero minus principalis. In cholera autem ita se habet calor ad siccitatem, quia qualitas principalis cholerae est ipsa caliditas, & minus principalis est siccitas. Idem modus inter cholera & melancholiam assignatur, quia eodem modo habent planam contrarietatem. Et hoc modo est continuitas transitus inter humores, quia a melancholia transitur in phlegma, scilicet a frigido melancholico in frigidum phlegmaticum, & inde ab humido phlegmatico in humidum sanguineum, & postea a calido sanguineo in calidum cholericum, ita vt semper sit continuitas motus.

Quodlibet de quatuor elementis, quatuor temporibus, quatuor humoribus necessario habet solidam contrarietatem ad vnum: & simplicem ad duo sui generis: & cur hoc. *Quest. LIX.*

CONSIDERANDVM autem quod in quatuor elementis, quatuor temporibus & quatuor humoribus, quilibet humor, quodlibet elementum, quodlibet tempus habet contrarietatem solidam ad vnum, & contrarietatem planam ad duo.

De elementis primo patet, quia terra habet contrarietatem solidam ad vnum, s. ad aerem, cum sint in eis quatuor

Inter phlegma & sanguinem non datur aliquis humor medius.

Quo est continuitas transitus inter humores.

E

B b 2

quatuor extremitates differetes, scilicet terra frigida & sicca, aer calidus & humidus, habet contrarietatem planam ad duo, scilicet ignem & ad aquam. Primo ad aquam, quia aqua est frigida & humida, & terra frigida & sicca, habent enim tres extremitates solum differentes quod non perficit solidam contrarietatem. habet etiam contrarietatem ad ignem planam, quia ignis est calidus & siccus, terra est frigida & sicca, tres extremitates solum sunt.

Item aqua habet ignem pro contrario secundum solidam contrarietatem, & aeri & terre opponitur secundum planam contrarietatem, quia in aqua & igne sunt quatuor extremitates differentes in eis, scilicet calidum, frigidum, humidum, & siccum earum sunt contraria. Etiam aqua ad terram habet planam contrarietatem, quia sunt tres extremitates, scilicet humidum, frigidum, siccum. Aer habet solidam contrarietatem ad terram, & habet ad ignem & aquam planam contrarietatem. Ignis habet contrarietatem solidam ad aquam, & contrarietatem planam ad aerem & terram, quia in quolibet primotum sunt quatuor extremitates, in alijs vero tres.

Probat idem in repositis.

In temporibus autem conformiter reperitur, quia ver habet contrarietatem solidam ad autumnum, & planam ad hyemem & ad astatem. Primum patet, quia ver est calidum & humidum, autumnus est siccus & frigidus, quae sunt quatuor extremitates causantes duas integras contrarietates. Veris ad astatem est contrarietas plana, quia sunt tres extremitates solum, scilicet calidum, humidum, & siccum: veris ad hyemem simplex est contrarietas in solis tribus extremis, scilicet calido, humido, & frigido. Aestatis ad hyemem est solida contrarietas, quia sunt ibi quatuor contrarietatis extremitates completas solidam contrarietatem. Aestatis ad autumnum est simplex contrarietas, quia sunt ibi solum tres extremitates: ita de astate ad ver, quia sunt ibi humidum, calidum & siccum. De autumnum quomodo ad ver solidam contrarietatem habeat, & ad astatem & hyemem solum simplicem: patet ex dictis. Idem patet de hyeme respectu aliorum temporum.

Probat in humoribus.

In humoribus idem est: quia sanguinis cum melancholia est solida contrarietas: cum sint quatuor extremitates, scilicet sanguis est humidus & calidus: melancholia frigida & sicca: sanguinis autem ad choleram est contrarietas simplex, quia sunt tres extremitates solum, scilicet calidum, humidum, siccum: cum sanguis sit calidus & humidus, cholera calida & sicca. Sanguinis ad phlegma est simplex contrarietas, quia sunt tres extremitates, scilicet calidum, humidum, frigidum. Cholera ad phlegmam est solida contrarietas, quia sunt ibi quatuor extremitates, scilicet calidum & siccum in cholera, frigidum & humidum in phlegmate. Cholera ad sanguinem est simplex contrarietas, quia sunt tres extremitates differetes, scilicet calidum, siccum, & humidum. Cholera ad melancholiam simplex contrarietas est, existentibus tribus solum extremitatibus, scilicet calidum, siccum, frigidum. De melancholia ad sanguinem solida est contrarietas, & ad phlegma & choleram simplex. Phlegmatis ad cholera solida est contrarietas: ad melancholiam autem & sanguinem est simplex, ut patet ex dictis.

An necesse sit esse tantum quatuor elementa: & quatuor tempora anni: & quatuor humores: vel sit possibile esse plura vel pauciora his. Quae. LXI.

EX praemissis colligi potest quod necesse est esse elementa quatuor datis quatuor qualitatibus: & non est possibile esse plura nec pauciora. In quo considerandum est quod elementa secundum qualitates eorum accipiuntur. si

F autem qualitates simplices essent in elementis, scilicet, quod in quolibet eorum esset vnica secundum quod sunt quatuor qualitates essent quatuor elementa: habet tamen quodlibet elementum duas qualitates necessarias: ut supra probatum est: quia aliter non esset in naturalibus continuas nec harmonia: quia quilibet qualitarum elementarium esset in summo, & non haberent secundum quod se excederent: habet autem quodlibet duas, sed quodlibet eorum habet vniam principalem, & secundum quod sunt quatuor ita sunt in quatuor fundamentis, scilicet, quod igni debetur caliditas summa: aeri summa humiditas: aquae summa frigiditas: terrae extrema siccitas. Ad hoc autem quod ista elementa contemperentur, recipiunt secundarias qualitates, quia quodlibet elementum praeter qualitatem quae in eo est in summo, habet aliam secundariam quae est minor.

Nunc ergo dato quod in quolibet elemento necesse est poni duas qualitates, non possunt esse pauciora elementa quam quatuor. Non enim potest esse vnicum elementum, quia non possunt esse in vno elemento nisi duae qualitates, tamen qualitates elementales sunt quatuor. ergo oportet dari plura quam vnum. nam in vno non possunt poni quatuor qualitates cum faciant duas integras contrarietates: nihil tamen potest habere in se non solum duas contrarietates, sed etiam neque vniam: haec enim est natura contrariorum, ut in eodem subiecto esse non possint. Non possunt etiam in eodem elemento poni tres qualitates, quia tunc necesse erat poni ibi vniam contrarietatem. nam in quatuor qualitatibus sunt duae integre contrarietates ergo quando fuerint tres qualitates in aliquo, necesse est ut sint ibi duo contraria, ut si ponatur calidum, siccum, & frigidum in aliquo, aut qualitercunque aliter varietur: duae autem qualitates esse possunt sine contrarietate, ut calidum & humidum: frigidum & siccum, vel calidum & siccum, frigidum & humidum, sed tres quaecunque illae sint non possunt esse sine contrarietate. nullum ergo elementum potest constare pluribus quam duabus qualitatibus non contrarijs, sed quatuor sunt qualitates. ergo necesse est ad minus poni duo elementa: quorum vnum sit calidum & siccum, vel calidum & humidum, & aliud sit siccum & frigidum, vel frigidum & humidum. Si detur quod sunt duo elementa quorum vnum sit calidum & siccum, & aliud frigidum & humidum, erunt ista ut ignis & aqua quae habent huiusmodi qualitates. Sed ista non possunt esse sola, quia contraria si sola sint non habent aliquam cognationem, nec possunt aliquo modo colligari: natura tamen requirit vnitatem & continuitatem, cum vniuersum habeat in se ordinem, & res eius habent inter se aliquam vnitatem & conformitatem naturae secundum aliquid, sed contraria sine medio continuari & colligari nequeunt.

Datis 4. qualitatibus necesse est esse quatuor elementa.

Necesse est igitur quod detur medium inter talia duo elementa, & non erit vnica qualitas, quia vbi est solida contrarietas, necesse est dari duo media colligantia, sicut inter duos numeros cubos proximos necesse est reperiri duos numeros medio modo proportionales ad illos in continua proportionalitate, ut supra satis declaratum est. Et erunt istae qualitates humidum & calidum, quia caliditas ignis & frigiditas aquae indigent vna qualitate media colligante, & ista est humiditas, quia vtrique conuenit humiditas, cum interdum calida sint humida, & interdum frigida sint humida.

Ista qualitas non sufficit ad colligandum vtranque contrarietatem, quia siccum & humidum non possunt colligari humido, cum sit humidum extremitas. Est ergo

In q. 53.

ergo necessaria alia qualitas, scilicet calidum. & in hac copulantur siccum & humidum, cum interdum sicca calida sint, & interdum humida sint calida. Ista duae qualitates necessario supponunt aliquam naturam mediam inter duo illa elementa data, & in illis colligabuntur. nam in eis non possunt esse istae duae qualitates: quia tunc quodlibet horum duorum elementorum esset calidum & humidum, & tunc ambo essent vnum elementum: quia haberent easdem qualitates penitus. Item non staret solida contrarietas nec aliqua: ideo necesse est ut manentibus his duobus elementis in suis qualitatibus, scilicet calido & sicco: humido & frigido, detur extra ipsa aliqua alia natura elementalis habens duas qualitates, scilicet calidum & humidum: & sic erunt saltem tria elementa.

Probat quartum elementum dari necessario, signis. Quae. LXII.

SEd adhuc necesse est poni alterum elementum, quod potest sic probari: quia qualitates quatuor sunt in elementis, & quilibet qualitas habet quod sit summa in aliquo elemento. In elementis tamen istis tribus solum sunt tres qualitates principaliter, quia in calido & sicco, si igne est caliditas in summo: in frigido & humido est frigidum in summo, in aqua: in medio autem elemento, scilicet calido & humido quod est aer, est humidum in summo: siccum autem in nullo adhuc est in summo. oportebat ergo adhuc dari aliquod aliud elementum, in quo sit in summo siccum: & istud est terra. Sed aliter probari potest fundamentaliter, quia in natura est continuas propter motum & processum, qui non fit sine continuitate. Sed datis his tribus elementis non datur continuas, nam ab aqua in aerem proceditur, scilicet ab humido aereo in humidum aereum: & ab aere in ignem, scilicet a calido aereo in calidum igneum, sed a sicco igneo in nihil procedi posset, sicut est de duabus qualitatibus aeris, quarum vtraque est medium procedendi ab aqua in ignem, sed esset ista siccitas ignis superflua. Idem de frigiditate aquae, quae a frigiditate aquae non proceditur ad aliquid, sed solum ab humiditate eius in aeream humiditatem. Nec potest dici quod per circulum redeatur a sicco igneo in frigidum aereum, quia motus fit per continuum, sed inter frigidum & siccum non est continuas, quia non copulantur ad terminum communem: ipsa autem sunt disperata. debet ergo poni aliqua natura media elementalis, per quam copulentur: & fit progressus continuus per omnes istas qualitates: & ista erit frigida & sicca, scilicet terra: & tunc erit continuas, nec erit quicquam superfluum, aut diminutum, quia ab humiditate aerea proceditur in humiditatem aeream, & a caliditate aerea in caliditatem igneam, & a siccitate ignea in siccitatem terream. & a frigiditate terrea in aeream frigiditatem, & hoc modo fiet conuersio quocumque voluerimus semper per continuum. Ista probatio procedit si dederimus quatuor qualitates elementales in duobus elementis, scilicet calidum & siccum, frigidum & humidum. Sed detur aliter, scilicet quod illa duo elementa sint vnum calidum & humidum: & aliud frigidum & siccum, scilicet aer & terra: hic sunt quatuor qualitates elementales, & sic non videtur necesse esse poni plura elementa. Sed necesse est poni plura, quia terra & aer solidam habent contrarietatem, & non possunt ligari contraria sine medio, nec vnico medio ligabuntur sed duobus, quia sunt contraria solida. nam caliditas aeris & frigiditas terrae sunt vna contrarietas, humiditas aeris & siccitas terrae sunt alia contrarietas. Prima contrarietas ligatur

Alia probatio melior.

vnica qualitate, scilicet humido, quia humidum conuenit calidis & conuenit frigidis: ista qualitas non potest esse medium in alia contrarietate humidum & sicca: cum ipsa sit vnum extremum, sed erit medium frigidum. Cum ergo istae qualitates sint ad colligandum duo contraria solida, necesse est ut vel sint in ipsis duobus elementis, quae habent solidam contrarietatem, vel in aliquo alio inter ipsa. Non possunt esse in ipsis, quia tunc easdem haberent qualitates duo contraria solida, quod includit contradictionem, quia non solum non manerent contraria solida, sed neque manerent contraria, sed essent idem. ergo dabitur istae duae qualitates aliquo subiecto medio, & istud erit tertia natura media elementalis, scilicet humida & frigida, & est aqua.

Datis his tribus probabitur necessarium esse quartum elementum, scilicet ignis, quia aliis non daretur continuas processus in natura. nam procederet a frigido terreo in frigidum aereum, & ab humido aereo in humidum aereum: tamen a calido aereo in nihil posset procedi: non enim continuaretur alicui. Idem de sicco terreo: nulli enim continuaretur. oportet ergo dari naturam aliam mediam secundum quam omnia ista continuentur, & ista erit ignis: & tunc erit processus continuus, quia a frigido terreo procedetur in frigidum aereum: & ab humido aereo procedetur in humidum aereum, & a calido aereo in calidum igneum, a sicco autem igneo ad siccum terream, & sic erit perfecta continuas, quocumque ergo modo detur necesse est concludi esse quatuor elementa.

Esse plura vel pauciora elementa quam quatuor est impossibile, & quare. Et quod inter terram, & aquam non potest intercideri aliquod elementum. Quae. LXIII.

ESse autem plura elementa est impossibile, quia inter ignem & aquam vnicum intercideri posse necesse est, plura vero impossibile. nam sicut in numeris cubis fit colligatio per duo media proportionalia, & non potest fieri per vnicum, nec est possibile inter duos cubos proximos intercideri tres numeros continue proportionales, aut plures, ita cum ignis & aqua sint solida in contrarietate, non poterit intercideri vnicum medium: nec tamen plura duobus, sed duo media sunt duae qualitates proportionales, & illae faciunt vnum elementum, ergo non potest inter ignem & aquam intercideri nisi vnicum elementum. Et quia media colligantia solidam contrarietatem ignis & aquae sunt calidum & humidum, fiet elementum calidum & humidum, & istud est aer. Si autem inter ignem & aquam daretur duo elementa, necesse erat dari quatuor qualitates in eis: cum quodlibet elementum vniam habeat qualitatem principalem, & aliam secundariam: & istae quatuor qualitates essent continuo proportionales inter aquam & ignem, sed hoc est impossibile, quia non possunt intercideri in solida contrarietate nisi duo termini medij continue proportionales. Accipiantur alia duo contraria solida, scilicet aer & terra, non poterit intercideri nisi vnum elementum inter illa, quia ista habent quatuor extremitates contrarietatis, quae sunt humidum, calidum, siccum & frigidum: inter haec non possunt intercideri nisi duae qualitates mediae ad colligandum duas contrarietates: & erunt frigidum & humidum, sed solum duae qualitates vnicum efficiunt elementum. ergo inter aerem & terram elementum vnicum est, scilicet aqua. Si autem darentur duo elementa media necesse erat intercideri quatuor qualitates quae essent continuo medio modo proportionales, nulla tamen contrarietas solida poterit

intercideri in solida contrarietate nisi duo termini medij continue proportionales. Accipiantur alia duo contraria solida, scilicet aer & terra, non poterit intercideri nisi vnum elementum inter illa, quia ista habent quatuor extremitates contrarietatis, quae sunt humidum, calidum, siccum & frigidum: inter haec non possunt intercideri nisi duae qualitates mediae ad colligandum duas contrarietates: & erunt frigidum & humidum, sed solum duae qualitates vnicum efficiunt elementum. ergo inter aerem & terram elementum vnicum est, scilicet aqua. Si autem darentur duo elementa media necesse erat intercideri quatuor qualitates quae essent continuo medio modo proportionales, nulla tamen contrarietas solida poterit

Alph. Tost. super Iosue.

Bb 3 recipere

recipere nisi duos terminos medios cōtinuo proportionales. non dabuntur ergo nisi quatuor elemēta. Aliter probari potest & evidentius per ipsa elemēta habentia simplicem contrarietatem, sicut ista quatuor elemēta non possunt interciderē alia. ergo nō possunt esse nisi quatuor elemēta. nam si plura essent elemēta, necesse erat ut continuaretur vnum ad alterum, & efficerent vnam naturā cōtinnitatē: aliās non ordinarentur ad vnum. nec daretur cognatio in rebus natura: & tunc non essent ad generationem nec ad corruptionem, cum ista fiant secundum quandam harmoniam similitudinis & dissimilitudinis. Inter terram autem & aquam quæ simplicem habent contrarietatem, impossibile est interciderē aliquod elemētum: quia ista habent cōtrarietatem planam, sicut siccum terreum & humidum aqueum: in habentibus tamen huiusmodi contrarietatem vnicū medium possibile est ad colligandū, sicut inter duos quadratos quoscūque proximis vnicum numerum medio modo proportionalem reperiri necesse est. Et ista est vnica qualitas, ut inter siccum terreum & humidum aqueum intercideret frigidum, quod cōuenit vtrique, & non possunt plura media esse: quia simplex contrarietas non potest ligari nisi vnicō medio, ut supra satis probatum est, sed vnica qualitas non efficit elemētum. ergo non potest interciderē aliqđ inter terram & aquam: presertim quia qualitas illa media qua colligantur est in ipsismet. ergo non poterit interciderē aliquid quo colligetur: seipsis enim sufficienter colligantur qualitate illa media.

Alia probatio clarior.

In q. 55. & 56.

Inter aquam & aerem non potest interciderē aliquod elemētum medium: & quare. Et quod idem in aere arguitur. Similiter etiam inter aerem & ignem. Quæst. LXIII.

ITEM arguendum est de aqua & aere, quod nō possit interciderē aliquod mediū elemētum: quia ista habent contrarietatem simplicem, in tribus enim extremitatibus differentibus consistunt, sicut frigidum, & humidum, & calidum: quarum due contrarietatem habent simplicem, tertia autem est media colligans: ideo non poterit interciderē medium alterū. Tum quia medium colligans contrarietatem est in ipsismet: ideo non indigent alio. Tum quia vnica qualitas media est, sed illa nō potest efficere elemētum quod semper duabus consistit qualitatibus. Idē in aere & igne arguetur quod nullum possit interciderē medium, quia simplicem habent contrarietatem. Idem in igne & terra. Aliter argui potest si aliquod medium intercideret inter terram & aquam illud deberet esse medio modo proportionale: alioquin non daretur cōtinnitas, & ordo processus in natura, si autem sit medio modo proportionale, oportet quod accipiat de qualitatibus eorum: accipiet autem mediam qualitatem, sicut frigiditatem quæ conuenit tā siccō terreo quā humidō aqueo. accipiet etiā aliam qualitatem: quia non potest consistere vnica qualitate: & tunc aut erit illa de qualitatibus terre, aut de qualitatibus aquæ. si assumat de qualitatibus terre assumet siccum: & sic erit medium illud frigidum & siccum, sed tunc non erit medium sed extremū, quia erit terra quæ est frigida & sicca. Si autem cum medio quod est frigidum, assumatur alia qualitas, quæ sit qualitas aquæ, erit humidum, & dicetur medium frigidum & humidum: sed istud est extremū, quod est aqua, ergo non potest poni medium elemētum.

Si autem dicas quod vis ponere frigidum, quod est medium, aliam qualitatem quæ non sit de qualitatibus aquæ & terre: necessario illa erit caliditas: cum

F præter humiditatem & siccitatem nulla sit coniungibilis nisi caliditas, sed frigidum calido copulari nequit propter contrarietatem. ergo impossibile est medium dari inter terram & aquam. Inter aquam & aerem idem modus est inducendi: ista enim sunt cōtraria simplicia habentia extremitates tres, scilicet frigidum, humidum, calidum, & colligantur calidum aereum & frigidum aqueū qualitate media quæ est humidum.

G Si autem velimus ponere medium elemētum habebit primo qualitatem mediam, quæ est humidum: & tunc quaritur quam de alijs tribus qualitatibus habebit. Si dicas quod habet frigidum, erit humidum & frigidum, & istud est aqua. Si autem dicas quod habet calidum, erit humidum & calidum: & istud est ipse aer quod erat alterum extremum. Si autem sit siccum non poterit dari, quia tunc iungerentur humidum & siccum: & iste modus est euidentiōr alijs prioribus, quamquam omnes sit necessārii.

Inter aerem & ignem identidem non potest esse medium elemētum, quia ista sunt contrarietatem simplicem habentia in tribus differentibus extremitatibus, scilicet humido, calido, & siccō: & colligantur per calidum. Si autem velimus ponere medium elemētum, necesse est ut habeat primo qualitatem mediam, scilicet caliditatem quæ mediat: & tunc cū illa aut habebit frigidum, aut humidum, aut siccum. Non potest habere humidum, quia esset tunc calidū & humidum: & istud est aer quod est extremum.

H Si autem habeat siccum, erit calidum & siccum, & istud est ignis qui est extremum. Si autem detur quod habeat frigidum est impossibile colligatio, quia contraria in eodem non sunt. Non ergo potest interciderē medium elemētum inter aerem & ignem reducendo per circulum: quia ipsa sunt habentia simplicem contrarietatem in tribus differentibus qualitatibus, scilicet calido, siccō, frigidō: & modus erit in excludendo medium, sicut in prædictis.

Secundus modus probandi quod est impossibile quod sint plura quam quatuor elemēta vel pauciora. Quæst. LXV.

ALITER autem induci potest impossibilitas plurium quam quatuor elemētum, quia quatuor sunt qualitates elementales, & nullum elemētum potest habere vnicam, sed quodlibet in duabus est: & tunc quot fuerint possibile combinationes qualitatū, tot erunt possibile elemēta, sed non sunt possibile, nisi quatuor combinationes istarum qualitatū. ergo non erunt possibile nisi quatuor elemēta, quod patet inducendo.

Accipiat calidum & coniungatur humidum, & fiet vnum elemētum, scilicet aer. Coniungatur calidum siccō, & fiet alterum elemētum, scilicet ignis. Coniungatur calidum frigidō & est impossibile.

K Accipiat frigidum & coniungatur humidum, & fiet vnum elemētum, scilicet aqua. Coniungatur frigidum siccō, & fiet aliud elemētum, scilicet terra. Coniungatur frigidum calido: hoc est impossibile. Ecce per combinationē variam qualitatū sola quatuor elemēta inuenta sunt.

Accipiat autē due residuæ qualitates, sicut siccum & humidū, & cum qualibet earū fiant speciale cōbinationes, & inueniuntur eadē quatuor elemēta, sicut siccū cōiungatur calido, & erit elemētū ignis. Cōiungatur frigidum siccō, & erit elemētum terre. Cōiungatur siccū humidū, & hoc est impossibile, cū sint tria. Cōiungatur humidū alijs qualitatibus, sicut humidum calido

erit

erit elemētum aeris. Combinetur humidum frigidum, & erit elemētum aquæ. Combinetur humidum siccō est impossibile combinatio. qualitercunque ergo inducantur qualitates, solum est possibile quadruplex combinatio, & consequenter erunt quatuor elemēta. Si autem contrariorum esset possibile combinatio fierent sex elemēta. Et per hunc modum etiam induceretur, quod non erat possibile fieri alia elemēta præter hæc, scilicet, quod essent quatuor elemēta: tamē quod illa non essent terra, aqua, aer, ignis: aut quod esset aliquod alterum, & deficeret aliquod de his quatuor. Nec enim nunc de nominibus contendimus, sicut an vocentur terra, & aqua, aer, & ignis: quia in hoc nihil differt, cum singulæ gentes proprijs ea vocibus secundum sua idiōmata appellent: sed quod non erat possibile esse elemēta quatuor alterius naturæ quā sunt hæc: quia licet in his differentia substantialis sit per formam specificā, tamen mutatis qualitatibus elementalibus impossibile erat manere eandem specificam formam: quia forma in materia non possunt gigni nisi existant certæ dispositiones: & postquam fuerint ibi, non poterunt manere si perdantur illæ dispositiones. Vnde si igni auferatur calidum & siccum, non manebit forma ignis, sed alterius erit nature: quia illa forma nō potest consistere nisi in his dispositionibus: & si ablati igni calido & siccō, daretur calidū & humidum, iam non esset ignis sed aer: non quidem quia substantia ignis consistat in calido & siccō: sed quia sine illis consistere impossibile est. Et hoc modo cum vnum elemētum agit in alterum, conuertit illud ad naturam suam: sicut sepe aer conuertit ignem in seipsum: & e conuerso conuertit ignis aerem, non quidem tanquam directe forma specifica aut destruat, aut conuertatur: sed quia per actionem contrariorū pereunt qualitates sine quibus nō consistit forma specifica in materia. Consistunt ergo elemēta diuersæ nature secundum quod qualitates se habent vario modo in eis: sed impossibile est alias esse combinationes qualitatū præter eas, quæ nūc sunt existentibus quatuor qualitatibus. ut supra fuit inductum. ergo impossibile erat alia elemēta præter hæc esse: vel quod essent quatuor elemēta, quæ non essent hæc: quia ad hoc requirebatur quod essent quatuor qualitatū combinationes: & quod non essent istæ combinationes: sed non sunt possibile combinationes alterius modi, ut inductum est. ergo nec sunt possibile elemēta alterius modi quā hæc.

Necesse est esse quatuor tempora anni & impossibile est esse plura his. Quæst. LXVI.

SIMILITER autem de temporibus anni dicendum est, quod necessario sunt quatuor tempora anni, & non possunt plura aut pauciora poni: quia ista tempora consistunt diuersa secundum qualitates diuersas quæ in eis dominantur: sed in his temporibus sunt quatuor qualitates, & in quolibet debet esse duplex qualitas: quia non potest aliquod tempus habere vnicam qualitatem, vt supra probatum est. Debet autem qualibet qualitas habere dominiū in aliquo tempore, sicut caliditas in æstate, in autumno siccitas, frigiditas in hyeme, humiditas in vere: & istæ sunt combinatæ alijs qualitatibus minus principalibus illorum temporum. Hoc dato non possunt esse pauciora quā quatuor tempora: quia si poneremus esse vnicum tempus, cum quatuor qualitates in tempore ponendæ sint, necesse esset ut illud haberet omnes quatuor qualitates: sed est impossibile, quia tunc haberet solidam cōtrarietatem, & duas simplices.

In q. 46.

Alph. Post. super Iosue.

Aces contrarietates. Nec possunt poni tres qualitates in eodem tempore, quia in tribus qualitatibus quacunque illæ sint si sunt de elementalibus, necesse est simplicem contrarietatem vnam esse, vt in calido, humido, frigido, vel aliter quomodocūque: non potest autem in eodem recipi contrarietas. necesse est igitur saltem esse duo tempora, & in quolibet eorū sint duæ qualitates. Sed nec istæ erunt de trijs, vt quod poneremus in eodem calidū & frigidum: & in alio siccū & humidum: istæ enim combinationes sunt impossibiles: quia tria non recipiunt se simul: sed fierent combinationes aliter, sicut calidum & siccum, & frigidū & humidū in alio, & videbatur quod sufficerent ista duo tempora, quia in eis qualitates omnes reperiebantur, sed non possunt hæc solum consistere, quia sunt talia duo tpa habentia solidam trietatem, & tria nunquā ligantur nisi per medium: aliās non erit motus & cōtinnitas: sed tpa copulantur, cum vltima eorum sint idem. ergo necesse est qualitates tpaes conformiter quandam habere habitudinem. Sed duo tria solida non habent aliquam cōformitatem, ideo necesse est interciderē medium copulans: & istud non est vnicum, quia duo contraria solida semper exigunt duo media continuo proportionalia, sicut inter duos cubos proximis sunt duo termini continuo proportionales. erit ergo inter caliditatem æstatis & frigiditatem hyemis medium vnum, sicut siccum: quia cuiuslibet eorū cōuenit. Pro alia cōtrarietate, sicut siccū & humidū aliud medium necessarium est, sicut frigidum. nam siccū non potest esse medium, cum sit extremum in hac trietate: & tunc medium illud quod datur, erit siccum & frigidum. Nec possunt istæ qualitates esse in æstate & hyeme, quia tunc non essent solida contraria: sed idem penitus sine aliqua contrarietate. Dabitur ergo necessario medium quod sit siccū & frigidum, & erit aliud tempus distinctum ab æstate & hyeme, in quo ambo colligentur, & sic erunt tria tempora saltem. Est autem adhuc necessarium quartum tempus: quia in tempore est circulus secundū qualitates eius, quia causatur secundum motum circuli celorum: ideo cum procederetur ad hyemem ab æstate est processus per continuum, sicut a siccō æstatis procedetur in siccum autumni: & a frigido autumni in frigidum hyemis: sed cum inde procedendum sit non poterit procedi per continuum, quia ab humido hyemis nō potest procedi in calidū æstatis aut in siccū: quia nō est aliquid medium & cōe his: ideo necesse est dari tps medium ita vt semper per cōtinuū procedatur. Erat autem istud tempus necessario humidum & calidū ad hoc quod mediante illo cōtinuenter hyems & æstas: quia trāsitur ab humido hyemis & nō potest trāfiri nisi in humidum vt sit cōtinnitas: & quia trāfiri debet inde in caliditatem æstatis vt cōtinuenter tpa, necesse quoque erit vt calidum sit, erit igitur tps istud calidū & humidū, & istud vocatur ver quod mediat inter hyemē & æstatē, & tunc erit cōtinnitas in tpaibus, quæ procedetur a siccitate æstatis in siccitatem autumni, & a frigiditate autumni in frigiditatem hyemis, & ab humiditate hyemis in humiditatem veris, & a caliditate veris in caliditatem æstatis, & sic fit circulus & perpetuitas in temporibus. Datis autē solum tribus temporibus non poterit fieri cōtinnitas & circulus. necesse est ergo esse quatuor tempora.

Esse plura tempora quā quatuor est impossibile. Qd. LXVII.

ESSe plura tempora est impossibile, quia aut essent ista cum alijs, aut alia per se. Non possunt esse ista cum alijs, quia tunc interciderent alia inter hæc, cum in istis rotus ordo durationis vertatur. non possunt tamē alia tpa interciderē

Probat necessitatem quartum temporis.

Bb 4 quod

quod multipliciter induci poterat, sicut inductum fuit de elementis quod non possent esse plura quatuor, sed satis erit quod inducatur duobus vltimis modis.

Primo: quia inter aetatem & autumnum non potest intercideret aliquod tempus, quia omne tempus duas habet qualitates. ergo esset aliquod tempus medium inter hec, cum ista habeant contrarietatem simplicem in calido & frigido: erit medium siccum: & illud tempus quod intercideret esset siccum: sed necesse erat qd haberet aliam in super qualitate: & illa aut esset frigiditas, & tunc coincideret cum extremo, scilicet cum autumnum qui est siccus & frigidus: si sit caliditas est medium calidum & siccum, & tunc coincideret cu aetate quae est extremum, & est calida & sicca: si autem sit humiditas non poterit fieri combinatio, quia contraria non coniunguntur. Item inter autumnum & hyemem non potest etiam tempus medium intercideret: quia ista sunt simplicem contrarietatem obinentia in tribus extremitatibus, scilicet frigido, sicco, humido, quorum medium est frigidum: ideo necesse est vt tempus illud quod esset medium, frigidum esset: & quia non potest constare vnica qualitate, necesse est vt superaddatur alia: & illa aut erit siccitas: & tunc medium erit frigidum & siccum, & coincidet cum extremitate quae est autumnus. Si autem ponatur alia qualitas, scilicet humidum, erit medium frigidum & humidum, & erit extremitas quae est hyems. Si autem detur alia qualitas, scilicet calidum non erit possibilis combinatio, quia contraria non simul stabunt: impossibile est igitur inter autumnum & hyemem intercideret tempus medium. Inter hyemem autem & ver necesse est quoque esse nullum medium: quia in his est contrarietas simplex in tribus extremitatibus, scilicet frigido, humido, calido, medium autem est humidum: quod vtrique conuenit: ideo si aliquod tempus medium deberet intercideret, necesse erat vt illud esset humidum, aliam quoque haberet qualitatem: & tunc aut illa esset frigiditas, & sic esset frigidum & humidum: atque coincideret cum altero extremo, scilicet cum hyeme. si autem esset caliditas cum humiditate in medio illo coincideret cum altero extremo, scilicet cum vere quod calidum & humidum est. si autem combinetur siccitas humiditati est impossibilis combinatio: quia sunt contraria. nullum ergo tempus medium intercideret potest. Inter ver quoque & aetate medium tempus esse est impossibile: quia sunt contrarietatem simplicem obinentia in tribus extremitatibus, scilicet calido, humido, sicco, medium autem est calidum, si ergo daretur aliquod tempus medium, illud esset necessario calidum: sed non poterat solam hanc qualitatem habere. haberet ergo aliqua de alijs: sed tunc aut esset siccitas cum caliditate: & sic coincideret cum altero extremo, scilicet aetate quae est calida & sicca. Si autem esset humiditas, coincideret cu altero extremo, scilicet cum vere: quod est calidum & humidum. Si vero sit frigiditas est impossibilis combinatio, quia sunt contraria & non consistunt in eodem, non ergo poterit intercideret tempus aliquod inter ver & aetatem, & consequenter patet qd non pnt esse plura quam hec.

Alia probatio.

Amplius patet alio modo: quia tempora sunt varia secundum diuersas qualitatum proportionem in eisdem: sed non possunt dari plures combinationes qualitatum quam haec quatuor: ergo non possunt esse plura tempora. Patet: quia solum sunt quatuor qualitates temporis, id est rerum temporalium scilicet partes successione temporis, sicut ipsorum elementorum sunt quatuor qualitates: & non possunt qualitates istae esse simpliciter, id est solae secundum suc-

cessiones temporum, sed combinatae. Accipiat autem calidum & combinetur ei humidum, & fiet tempus vnum quod est ver. Accipiat autem calido siccum, & fiet aliud tempus, scilicet aetas. Accipiat autem frigidum cum calido, & ista est impossibilis combinatio: cum sint contraria. Accipiat frigidum & combinetur sicco, & fiet tertium tempus, scilicet autumnus: combinetur frigidum humido & fiet quartum tempus, scilicet hyems: combinetur frigidum calido: & est impossibile vnio. manebunt ergo sola quatuor tempora ex his mixtionibus. Accipiat autem aliae duae qualitates, scilicet siccum & combinetur frigido, & erit vnum tempus, scilicet autumnus: de quo dictum est. Combinetur siccum calido, & fiet aliud tempus, scilicet aetas. Combinetur siccum humido: & ista est impossibilis mixtio. Accipiat humidum & combinetur calido & fiet vnum tempus, scilicet ver. Coniungatur humidum frigidum, & fiet aliud tempus, scilicet hyems. Combinetur humidum sicco: & ista est impossibilis: ideo non poterunt reperiri nisi istae quatuor combinationes: & consequenter nec plura quatuor temporibus. Quod autem non sunt alia tempora praeter ista, siue sint quatuor, siue pauciora patet: quia tempora sunt diuersa per varias qualitatum combinationes: sed impossibile est plures esse combinationes, nec esse alias est possibile siue tot siue pauciores. sicut ergo quia non sunt plures combinationes, non sunt plura tempora neque elementa: ita quia non sunt aliae nisi istae, scilicet alio modo facta non sunt alia tempora in substantia, nisi ista siue tot in numero, siue pauciora.

Oportet quatuor humores dari, & plures fore est impossibile. Nec possunt esse alij quam isti, siue plures, siue pauciores ponantur. Qd. LXXVIII.

In humoribus eadem est speculatio, scilicet qd necesse est esse humores solum quatuor quod ex superioribus satis induci possit: sed vt saltem in formula breuiter induceretur: sicut in elementis sunt quatuor qualitates ita & in humoribus: quia nihil in natura simplicem habet qualitatem ex causis supra positis: sed sunt qualitates istae combinatae in humoribus. Non possunt autem esse omnes in subiecto vno ita qd esset vnicus humor: quia ille haberet duas contrarietates integras: quod impossibile est, cum nec vnam habere queat. Non possunt etiam in eodem esse tres qualitates elementales: quia quaecunque illae sint facient vnam in tegram contrarietatem, duae autem sunt compossibiles: vt calidum & siccum in eodem: & frigidum & humidum: vel alijs modis: & sic saltem dabuntur duo elementa, sed non sufficiunt: quia necesse est dari medium copulatiuum inter hec, cum sint contraria solida, & illa semper colligentur ex causis supra assignatis. Si ergo dederimus calidum & siccum in vno, & in alio frigidum & humidum necesse est poni duo media pro duabus contrarietatibus. Erunt autem illa duo extrema cholera & phlegma, quia in his conueniunt qualitates haec: & pro calido cholericum & frigido phlegmaticum dabitur medium, scilicet humidum: quod vtrique conuenit, pro sicco cholericum & humido phlegmatico est aliud medium, scilicet calidum quod vtrique conuenit: & sic dabitur necessario medium inter cholera & phlegma, quod sit humidum & calidum: & iste est sanguis: vnde erunt necessario tres humores.

Sed adhuc est necessarius alius: quia non esset continuitas & progressus in humoribus si non detur alius: & erunt aliquae qualitates superfluae, quae patet, quia ab humido

humido phlegmatico procedetur in humidum sanguineum, & a calido sanguineo procedetur in calidum cholericum: sed a sicco cholericum non poterit procedi in aliquid per circulum vel alias.

Item a frigido phlegmatico non potest in aliquid deueniri, neque ab aliquo in illud. nam a sicco cholericum non potest veniri in frigidum phlegmaticum, quia non habent identitatem vel continuitatem, progressus autem per continua fit. Ideo oportet esse aliquid medium, ita vt neque siccum cholericum, nec frigidum phlegmaticum superfluum sit, & hoc est, vt ponatur humor, scilicet qui sit frigidus & siccus, & tunc transibit per circulum a sicco cholericum in siccum humorem, & a frigido illius procedet in frigidum phlegmaticum ita vt fiat perfectus circulus, & iste quartus humor est melancholia, qui necessario est frigidus & siccus.

Esse autem plures est impossibile, quia inter melancholiam & phlegma non potest dari medium humorum sicut in eis solum tres extremitates, scilicet siccum, frigidum, & humidum: medium autem est frigidum, & si aliquis humor medius daretur, necessario ille esset frigidus & haberet aliam qualitatem. si autem esset siccitas esset frigidus & siccus: ideo esset vnum extremum, scilicet melancholia. Si autem esset humidum, esset medium illud frigidum & humidum, & sic esset phlegma, quod est alterum extremum: non potest esse calidum, quia non combinatur calidum & frigidum. Inter phlegma autem & sanguinem intercideret medium humorem est impossibile, quia consistunt in simplici contrarietate, & medium eorum est humidum: extremitates duae sunt calidum sanguineum & frigidum phlegmaticum. Si ergo daretur aliquis medius humor necessario esset ille humidus, & tunc aut combinaretur cum hoc frigidum, & sic esset phlegma, quod est frigidum & humidum, aut combinaretur ei calidum, & tunc esset sanguis, qui est calidus & humidus non potest combinari ei siccitas, quia contraria sunt. non est ergo possibile intercideret medium humorum inter phlegma & sanguinem. De sanguine & cholera idem modus est, quia ista duo sunt contraria non solida, & habent medium calidum: extremitates contrariae sunt, siccum cholericum, & humidum sanguineum: si autem esset medium esset calidum, & non possit esse siccum: quia tunc coincideret cum cholera: esset enim calidum & siccum. nec potest combinari huic medio humidum, quia coincideret cum sanguine: non potest etiam combinari ei frigiditas, quia sunt contraria: sed in vnica qualitate non potest subsistere aliquis humor, ergo non poterit esse medium inter sanguinem & cholera. idem de cholera & melancholia quae identidem sunt contraria simplicia. Alij modi per sufficientem diuisionem combinationum qualitatum induci possunt: sed satis patet ex superioribus. apparet ergo ex praedictis necessario esse 4. elementa nec plura, & 4. tempora. & 4. humores, nec plurificari potuisse, nec diminui. Haec autem omnia dependent ex 4. qualitatum secundum combinationes earum.

si aliquando per possibile vel impossibile daretur, quod sol staret, & nunquam postea moueretur, quae accidentia sequerentur. Quest. LXXIX.

Nunc autem redeuntibus nobis ad id vnde paululum digressi fuimus, ad inquirendum ordinem in istis naturalibus dicendum est, quod sunt mutationes in rebus secundum qualitates propter motum caelorum, & principaliter propter motum corporis solis. Et quia habet in circulo suo 4. quartas secundum quas declinat, cau-

fat. 4. varietates combinationum qualitatum in rebus secundum successione temporum discurrendo quartas illas, & si sol non haberet aliquam latitudinem in motu versus Septentrionem & austrum, non causeretur aliqua diuersitas istarum qualitatum in regionibus ad aliquam partem mundi, sed manerent semper sub eisdem qualitatum quaecunque illae essent, quia influenza semper esset eiusmodi, & identificata causa impossibile est variari effectum, & si sole non habente declinationem non fieret diuersitas in regionibus, adhuc magis essent res sub eadem qualitate si sol maneret immotus totaliter: tunc enim nihil gignit aut corrumpi posset, quia nunquam esset alteratio secundum contrarietatem qualitatum, quae necessario praesupponitur ad generationem & corruptionem: cum qualitates semper essent eadem. scilicet ubi semel esset frigiditas semper esset frigiditas, & ubi caliditas eodem modo, quia non esset adiuuans aliquid ab extra ad intensiorem & remissionem. quod ergo genitum non esset nunquam gigneretur, quod autem genitum esset non constaret in harmonia magna qualitatum, necesse est perire, sicut omnia animata tam animalia quam plantae, quia semper vna qualitas inualeceret ceteris perennibus, & sic cessaret harmonia, & consequenter ipsa quae per harmoniam consistunt. Ideo si sicut staret sol tempore longae paruo tempore, scilicet per 12. horas aut quasi, vel per unum plus, decessit per duos vel tres menses aut plus, necesse erat omnia diuersa perire: quia fortificaretur semper in eis vna qualitas & destrueret harmoniam, & accideret hominibus & omnibus animalibus, sicut in his quae aliqua diuersa valetudine tacti paulatim conficiuntur langore: arbores autem & cetera virentia si procul a regione illa super quam sol stabat, essent, duro frigore & velut autumnii siccitate marcescerent defluens folijs, versisque in alborem, bruma premente: ipsa quoque virtus arboris in qua fundatur tota vitalis operatio & substantia, nullo calore adiuta periret. Si vero sub terra illa essent quam stans sol premeret, aut ei appropinquarent, in temperato exurentur calore toto humido naturali soluto.

Prout tamen Deus, vt quamquam potestissimum brachium suum ostendisset tenendo caelum, tamen non fecit magno tempore detineri, ne rerum status aut periret, aut ex aliqua parte labeficeretur. Sic autem post diem iudicii cessabit omnis corruptio & generatio in elementalibus regionibus non existentibus animalibus, nec plantis, aut aliquibus vegetabilibus. nam stabit sol & luna, & totus apparatus caeli, quia iam priora transferunt. Erant enim magnifici Dei nostri artificia quadam ad conseruationem & generationem nostram in hoc seculo: cum vero haec columata erunt, nihil iam proficeret motus caelorum, nec generatio & corruptio. non ergo erit. Et quamquam substantia elementorum non cesset: omnes tamen species viuientium peribunt, quia ista immediate erant ad hominem: substantia autem elementorum ad honorem Dei & pulchritudinem operis sui. Et quia si in die iudicii constaret motus caeli, ex quo consequenter omnia viuentia perirent: aliqua successione manerent, caduera super terram ipsorum animalium, quae licet mouerentur, consumuntur tamen caduera non possent, quia non erat aliqua qualitas dissolvens, sicut nunc est calor, nisi forte essent sub sole stante (vt aliqui volunt) perpendiculariter, aut in propinquo manerent, quoque arbores desiccate non resoluunt, quae omnia latis magnam praestarent deformitatem, elemento terra. Ideo Deus in die iudicii mittet ignem, qui omnia animalia & viuentia incinerabit, & plantarum omneque alias mixtiones imperfectas, & haec

Post diem iudicii cessabit motus & generatio & corruptio, & quare.

quæ combustione illa soluentur, clauduntur intra ter-
 re hiatus per quasdam inferorum (vt aiunt) portas,
 & tota terra atque elementorum facies manebit pu-
 rissima. De combustione hac dicit beatus Petrus Ca-
 non. 2. cap. 3. cæli autem, qui nunc sunt, & terra, eod-
 em verbo repositi, sunt igni reseruari in diem iu-
 dicij & peccationis impiorum hominum. Et postea
 subditur. Adueniet autem dies domini, vt fur, in qua
 cæli magno impetu transierint, elementa vero calore
 soluentur, terra autem, & quæ in ea sunt opera exu-
 rentur. Ex prædictis autem patet, quid sequeretur
 si sol stetit ulterius, sicut cæperat stare tempore
 Iosue, & dato quod mouerentur cæteri cæli, & planetarū
 corpora, si tamen sol in æternum staret, necesse erat
 sequi omnia inconuenientia quæ supra posita sunt,
 quia cæteri planetæ sine sole non sufficiunt ad guber-
 nationem, est enim a sole fere tota virtus influxiua, &
 cæteri a sole lumen recipientes ad influendum adiu-
 uantur, non tamen sequerentur ita velociter inconue-
 nientia prædicta stante sole, & motis omnibus plane-
 tis, sicut si omnia simul starent.

An quando stetit sol orante Iosue fuerit tempus.
 Quæstio. LXXV.

QUÆRITUR autem adhuc aliquis, an quando
 stetit sol orante Iosue fuerit tempus. Alijs
 forte dicitur, quod non: quia tempus est passio
 motus & fundatur in cælo: sed tunc cælum
 stetit, ergo non erat tempus. nam secundum quod pro-
 bat Aristoteles 4. phys. quamquam omnia quæ mouentur
 sunt in tempore, tamen non est tempus in quolibet
 eorum, sicut in subiecto: quia tunc quot sunt res mo-
 tæ tot essent tempora, sicut quot sunt res albæ tot
 sunt albedines: sed est tempus subiectiue in vnico,
 quod mouetur, & in cæteris, vt in mensurato. ideo li-
 cet omnia mobilia dicantur esse in tempore: non ta-
 men est ponendum, quod in quolibet sit aliquod tem-
 pus: sed ipsum quod est primū in motu & causa mo-
 tuum aliorum, ponitur solum subiectum temporis,
 & existendo in illo subiectiue mēsurabit illud, & om-
 nia alia, quæ sunt cum duratione illius, sicut posita
 mensura in aliqua re mensurabili mensurabit illam,
 & multas alias in quibus non sit, sicut posita vna su-
 per pannum, & ille sit complicitus in mille partes æ-
 quales mensurando superiorem mensurat omnes in-
 feriores, nec oportet, quod cuiuslibet illarum plicarum spe-
 cialiter applicetur: si tamen mensura deberet esse sub-
 iectiue in quolibet quod mensuratur, necesse erat
 vt fieret specialis applicatio ad quamlibet plicam. Ita
 cum primum mobile habeat fundamentum totius
 motus, & motus suus sit antiquior & durabilior alijs
 motibus, ponitur in eo tempus quasi in subiecto. sic
 diffinit Aristoteles in 4. phys. & tenent omnes alij, qui de na-
 tura loquuntur, cum ergo cessauerit stante Iosue mo-
 tus cæli non potuit esse tempus, quia non existente su-
 biecto. s. motu cæli non stabit passio illius. s. tempus.

Aliquis diceret, quod tempore Iosue stetit sol, & quia
 per motum illius causantur nox & dies, poterant ista
 tunc cessare: tamen non erat necesse totum tempus
 cessare, nec valet ista consequentia. dies & nox non
 sunt, ergo nullum tempus est, quia dato quod cessent ista
 per cessationem solis a motu: isti non cessabit iō mo-
 tus primi mobilis, in quo fundatur tps, & non in cæ-
 lo Solis motu: ideo cum non dicatur stetit, nisi Sol
 & Luna, non sequebatur fuisse ablatum motū & tps.
 Sed dicendum est, quod ex hac parte non potest rñde-
 ri, quia non solum steterunt Sol & Luna, sed et cæte-
 ra cælestia corpora, vt supra declaratum fuit, ergo nō
 fuit motus, in quo fundabatur tps. Sed videtur dicē-

In q. 32.

dum, quod hoc non obstante fuerit tps, quia scriptura di-
 cit, quod vna dies facta est, quasi duo dies, vt patet Eccl.
 46. Sed nō essent duo dies, nisi esset tempus, ergo stan-
 te Sole fuit tempus.

Item dicitur in hoc c. quod non fuit vnquam tam lon-
 ga dies obediēte Deo voci hominis. ergo dum ste-
 tit Sol fuit additum aliquid diei. Non potest autē ad-
 di aliquid tempori, nisi tempus, sicut non potest addi
 quantitati, nisi quantitas. ergo tunc fuit tempus.

Item tempus est duratio quedam rerum consistē-
 tium in motu secundum prius & posterius: sed dum
 stetit Sol durabant Iudæi & durabant hostes sui, ergo
 erat tempus.

Item omnes adus nostri & successiue mensuran-
 tur & quantitate temporis: sed Iudæi aliquid facie-
 bant quod Sol stabat & hostes sui. ergo erat tempus:
 alioquin darentur operationes nostræ in instanti.

Item quandoque est motus, est tempus: sed tē-
 pore quo Sol stetit erat motus, quia Iudæi persequē-
 bantur hostes suos, & occidebant eos. ergo tps erat:
 patet antecedens, quia licet non sit tempus subiecti-
 ue in quocumque motu: tamē necesse est, quod quicunq;
 motus fuerit sit tempus, sicut nō est necessario poni
 mensuram immediate super quamlibet rem mensu-
 ratam, siue sit in illa, siue in alia: ideo siue in motibus
 Iudeorum, & hostium suorum fundaretur tempus,
 siue non: inquirendum non curo: necesse tamē erat,
 quia erant motus illi, quod esset aliquod tempus.

Ad superius quæstum determinatio auctoris. de quo etiam
 infra q. 80. Et quod vnicum est temporis subiectum, quo
 mensurantur omnia temporalia, scilicet primum mobile: vn-
 de quandoque est motus est tempus, sed non in quocum-
 que est motus est tempus. Quæstio. LXXI.

AD hoc respondendum est, quod cum stetit Sol
 tempore Iosue, ita fuit tempus, sicut ante
 illud. nam si non esset tempus nihil pro-
 fuisset Iosue id quod petierat, quia ipse vo-
 lebat vt daretur ei tempus lucidum ad vlciscendum
 se de hostibus suis, & tamen si stetit sol, & non es-
 set tempus, non haberet quod volebat: nihil enim
 tunc facere posset, cum omnis actio nostra mensure-
 tur tempore: fecit tamen quod intendebat delendo
 hostes, ergo tempus tunc fuit.

Considerandum autem circa hoc, quod si in omnibus
 rebus quæ mouentur assignaretur tempus, sicut assi-
 gnaretur motus: non esset dubium, an tempus fuisset
 sole stante tempore Iosue, quia manifestum esset, quod
 fuisset: quia tempus tunc fuisset, quia erat motus: ta-
 men nō fundatur tempus in omni motu, sed in vno:
 & reliqui motus quantum ad durationem suam mē-
 surantur tempore quod subiectiue in illo vnico est,
 sed in quolibet mensuratiue. Et causa huius est, quia
 non est necesse, quod ad hoc quod mensuretur duratio mo-
 tus alicuius, sit in eo subiectiue & realiter mensura
 illa qua mensuratur, sed habeat motus successionem,
 & mensurando durationem vnus mensurat tempus
 durationem alterius, sicut cum mouetur cælum, mo-
 uentur omnes alię res siue motu locali, siue alijs mo-
 dis motuum, & dum tempus mensurat durationem
 illius motus. s. 20. vel 30. annos: mensurat quoque 20.
 vel 30. annos in qualibet alia re que tantum durat: vn-
 de a principio anni vsque ad finem est tempus vnus
 anni, & istud tempus est subiectiue in motu cæli: & si-
 cut mensura: quęlibet autem alia res quæ interm̄ vi-
 uit aut est, vnum habet annum, sed non sunt tot anni
 quot res durātes in illo anno, sed vnum esse dicimus.
 Si tamen diceremus, quod tempus esset in qualibet re tē-
 porali subiectiue, tot essent anni quot res durantes in
 anno

anno illo, cum connumerarentur accidentia ad con-
 numerationem subiectorum. Ideo diceremus, quod dū
 est vnus annus sunt plures quā 20. millia annorū,
 & esset quilibet horum annorum distinctus ab alio.
 realiter, sicut distinguitur subiectū a subiecto: nemo
 tamen hoc confiteretur, sed diceret esse vnum annum so-
 lum a principio vsque ad finem. ergo non est annus
 ille, siue tempus subiectiue in qualibet re temporalis,
 sed necesse eē in vnica, sicut dicim⁹ ipsum esse vnicū.

Item si res quęlibet temporalis, haberet tempus
 suum subiectiue in motu fundato in ea, secundum
 varios motus rerum variarentur, annus autem & mē-
 sis, dies & nox non causantur per motum alicuius rei
 elementalis, sed solius cæli, ergo non est in aliquo ni-
 si in cælo: si autem in alijs rebus ponitur non est sub-
 iectiue, sed mensuratiue.

Item duratio nostra non est distincta, sicut motus
 cæli, ergo si nos haberemus tempus, non esset tempus
 determinatiuum, sicut dies & annus, quia in duratio-
 ne nostra non est aliquid per quod fiat distinctio, si-
 cut in tempore causato a motu cæli. nos ergo si viue-
 remus per tēpus, quod in nobis esset, non viueremus
 per annos & dies, sed per quoddam alterum tēpus:
 quia dies & annus non sunt in motu. Est igitur tem-
 pus quandoque motus est, sed non est tempus in
 quocunq; est motus, sed vnum erit, quod habebit tē-
 pus, & per durationem illius mensurabuntur cætera.

Explicat duas condiciones subiecti temporis, & quomodo istæ
 competunt primo mobili. Et quod non est ipsum ad-
 quatum subiectum temporis contra Philosophos.
 Quæstio. LXXII.

SED ad hoc oportet, vt illud habeat duas condi-
 tiones. Prima est, quod motus illius rei sit perma-
 nentior motibus aliarum rerum, & non fue-
 rit aliquis motus ante motum illius. nam si po-
 namus in aliquo tempus, per quod cætera mensuren-
 tur, per partes durationis illius mēsurabunt cætera, &
 dū cælum durat cætera durant, quamq; non tm̄ durēt
 quantum cælum, & res quæ totam periodum suam
 habet in 20. annis vel 30. non habet illos 30. annos in
 se, sed mensuratur quadā parte durationis motus cæ-
 li. nam dum motus cæli durat per 30. annos: etiā ho-
 mo iste durat per 30. annos, & non sunt alij anni nu-
 mero, quibus durat iste homo, quā illi quibus du-
 rat cælum: esset tamen distinctio istorum annorum si
 in qualibet re que durat 30. annis essent 30. anni subie-
 ctive. & in hoc in quo fundatur tempus, necesse est, vt
 non fuerit motus aliquis ante motum illius. nam si
 fuit cum non possit esse motus sine tempore, necesse
 esset, vt tunc fundaretur tempus in aliquo alio, & il-
 lud esset primum subiectum temporis. Eodem mo-
 do necesse est, vt post illud non sit motus aliquis, qa
 tunc etiam dabitur tempus, & requiret aliud subiectū
 quā primum.

Alia conditio subiecti temporis erat, vt illud con-
 ferat aliquam causalitatem ad motum propter quod
 est tempus. nam motus proprietates est rei motę, & de-
 riuatur ab aliqua causalitate in re: ita cum tempus cō-
 sequatur motum, pullulabit a causa illa a qua deriuat-
 ur motus. Cum ergo aliquid fuerit positum tanquā
 subiectum primum temporis quo omnia mensuran-
 tur, oportet vt sicut tempus omnium est tps illius su-
 biecti, ita motus oīum rerū derinetur aliquo mō ab
 illo subiecto tps. Et ista conueniunt totaliter primo
 mobili. s. nono cælo: ante ipsum. n. nō est alijs motus
 s. m̄ philosophos, qui ponunt non fuisse creationem,
 aut principium productionis rerum, s. m̄ modum lo-
 quendi veritatis catholice aliud est primo: fuit enim

Primum mo-
 bile est no-
 num cæli,
 quod Al-
 phonfus.
 9. Hispa-
 niarū Rex

materia corporalium rerum creata, vel in prima die.
 scilicet, cum ipsa prima die, vel ante omnem diem.
 cæli autem facti sunt die secunda, cum intelligant no-
 mine firmamenti: sed dum erat materia rerum, ne-
 cesse erat esse motum aliquem alterationis, cum po-
 nantur ibi contrarię qualitates, & dato quod non pone-
 retur ipsa materia alterari, non haberetur motus esse si-
 mul, ideo erat successio aliqua in esse, & motus quid-
 dam, & iste fuit ante motum primi mobilis: licet non
 comparetur s. m̄ idem, quia primum mobile solum
 mouetur motu locali s. m̄ suum, quia nulla alteratio
 in cælestibus est. materia autem elementalıs moue-
 batur motu alteratiuo, vel secundum alios motus.

Sed adhuc ante motum localem primi mobilis fuit
 alius motus localis s. m̄ positionem catholicorum.
 Nam dicunt, quod cum prima die, siue ante omnem diē
 creata est ipsa lux, que erat quedam nubecula mora
 per mediam regionem materia illius, & ista fecit no-
 ctē & diem, quousque Sol motu suo hęc faceret.
 Ideo tam motus localis quā alij præcesserūt ad mo-
 tum primi mobilis, nec ideo vocatur primum mobi-
 le, quia primo motum fuit, sed quia ab ipso est deri-
 uatio totius motus in alia.

Item primum mobile non est, quod vltimo cessa-
 bit a motu, quia ex fundamentis catholicis post diem
 iudicij cessabit motus cælorum, & tamē non poterit
 tunc cessare omnis motus & tempus. nam manebūt
 adhuc res corporales, quæ motum aliquem habebūt,
 quia manebunt in eis qualitates actiue & passiue in
 tali gradu, vt aliquo tempore agere possint & pati
 postquam steterit cælum. Et adhuc stantibus astris
 post diem iudicij, licet tollatur actio & passio per eui-
 dentem excessum & defectum vicissitudine quatuor
 qualitatum, tamen non simpliciter poterit tolli, vt
 multi volunt, quia Sol influet contra illam partem, in
 qua fuerit perpendiculariter: Luna quoque & cæte-
 ra astra secundum qualitates suas influent, & virtutes
 aliquæ elementales necessario ibi augmentabuntur
 alio modo, q̄ olim fuerant, in quo est motus & tēpus:
 sed tunc non erit motus primi mobilis. ergo nec est
 primum mobile in motu ante omnia, nec post om-
 nia: sed aliquid est ante ipsum, & aliquid post ipsum
 mouebitur, & habebit tempus. Nam dato adhuc, quod
 tolleretur omnis actio & passio qualitatum cōtraria-
 rum s. m̄ quas est motus alterationis, & cessaret mo-
 tus localis: adhuc non tolleretur quin res essent tēpo-
 rales, quia cum durationem aliquam habeant, necesse
 est, vt vel eternitatem, vel euum, aut tempus hēant
 pro mensura: non quidem eternitatem, quia eterni-
 tas est interminabilis vitę tota simul possessio: sed res
 illę non habent totum suum esse simul, quia aliqua
 pars effluxit, & aliqua effluxura est. Aeuum autem
 eis non concedimus, quia hoc solum substantijs spiri-
 tualibus tribuimus. Angelis. corporibus, ergo tem-
 pus manet tanquam mensura, sed istud tempus non
 erit tempus primi mobilis, cum non sit propter mo-
 tum, aut aliquam conditionem eius magis, quā
 aliarum rerum.

Opinio philosophorum de motu primi mobilis & subiecto tem-
 porum. Quæstio. LXXIII.

HORVM autem nihil Philosophi intelligē-
 tes primum mobile dicūt subiectum mo-
 tus, quia omnes condiciones ei cōforma-
 ri reperiunt: est enim ipsum in motu pri-
 mum: non quidem, quod cætera in motu præcesse-
 rit, quia hoc ipsi non fatebuntur: sed quia nullus mo-
 tus præcessit motum illius, cum sint omnia hac ab
 infinita duratione.

via astro-
 logica in
 tabulis pa-
 rebitur &
 post admi-
 uentur.

An autē mo-
 tum primi
 mobilis
 fuerit ali-
 quis mot⁹
 localis ca-
 tholice lo-
 quendo.

Quare no-
 num cæli
 appellatur
 primum mo-
 bile.

An post
 diem iudicij
 cessabit
 omnis
 motus &
 tempus: a-
 ctio & pas-
 sio.

Aeuū eu-
 ius est mē-
 sura.

Item

Item non erit aliquis motus post motum illius, nec aliquod tempus, quia motum æternitatem durationis siue infinitatem consequi dicunt. Quantum ad hæc duo mobile nullum precedebat ipsum primū mobile: tamen nec ipsum precedit cetera: ita enim ex modo Philosophorum motus cœli Saturni, aut Veneris est ab æterno, sicut motus primi mobilis, & ita durabit in æternum, & idem de duratione elementali, quæ nec cepit, nec finiet, & in elementis semper est motus: præcedit tamen quantum ad præcipuam conditionem, scilicet quia primum mobile est causa temporis & motus in omnibus alijs rebus. nam in rebus est tempus, quia est motus, cum sit tempus mensura motus. id ergo quod præstat alteri rei, ut sit in motu, præstat ut sit in tempore: sed a primo mobili est causalitas omnis motus in cetera. ergo ab ipso est causalitas temporis pro omnibus rebus, & consequenter in ipso erit tempus omnium tanquam in causa & subiecto. Causa quidem, quia in cæteris causat motum, subiecto autem, quia propter suum motum est in eo tempus tanquam cadens in subiecto. In elementali autem regione non potest poni ob hoc tempus tanquam in subiecto, quia ipsa non est causa motus & temporum alijs rebus. Motus enim localis est primus secundum naturam, & causa omnium aliorum motuum. ut probat Aristotel. primo de Cœlo & mundo. Sed motus localis in cœlo est primo, cum ibi solum sit iste motus, & nullus alius: in rebus autem elementalibus quæ mouentur, primo est motus alterationis, cum ipsa res non moueatur localiter, donec sit: fit tamen motus secundum alterationem ad hoc quod res sit per generationem, quam necessario præcedit alteratio motus, ergo cœlestis primo erit. nam & istæ alterationes fiunt a qualitatibus contrarijs: istæ autem suscipiunt augmentum & fortificationem, vel aduersitatem ab influentia cœli ad hoc, quod agenda instrumenta sint & patiedi. in cœlo ergo fundabitur tps.

Rursum autem dato, quod fundatur tempus in cœlo, & non in elementis, adhuc non fundatur in omnibus cœlis, quia sunt diuersa corpora, & non possunt habere vnicum accidens numero: tempus tamen vnicum est, ut fuit declaratum. Et dato quod contendas omnes cœlos vnum corpus esse continuum. adhuc non obstat, quia motus fundatur immediate in corpore velut subiecto, tempus autem est non immediate in corpore: sed immediate in motu cuius est passio. ergo cum in cœlo sint manifeste plures motus, & multi eorum contrarij, sicut patet de motu raptus cuiuslibet planetæ, & de motu naturali. non potest ergo fundari immediate tempus in motu cœli, aut totius cœli, sed in motu cœli primi mobilis, quia inde deriuatur influxus in reliquos cœlos.

In quo considerandum, quod omnes cœli præter primum mobile habent duplicem motum. scilicet naturalem, & motum raptus: naturalis eorum est contra orientem procedendo ab occidente: motus raptus est e contra uerso. Quantum ad primum motum non est aliqua subordinatio, nec causalitas: quia quodlibet cœlum habet intelligentiam mouentem, nec mouet vnum cœlum alterum contra orientem, sicut mouet primum mobile omnes cœlos contra occidentem: non enim vocarentur sic motus naturales planetarum, quia quod ab extrinseco est non conferente vim passio non est naturale, sed aliquo modo cadit in violentum. Attribuitur autem cuiuslibet cœlo vnus angelus mouens, & isti sunt inæquales viribus, ut quilibet moueat sicut vltimū de potentia sua, & tamen non sint motus æquales, & sicut in quolibet orbe ponitur angelus mouens illū orbem contra orientem, ita in primo mobili ponitur vnus angelus cæteris fortior, & ille mouet cœlum il-

Quamquam subiectum tps sit cœlum: tamen non quilibet cœli, sed unicuique, & quare primū mobile.

Quodlibet cœlum pp primū mobile habet necessario duos motus. scilicet naturalem & raptus, & quod quantum ad naturalem non est subordinatio cœlorum inter se, nec

F Iud ab oriente in occidentem, & est motus ille naturalis illi cœlo, sicut cœlis Planetarum ab occidente versus orientem moueri est necessarium & naturale. In hoc autem, nec est primo motus in primo mobili, nec in cæteris, cum sint diuersa principia motus cuiuslibet eorum.

Est autem subordinatio quantum ad motum raptus, quia primum mobile mouetur contra occidentem ex natura sua, cæteri autem e conuerso, & tamen viribus suis trahit omnes cœlos versus occidentem, in quo subordinantur ei, quia ab ipso solum virtutem mouendi recipiunt. cum ergo primum mobile nihil recipiat a cæteris cœlestibus corporibus de virtute motiua, & aliquo modo eis omnibus tribuat causalitatem motus, in ipso erit magis fundamentum motus & temporis quam in cæteris. Potissime adhuc comparando ad res elementales, quia mutantur elementalia secundum actionem & influxum cœlestium corporum, & magis fit ista immutatio secundum motum diurnū Planetarum, qui est motus raptus, quam secundum motum naturalem: ideo motus raptus est principalior ad causationem temporis, cum sit præcipuus ad causandum contrarietatem & motum in rebus secundum quem sunt in tempore. Primū mobile igitur erit magis fundamentum temporis quam cætera corpora cœlestia.

Item adhuc patet, quia ut supra probatum est, tempus non est in qualibet re, sed in vna, & cum in illa sit, mensurat omnia quæ mouentur. Ideo si in lapide esset tempus subiectiue mensurando motum & durationem illius, mensuraret motus alios, & non esset in cœlo, aut cæteris rebus. Cum ergo necesse est existente motu esse tempus, & illud non sit in quolibet, sed in vno motu: necesse est, quod sit in illo motu, qui primus fuerit, quia ille immediate cepit habere tps, cum sine tempore esse non potuit, & postquam in illo fuit tempus subiectiue, non poterat esse in aliquo alio subiectiue illo existente: necesse est igitur, quod in illo solo sit tempus subiectiue, & quamquam non detur secundum modum loquendi Philosophorum aliquid quod in motu cætera præcesserit quantum ad durationem, propter quod deberet esse subiectum temporis: tamen præcedit aliquid cætera in motu quantum ad causalitatem, & istud erit subiectum motus, scilicet primum mobile.

Quid dicant Philosophi de subiecto temporis, & quid catholici, & an supposita creatione cogantur dicere materiam elementalem esse subiectum temporis, vel aliquid alterum. Et quamquam omnis motus tempore mensuretur, tamen non est subiectum temporis motus alterationis, vel aliquis alius, sed solus localis, & quare. Quæst. LXXIII.

I STA manifesta sunt quantum ad modum loquendi Philosophorum. Nunc autem dubitatur, an nos sic confiteri debeamus. Aliqua enim nos de tempore & rebus temporalibus cõfitemur, quæ ipsi nullo modo consentiunt. nam nos dicimus cepisse omnes res temporales, & cepisse motum, atque ipsum tempus quod Philosophi negant. Sed hoc non multum differt ad diuersitatem subiecti temporis. nam etiam hoc existente manifeste apparet primum mobile esse primum subiectum motus. si diceremus, quod ante ipsum non fuit aliqua materialis natura facta, aut creatura, quæ moueretur aliquo modo, & haberet tempus, sed dicimus, quod ante primum mobile aliquis motus fuit & tempus, & post primum mobile aliquod tempus erit, ut supra declaratum est. in q. 73. quæ satis videntur ob stare ad hoc, quod primum mobile sit subiectum motus, vel aliquid alterum.

Aliquis

ad primū mobile, quantum ad secundū subordinantur primo mobili.

In q. 71.

Notet bene Philosophi infra scripta p. 4 phy.

In q. 71.

Supposita creatione naturalis elementalis non est subiectum tps, sed primum mobile.

Aliquis dicere posset, quod subiectum temporis non est ipsum primum mobile, sed aliquid alterum, quod fuit ante omnes motus, aut saltem non fuit ante ipsum aliquis motus, & post motum illius non erit aliquod tempus. Istud autem est natura elementalis, quia ista a principio condita est cum mutabilitate & motu alterationis cum quibusdam, existentibus ibidem qualitatibus quibusdam: motum autem omnem consequitur tempus. Etiam post motum istius naturæ elementalis non est aliquis motus, quia dum corpora cœlestia mouentur, ipsa quoque elementa mouentur. Cum autem cœlorum motus defecerit, adhuc quidam motus manebit in elementis, ut supra tactum est, & quamquam in corporibus cœlestibus interrumpatur motus, tamen non interrumpitur in elementali, & consequenter tempus suum nunquam cessat, & tunc erit sublata quod de eo, quod stetit sol Iosue orante, an tunc fuerit tempus, quia manifestum erit, quod fuerit tps, cum semper fuerit motus in materia elementali.

Sed adhuc dicen dum est, quod suppositis his quæ ex fide habentur de inceptione motus & temporis, & his quæ doctores Theologi dicunt: est dicendum necessarium, quod non sit subiectum temporis elementalis natura, sed primum mobile. Quod patet ex fundamentis positionis catholice. licet enim sint simul multæ res quæ tempore mensurantur, non est tps in quolibet subiectiue, sed in vna. cum autem dentur multa simul moueri, necesse est, ut detur tempus in illo, in quo est magis natura motus: magis proprie autem reperitur natura motus in locali quam in cæteris, quia ipse est prior cæteris & causa aliorum, ut patet in primo de cœlo & mundo: sed a principio conditionis rerum cum ipsis rebus cepit motus localis, sicut motus alterationis. ergo tempus non debebat fundari subiectiue in motu alterationis, sed in motu locali, & si natura elementalis non cepit in motu locali, sed alterationis: cepit autem simul motus localis, quia vulgariter quatuor ponuntur coeua in prima die creata, de quibus est lux: hanc autem dicunt doctores fuisse nubeculam paruum, quæ mouebatur in circuitu, & nunc mouetur sol explens illius officium. Ante hanc non fuit natura elementalis, siue materia illa tota in forma corporea, non fuit ergo subiectum temporis aliquid præter illam nubeculam ab exordio.

Item patet, quia cum sacra scriptura computat ab exordio seculi tempora, non computauit per aliquam limitationem durationis materiam elementalis factæ, sed per durationem motus nubecule: cum dixit Genes. primo cap. factum est vespere & mane dies vnus, & ita in sequentibus: tamen dies non causabatur ibi per durationem materię creatæ, sed per durationem motus nubecule circundantis in mouendo. Si autem ista nubecula semper durasset, non est dubium quin in motu illius fundaretur tempus subiectiue, cum a principio in ea fuisset: sed non mansit, nam in quarto die factis astris cessauit nubecula, vel conuersa in solē, vel quod aliquid alterum ex ea factum fuerit, de quo diximus late Genes. primo.

Probatur quod tempus non debuit fundari in materia elementali, sed in primo mobili cum cessauit nubecula, quæ initio mundi putatur fuisse distinctiua temporis. Quæstio. LXXV.

S ED quamquam ista nubecula cessauerit, non ex hoc materia elementalis fuit subiectum temporis, quia ista nubecula nunquam cessauit de officio suo, quousque factus est sol, & tunc factum erat primum mobile, siue dicamus illud factum in secunda die, cum diuisæ sunt aquæ quæ erant sub

A firmamento, ab aquis quæ erant super firmamentum, siue dicamus factum in die quarto, cum omnia astra & luminaria magna facta sunt. & tunc incepit fundari tempus in motu primi mobilis. Nec est hic aliqua difficultas quin inciperet fundari in primo mobili, & non in materia creata elementali, quia nondum fuerat vnquam tempus in materia ista velut in subiecto, sed in nubecula: cessante autem illa erat indifferens, an fundaretur in primo mobili vel alio cœlo, siue in materia elementali. Necesse autem erat, ut fundaretur in mobili primo, quia manet eadē ratio quæ fuerat primo in nubecula, & elementali materia: nam cessante nubecula quæ erat subiectum temporis, manebant omnia condita, ac si nullum tempus fuisset: sed tunc deberet incipere, sicut quatuor diebus ante inchoauerat, & quia in materia elementali erat motus alterationis, in cœlo autem erat motus localis, qui est principium omnium aliorum motuum, necesse erat, ut ibi fundaretur tempus, & non in materia elementali.

Item successerat motus cœlestis in locum nubecule prioris, & adhuc perfectius explebar officium illud, quod nubecula, sed a principio cum essent coeua motus nubecule, & elementalis materię, non fuit subiectum motus elementalis materię, sed motus nubecule. ergo postea in motu primi mobilis idem accidit, nec videtur in hoc causa dubitandi. Esset autem dubium si cessante nubecula, non immediate cepisset primū mobile, sed fuisset materia creata subiectum temporis aliquandiu, quia tunc erat difficilium, ut motus ille, qui erat subiectum temporis, permaneret, & tamen desineret esse subiectum temporis, & inciperet alius motus esse subiectum temporis. Sed adhuc necessarium erat hoc, quia tempus est mensura durationis rerum quæ mouentur secundum prius, & posterius, ut patet in 4. physicorum. mensura autem est de natura determinantis & certificantis, & ob hoc ea quæ sunt notissima, sunt mensuræ eorum quæ non sunt ita manifesta, cum per mensuram ignota rerum quantitas ad certitudinem deducatur. Et ista quoque est causa quare in numeris est prima ratio mensuræ, quia natura discretionis facit maxime cognosci. continua autem non cognoscuntur, nisi per relationem ad discreta, ut fundatur in eis numerus vel proportio denominata a numero: sed sic est in motibus, quod non est aliquid, ita distinctus, sicut motus localis. ergo tempus, quod mensura est durationis determinatiua & certificantia, in motu locali fundari debet. nam durationem alterationis alicuius non cognoscimus, nisi per relationem ad motum aliquem localem. motus autem localis quantitas magis determinata est. Vnde dato, quod non comprehendamus tempus per motum solis, aut astrarum, nec per motum alicuius instrumenti, ut horologii, adhuc cognoscere poterimus aliquam per motum nostrum localem, ut si quis moueatur per duas leucas, cognoscere poterit aliquam per quantum de tempore, tunc permanet, & non poterit hoc cognoscere per quantitatem alterius alterationis. Causa est, quia magnitudo spacij quo mensuratur magnitudo motus, est distincta. Alteratio autem non habet aliquid secundum quod cognoscatur eius magnitudo, si subtrahatur limitatio temporis per motum corporum cœlestium, vel per instrumenta determinatiua temporis. Et sic cum motus localis regularis distinctius temporis, sit in corporibus cœlestibus, & non est in materia elementali, debet tempus fundari in primo mobili, & non in materia elementali. vnde quamquam aliquando cessaret motus primi mobilis, ex quo sequebatur, quod esset tempus in motu elementarium rerum, tamen si rediret iterum primum mobile, vel

Quare in numeris est prima ratio mensuræ.

aliquid

aliquod corpus celeste, desineret tempus fundari in materia elemental...

Quamquam materia elementalis moueretur localiter, & iste motus esset prior motu primi mobilis, tamen non esset elementalis natura subiectum temporis...

EX eadem autem ratione sequitur, quod quamquam motus localis semper esset in natura elemental...

Item omnibus adhuc concessis in contrarium, quamquam nos concedamus tempus esse in materia elemental...

Si tamen aliquando cessent corpora celestia a motu, mutatis istis rebus inferioribus tempus est, & illud fundatur in motu istarum rerum...

Stante celo post diem iudicij, ubi fundatur tps.

quia id quod iam acquireretur in elementis de partibus essendi, non acquiritur per motum, sicut nunc acquiruntur...

Non manente aliquo genere motus in rebus, sicut post diem iudicij, & manente aliquo horologio, an esset tempus, quod mensuraretur ab illo.

Sed adhuc aliquis dicit, quod existentibus rebus, sicut dictum est, sit tempus, quia ponatur, quod sic esset post diem iudicij...

Ad hoc responderi potest conuenienter, quod non sequitur, quod quamquam horologium maneret post diem iudicij, quod illud notificaret temporis quantitatem...

Alio modo & conuenientius responderi potest, quod non debet admitti casus, quia data hac hypothesi, si quod non esset aliquis motus localis, nec quicquam in rebus post diem iudicij...

Quo probat clare, quod angeli mententur ano.

Acuti quod est.

An possit dari horologio post diem iudicij.

horologijs nunc, qui dant certa signa horarum singularum percussionibus denotando.

Si iusto secundo modo dicendum est, quod esset verus motus & tempora horarum, & illud horologium mensurat illud tempus...

Horologium non mensurat quantitatem tps, nec motus, sed est determinatiu mensura.

Item horologium non mensurat quantitatem temporis, quia mensura non est mensura: potissime, quia id quod est mensura alterius, est accidens illius...

inter percussionem & percussione tempus nullum est, quia nullus est motus in ipso horologio, quia non est motus horarum ex casu dato...

Annus, dies, mensis, hora non dependent a motu solis principaliter: sed a motu primi mobilis, & in ipso fundantur, & non in celo solis.

Sed tunc aliquis dubitabit de die anno & mense, quia ista sunt tempora nostra, & tunc ista non fiunt per motum primi mobilis...

Item dies non fiet principaliter secundum motum solis & celi sui: sed magis secundum motum primi mobilis. Fit enim dies per motum raptus solis ab oriente in occidentem...

Arguit contra predicta de anno qui fundatur in primo mobili, et unus annus quomodo peragatur a celo stellato. Et quantus esset unus annus si non esset primum mobile.

De anno forte maius videbitur alicui dubium, quia videtur causari secundum motum naturalem solis. Est enim annus spatium quo sol pertransit rotam suam deferentem a puncto ad punctum...

primo mobili, & tñ annus ipse constans in illis partibus fundaret in motu solis. Et qñ dñs, q annus causatur ex motu naturali solis peruenientis in suo circulo suo a puncto in punctu. Rñdendum est hoc veru esse: sed est per accidens. nam qñ annus cõsumetur qñ sol consummat circulu suum: tñ non iõ causatur annus quia sol finit circulu suum: sed quia primu mobile toties rotauit solem quouiq; motu naturali compleuit circulum suum. Dato tñ q non cõpleuisset circulum suu, si tñ fierent tot rotationes esset annus, & patet in duobus exemplis. Primo ponatur, q primu mobile moueret solem rotationibus quot nunc rotat, & nõ hõret ille motum naturalẽ qñ motui primi mobilis: sed nullum motum hõret, nisi quẽ reciperet a primo mobili, vel hõret motum naturalẽ, tñ non qñ motu primo mobili, & non posset moueri in tanta velocitate in qua mouetur a primo mobili rapiendo: tñ datis tot rotationibus solis quot nunc, qñ nõ esset motus naturalis solis, esset annus. ergo non dependet annus a motu naturali solis. Item qñcunq; sunt. 366. dies dempro quadrante est annus: sed isti dies poterat effici sine motu naturali solis. ergo non est annus in motu naturali solis. Secundum exemplum est. Detur q sol hõret motum naturalẽ in suo deferente, & nõ esset aliquis motus raptus, nõ esset annus illo motu cõpleto: nam si sol nõ impediret rapiendo ipsum q motum suu, velocius finiret circulu. Quod patet, q oes celi planetici quanto sunt superiores, & magis cõiuncti primo mobili magis rapiuntur, & tardius mouent in motu suo, & qui magis distant a primo mobili velociore sunt, citiusq; circulu suum cõplent. sic est de celo astroru fixoru, qd im mediatur est primo mobili, & in centu annis motu naturali peragit gradu vnum: in 36. millibus annoru totum circulu finiet perueniẽdo a puncto in punctu. Saturnus aut magis distat: ideo motus suus naturalis non est ita tardus: in annis. n. 30. cõplet circulu, & sic semper diminuendo, donec deueniatur ad solẽ, qui velocior est in motu naturali: nã in vno anno cõplet. Luna aut q maxime distat est velocissima in motu naturali: iõ cõficit circulu fm medium motu diebus. 29. & aliqd plus. Si igitur tollatur ois raptus impediens, necesse esset, vt quibet planeta, velocius valde circulu suum pertrãfret, & tñ sol forte ante vnum mensẽ, aut dies. 15. pertransiret motu naturali totu suu deferentẽ, & tñ nõ esset qñtitas istius transitus vnus annus: cũ ergo p motu primi mobilis principatur, nõ exñte motu naturali solis causari possit annus, & p motu naturali solis nõ exñte motu raptus nõ possit causari annus: relinquitur q nõ est annus q fundatur in corpore solis, aut in celo eius, sed i primo mobili. Cũ aut dñs, q sol tunc ptransit totu circulu suu motu naturali. Rñdendũ est hoc esse p accidens. substantiale. n. anno est, q in eo sint tot rotationes dieum quot sunt. s. 365. & quadrans. Quod aut istẽ cõpleant in tanto tpe quanto sol ptransit totu suum circulu motu naturali, vel maiori, aut minori, est p accidens: nã si tardior esset motus naturalis solis, nõ esset vnus annus, dum moueret sol naturali motu per totu circulu: sed forte fierent duo vel tres anni. Sicut dum mouet saturnus complens circulu suum, sunt. 30. anni, & si motus solis naturalis esset velocior, dum moueretur complens totum circulum nõ esset vnus annus. Fundatur ergo necessario annus in primo mobili.

Respondet in forma ad titulum questionis posita. sup. q. 70. s. an esset tempus dum stetit sol tempore Iosue. Et si non esset primum mobile non esset distinctum tempus per menses & annos dies & noctes. Quæst. LXXX.

His v. his pot rñdri ad qñnem. f. an esset tps dñ stetit sol tpe Iosue. Et dicendum q fuit, & dato

A q postea sic stetit fuisset tps, si sic fuisset motus localis, vel fm alterationem, vt erat pugnante Iosue q hostes, quia ibi erat verus motus. Ad motum aut necessario consequitur tẽpus, quia est passio sua. Sed dicendum, q si semper sic mansisset rerum status, aut saltẽ magno tpe, qñ semper fuisset tẽpus, non tñ fuisset anni & menses, q menses sũt per vnum signu trãfitus solis, & sicut sunt. 12. signa in zodiaco, ita sunt. 12. menses in anno. non tñ sunt menses equales quamquam sol moratur aequalibus tẽpibus in transitu oium signorum, quia oia signa sunt equalia, & sol vniformẽ hõret motum: vnde necessario tñ de tpe expendit in transitu vnus signi, sicut in transitu alterius. Menses tñ inæquales sunt, de causa cuius aliquid tactu est Exo. 12. Nec et principia mensium sunt in principijs ortus signorum, sed magis circa medium cuiuslibet mensis intrat sol in signum quodlibet, nec ponit semper esse idem, quia per tpa mutantur ortus signoru a diebus. vnde fieret vt ortus signi, qui erat in prima die mensis fieret ad diem. 10. vel 12. aut amplius, sicut factum est ex tpe natalis Christi. Nam vt ait Beda, natalis dñi fuit in solstitio hyemali, & tñ solstitium nũc distat a die natalis pluribus quã duodecim diebus, & cum magnus tps fluxus fuerit, necesse est plus distare, nisi computationes mensium corrigantur rectificando fm motum celi. Menses aut fm Iudæos computantur per lunationes: ideo non essent tunc menses de latinis, quia non essent 30. dies ad cõplendum mensem. nec esset motus lune, vt vna lunatio efficeret mensem, sicut dixit Iosue sol q Gabaon non mouearis, & luna q vallem Ahyron. Esset tñ tempus non distinctu per menses, & annos, dies, & noctes, & efficerentur hoies seniores successione tẽpium: nõ tñ haberet vnus plures annos q alius, vel dies, aut menses, quamquam haberent spacia quã æquarẽtur magnitudine diebus, mensibus, & annis. Et tunc dicendum est, q fuit tempus, & subiectum suum nõ erat primum mobile: sed dicitur, q motus materiæ elementalis, vel motus localis erat subiectum tps, quia tñ non erat tunc aliq vnus motus localis, qui semper mansisset quo mentu rarentur magnitudines alioru motuum, nisi ipse motus elementalis materiæ fm alterationẽ continuã adinuicem, ideo videtur magis dicendũ, q fundabatur tunc tps in motu alterationis elementoru. Cum autẽ cepit moueri celi, postq sol stetit, tps desijt esse in motu materiæ elementalis, & cepit esse in motu celi primi mobilis, quia ille motus est magis distinctiuus cum sit localis, & est regularior oibus motibus alijs.

Item quia tunc redierit dies, & noctes, anni, & menses sicut prius fuerant, sed isti fundant in motu celi. Ex prædictis patet quõ stãte sole tpe Iosue tps nõ cessauerit. Ad argm in qñm rñdetur, cum dicebatur, q nunq est passio sine subiecto suo, sed tẽpus est passio motus primi mobilis. ergo sine illo non reperietur.

Dicendũ, q verum est passio nunq esse sine subiecto suo primo, si sit primu & adequatũ, si tñ deficient aliqua haru cõditionu stabit passio sine subiecto. De primo fortes est subiectu iustitias, tñ nõ est subiectu primum eius, q non primo ouenit sorti q platonis & ceteris: iõ deficiente hoc subiecto adhuc manet iustitias. Itẽ dato q sit primu subiectu, si tñ non sit cõuertibile adhuc deficiente illo non deficiet passio, sicut tẽpus conuenit motui, & primo cõuenit motui celi primi q oibus alijs, q magis est causalitas motus & tps quã in ceteris, & tñ non est adequatũ tempus motui primi mobilis, q non solu motus ille tpe mensuratur, sed etiam singuli motus: ideo deficiente motu illo adhuc manebit tẽpus, quia manerent mensurandi ceteri motus, & sic deficiente illo mansit tẽpus, quia mansit motus in his inferioribus.

De motu solis & distate dieru mensium & noctium vide met dom. Abulen. Exo. 12. & in 2 parte sui defensorij circa finem.

Solutio ad argum. de quo supra q. 70.

An do.

An demones potuerint facere omnes celos, & astra stare. Quæst. LXXXI.

QVAERET adhuc aliquis: an istam stationẽ Solis, & ceterorum planetarum, atque celorum potuerint facere demones. Aliquis respondebit, q sic demones possunt in natura rerum operari quantum ad productionẽ formarum non virtute sua, sed applicando actiua passiuus. In his autem quã pertinent ad motiuam potentiam demones per se possunt, & est maior potentia eoru motiua, quam cuiuslibet rei naturalis. Possunt enim mouere vnam turrem per aerem si ipsa non frangeretur, & aliquid quod sit maioris ponderis quam turris. Dicimus etiam, q demones possunt distere flumina, & tenere quascunq; aquas, atque decidere. vnde malefici artibus suis dicuntur interdũ decidisse confluere flumina. motus autem corporum celestium pertinet ad motum corporalem. ergo demones poterant distere celum Solis, & alios orbis planeticos. Dicendum est, q demones non possunt tenere celum ne moueatur: non quidem tanquam esset valde magnæ potestatis tenere celum ne moueatur, cum potius sit magnæ potestatis mouere illud, & dantur ad hoc intelligentiæ motrices. Sed non poterant demones tenere celum, quia motus celi est instrumentum quo reguntur omnia inferiora corpora quantum ad naturalem vegetationem, & mediantea actiua celestis motus deriuatur influxus naturalis causæ primæ in corporalia entia. Deus vero non permetteret, quod aliquis disteret motum illorum, nec demones suberit permutare motum, quia sic subesser eis statum totius naturæ permutare.

Item non liceret hoc demones, quia celi tam secundum modum loquendi philosophorum, quam sacræ Scripturæ veritatem mouentur ab intelligentijs: & quodlibet celum habet vnam intelligentiam secundum modum loquendi Arist. 12. Metaph. Nulla ergo intelligentia mouere poterit celũ, nisi illa quæ ad mouendum coniuncta est, sed demones non sunt intelligentiæ coniuncte orbibus celestibus ad mouendum, ergo non possunt illas distere, nec mouere.

Item non licet magis demones nunc in statu demerato quã licuisset in statu perfectionis & felicitatis, si mansissent, sed pauciora licet eis: tamen si mansissent, non licuisset mouere celos, nec distere, cum solu hoc fiat ab intelligentijs coniunctis illis orbibus. ergo non licet nunc.

Item quia si hoc per demones fieri posset, aliquando fecissent, vt magis colerentur, qui tamen de natura loquuntur, & omnes magici reputant hoc impossibile, ergo non possunt facere demones.

An Angeli boni potuerint facere cessare celum a motu. Quomodo Angelus mouet celum per modum amantis, & desiderantis. Et quid secundum philosophos, & quid secundum theologos de colorum motu, & cessatione concedi debet. Quæst. LXXXII.

QVAERET adhuc aliquis, an Angeli boni possent tenere Solem & Lunam, ceteraque astra, & celestes orbis ne moueantur. Rñdendum est quosdam esse Angelos ad quos pertinet mouere celos, & dicuntur intelligentiæ coniuncte celestibus orbibus, aliq sunt quæ non mouent. eis autem quæ non mouent non competit, q possent distere, vel mouere. De alijs qui sunt coniuncti orbibus dicendum est, q quantum est ex virtute requisita ad distendum celum ipsi possent, & aliquid adhuc valde maius, quia maius est celos mouere quã distere, cũ Alph. Toft. super Iosue.

ad mouendum requiratur virtus motiua: ad distendũ autem solum requiritur cessatio a motu impulsione. Et si forte dicatur, q celum fm seipsum habet aliquẽ motum, & dato q Angelus nõ moueret moueretur: ideo distere motum illum est alicuius potentie. Rñdri potest, q quamquam celum sit formam habens aptam ad motum, tamen non potest moueri, nisi ab aliquo extrinseco moueatur, quia non habet animã mouentem. Sed adhuc dato, q corpora celestia fm seipsa sine intelligentijs haberent aliquos motus, & ponerẽtur intelligentiæ ad mouendum velocius, & esset facilis impedire impetum rotæ motæ quam mouere eam velocitate magna, sed Angeli motores in hac velocitate quam experimur mouent. ergo ipsi possent distere orbis ne mouerentur. Dicendum tñ est, q non possunt distere, nisi Deus iubeat, quia Deus est causa primaria in natura. Influxus autem sua in naturam corporalẽ, & modus motus, & naturæ, non potest deriuari, nisi per motum celi, ideo nõ poterit aliqua de causis medijs distere, nisi ipse distat, aut distat iubeat. Potissime, q etiam fm modum loquendi Aristot. in 12. Metaph. intelligentiæ secundæ mouent in ratione amantis, & desiderantis, s. quia amant primam volentes participare bonitatem illius, in quantum ipsis possibile est. Et quia prima intelligentia summe bona est, maxime se comunicat in omnia ex natura primæ causalitatis. Ipse quoque volentes participare hanc bonitatem volunt suam bonitatem diffundere in omnia entia minoris perfectionis, s. in corporalia, & quia non potest spiritus influere directe in substantiam corporalem, nisi sit formaliter vnitus, vt anima corpori, vel contineat naturã in virtute, sicut prima intelligentia, volunt influere p corpora tanquam per instrumenta, & hoc est mouendo corpora celestia: sic enim in totam naturam corporalem influunt. cum ergo naturale & inuariabile desiderium substantiarum motricum sit similitudini primæ intelligentiæ, tanquam ei in quo est earum felicitas, non poterunt distere a motu. vnde fm modum loquendi Arist. non est concedendum, q aliqua intelligentia possit cessare a motu. Nos vero aliter dicere debemus, quia non ponimus intelligentias naturaliter assignatas mouendis orbibus, sicut physici ponũt, sed diuino iussu tanquam ministros assignatas huic operationi. Sicut enim Angeli ex mandato Dei sunt ministri inter nos eorum qui hereditatẽ vitæ eterne capiũt, vt dicit Apostol. ad Hebr. 1. s. sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos qui capere habent hereditatem salutis. Ita erunt ministri quantum ad motum celi, & ex obedientia mandati eius mouent. Sic innuitur Iob. 9. s. coram eo incuruantur qui portant orbem, id est coram Deo incuruantur, vel humiliantur omnes Angeli qui portant orbem, i. mouent orbis celestes. Incuruari tñ ad obedientiam pertinet, & tñc quia fm naturam nõ sunt Angeli determinati ad motum celestium orbium, nec consistit sua beatitudo in hoc, nec et per hoc magnam bonitatẽ acquirunt diffundendo virtutem suam, sed solu quia quod iustum est exequuntur. Possent ergo ex seipsis distere a motu quocunq; sed nunquam desistunt, quia vident, q Deus semper vult vt moueant, & aliter Deo placere nequeant.

Ois creatura si bona est maxime suam bonitatem cõdicat.

Angeli nõ possunt per se distere a motu celi, nisi Deus iubeat.

An posto quod Angeli mouentes orbis celestes, ita deprauarentur, vt nolent eos mouere, nãquid propterea possent cessare a motu eorum. Et quis sit modus quo Angeli, & anime confirmantur in bono. Quæst. LXXXIII.

SEB dicas, ponamus q Angeli isti deprauarentur nolentes mouere, nunquid possent cessare a motu? Respondendum est, q non est admittendus casus loquendo theologice, quia iam Angeli confirmati sunt. C c in

in bono, ita ut impossibile sit eis apparere bonum nisi quod diuino iudicio bonum indicatur, sed impossibile est, quod ipsi operentur, nisi quod iudicauerint, & elegerint, cum sint agentia secundum rationem, ergo impossibile est, quod agant, nisi quod Deus iusserit, nec erit possibile, quod desistant a motu, nisi Deus iubeat, cum autem iusserit, mox desistent. sic factum est tempore Iosue stantibus orbibus: tunc enim cessauit motus omnium Angelorum. Aliter adhuc responderi posset et si non concederetur, quod Angeli boni erant confirmati, sed adhuc potentes repugnare voluntati diuine. Et dicendum, quod licet aliquis Angelus de motoribus celi posset deprauari, ita ut non vellet mouere Deo iubente, non cessaret motus celi, nec ipse posset cessare a motu quamquam vellet, quia omnis creatura Deo subijcitur, ideo & vis motiua Angeli, & poterit operari per illam qualiter, & quando voluerit etiam inuito Angelo, & mouebit Angelus dolens quod mouet, velut si quis me manu mea percuteret. Hoc patet, quia non est difficilius Deo, nec secundum naturam facere, quod Angelus moueat etiam si nolit. Patet hoc in Balaam, quia ipse volebat maledicere Israelitis, & tamen cum aperiret os suum incipiebat benedicere, & dolebat, quod benediceret, sic patet Num. 23. & 24. & Deut. 32. De Angelo autem non est dissimile, quia vtrouique est potentia libera imperans potentia executiue, s. motiua, vel interpretatiua. Alio modo dici potest, quod Deus poterat Angelum cogere, ut vellet mouere, quia etiam voluntas nostra cum sit creatura Deo subijcitur, & quamquam nos libere velimus, poterit nos Deus determinare ad aliquid, quod velimus, & non possumus velle contrarium, & hoc non est tollere libertatem. v. p. q. Deum faciat nobis aliquid apparere bonum, & quodcumque contrarium faciat totaliter apparere malum. voluntas autem in malum ferri nequit, ideo tunc non poterimus velle contrarium. ipsi tamen voluntati libertas manet, quia in ipsa non fit aliqua impressio, sed determinatur intellectus noster ad aliquem modum intelligendi de bono. Et iste est modus quo confirmati fuerunt Angeli in bono, & confirmantur anime beatorum existentium in vita eterna, quia voluntas sequitur necessario intellectum naturaliter, s. quia ipsa non est potentia indicatiua, & presupponit iudicium intellectus. nec potest velle, quod intellectus iudicauerit malum esse. ergo quod nos aliquid malum eligamus, ex hoc dependet, quod intellectus noster iudicare potest aliquid quod malum est, esse bonum. Si igitur intellectus noster deuenerit ad hunc statum, ut nullo modo posset iudicare esse malum quod est bonum, non poterit voluntas nostra eligere malum, & consequenter erimus impeccabiles, & hoc est esse confirmatos. Intellectus autem noster consequetur, quod non posset iudicare esse bonum quod est malum per hoc, quod applicatur ad summum lumen veritatis, s. ad beatificam veritatem in qua non potest contingere aliquis error, alioquin non esset clarissima veritas. Ideo postquam homines semel fuerint diuinam visionem clarissime consecuti, non possunt iudicare bonum esse quod malum est. Et hoc modo potest Deus facere de quolibet Angelo, quod non posset velle non mouere, aut cessare a motu ostendendo ei in ratione magnum mali cessare a motu. Et quia malum cognitum malum non potest appeti, non poterit ille Angelus velle cessare a motu, & consequenter nequibit cessare a motu, & libertas arbitrii semper intemerata manet, nec sunt ob hoc minus liberi. nam voluntas Dei liberissima est, malum ta-

F men velle non potest. De libertatis ergo ratione non est esse veritabile in hoc, vel illud, sed non cogi ad hoc vel illud, quod potius esse veritabile in hoc, & illud est defectus libertatis. quia incidit voluntas per accidens, & in particulari in malum, quod ab intentione nature, & in vniuersali fugit. esset autem ablatio libertatis arbitrii si ego vellem diligere hominem, & non possem velle diligere hominem, sicut potentia mea motiua coacta est si moueri volo, & moueri nequeo, & tunc diceremus, quod ego vellem comedere, & tamen non possem velle comedere. ista directa ablatio liberi arbitrii est, & hac omnino est impossibilis, nec solum hoc sed et includit contradictionem, quia presupponit me velle currere, & tamen non posse velle currere implicat tunc. Patet ergo ex predictis, quod etiam Angeli boni qui mouent celos, non poterant desistere a mouendo nisi Deus iuberet. ergo erat istud plenum miraculum cum a solo Deo fieri posset.

Steteruntque Sol, & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque Sol in medio celi, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea, & postea tam longa dies, obediens domino voci hominis, & pugnante pro Israel.

Steteruntque Sol, & Luna. Non solum steterunt ista duo corpora planetica sed etiam orbis eorum, nec solum hec, sed et omnia corpora celestia tam stellarum quam orbium, ut supra probatum est. Dicitur tamen solum, quod steterunt Sol, & Luna, quia duo hec corpora solum visa sunt stare Sol, s. in occidente parum super orientem, Luna vero in Oriente parum eleuata super orientem, stellarum fixarum, & alij planetarum stabant, tamen lumine solis impediendo non videbantur, sicut totum Hemispherium quod per diem super nos est, stellarum est, tamen non videntur stellae per diem, nisi fieret eclipsis solaris valde magna. Quare autem petierit Iosue, quod Sol, & Luna solum starent, cum cetera quoque celestia statuta erant, supra declaratum est. *Donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.* Id est donec Iudaei deleuiserunt hostes: ob hoc enim petierant, ut staret Sol, quia quam multos eorum ipsi deleuiserant, plurimos vero Deus lapidibus grandinis. adhuc tamen valde multi restabant, & quia propinqua nocte laterent, petijt Iosue, ut staret Sol, alioquin confugerent, & laterent. Nec tamen est intelligendum, quod omnes Iudaei occiderint, quia dum hos persequerentur, fugerunt multi ad praesidia vrbium, ut patet infra, s. hi qui Israel effugere potuerunt ingressi sunt ciuitates munitas. Dicebatur tamen, quod stetit donec vlti sunt de hostibus suis, id est donec occideretur fere totus exercitus. Pauci autem qui remanserunt quasi pro nullis computantur. vel dicitur, quod stetit Sol donec vlciscerentur Israelitae se de hostibus suis, quia antequam Sol staret, licet plurimi de Amorrhais corruissent grandine, vel gladio, nullus tamen de quinque regibus occisus, aut captus fuerat, & cum Sol staret a principio nondum vlti erant, quia latebant reges in spelunca vrbis Maceda. Inuentis autem eis poterant dici Israelitae vlti dato, quod fugeret reliquus populus in praesidia, quia isti erant principaliter hostes, quia monerant reliquos ad veniendum contra Iudaeos, ideo dato, quod caperentur, vel occiderentur reliqui hostes, si tamen euaderent isti quinque reges, adhuc manerent hostes, nec essent vlti Iudaei. Vtrunque factum est, quia reges capti sunt, & clausi eis in spelunca vrbis Maceda persecuti sunt Israelitae omnes fugientes, & occiderunt omnes praeter eos qui in vrbium praesidijs

In q. 22. cum sequ.

In q. 21.

fidij recepti sunt. *Nome hoc scriptum est in libro iustorum.* Inducit scriptura probationem huius ex libro iustorum, quasi dicat, quod istud non erat nunc nouum, quia praenunciatum prius extiterat in libro iustorum. In Hebraeo dicitur in lib. iuris: sed ad idem pertinent, quia iusti ex iure nascuntur, aut ius ex iustis. iste liber iustorum multum authenticus est: nam & sacra scriptura ipsum in testimonium adducit, quod non contingeret, si non esset authenticus valde.

Quis sit liber iustorum, & an sit Genesis, vel Abacuch, vel quis alius. Et primum quod non sit liber Abacuch. *Quest. LXXXIII.*

D VBITATUR autem quis sit liber iste. Aliqui doctores nostri dicunt, quod iste liber quamquam apud Hebraeos fuerit, ad Latinos tamen non peruenit, quia non translatus est. Sed dicit Nicolaus non fore conuenienter dictum, quia etiam apud Hebraeos non est, cum ipsi non habeant plures libros sacrae scripturae quam nos, & nunc verum est, quod non est apud eos si apud nos non est, sed quod apud ipsos aliquando fuerit, & ad nos non peruenit, negari non potest, quia quando allegabatur a scriptore libri huius, necessarium est, quod esset apud Iudaeos, alioquin non intelligerent auditores, vel lectores temporis ipsius quid allegabatur, & non proficeret eis, et non faceret auctoritatem. Item necesse est, quod fuisset tempore quo scriberetur liber secundus Regum, quia ibi quoque allegatus est. Aliqui dicunt, quod fuerit liber 12. minorum prophetarum, qui apud Iudaeos propter angustias verborum sub vno volumine coactatur, ut patet in Prologo beati Hieronymi super 12. prophetas, & hoc, quia in libro ipso describuntur verba Abacuch: in cuius 3. c. dicitur Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, quod videtur conuenire huic tempori cum steterunt Sol, & Luna, ut patet hic.

Sed hoc non conuenit, quia liber 12. prophetarum valde magno tempore fuit descriptus post Iosue. nam ipsi prophetae inceperunt valde magno tempore post Iosue, scilicet non multo tempore ante regem Achaz, cuius temporibus fuit Osee: fuit quoque Iaias qui de primis prophetis fuit, vnius in maioribus primis, & alius in minoribus, & fuerunt contemporanei, ut ait Hieronymus in Prologo 12. prophetarum minorum, & patet ex principio cuiuslibet eorum conferendo reges sub quibus inceperunt prophetare. Nec solum intelligendum est, quod liber Abacuch, & 12. prophetarum minorum fuit posterior tempore Iosue, sed et fuit posterior tempore quo scriptus est liber iste Iosue: nam non scripsit eum Iosue, sed Samuel propheta, ut declaratum est in Prologo paruo huius operis Iosue. Praecessit autem Samuel multo tempore librum Abacuch, quia fuit Samuel ante tempora regum, ut patet primo Regum capitulo 1. Abacuch autem fuit post tempus captiuitatis Babilonicae, ergo non poterat allegare dicta illius. hoc declarat Hieronymus in Prologo super Abacuch.

Et si aliquis dicat, quod istud fuit additum a translatore nostro postquam scriptus fuit Abacuch, non stat, quia etiam sic habetur in Hebraeo.

Nec valet si dicas additum ab Esdra scriptore legis post destructionem Bibliam tempore destructionis Ierusalem, cum ipse postea eam restaurauit: nam ipse non fuit commentator sed translator, ideo seruauit veritatem prioris scripturae secundum, quod spiritus sanctus dabat illi scribere.

Alph. Toft. super Iosue.

Obiectio, quod fuerit ipse Abacuch quidem, sed tamen hic fuerit prophetae nominatus ad quod resellitur, reprobatum etiam, quod fuerit liber Genesis. Quest. LXXXV.

A LIQUI forte respondebit, quod liber iustorum sit Abacuch, & fuit magno tempore post scripturam libri huius Iosue, tamen potuit allegare librum Abacuch, quia spiritu propheta poterat scire quid dicturus esset Abacuch: nam necesse est, quod dicamus scriptorem libri huius fuisse prophetam, cum dicat aliquid de futuro, s. non fuit ante, nec post tam longa dies obediens Deo voci hominis. Si autem dicere volueris, quod istud non est dictum scriptoris libri, sed in libro iustorum habetur, necessario concedes, quod non sit liber Abacuch liber iustorum, quia in tota propheta Abacuch nihil tale habetur, sed solum, quod steterunt Sol, & Luna in habitaculis suis, ergo non est ille. Si autem concesseris esse dictum scriptoris libri huius, dicitur etiam, quod potuit prophetae praecognoscere quid dicturus esset Abacuch, & hic scribere.

Respondendum est, quod scriptor libri huius fuit propheta, & praecognoscere potuit quid dicturus esset Abacuch, sed quamquam praecognosceret non poneret hic, cuius causa est, quia istud dictum libri iustorum allegabatur hic in testimonium eius, quod hic dicebatur de statione solis, oportebat ergo, quod legentes cognoscerent librum illum, si tamen esset liber iustorum liber Abacuch, nullus de illis qui erant tempore scriptoris libri huius cognosceret quid erat, quod scriberetur, quia non erant prophetae: ergo non proficeret, sed potius turbaret, & daret occasionem suspicandi aliquid, & consequenter non scriberetur. Item non potest intelligi de libro Abacuch, quia omnes dicunt totam istam clausulam, vel contextum vsque ad illam partem reuersusque est Iosue de libro iustorum, & tamen non potest reperiri in libro Abacuch ista clausula, s. non fuit ante, nec post tam longa dies obediens Deo voci hominis, ergo non est iste liber. Item litera nostra presupponit, quod liber iste iustorum iam scriptus erat, cum dicat nonne hoc scriptum est in libro iustorum, sed liber Abacuch nondum erat scriptus, ergo non intelligitur de eo. Item scriptura adducit hic auctoritatem libri iustorum in probationem huius, quia loquitur specialiter de hoc casu cum dicat, quod steterunt Sol, & Luna obediens Deo voci hominis, & pugnante pro Israel, quod manifeste conuenit tempori Iosue, nec potest applicari alteri tempori. Id tamen quod habetur in Abacuch, non dicitur de tempore Iosue, sed de bello Perfarum contra Babilonios in vindictam malorum, quod intulerant Caldaeis Israelitis, ut colligitur ex loco eodem, & praecedenti serie literae Abacuch, ergo non allegaret scriptura hic locum illum, quia nihil agebat ad propositum.

Item si liber Abacuch esset liber iustorum, continerentur ibi ea quae dicuntur alibi esse in libro iustorum, sed non continentur. quod patet 2. Regum primo. cum dicitur, sicut dicitur in libro iustorum, & praecipit, ut docerent filios Israel plantum, & considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsum tuum, & videri, sed hoc non habetur in libro Abacuch, ergo non est ipse liber iustorum.

Iudaei autem, ut communiter, & Nicolaus cum eis dicunt, quod iste liber est Gen. quia ibi scribuntur facta Abraham, Isaac, & Iacob qui fuerunt iusti, & propter eorum merita facta sunt beneficia multa populo Israel, ut patet saepe in sacra scriptura. Et dicunt, quod hoc scriptum est Gene. 48. vbi ponitur benedictio Iacob super Manasse, & Ephraim, & de Ephraim dicit, & semen eius crescet in gentes, vel semen eius

An fuerit Genesis.

C c 2 congre.

congregatio gentium, quod fuit impletum in Iosue qui fuit de tribu Ephraim, vt patet Numeri 13, quia quando dixit Sol contra Gabaon ne mouearis, filij Israel fuerunt congregati ad audiendum istud verbum, sicut dicitur in litera, dixitque coram eis Sol contra Gabaon, &c.

Sed hoc non conuenit, quia tota ista expositio est valde extorta, vt patet cuilibet consideranti: nam Gene. 48. videbat Iacob maiore multitudinem in Ephraim quam filijs Manasse, ideo dixit, quod Manasse multiplicaretur, sed minor frater, scilicet Ephraim maior esset, & addidit, quia semen eius cresceret in gentes: & istam eadem expositionem tenuit Moyses postea cum benedixit tribus Israel Deuteronomi. 33. c. dices he sunt multitudines Ephraim, & hec sunt millia Manasse, quod non potest applicari ad Iosue, nisi valde distorte.

Item adhuc concessio isto non stat, quod dicitur, quia hic dicitur, quod in libro iustorum scriptum est, stetit itaque Sol in medio celi, & non festinauit occubere spatio vnus diei, sed manifestum est nihil tale haberi in tota Gene.

Item, quia dicitur hic non fuit ante, & post tam longa dies, &c. sed etiam nihil horum directe, aut saltem distortissime haberi poterit ex tota Gene. Item si liber Gene. esset liber iustorum, continerentur ibi omnia quae scriptura dicit esse in libro iustorum, sed non sunt, quia id quod habetur 2. Regum primo, & allegatum fuit supra, non habetur ibi de planctu Israelitarum, & mortuis in excelsis. ergo non est ipse liber iustorum.

Determinatio auctoris, quis fuerit iste liber iustorum, qui & bellorum Domini liber appellatur.

Quest. LXXXVI.

DICENDUM est igitur necessario alium esse librum iustorum, & de isto libro dicendum est, quod sit valde magna auctoritatis, cum sacra Scriptura alleget illum in testimonium eorum quae dicit. Et dicendum est valde rationabiliter, quod illum librum Moyses fecerit, & ista sit causa quare tantam accepit auctoritatem. Est autem totus propheticus conscriptus de euentibus futuris in statu veteris testamenti, sicut nunc apud nos est apocalypsis in quo nobiliora quae in Ecclesia facta sunt a tempore reuelationis facte beato Ioanni, & vsque ad diem iudicij futura sunt, describuntur: sicut patet ex sententia expositorem libri illius, & sunt quaedam per modum praeteriti, quaedam per modum futuri, quamquam quando scripta sunt omnia futura erant, sed modus propheticus talis est. Ita per omnia in libro iustorum scribuntur propheticae enunciatia aliqua de principalibus, quae accidere debebant Iudaeis, & quaedam per modum praeteriti enarrantur velut gesta, quamquam fuissent futura tempore Moysi, vt patet hic cu dicitur, stetitque Sol in medio celi, & non festinauit occumbere, &c.

Aliquando autem ibi describuntur quaedam per modum imperij, vel exhortationis: vt patet secundo Regum primo cap. & praecipit, vt docerent filios Hebraeorum planctum, sicut scriptum est in libro iustorum, considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua, & vulnerati.

Iste idem est qui vocatur liber bellorum Domini, quia ibi erant descripta bella quae Deus facere debebat pro Israel, sicut in scopulis Arnon fecit inclinari scopulos super Amorrhoeos ad occidendum ipsos, & hoc Deus solus fecit nihil agentibus Iudaeis, & in ma-

Liber bellorum dñi quis est.

Fri rubro similiter Deus pugnavit pro Israel contra Aegyptios nihil agentibus Iudaeis, vt patet Exodi 14. scilicet dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis. Et ibidem: dixerunt Aegyptij fugiamus Israel, quia dominus pugnavit pro eis contra nos. cum ergo ista bella a solo Deo futura praeannuntiantur, vocatur ipse liber bellorum domini, sicut patet Numeri 21. capit. scilicet sicut scriptum est in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro, ita faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in sinibus Amorrhoei. Et ipsemet Moyses allegabat hunc librum, quia cum scripsit eum scribebat, vt propheta, cum vero scripsit librum Numerorum erat magis historiographus quam propheta.

Iste liber magno tempore mansit publice inter Iudaeos, & habebatur magna auctoritatis: nam quando scribebantur loca ista, in quibus allegatur liber iustorum, necesse erat, vt haberetur in vsu liber ipse: alioquin non faceret vllum testimonium si non cognoscerentur dicta eius. tempore Iosue habebatur, & tempore regum ante Babilonicam captiuitatem cum in primo capitulo secundi regum allegatus sit. Post captiuitatem autem Babilonicam non visus est inter Iudaeos, & forte, quia Esdras non illum transtulit, aut si transtulit postea suppressus est: non enim peruenit ad tempus translatorum latinorum, quia translatus foret in latinum cum scriptura sacra illum approbauerit, immo ex eius dictis confirmationem inducat: nec ipsi septuaginta interpretes tempore Ptolomaei regis sacram Scripturam in Graecam vertentes linguam, illi habuerunt, ideo translatus non est.

Nec dici potest, quod non est translatus, quia auctoritas eius minus sufficiens reputata est, vt inter sacras Scripturas poneretur, quae quod semel, vt verum susceptum est, nunquam vt falsum reputabitur, nisi in approbando erratum fuerit: sacra tamen Scriptura approbavit, ergo non dimissus fuit ob hoc. Sed ideo non fuit translatus, quia ab antiquo peritissimo Hebraeorum vel doctores nostri in ecclesia primitiua de illo non curauerunt, vel ab hereticis, aut imperitis aliquibus corruptus fuit, ita vt eius auctoritas minus idonea sit: nec recipi, aut legi debuerit, sicut fuit de libro iusti Enoch in quo plurima prophetice dicta sunt, vnde eum in epistola sua Iudas Apostolus allegauit. Hebraei tamen periti, & antiqui doctores nostri videntes hunc librum hereticorum mendacio deprauatum, vbi auctoritate libri heretici sua falsa dogmata miscentes, totaliter veritatem, & auctoritatem corruerunt, vnde nunc Ecclesia veritates eius in canone scripturarum non recipit, ne occasione verorum falsa pariter confiteri cogatur. de hoc Augustinus, de ciuitate Dei, libro decimo quinto capitulo, & in illo libro hoc scriptum est, & cetera similia: ideo iam credimus scripturam solum ex auctoritate sua, & non, quia allegat librum iustorum, quia de illo nihil nobis constat, sicut Epistola Iudae assentimus, quia canonica est, & id quod ex libro iusti Enoch probat confitemur, non tanquam probationem de libro accipiamus cum non cognoscamus librum illum, & quamquam cognosceremus de auctoritate illius dubitarem, quia iam deprauatus foret.

Constat tamen non esse deprauatum quantum ad partem illam, in qua eum Iudas in Epistola sua allegat, quia tunc canonica scriptura erraret, patet ergo de libro iustorum quid sit.

Stetit itaque Sol in medio cali. Ex hoc dicit Nicolaus apparere, quod erat Sol tempore quo clamauit Iosue in puncto Meridiano, id est vbi arcus circuli solis intersectat circulum Meridianum, nisi forte dicatur medium celi

Liber iusti Enoch quae non recipitur ab Ecclesia.

5. di. sancta Romana Ecclesia.

An Sol stetit in puncto meridiano diei.

celi pro toto, quod est super horizontem, id est totum Aemisphereum. Sed non potest aliquo modo dici, quod ceter Sol in medio celi in puncto meridiei, quia tunc Iosue non habuisset causam petendi, quod staret Sol, quia adhuc restabat sibi merides ad vindictam de hostibus sed erat in occasu: ideo tunc si non petuisset Iosue, occubisset Sol, & non potuissent Israelitae vindicare se de hostibus suis. Aliae rationes etiam supraposita sunt, sed istae rationes sunt probabiles: necessitate tamen non. Sed dicendum aliter impossibile fuisse, quod tunc esset Sol in meridie, quia quando Iosue ista dixit, videbat Solem & Lunam. nam Luna erat contra vallem Ahialon, & dixit Iosue Sol contra Gabaon non mouearis, & Luna contra vallem Ahialon, si tamen esset merides nequaquam potuisset Iosue videre Lunam, quia fulgor Solis, tunc est maximus, quia radij magis reflectuntur, cum Sol maxime ascendat tunc ad perpendicularem, & radij reflexionis nimis impediunt radios missos ab astris videri, nisi diceremus esse solarem eclipsis, quod falsum est, quia non erant tunc Luna, & Sol in coniunctione, cum dicatur Sol stare contra Gabaon, & Luna contra vallem Ahialon, in eclipsi tamen solari Sol & Luna sunt in coniunctione. ergo non erat tunc merides. Sed necesse erat esse Solem circa orientem, ita vt iam videri posset Luna, radij Solis facientibus valde paruam reflexionem propter esse valde inclinatum Solem. sed dicitur in medio celi, id est in hemisphere nostro inter partem orientalem & occidentalem: totum enim spatium interceptum vocatur medium celi. Et non festinauit occumbere. id est non cucurrit velociter ad occumbendum, siue intrandum sub horizontem, quasi dicat, Sol erat circa orientem in parte Occidentali, & si moueretur secundum quod solebat moneri, festinate vel velociter occubisset, quia paruam spatium velociter pertransiret, & tamen non festinauit occumbere, id est non cito occubuit, sicut consueuerat.

In q. 12.

Nota rone pp quid & a priori.

Ex hoc nota scitur vna maxima & immortalis qd inter fideles, & catholico si stetit tunc sol spatio vnus diei cu hoc esset et mirabile, & stupendum factum a feculis nunq ante nec post auditum quare historiographi illius epistola nulla pernitus de hoc fecerunt mentione, cu hoc miraculum videretur a gentibus sicut a Iudeis, sed ad hoc poteris rone re facilliter ex his quod do. Abulhis dixit supra 6. c. q. 72.

Id est stetit vna die, vel spatio vnus diei. Alio modo potest esse sensus superior, & conuenientior, scilicet non festinauit occubere spatio vnus diei, id est fluxit spatium vnus diei, in quo non festinauit Sol ad occumbendum. Pro quo est intelligendum, quod motus celi & aliorum celestium corporum semper est continuus, & sic semper festinant ad perueniendum ad aliquos terminos, sed secundum quod Sol est in diuersis partibus celi, ita dicitur festinare contra diuersas partes. nam cu exierit partem orientis orientalis, festinat semper ad meridianum vbi est maxima eleuatio, cum autem peruenierit ad locum ipsum, festinat semper ad occasum, ideo dicitur festinare occumbere. cum vero sub orientem cadit, dicitur festinare ad ortum: nunc autem cum Iosue petijt solem stare, erat Sol circa occasum, & festinauerat ex transitu lineae Meridianae semper vt occumberet, cum vero locutus fuit Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, non festinauit occumbere, id est non motus fuit contra occasum, & hoc spatio vnus diei.

Pro quo est intelligendum, quod motus celi & aliorum celestium corporum semper est continuus, & sic semper festinant ad perueniendum ad aliquos terminos, sed secundum quod Sol est in diuersis partibus celi, ita dicitur festinare contra diuersas partes. nam cu exierit partem orientis orientalis, festinat semper ad meridianum vbi est maxima eleuatio, cum autem peruenierit ad locum ipsum, festinat semper ad occasum, ideo dicitur festinare occumbere. cum vero sub orientem cadit, dicitur festinare ad ortum: nunc autem cum Iosue petijt solem stare, erat Sol circa occasum, & festinauerat ex transitu lineae Meridianae semper vt occumberet, cum vero locutus fuit Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, non festinauit occumbere, id est non motus fuit contra occasum, & hoc spatio vnus diei.

Alio modo potest esse sensus superior, & conuenientior, scilicet non festinauit occubere spatio vnus diei, id est fluxit spatium vnus diei, in quo non festinauit Sol ad occumbendum.

Pro quo est intelligendum, quod motus celi & aliorum celestium corporum semper est continuus, & sic semper festinant ad perueniendum ad aliquos terminos, sed secundum quod Sol est in diuersis partibus celi, ita dicitur festinare contra diuersas partes. nam cu exierit partem orientis orientalis, festinat semper ad meridianum vbi est maxima eleuatio, cum autem peruenierit ad locum ipsum, festinat semper ad occasum, ideo dicitur festinare occumbere. cum vero sub orientem cadit, dicitur festinare ad ortum: nunc autem cum Iosue petijt solem stare, erat Sol circa occasum, & festinauerat ex transitu lineae Meridianae semper vt occumberet, cum vero locutus fuit Iosue, Sol contra Gabaon ne mouearis, non festinauit occumbere, id est non motus fuit contra occasum, & hoc spatio vnus diei.

An Sol steterit immobilis spatio vnus diei artificialis, id est, duodecim horarum, ex eo quod duo sunt textus, quodammodo contrarij, in quo notanda est regula theologica, quod quauis duobus locis sacri canonis vbi agitur de eodem quantitate, vel numeraliter, locus qui magis particulariter loquitur est magis tenendus. Quest. LXXXVII.

An vero fuerit tantum quantum vna dies integra de artificialibus, ex litera videtur innui manifeste, q. sic, sed Eccles. 46. c. vbi dicitur de hac statione, di. Alph. Toft. super Iosue.

citur quod facta est vna dies quasi duo. ergo non fuit statio solis dies integra, sed quasi. Magis autem credendum est illi literae quam isti, non quidem quod ista errauerit, sed quia modus sacre Scripturae est interdum de minimis non curare, ideo cum fuerit quasi vna dies, dixit vnam diem, & ob hoc est tenenda regula in sacra Scriptura, quod quocumque sunt duo loca vbi agitur de eodem, potissime cum consistit in quantitate, vel numero, & in vno minutatius ponatur, ille locus est magis tenendus, non quidem quod alius falsus sit, sed quia in vno non curauit scriptura diligentissime inquirere numerum, aut magnitudinem rei vsq; ad minutissima, in alio autem curauit. sic patet in numero peregrinationis hebraeorum in Aegypto, quia dictum est Abraham, quod semen suum peregrinum futurum esset in terra non sua quadringentis annis, vt patet Genes. 15. & incepit computari tempus istud a natiuitate Isaac, quia tunc incepit Abraham habere semen, id est prolem. Nam licet habuisset per annos decem & quatuor Ismaelem, vt patet Gen. 16. tamen non erat vocandum semen Abraham in Ismaele, sed in Isaac, vt patet Gen. vigesimo primo capitulo. scilicet, in Isaac vocabitur tibi semen, & tamen a tempore natiuitatis Isaac vsque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni quadringenti quinque, & subtrahit scriptura ibi quinque. Alibi autem expressit eos, scilicet, vbi dixit Exodi, duodecimo capitulo, quod mansio Israelitarum in Aegypto fuit annorum quadringentorum triginta, & isti computantur ab ingressu Abraham in terram Chanaan, sicut omnes doctores, tam catholici quam hebraei asserunt, quia non est alius modus quo computari possunt. Etiam patet ex eo, quod dicit Apostolus ad Galat. cap. tertio, quod lex facta non infringit promissionem, & quod fuit lex data quadringentis triginta annis post factam promissionem, sed lex fuit data in primo anno exitus de Aegypto, scilicet mense tertio, vt patet Exodi decimo nono capitulo, promissio autem prima fuit facta Abraham immediate, vt venit in terram Chanaan, vt patet Gene. duodecimo, ergo ab ingressu in terram Chanaan sunt computanda ista tempora, sed tunc cum ab ipso ingressu vsque ad natiuitatem Isaac transferint anni viginti quinque, quia introiuit Abraham in terram illam, cum esset septuaginta quinque annorum, vt patet Gene. duodecimo capitulo. & genuit Isaac anno centesimo vitae suae, vt patet Gen. decimo septimo, & vigesimo primo capitulo. manebunt a tempore ipso vsque ad exitum de Aegypto anni quadringenti quinque, quibus semen Abraham peregrinatum est: scriptura tamen dixit Genes. decimo quinto capitulo, quod semen Abraham esset peregrinum quadringentis annis. ergo accipiendum est secundum aliam scripturam, quae minutatius ponit istum numerum, scilicet quadringentos triginta.

Sic accipiendum est hic, quia litera ista dicit fuisse moratum solem vnus diei spatio. Et alia litera Ecclesiastici quadagesimo sexto capitulo, dicit mansisse quasi vna die cum ait, & facta est vna dies quasi duo. ergo dicendum est, quod non manserit totaliter spatio vnus diei, sed quasi vnus diei.

Et non dicitur hic, quod stetit sol vna die, sed spatio vnus diei, quia dum stetit Sol non fuit vna dies, nec dimidia, nam dies fundatur in motu primi mobilis rotantis Solem secundum vnam circulationem perfectam, sed stante Sole nullus talis motus erat: ergo non erat tunc vna dies. Erat autem spatium vnus diei, quia dies continet certam magnitudinem durationis, & tanta esse potest in quolibet alio motu, & poterit maxime cognosci per aliquem motum locale regularem scilicet, quod tantu spatium transiretur in illo tpe, quo stetit sol, quantum in vna die artificiali, quod

per horologia facilliter cognosceretur si tot essent pul-
sata signa horarum, quot in die vna artificiali, vel per
quacunque alia instrumenta certificatiua temporis
ex quantitate motus ipsorum, & non per motum
coeli.

Quo intel-
ligitur, qd
non fuit
post tā lon-
ga dies, &
in qua re-
gione hoc
intelligit
ad hoc, qd
uerum sit.

Non fuit ante, & postea tam longa dies. Ponitur hoc mo-
do prophético, siue ponatur in libro iustorum, siue a
scriptore libri huius positum sit, quia licet de præteri-
to sciri posset per historias, an aliqua dies, tam longa
fuisset, de futuris tamen sciri nō poterat, nisi Deus re-
uelaret: magis tñ vī, qd scriptum sit in libro iustorum,
quā a scriptore libri huius dictum fuerit, & hoc ve-
rum est, qd non fuit aliqua, tam longa dies, quia nō po-
terat esse, tam longa dies, nisi per stationem Solis, aut
retrocessionem, sed non fuit vnquam facta aliqua sta-
tio, vel retrogradatio, nisi tunc & tempore Ezechia.
ergo non fuit ante, nec post tam longa dies, nisi forte
hæc fuerit dies qua retrocessit Sol tempore Ezechia,
sed hæc non fuit, ergo nec illa. Hoc intelligitur de die
bus in terra Chanaā, quia alia terre sunt in quibus dies
maiores sunt, sicut in illis quæ multum declinant ver-
sus vtrunque polum. nam terre multe sunt vbi dies p-
uenit ad quantitatem mensis vnus & amplius, & aliq-
vbi ad duos, & tres, & vsque ad dimidium annum, nā
necesse est in terra quæ habet quemcunque polorum
pro Zenith, esse diem quantitatis dimidij anni, & no-
ctem æqualem, vt dies vna, & vna nox compleant an-
num, sicut apparet ex dispositione orizontis fm spher-
ram magis & minus obliquam, quod magis manife-
statur in tractatu de sphaera. Si autē compararetur dies
illa ad omnes terras falsum esset, quia i alijs terris erat
maior, sed adhuc in quacunque terra tunc esset dies,
necesse esset, vt maior esset dies, quā alijs propter
stationem Solis.

Quis fuerit maior, scilicet dies, quo stetit Sol petente Iosue, vel
dies quo stetit egrotante Ezechia, secundum commu-
nem, & Nicolai opinionem, & Dionysii expo-
sitionem. Quæst. LXXXVIII.

Sed circa diem in quo retrocessit sol tempore
Ezechia est dubiū, an fuerit maior, vel minor,
quā ista. Dicunt communiter loquentes ma-
iorem fuisse hanc, qua stetit sol tempore Iosue
quia dicitur hic non fuit ante, nec post tam lōga dies.
Sed obijcitur, quia tempore egritudinis Ezechia Sol
reuersus est gradibus decem per celum in horologio
Achaz regis. Et iterum ambulauit illos, sed decē gra-
dus faciunt horas decem. ergo essent 20. horæ eunte,
& redeunte Sole per hos gradus, & præter hos fuit to-
ta quantitas diei illius, quo facta est retrogressio solis.
ergo essent in die illa plures quam 32. horæ. In die autē
qua stetit sol sub Iosue, non fuit tanta quantitas, quia
statio solis fuit quasi vnus diei, vt patet Ecclesiast. 46.
vel fuit diei integri, vt patet hic, & tamen dies illa arti-
ficialis duplicata non perueniret ad triginta duas ho-
ras, sed esset vigintiquatuor horarum, aut parum plus.

Ad hoc respondent quidam fuisse maiorem diem
sub Iosue. & dicunt de die sub Ezechia, quod ille dies
artificialis erat duodecim horarum, & quando Deus
dixit, quod faceret redire solem decem gradibus, vel
cit Deus redire solem vsque ad ortum per decem li-
neas, quæ erant spatium horarum decem. Et tamen di-
cunt, quod retrogressio ad ortum per decem lineas il-
las fuit subito virtute diuina, & in redeundo ad locum
in quo prius fuerat Sol, cum retrocessit, moratus est
horis decem, & deinde descendit vsque ad occasum
per duas horas, & hoc modo fuerunt in die illa 22. ho-
ræ, scilicet duodecim horæ diei artificialis, & decē ho-

ra quibus moratus fuit sol retrocedēdo per lineas de-
cem, dies autem sub Iosue maior fuit, quia vigintiqua-
tuor horarum extitit, nam ipsa dies erat duodecim ho-
rarum, & diei vnus spatium stetit sol non occumbens,
in quo fuerunt vigintiquatuor horæ. vnde duabus su-
perabundauit horis. Alij autem aliter assignant hoc
dicētes, quod retrocessio solis tempore Ezechie fuit
solenne miraculum, ideo vt appareret magnum veri-
similius est, quod retrocessio fieret successiue, qd hoc
erat mirabile nimis, & ad ponendum solum decem
horas excessus illius retrogradationis & reuerſionis,
dicunt, quod redijt per illas decem lineas horologii,
sed qualibet linea faciebat solum dimidiam horam:
ideo in quinque horis retrocessit, & in totidem facta
est reuerſio, vnde decem horæ abundabunt ad diem
artificialem solum, vt sint viginti duo. ideo dicunt, qd
dies sub Iosue excessit duabus horis, quia fuit viginti-
quatuor horarum, cum fuerit dies duplicata.

Alij dicunt secundum Dionysium, quod fuerit ma-
ior dies sub Ezechia: dicit enim Dionysius in epistola
ad Polycarpum, quod dies sub Ezechia fuit fere tripli-
cata ad diem artificialem, & hoc quia quamlibet linea-
rum decem dicit facere vnā horam, & in retrocedē-
do moratus est sol horis decem, in redeundo autem
iterum horis decem. Fuerunt ergo in excessu ad diem
artificialem viginti horæ, & ipsa dies cōtinebat horas
duodecim: essent ergo 32. horæ diei illius, illa autē quæ
fuit sub Iosue solum fuit duplicata. Ad illud quod di-
citur in litera hic, scilicet non fuit ante, nec postea tā
longa dies, dicunt quod hoc intelligitur referendo ad
tempus, quo scriptus est iste liber, scilicet, quod Iosue
scripsisset librum istum in senectute sua lōgo tempo-
re postquam ista euenerunt, & tunc diceret non fuit
ante, scilicet antequam staret sol, tam longa dies, nec
post, id est postquam stetit in toto residuo tempore vs-
que ad mortem Iosue, siue vsque ad tempus scriptu-
ræ libri huius non fuit aliqua tam longa dies, quod ta-
men postea fuerit non negat.

Sed non potest sic responderi, quia non scripsit Iosue
librum hunc, vt probatum fuit supra in Prologo
paruo huius libri, quia computantur in eo aliqua quæ
fuerunt post mortem Iosue, & multa alia dicuntur, quæ
nequaquam conueniunt tempori Iosue, sed posteriori-
bus.

Sed dicendum, quod Samuel propheta hunc librū
scripsit, & tamē ipse nequaquam fuerit multo tempo-
re post Iosue. tamen ante tempus Ezechie sub quo
retrocessit sol magno tempore fuit. Et eodem modo
dicere poterat, quod non fuit ante, scilicet ante statio-
nem illam solis, tam lōga dies, nec postea in toto tem-
pore, quod fuit inter Iosue, & Samuel.

Hæc positio, seu solutio aliquantulum videtur stare,
sed non stat, quia præsupponit ista verba esse scripto-
ris libri huius, sed non sunt, quin potius in libro iusto-
rum scripta sunt, vt satis patet ex renore eorum, & tūc
cum liber iustorum fuerit scriptus ante librum Iosue,
vt supra probatum est: necesse est, quod referatur hoc
ad omnia tempora, quæ futura erant post Iosue, scili-
cet, quod in nullo eorum fuerit tam longa dies.

Explicatur ratio Nicolai pro prima opinione contra Diony-
sium. Quæst. LXXXIX.

Ad hoc autem Nicolaus contra dicta Dio-
nyſij vult probare, quod non fuerit maior
dies sub Ezechia etiam præsuppositis om-
nibus fundamentis Dionysij.

Et ad hoc præsupponit, quod fuerit ista statio solis
in medio Iunij, vel circiter cum dies sunt maximus
in terra, quæ est post æquinoctialem versus boream,
& hoc

& hoc inducit per ea quæ facta sunt in his tempori-
bus: nam Israëlitarum tranſierunt Iordanem die decima
mensis primi, qui est Martius apud Iudeos, & incipit
aliqui post medietatem Martij nostri, circa principij
Aprilis, & 15. die mensis illius celebrauerunt phasē in
Galgali, vt patet s. 5. postea sanati a vulneribus circum-
cisionis obfederunt Iericho Iustrates per dies septem,
& ceperunt eam, vt patet s. 6. post hæc miserunt explo-
ratores in urbem Hay, & fugientibus eis atque occisis
36. viris pp furtum Achan de anathemate, lapidatus
est Achan, & ventum est in Hay & capta est. Post hæc
factis sacrificijs in monte Hebal venerunt in Galgalā,
vbi prius steterant: quibus ibi manentibus venerūt ad
eos Gabaonitæ, & confederati sunt, de quibus a ca. 7.
s. vsque ad 9. occasione autem huius confederationis
quinque reges moti sunt ad expugnādos Gabaonitas,
quos adiuuāte Iosue cum persequeretur Amorreos
stetit sol, vt patet hic. In his autē omnibus posset esse
fluxus a principio Aprilis vsq; ad medietatem Iunij,
aut quasi. & tunc dicit, qd dies artificialis est 18. horarū,
cum ergo fuerit duplicata dies essent 36. horæ. Dies au-
tem sub Ezechia quamquam sit fere triplicata, fuit ad
plus 32. horarum, vt patet ex suprascriptis, ideo excessit
eam dies sub Iosue horis 4. quamquam concedantur
omnia fundamenta Dionysij, & sic putat Nicolaus cō-
clusisse ꝑ Dionysium. Sed argumentatio Nicolai ne-
quaquam procedit. primo enim errat circa notissima
in astrologia. Dato enim, qd dies in qua stetit sol tem-
pore Iosue, esset maxima dies anni, stante Sole in prin-
cipio capitis cancri in medio Iunij, tamen erat impos-
sibile peruenire diē ad 18. horas. immo nec ad 14. nam
maxima pars terræ Chanaan est in tertio climate, sed
ibi non accedit dies maximus ad hotās 14. quia sub æ-
quinoctiali est dies semper 12. horarum, & cum rece-
ditur versus polum quemlibet, efficiuntur dies maio-
res, & procedendo ꝑ omnia climata est regula, qd sem-
per in climatibus quæ magis coniuncta sunt æquino-
ctiali, minores sunt dies: ita qd in tertio sunt minores, q̄
in quarto, & in secūdo minores quā in tertio, sed in
climate isto quinto, vbi nos habitamus, non peruenit
dies ad 15. horas integras: ergo in tertio climate a for-
tiori non perueniet, nec ad 14. ergo q̄q̄ esset maxima
dies anni tunc in terra Chanaan, non poterat excede-
re 14. horas, quō ergo perueniret ad 18? Sed existima-
uit Nicolaus vbiq; esse dies æquales, & sicut Parisius
erat, & in alijs locis magis appropinquantibus ad po-
lum, ita & in tota terra contingere. sed falsum est, ideo
dato qd esset maior dies anni, tunc in terra Chanaan, ef-
set 14. horarum, & duplicata perueniret ad horas 28.
Sed adhuc maior esset dies sub Ezechia ex dictis Dio-
nyſij, quia erat dies triplicata fere habens 32. horas. Itē
erat argumentatio ista, quia adhuc concessio, qd essent
18. horæ in maxima die terræ Chanaan, & illa esset q̄
stetit Sol sub Iosue, non sequeretur qd fuerit maior, q̄
dies sub Ezechia, quia non est determinatum quo mē-
se facta fuit retrogressio Solis sub Ezechia. Potest er-
go dici, qd et esset in medio Iunij, vel quasi, cū sint ma-
ximi dies. & tunc ex fundamento Nicolai diceremus
esse 18. horas diei illius, & 20. in retrocedendo, & re-
deundo sunt 38. vnde semper dies sub Ezechia exce-
deret diem sub Iosue, non tenet igitur probatio.

Nicolaus
defecit ex
ignorantia
Astrologie

Nicolaus
& Lira scri-
psit Parisi
& fuit na-
tione galli
& mona-
chus de Se-
raphico or-
dine mino-
rum, in fa-
cra Scri-
ptura, ma-
xime in he-
braica lin-
gua periti-
simus, &
sacrosanctus.
Auctor tñ
quandoq;
sua cōſu-
tat opinio-
nes pp ho-
norem ve-
ritatis. 1.
Ethic.

Auctor decidit superius quæſitum, & dubium, & rationibus
improbat opinionem Dionysij sententis diem fuisse penē
triplicatam tempore Ezechia, ideoque maiorem
diem quo Sol stetit. Quæst. XC.

Sed dicendum videtur, qd dies sub Iosue fuerit ma-
ior quam dies sub Ezechia, de quo forte dicitur
latius cum peruentum fuerit ad eundem locū. Et hoc
Alph. Toſt. super Iosue.

quia litera dicit hic, qd non fuit antea, nec post tā lon-
ga dies, & non sunt ista verba scriptoris libri, sed libri
iustorum, sicut præcedētia, & cum præcesserit scriptu-
ra libri illius ad librum hunc Iosue, necesse est qd intel-
ligatur de omnibus temporibus, quæ postea fuerunt,
quod in eis nunquam fuerit aliqua tam longa dies: nō
potest tamen poni dies qui fuit sub Iosue, maior 28.
horarum, quia in terra illa dies maximus non perue-
nit vltra 14. horas. & dato quod non esset adhuc me-
dietas Iunij, sed finis Madij, vel medietas eius, saltem ef-
set dies 13. horarum, & alia tresdecim, vel quasi qui-
bus stetit Sol, facient 26. horas quæ essent in die illa.
Cum vero Dionysius dicit, qd fuerit dies fere triplica-
ta, non multum ei assentire debemus, cum dicat con-
tra scripturam, & non probet ratione, aut scriptura. nā
ipse supponit decem gradus, aut decem lineas horolo-
gij esse decem horas, sed hoc non stat manifestum, nō
constat, an facerent decem illæ lineæ decem horas, vel
vnā, aut duas, siue dimidiam. Ideo quantumcunque
tempus paruum voluerimus, poterimus intelligere
per illas decem lineas per quas retrocessio facienda e-
rat: in rotis enim horologiorum puncta multa sunt,
quæ non faciunt horam, nec dimidiam, sed valde par-
uum tempus. non ergo infertur ex hoc, quod fuerit
dies sub Ezechia fere triplieata, scilicet, horarum 32.
quod concluderetur si lineæ horologii Achaz facerēt
horas singulas.

Item probatur, quod sit impossibile lineas singu-
las facere horam vnā in horologio illo ex verbis Iſaiæ
ad Ezechiam: dixit enim quarto Regum, vigesimo ca-
pitu. vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur
totidem gradibus? & ait Ezechias facile est vmb-
riam crescere decem lineis, nec volo vt hoc fiat, sed
vt reuertatur retrorsum decem gradibus.

In hoc præsupponendum est, quod ea hora, qua Iſa-
ias dixit ista, erat Sol in tali statu, quod posset ascende-
re per decem lineas, scilicet procedendo vltimus sub-
ito, aut reuerti posterus decem lineis, sed hoc erat im-
possibile, si quælibet linea i horologio Achaz de quo
dicitur, faceret vnā horam, ergo nō faciebat vnā
horam.

Præsuppositum patet, scilicet, quod cum dixit ista
Iſaias Ezechia erat Sol in tali statu, in quo posset vlti-
mus procedere gradibus decem; vel retrocedere toti-
dem, quia alioquin diceret Iſaias, quod fieri non pos-
set, vt pote si Sol esset tunc in puncto orizontis Orien-
talis, non diceret Iſaias, vis vt reuertatur Sol decem li-
neis, quia non videretur, an reuertetur saltem me-
dia.

Hoc supposito arguitur sic, quando Iſaias dixit ista
Ezechie quæritur, an erat ante meridiem, vel punctus
meridiei, vel post meridiem. Si autem esset ante me-
ridiem, vt pote in secunda hora diei, esset Sol ascen-
dendi gradibus decem, vel lineis in horologio, id est su-
bito transire tantum de celo quantum transiturus erat
per horas decem, quæ essent lineæ decem horologii,
& perueniret subito a loco in quo esset hora secunda
diei, ad occasum, quod intermedium spatium in ho-
ris decem pertransiturus erat, sed tunc non poterat
retrocedere lineis decem in horologio, quia cum re-
trocederet per duas lineas quæ facerent duas horas,
esset in puncto orizontis Orientalis, & tunc non pos-
set videri, an retrocederet vel non, sed Iſaias taliter da-
bat signum, quod videri posset quomodo retroce-
debat.

Si autem dicatur, qd esset post meridiem, etiam sta-
re nō posset. nam dato qd esset iam Sol ante occasum
per duas horas, & transisset reliquas partes celi in ho-
ris decem, poterat tunc stare vna pars signi, scilicet, qd
retrocederet Sol lineis decem in horologio, i. decem
C c 4 horis,

Hoc intel-
ligit ꝑ iup-
ponēdo qd
dies sub
Ezechia ef-
set 12. ho-
rarum, vel
parū plus,
vel minus,
ut est i ter-
ra Chanaā

horis, quas facerent decem lineæ, & tunc rediret vsq; ad punctum orientis, in quo fuerat in principio diei, & maneret in retrocedendo decem horis, sed non stat, tunc alia pars signi, s. q. posset Sol ascendere decem lineis in horologio, quia hoc erat in partem 3iã, s. versus eam ad quam mouebatur. nam cum pertransiret Sol a loco ipso versus orientem partis Occidentalis, spatium celi duarum horarum esset in horizonte Occidentali, & transisset duabus lineis, nec pateret ultra, an transiret, cum esset sub horizonte. ergo nullo istorum modorum stant verba Isaiæ possibilis, si faceret quælibet linea spatium, quod pertransit hora vna. Si aut dicitur, q. esset punctus meridiei, cū verba ista dicta sunt; adhuc non stat, quia queritur de die illo quot horarum esset: & nō potest dici, q. esset maior, quam horarum 13. aut 14. quia in terra Chanaan non accedunt dies ad maiorem quantitatem, & tunc superesset de die horæ sex & dimidia, vel quasi septem ad plus, & neutrum fieri posset de partibus signi, quia si Sol ascenderet, id est iret decem gradibus contra eam partem, ad quam est motus suus, scilicet Occidentem, non posset ascendere lineis decem, sed solum septem, si quælibet linea faceret horam vnam, nam immediate vt transiret spatium horarum septem, caderet sub horizontem ad Occidentem, & non videretur, an pertransibat gradibus decem, vel quot. si autem reuerteretur non posset retrogradi decem lineis, si faceret horas decem, quia cum retrograderetur spatium linearum septem facientium horas septem, intraret sub horizontem Orientalem, & nō posset videri, an magis retrocederet. si ergo esset quælibet linea spatium transitus horæ vnius, nō diceretur, q. retrocederet, vel ascēderet decem lineis, sed solum quinque vel sex, aut ad plus septem, necesse est igitur ad hoc, q. verba Isaiæ stent, q. non faceret quælibet linea spatium horæ vnius. nō poterat enim hoc supposito consistere in veritate, nisi esset dies illa ad minus 20. horarum, & esset tunc punctus meridiei, cum dicta sunt verba: patet, quia tunc staret Sol a quolibet orizonte, siue Orientali, siue Occidentali spacio horarum decem, quæ facerent Meridiem. Dicta tñ Dionysij fundant in hoc, q. quælibet linea contineret spatium horæ vnius, quia tunc videretur dies triplicata, sed nō potest signare quælibet linea in horologio Achaz vnam horam, vt declaratum est. ergo nec stare potest dictum istud Dionysij. Dicendum ergo est cum ista ista, q. nō fuit dies sub Ezechia tanta sicut ista, quia non fuit ante, nec post, tam longa dies, vt patet hic. *Obediente Deo voci hominis.* i. condescendente ad supplicationem Iosue, quia hoc facere solius Dei erat, vt s. probatum est. sed factum est: ergo Deus condescendit homini clamanti, quia inuitus nihil agere potest. & accipitur obediēte Deo pro condescendente, quia Deus nō poterat obedire voci hominis, cum obedientia semper sit ad maiorem, & ad habentem iurisdictionem, sed hoc nō est hominis ad Deum. *Et pugnante pro Israel.* Id est, cum Deus fecit stare Solem, pugnavit pro Israel dans ei locum ad occidendum hostes miraculose. si enim fuisset dies clausus naturaliter, Sol erat iam in obitu, & latuissent Amorrhæi fugientes per noctis tenebras, & si Iudæi vellent eos persequi, non possent, aut inducerentur in loca incognita in quibus perirent: stante autem sole persequi poterunt, & delere illos. Et dicit Deus hic pugnare, quia adiuvit dans locum pugandi, & tēpus: sed ipsi Iudæi gladio suo occidebant hostes. Aliquā autem pugnavit pro Israel, si ipse totaliter pugnavit nihil agentibus Iudæis, sicut fuit in mari Rubro, cum existentibus Iudæis in littore cōvertit Deus fluctus maris super Aegyptios, opprimens omnes illos, vt patet Exo. 14. & ibi hoc dixerat Moytes, s. dominus pugnavit p. vobis, & vos tacebitis, id est nihil ageris, sic quoq;

In q. 5.

Quo Deus pugnavit pro Israel.

Fuit contra Amorrhæos apud torrentem Arnon, vbi fecit Deus inclinari scopulos torrentis, & Amorrhæos latentes sub scapulis ad occidendum Iudæos cum transirent, oppresserunt: vt patet Num. 21. cap. Et in his nihil fecerunt Iudæi, quamobrem vocantur ista duo bella domini, & Nume. 21. cum dicitur, de his dicitur. vt de dicitur in libro Bellorum domini, sicut fecit mari Rubro, ita faciet torrentibus Arnon.

Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerant enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nunciatumque est Iosue, quod inuenti essent quinque reges latentes in spelunca vrbis Maceda. Qui præcepit socijs, & ait. Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes: & extremos quosque fugientium cædite. Ne dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit dominus Deus in manus vestras. Cæsis ergo aduersarijs plaga magna, & vsq; ad internecionem penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erant castra; sani & integro numero. Nullusque contra filios Israel mutire ausus est.

Reuersusque est Iosue cum omni Israel in castra Galgalæ. Istud ponitur anticipatiue, nam non redijt Iosue in castra Galgalæ quousque facta sunt ea quæ dicuntur infra, s. q. ceperint quinque reges, & suspenderēt eos. nā eadem die acceperunt eos latentes in spelunca vrbis Maceda, & suspenderunt vsque ad occasum Solis. Et eadem die ceperunt urbem Macedam, vt infra patet, & deleuerunt hostes, qui venerant cum his quinque regibus: & sequenti die adhuc non cessantes a pugna ceperunt alias ciuitates, de quibus postea dicitur in littera, ita vt non cessauerint a pugna toto die illo, & sequenti. nec reuerti potuerunt in castra Galgalæ. nam Galgalā inde procul erat, scilicet apud Iericho, & non posset illuc Iosue ire cum toto Israel, nisi aliqui dies intercederint. Item quia dum ipsi irent, hostes intraret in præsidia, nec possent in die eadem comprehendere eos, & suspendere reges, sicut factum est, vt patet immediate. Item quia non reuerteretur Iosue in castra Galgalæ, nisi ad quiescendum ibi, sicut faciebat alias cum cessaret a bellis, sicut post bellum contra urbem Hay redierunt in castra Galgalæ: ibi enim erant, quando iuerunt Gabaonitæ ad faciendum fœdus cum eis, vt patet præced. c. sed ponitur hic per anticipationem. debet enim poni infra in fine c. vbi dicitur, reuersus est cum omni Israel in locum castrorum in Galgalam. Hic autem ponitur hoc, quia dictum fuerat, q. stetit Sol quousque; gens vindicaret se de hostibus suis, sed postquam vlti sunt, quod fuit sequenti die post stationem solis, reuersi sunt in castra Galgalæ, & istæ anticipationes vstitatæ sunt. *Fugerant autem quinque reges.* Dum perquerentur Israelitæ Amorrhæos in ascensu Bethoron, & descensu versus urbem Azecham, reges quinque fugerunt de reliquo exercitu tanq. priuati viri, vt pote quia soli recesserunt ne cognoscerent, & ingressi sunt in speluncam

Hic est anticipatio i narratiōe.

eam. quādam magnam apud urbem Macedam, & ibi latuerunt, nec ingressi sunt urbem, quod forte fuit, quia vrbs aliquantulum distabat, & poterant in medio itinere capi ab hostibus, aut quia forte putabant, q. non paterent eis portæ vrbis. nam erant aduersarij apud urbem, & possent cum eis ingredi hostes. Latuerunt autem in vrbs spelunca, quia intellexerunt, q. superuenientis noctis auxilio inde exēdēs per tenebras fugerent. *Et se absconderant in spelunca vrbis Maceda.* Ista ciuitas erat propinqua eis venientibus de Bethoron, & Azecha, & non erat ista ciuitas alicuius quinque regum horum, quia ipsa habebat alium regem, quem eadem die cepit Iosue cum ipsa vrbe, & occidit, vt patet infra. & ob hoc forte, non ausi fuerunt fugere reges isti in Macedam. Non enim putauerunt, q. eis portæ paterēt, si tamen esset alicuius regum horum, quem eadem die cepit Iosue cum ipsa vrbe, & occidit, vt patet infra 15. ca. *Nunciatumque est Iosue, quod inuenti essent quinque reges latentes in spelunca Maceda.* Cum Israelitæ fere ad internecionem perduxissent omnes hostes, viderunt non esse cum eis quinque reges, nec viderunt eos fugientes cū his qui præcedebant de Amorrhæis. Ideo aliqui de Iudæis dederunt operam sollicite persequendo illos, atque introeuntes in vrbs Macedam speluncam repperunt eos ibi, vel forte aliqui eorum viderunt eos illic intrare. Sed magis dicendum est, quod non viderunt introeuntes, sed cum perquirerent, casu peruenerunt in speluncā, & repperunt ibi illos. Tunc nunciatum est Iosue, q. inuenti essent reges quinque, quia forte ipse illos perquiri iusserat. *Latentes in spelunca Maceda.* Id est apud urbem Macedam existente, & forte non ausi sunt introire, quia timebant, q. Israelitæ ipsa die peruenientes ad urbem Macedam eam deleuerēt, & eos ibi caperent, sicut & postea factum est. *Qui præcepit socijs, & ait.* Id est Iosue præcepit aliquibus de exercitu suo, vt voluerent saxa. Iosue noluit morari apud speluncam educendo reges quinque, eosque occidendo, quia interim fugerent hostes quos persequerentur, sed iussit custodiri, vt cum ceteros hostes deleuissent, redirent ad cædem quinque regum. *Voluit saxa ingentia ad os speluncæ.* Id est ponite valde magna saxa, ne ipsa parte interiori impellentur ea discutere possint. *Et ponite viros industrios qui clausos custodiant.* Non sufficiebant saxa ingentia: nā si nemo custodiret clausos, possent forte per aliam speluncæ partem portam sibi fodere, & exire, & potissime positi sunt viri, vt custodirent, ne qui forte de Amorrhæis venientes eos educere conarentur. *Vos autem nolite stare.* Hic autem Iosue pronidens ad totum exercitū loquitur, quod non manerent ad os speluncæ, ne elaberentur de manibus eorum hostes quos persequerentur, etiā quia facile erat a paucis obseruari os speluncæ. *Sed persequimini hostes.* Scilicet Amorrhæos, qui venerant cum quinque regibus contra Gabaon. Et sciendum, q. dum hæc omnia fierent, stabat Sol, & stetit vsque quo cessauerunt Israelitæ persequi Amorrhæos, & redierunt in urbem Macedam, vbi erant loca castrorum, suspenderuntque reges, & tunc steterunt vsque ad vespertinum diei ipsius. *Et extremos quosque fugientium cædite.* Id est vltimos in fugiendo qui non possunt fugere in primis, & hi sunt qui velut lasti resident, vel labore confecti sunt. *Nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia.* Id est intrare in vrbes suas, quæ erant præsidia, id est defensiones contra impugnantem, & hoc erat, quod persequerentur indefinenter illos, nam si desisterent persequi, illi fugerent in præsidia vrbium. & tamē ad vltimum aliqui introierunt in præsidia fugientes, quia dum Iudæi quosdam occidebant, alij fugiebant, nec destiterunt persequi illos, quousque intrauerunt in præsidia vrbium.

Alph. Toft. super Iosue.

Quos tradidit dominus Deus in manus vestras. Id est, cum Deus tradiderit istos in manus vestras, si effugerint, vestra negligentia effugient, eritque in vobis irritum diuinum beneficium: dicitur tradidisse in manus eorū, quia fugere potuissent Amorrhæi ope vicinæ noctis, nisi Deus fecisset stare solem, in quo dabat spacium Iudæis persequendi hostes: quos igitur postea occidissent, Deus in manus eorum tradere dicebatur. *Cæsis igitur aduersarijs plaga magna.* Satis erat magna plaga, cū quinque reges horum Amorrhæorum capti fuissent, & totus exercitus fere deletus. *Et vsque ad internecionem penè consumptis.* Id est omnes fuerunt consumpti fere vsque ad mortem. non est sensus, q. consumerentur fere vsque ad mortem, nam qui consumebantur, verifime vsque ad mortem consumebantur, sed dicitur vsque ad internecionem, id est vsque ad totalem deletionem. fuit enim in eis deletio, sed non totalis, & hanc signat internecio, vel accipitur totus populus quasi vnus vir, & sicut post mortem viri nihil de eo viro superest, & si adhuc superest non est perductus ad mortem, ita cū totus populus deletus, est internecio populi, cum vero aliqui de populo superfunt, non est internecio, i. mors populi, sed dicitur penè esse ad internecionem perductus. *Isti qui Israel effugere potuerunt ingressi sunt ciuitates munitas.* Dum Israelitæ occidebant extremos agminis, q. præcedebant fugiebant in longinquum, & sic priores quidam in fuga intrare potuerunt in præsidia vrbium, & cum omnes occidisset Israel, quos in persecutione occidere potuit, ingressis reliquis in præsidia, regressus est in castra. *Reuersusque est.* Hic ponitur manifestatio victoriæ Iudæorum, & fuit ista victoria satis excellens, & manifesta, signa habens quod a Deo solo fuerit. Et ponuntur duo principaliter, s. quod redierint omnes Iudæi incolumes, & q. cum tot hostes ceciderint die illa, de Iudæis nemo, aut corruit, aut vulneratus est. Secundum erat, quia tantus timor inuasis hostilia agmina, q. nec saltem parum resistere ausa sunt Iudæis inuaforibus: si enim fuisset humanitus factum, quamquā deuincerentur Amorrhæi, tamen non tantum perterriti forent, vt saltem aliquid resistere non auderent. *Reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda.* Postq. occiderunt quos occidere potuerunt, perterriti sunt hostes, cum vero nullus superesset, qui vel nō corruisset gladio, vel non ingressus esset in vrbium præsidia, destiterunt a pugna, & regressi sunt in castra: tñ nondum erat nox, cum postquam redierunt, suspenderunt reges quinque qui latebant in spelunca vrbis Maceda, & tenuerunt suspensos illos vsque ad solis occasum diei ipsius, vt patet infra. fiebant autē oia hæc stante adhuc Sole.

An Iosue iuerit in pugnam, & ad persequendum hostes quinque regum fugientium: cum videatur scriptura innuere quod recesserit in castris apud Macedam, Quæst. XC I.

ET dicitur, q. reuersus est omnis exercitus ad Iosue in Maceda. ex quo forte videbitur, q. Iosue non iuit cōtra hostes in persecutione, sed mansit in castris, alioquin nō diceretur, q. reuersus est oīs exercitus ad Iosue in Maceda, sed cū Iosue. Sed dicendum est, q. Iosue iuerit in pugnam, quia non decebat totum exercitum ire ad pugnandū duce manente in castris, nisi forte aliqui pauci mitterentur ad expugnandum paucos hostes, sicut factum est cum missi fuerunt tria millia virorum de castris Galgalæ ad expugnandum urbem Hay, & postea fugerunt, vt patet supra septimo capitulo. Hic tamen totus exercitus iuit in pugnam, vel in bellum, cum dicitur, quod vniuersus exercitus reuersus est ad Iosue in Maceda. ergo non decebat manere Iosue in castris, Cc s. potif.

potissime, qui cum Iosue audiuit, quod inuenti sunt reges quinque in spelunca vrbis maceda, noluit sistere: sed dixit, vt ponerentur aliqui viri industrij ad custodiendum os speluncae; reliquos vero exercitus persequeretur hostes. si tamen ipse mansisset in castris apud Macedam urbem, ipse maneret ad ostium speluncae in qua reges latebant, sed non fuit, ergo non mansit in castris, sed iuit in pugnam persequendo fugientes Amorrhoeos. Dicitur tamen exercitus totus rediisse ad Iosue in macedam, quia cum inceperunt fugere Amorrhoei post descensum Bethoron, non fugerunt simul, sed quidam huc, alij vero illuc diffugiebant, quo eos paucior impetus ferret, tunc Iosue fecit, vt ad persequendum hostium exercitus quoque, suus diuideretur, vt sic valeret conlequi omnes fugientes, pstituitque, vt cum quolibet turma Israelitarum cessaret a persequutione hostium, rediret ad urbem Macedam, apud quam castra poni praeceperat. Ipse autem Iosue iuit in vna parte exercitus, & cum ipse cum turma sua destitit a persequutione hostium, redierunt in castra, reliqua vero partes exercitus finita persequutione etiam cateruatim venerunt ad ipsum Iosue qui iam venerat de bello in castra, & necesse est poni hunc modum, quia si totus Israel persequeretur simul fugientes hostes, cum ipsi in multas scinderentur turmas, non persequeretur Israel, nisi paucos eorum, & ceteri fugerent, sed hoc imprudentia magna erat. Quod vero Amorrhoei diuiderentur in multas turmas fugiendo patet, quia quinque reges non fugerunt cum reliquis, sed per se fugientes latuerunt in spelunca vrbis maceda, & non viderunt Israelitae vbi intrauerunt, quousque diligenter persequentes inuenerunt in spelunca, non tamen fieret hoc si tota concio hostium simul fugerent. Item patet, quia dicitur, quod Israelitae omnes occiderunt praeter eos, qui in praesidia vrbium confugerunt. ergo in plures vrbes fugientes intrauerunt. si tamen omnes contra eandem partem, & simul fugerent, omnes qui euaderent, in eandem urbem vel oppidum introissent, nec solum ipsi qui euaserunt introierunt in diuersas vrbes, sed etiam a principio cum fugerent, videbat eos Iosue in plures turmas diuidi, & ob hoc iussit dicens, extremos quosque fugientium cedite, nec dimittatis eos vrbium suarum intrare praesidia. si tamen contra eandem partem fugerent, non sic dixisset.

Item hoc signat litera hic cum dicit, quod omnis exercitus redijt ad Iosue in Maceda. si autem exercitus simul persequutus fuisset hostes, non diceretur, quod omnis exercitus regressus est in maceda. sed diceretur, quod exercitus reuersus est, sed dicitur omnis exercitus ad signandum omnes partes exercitus, quia illa reuersa sunt, nullusque fuit de Israelitis qui non reuerteretur illuc completa caede, quia fuerat omnibus sic assignatum, vt illuc redirent.

In maceda. Non ad ipsam urbem, quia non intrauerunt in eam quousque postea ceperunt illa expugnantes, sed redierunt ad castra quae erant apud urbem illam, vt patet inmediate. Vbi erant tunc castra. Id est ibi fecerat Iosue figi castra Israelitarum.

Quae castra erant illa apud Macedam, eum iam essent Israelitarum castra in Galgalis. Quae. XCII.

Non est hoc intelligendum de castris Israelitarum totius plebis, vbi erant paruuli, & mulieres, greges, & armenta: quia ista castra non mouebantur de Galgalis: potissime cum erat eundem in bellum, quia ista non erant conuenientia bellatorum, sed Iosue quandocumque in bellum ire debebat, remanebat vulgus in castris apud Galgalam, & assumptus secum viris pugnantibus

ibat in aciem. Vocatur autem huiusmodi castra, quia quando mouebantur pugnatore, portabant secum aliquos breues apparatus, tam pro cibis, quam ad manendum per noctem, reliquos in castris Galgalae relictis, & illos apparatus fecit poni Iosue apud urbem Macedam. Et ideo ad illum locum omnes redituri erant finita hostium caede. Item non poterat intelligi, quod castra Israelitarum omnium tunc essent apud Macedam, quia supra dicitur in litera, quod cum miserunt Gabaonites ad Iosue, vt auxiliaretur eis, erat in castris apud Galgalam: & dicitur, quod assumpto secum exercitu bellatorum ascendit per noctem in Gabaon tota nocte ambulans: in aurora autem irruit super quinque reges Amorrhoeorum, & in ipsamet die percutus est eos, stetitque Sol. non poterat ergo omnia castra Israelitarum venire ita cito, vt essent apud urbem Macedam, cum paruulis, mulieribus, & gregibus.

Item quia dicitur, quod cum Iosue ascendit solum exercitus pugnantium, ergo tota alia multitudo non apta ad bellum mansit in castris apud Galgalam.

Item quia facta isto bello, & sequenti die expugnatis quibusdam ciuitatibus, redijt Iosue in locum castrorum in Galgalam, ad quid ergo vtile esset, vt castra Israelitarum frustra laborarent veniendo in Macedam, ad manendum ibi solis diebus duobus, cum inmediate in Galgalam futura esset reuersio? non ergo intelligitur de castris totalibus Israelitarum, sed solum de castris bellatorum, in quibus portabatur aliqui leues apparatus ad comedendum, & breuiter manendum, & ista castra figebantur quandocumque ibatur in bellum, & tunc erant apud Macedam, quia forte Iosue praecipit ea figi ibi a portatoribus, dum exercitus sequebatur hostes. Sani & integro numero. In hoc laudabilis valde atque felix victoria est, quia magna hostium clades, & penes vsque ad internationem facta est, & de Israelitis nemo perijt, interdum enim cum hostes vtrinque sunt viri fortissimi, licet altera pars vincat, ita amara victoria est, quod fere nihil distat vincere, & victum fuisse, nisi in honore, cum vtrinque aequalis, aut fere equalis iactura sit. hic autem non sic accidit, quia omnes Israelitae sani fuerunt, ita vt nemo de eis ab hostibus saltem leuiter percussus fuerit: etiam integro numero redierunt, quia nemo de eis, qui ad pugnam exierant, mansit ab hostibus captus aut caesus. Nullusque contra filios Israel mutire ausus est. Id est non fuit aliquis ausus pugitare contra Iudaeos, nec saltem quicquam loqui. Mutire signat latratum, vel mugitum canum, sicut dicitur Exo. 11. Inter filios Israel non mutiet canis, id est non latrabit, s. non erit aliqua commotio, vel clamor, nec etiam canes mutient, quod esse solet ad quamlibet commotionem: & dicitur hic, quod nullus ausus est mutire, id est loqui contra filios Israel.

Praecepitque Iosue, dicens. Aperite os speluncae, & producite ad me quinque reges, qui in ea latitant. Feceruntque ministri, vt sibi fuerat imperatum. Et adduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumque adducti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel; & ait ad principes exercitus qui secum erant. Ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent rursus ait ad eos. Nolite timere, nec

re, nec pauca, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicabitis. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensi vsque ad vesperum.

re, nec pauca, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris, aduersum quos dimicabitis. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensi vsque ad vesperum.

Praecepitque Iosue dicens. Hic ponitur tertium in quo fuit victoria ista multum gloriosa, s. ceperunt quinque reges qui erant duces hostium, & posuerunt pedes Israelitae super colla ipsorum. Istud praeceptum Iosue fuit reuerso toto exercitu in castra apud Macedam vrbem, vbi erat spelunca de qua producti fuerunt reges. Aperite os speluncae. Erat obstructum ingentibus saxis. sic enim iusserat Iosue, s. voluite saxa ingentia ad os speluncae. Et producite ad me quinque reges qui in ea latitant. Sciebat eos ibi latere, quia deprehensi primo fuerant, & post obstructum os speluncae.

In quo, & quomodo Hebraei cognouerunt eos esse reges, qui latabant in spelunca. Quae. XCIII.

Sed dicitur, in quo cognoscebant Israelitae istos esse quinque reges qui latebant? nunquam. n. viderant eos. Et si dicatur, quod in bello viderunt, etiam hoc non est valde verisimile, quia mox, vt irruerunt Israelitae super Amorrhoeos apud Gabaon fugam petierunt, & non potuerunt considerare vultus eorum. Sed forte dici possit, quod deprehenderunt eos esse reges per apparatus, quia habebant regum apparatus. Sed adhuc non multum hoc constat, quia non est verisimile, quod isti fugientes retinerent apparatus regum. Sic enim maior super eos verteretur impetus hostilis, sed abiecerunt magis, vt liberius fugam peterent. Item quomodo poterant cognoscere Israelitae quod erant quinque reges, vel quatuor? quia non viderant vnquam distinctas acies, vel habuerant aliquid, per quod cognoscerent. Sed magis dicendum est, quod aliqui de Gabaonitis ibant cum Iosue persequendo reges illos quinque, contra eos venerant, & isti cognoscebant quot reges erant, & determinate quemlibet eorum, quia erat de terra illa. Etiam credendum est, quod isti Gabaonites fuerint qui inuenerunt in spelunca reges, quia Israelitae nescirent speluncam, quia nunquam steterant in terra illa. Gabaonites autem inquirentes loca sibi nota inuenerunt. Feceruntque ministri, vt eis fuerat imperatum. Subditur inmediate, quid hoc fuerit, quod fecerunt, scilicet. Eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca: scilicet prostrauerunt eos coram Iosue, vt forte, aliquid inquireret ab eis Iosue, vel vt contemplarentur eos Israelitae. Sed in hoc apparet, vel reges istos fuisse infelicissimos virorum, qui se turpiter latitantes ad maximam ignominiam suam turpiter educi passi sunt ab Hebraeis de spelunca. vel fuit terror domini super eos non sine eos mutire contra Israel: erat enim eis felicius in spelunca mori ne educerentur, quam quod se ignominiose educi permitterent ab hostibus illudendos. Potissime cum scirent se grauius afficiendos, quam si pugnando in spelunca morerentur. nam de rege Iericho cognouerunt, quod a Iudaeis occisus foret, de rege quoque Hay acceperant, quod turpiter patibulo expirasset appensus. Quid ergo sibi post haec affuturum expectabant? infelicissimi ergo hoc facto fuerunt: felicior enim erat Saul licet per illicita hoc acquisierit, quia ne ab hostibus inuentibus illuderetur, incubuit super gladium suum, vt patet primo Regum, 3. 1. cap. Regem Ierusalem. Iste erat principalis rex dictus Adonisedech, qui reliquos

Regum est potius occidere, quam se permittere educi viuos ad ignominiosum supplicium.

re, nec pauca, confortamini, & estote robusti. Id est sitis viri fortes animo non pauentes ad occursum hostilem, confortari, & robustum esse ad idem pertinet, sed confortari pertinet ad acquirere fortitudinem, esse robustum ad manendum in ea, & solum intelligitur de robore, scilicet animositate, quam homo potest facere maiorem, vel minorem, magis, aut minus se prouocando, & non de robore corporis, quia hoc non est in potestate nostra, an ma-

conuocauerat in pugnam, eratque de Iebuseis. Regem Hebron. Iste vocabatur Ochra, vt patet supra, erat Hebron prope Ierusalem per octo leucas, & postea fuit in sorte Iuda, vt patet infra 15. & data est sacerdotibus ad habitandum, vt patet infra 21.

Regem Ierimoth. Iste vocabatur Pharam, eratque ciuitas sua in sorte Iuda. Regem Lachis. Iste vocabatur Iaphie, vt patet supra. Regem Eglon. Iste vocabatur Dabir, vt patet supra, de ciuitatibus istorum dictum est supra.

Cumque educti essent ad eum. Id est praesentati coram ipso. Vocauit omnes viros Israel. Scilicet omnes pugnatore, quia non erant ibi tunc omnes Israelitae, cum mansissent castra in Galgalis, sed soli pugnatore, & quia isti erant dispersi per tentoria sua in castris ipsis apud urbem Macedam, & quia valde magna castra erant multus exercitus, non aderant omnes Iosue educenti reges de spelunca. Fecit autem vocari omnes, vt contemplarentur reges illos viuentes, & dicerent non esse formidandos Chanaanos, & vt viderent, quomodo principes sui ponebant pedes super colla regum.

Et ait ad principes exercitus qui secum erant. Quamquam esset Iosue princeps belli, & omnium Iudaeorum, tamen totus populus non erat inmediate sub ipso, quia non posset ipse regere omnes in bello, sed diuidebantur in multos ducatus, vt quilibet dux haberet specialem curam de suis, & sic melius regerentur in acie, & iste modus est in omnibus bellis, hoc autem principes minores Iosue secum habebat. Ite & ponite pedes super colla Regum istorum. In hoc dabatur ipsis principibus maior audacia contra hostes, & tori exercitui videnti haec, ad quod fecit Iosue, vt reges illi extenderentur in plano, & principes ponerent pedes super colla transeuntes, & conculcantes eos velut lutum.

Qui cum perrexissent ad calcandum colla regum, & subiectorum pedibus colla calcarent. Id est principes calcauerunt colla, s. regum subiectorum, id est qui subiacebant eis extenti in plano.

Rursus ad eos ait. Vt confortaret eos ex eo, quod fecerant. Nolite timere, nec pauca. Ad idem videntur ista duo pertinere, sed timere signat quemcumque timorem, pauere signat magnum timorem, cum homo contra miscit, & non dixit Iosue. Nolite timere, nec pauca, scilicet reges quorum colla calcauerant, quia isti iacebant in terra velut exanimati inter totam multitudinem Israel. Potissime, quia iam calcauerant eos. nam antequam calcarent, adhuc poterat dici aequaliter, quod non timerent, quia forte recusarent eos tangere, sicut cum Gedeon comprehedisset duos principes Madiam, & Zebee, & Salmam. Iussissetque primogenito suo Iether, quod occideret eos, non eduxit gladium: timebat. n. quia puer erat, vt patet Iudi. 8. cap. sed in istis non erat, quia viri erant, etiam iam calcauerant colla ipsorum. Sed dixit non timendum, nec pauendum hostes residuos, quia sic facerent eis, sicut istis, & hoc valde fuit conueniens Israelitis, quia maximum bellum instabat illis, paululum post hoc congregatis fere omnibus regibus terrae ad aquas Meron. si autem haec non praecessissent pauitarent corde cuncti Israelitae, & ob hoc et Deus imperum illorum regum distulit vsque ad ipsum tempus pugnae, quia prius conuenerant vna sententia & vno animo, vt pugnarent contra Israel, vt patet supra praecedens cap.

Confortamini, & estote robusti. Id est sitis viri fortes animo non pauentes ad occursum hostilem, confortari, & robustum esse ad idem pertinet, sed confortari pertinet ad acquirere fortitudinem, esse robustum ad manendum in ea, & solum intelligitur de robore, scilicet animositate, quam homo potest facere maiorem, vel minorem, magis, aut minus se prouocando, & non de robore corporis, quia hoc non est in potestate nostra, an ma-

an maius, vel minus sit. Sic enim faciet dominus cum cunctis hostibus vestris. Idest omnibus Chananais quorum terram accepturi erant, nullam autem gentem tunc praeter hos habebant hostilem, quamquam deletis his obligabantur pugnare contra Amalechitas ad delendum eos, quia dominus iusserat Deute. 26. capi. s. memento quid fecerit tibi Amalech, quando egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassii residebant ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit dominum: cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub caelo, caue ne obliuiscaris. Et sic etiam factum est de rege Amalechitarum, sicut de his quinque regibus, quia Saul deleuit Amalechitas ducens Agag regem eorum in terram Israel, ibique Samuel insiliens in eum trucidauit ipsum, ut patet primo Reg. 15. c. & dicitur, quod dominus faceret haec, quia ista bella non erant Israelitarum, sed Dei. *Aduersum quos dimicatis.* Non dimicabant Israelitae tunc actualiter contra aliquos, sed erant semper in bellica expeditione. ideo idem erat ac si actualiter dimicarent. *Percussitque Iosue, & interfecit eos atque suspendit super stipites.* Non est sensus, quod Iosue percussisset, & occidisset eos vulnerans illos, & postea suspenderet: frustra enim tunc suspensio esset, quia suspensio ad mortem esset, sed iuberet eos poni in spelunca postquam percussisset, sicut cum depositi fuerunt fecit eos ibi poni, sed ponuntur ista omnia ad signandum idem, sicut saepe scriptura facit, sic patet supra in litera cum dicitur, fecerunt ministri, ut sibi fuerat imperatum, & eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, ibi tamen manifestum est, quod nihil aliud sit facere quod iustum fuerat, quam educere reges de spelunca, quia hoc fuerat imperatum. Ita hic percussio, & occisio signant ipsam suspensionem solam.

Scipites isti hodie appellantur furca, quod genus mortis in Hispania dicitur villanis, & rusticis, hic autem Venetiis datur etiam nobilibus.

Suspendit super stipites. Genus istud mortis vile est, nec datur nisi hominibus nullius dignitatis. Iosue tamen sic faciebat regibus, quos viuentes apprehendebat. Sic enim fecerat regi Hay, ut patet supra. In Hebraeo dicitur.

Super quinque stipites. Ita, quod singulos reges per singulas furcas suspendebat, satis autem litera nostra hoc signat, cum dicat eos suspensos super stipites. *Fueruntque suspensi usque ad vesperam.* Idest usque ac solis occasum, ut patet immediate.

An Iosue, & totus exercitus post suspensionem regum stetit usque ad vesperam. *Quest. XCIII.*

Nec tamen est intelligendum, quod Iosue, & totus exercitus Israel, post suspensionem regum starent ibi usque ad solis occasum, quia eodem die ceperunt Macedam urbem, ut patet infra, ceperunt quoque urbem Lebna, & inde transeuntes oppugnabant urbem Lachis, quam sequenti die comprehenderunt, ut patet infra. ergo non expectant ibi Iosue cum toto exercitu usque ad solis occasum, ad deponendum reges, & sepeliendum in spelunca, quia non potuisset facere quod fecit.

Sed dicendum est, quod cum totus exercitus Israel post eadem fugientium congregatus esset in castra apud Macedam, & reges fuissent appensi patibulis, inceperunt oppugnare Macedam, ceperuntque eam, & inde transeuntes in Lebna ceperunt illam, postea venerunt in Lachis, cum tamen recessisset Iosue de loco appensionis regum, dimisit ibi aliquos de Israelitis, qui deponerent reges de patibulis ad solis occasum, atque ponerent in spelunca, sicut prius iusserat manere viros industrios ad os spelunce custodientes, cum reges ibi

latebant, ipsi autem non erant prius cum depositi sunt de patibulis.

Sed dicit aliquis aliter haec accidisse, scilicet, quod reuerso toto exercitu a caede fugientium, & suspensis regibus recesserunt de castris apud Macedam, & oppugnauerunt eam capientes, & postea urbem Lebna, deinde venerunt in Lachis quam similiter oppugnauerunt, & postea regressi sunt in castra apud Macedam, ubi erant reges appensi, ante solis occubitum, & cum Sol occumberet iussit eos deponi.

Sed non stat, quia Iosue die ipso quo supedit reges, & cepit Macedam atque Lebnam incepit oppugnare Lachis, sed non cepit eam die eadem, sed in sequenti, ut patet infra. Quomodo ergo facta obsidione eadem die, & nondum capta urbe, recederet Iosue de loco ipso rediens in castra apud Macedam: non est rationabiliter dictum, quia interim poterant hostes habere subsidia maiora ab extraneis, ita ut urbs difficiliter capi posset. Potissime, quia ut steterat assignatus ab illis, necesse est, quod Iosue rediret in castra apud Macedam ante solis occasum, ut iuberet deponi reges de patibulis, non est autem verisimile, quod incipiens Iosue oppugnationem Lachis nondum expleta ea definiret oppugnare multo ante solis occasum, maxime discedens de loco oppugnationis, secus si definens oppugnare ad fumendam quietem maneret in eodem loco, non permittens subsidia recipi in ciuitatem. Ideo tenendus est primus modus, scilicet, quod non redierit ipse cum exercitu in castra apud Macedam, ubi erant reges appensi, sed reliquisset ibi aliquos qui iussa explerent.

Cumque occumberet Sol praecipit socijs, Deut. 21.

ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in spelunca in qua latuerat, & posuerunt super os eius faxa ingentia, quae permanent usque in praesens. Eodem die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij: Regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque Regi Macedam, sicut fecerat Regi Iericho. Transiit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. Quam tradidit dominus cum Rege suo in manus Israel. Percusseruntque urbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntque Regi Lebna, sicut fecerant Regi Iericho. De Lebna transiit in Lachis cum omni Israel. Et exercitum per gyrum disposito oppugnabat eam. Tradiditque Dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij omnem animam, quae fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Hiram Rex Gazer, ut auxiliaretur Lachis. Quem percussit Iosue cum omni populo eius usque ad internationem. Transiitque de Lachis in Eglon, & circumdedit, atque expugnauit eam in eadem die.

percutit

percussitque in ore gladij omnes animas, quae erant in ea iuxta omnia quae fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam, cepitque, & percussit in ore gladij. Regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersaque animas quae in ea fuerant commorata: Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit, & Hebron: cuncta quae in ea reperit consumens gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eam atque vastauit. Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Non dimisit in ea vllas reliquias, sicut fecerat Hebron, & Lebna, & Regibus earum, sic fecit Dabir, & Regi illius. Percussit itaque Iosue omnem terram montanam, & Meridianam, atque campestem, & Aseroth cum Regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut praeeperat ei dominus Deus Israel a Cadesbarne usque Gazam. Omnem terram Gosen usque Gabaon, vniuersosque Reges, & regiones eorum, vno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

Cumque occumberet Sol. Idest cum iam occubuisset Sol sub horizontem cadens. *Praecipit socijs.* Idest aliquibus militibus suis quos vocat socios in bello. nam & ipsi duces omnes alios militantes sub eis socios appellare solent, & ipsi imperatores Romani vocabant milites suos comilitones, id est socios in militia, ut patet in Legend. Sanctorum, & historijs. *Ut deponerent eos de patibulis.* Non erat prius Iosue cum ista facta sunt, sed relictis quibusdam militibus ibi ista praecipit dedit.

Quare fecit Iosue deponi de patibulis 5. reges ante solis occasum, & an obligaretur ex lege ad hoc faciendum ex eo quod praecipit moralia, & iudicialia semper obligarent Iudaeos etiam in deserto, non tamen caeremonialia.

Quest. XCV.

Fecit autem Iosue deponi eos ad solis occasum, quia in lege iustum erat, ut quandoocumque aliquis suspenderetur, non maneret in patibulo magno tempore, sed in vespere deponeretur, ut patet Deute. 21. obligabantur autem Iudei ad hoc, quamquam illi essent Chananai, quia lex illa non dabatur fauore personarum, sed propter terram in qua Iudaei habitaturi erant, ut patet eod. c. cum dicitur. Non permanebit cadaver eius in ligno, sed eadem die sepelietur, quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam quam dominus Deus tuus dedit tibi in possessionem. sed ita contaminabatur manentibus cadaveribus Hebraeorum, ergo etiam obligabantur deponere ad So-

lis occasum cadauera Regum istorum suspenso. Sed aliquis dicit, quod quamquam obligarentur Iudaei in terra illa obseruare legem hanc ad omnes, tamen non obligabantur in tempore hoc, quia nondum erant in pace, obligatio tamen legis non fuit quousque Israelitae pacifice possederunt terram Chanaan, ut patet Deut. 12. non facietis ibi quae nos hodie facimus hic singuli, quod rectum sibi videtur, neque dum enim usque in praesens tempus venistis ad requiem, & possessionem, quam dominus daturus est vobis, & postea subditur, quod postea quam esset eis pax in terra illa a cunctis hostibus, qui in circuitu essent, obseruarent legem, sed nunc non erat pax, sed maximum, & quotidianum bellum. ergo non tenebantur. Respondendum est, quod tenerentur. Et cum dicitur de obligatione tempore pacis. Respondendum est verum esse de praecipis caeremonialibus, praecipia tamen moralia, & iudicialia semper obligauerunt. de moralibus non est dubium, quia sunt naturalia, & ista semper, & vbi que habent eandem potentiam iuxta Arist. 5. Ethic. potissime, quia ista non obligant ex voluntate legislatoris, sed ex natura quae semper eadem est. De praecipis autem iudicialibus magis videbatur dubitandum, quia non sunt ex natura, sed legislatoris voluntate.

Sed adhuc de his dicendum est, quod obligauerunt in introitu in terram Chanaan antequam haberetur pax aliqua, etiam in deserto obligauerunt. Quod autem obijciatur Deuter. 12. ubi dicitur, quod quilibet faciebat, quod volebat, solum intelligitur quantum ad caeremonialia praecipia, & de his solum exemplificabatur ibi, sicut illuc ferrent holocausta sua, & munera, & in toto 12. cap. de caeremonijs agitur. Iudicialia autem semper habebant promptitudinem ad hoc, quod vbi que obseruari possent, quia materia eorum, sicut ipsi qui puniebantur, vel condemnabantur, aut absoluebantur per ea, ita erant in deserto, sicut in terra Chanaan, & cause super quibus iudicandum erat, ita erant in deserto, sicut in terra Chanaan. ergo vbi que obseruanda erant. De caeremonialibus non erat sic, quia requirebant determinatum locum, & materiam, quae non erat in deserto, nec in terra Chanaan donec daretur pax in circuitu. ergo non erant obseruanda usque tunc.

Item patet, quod iudicialia obseruata fuissent ante ingressum in terram Chanaan. nam in deserto constituti sunt iudices in monte Synai decani, quinquagenarii, centuriones, atque tribuni, ut patet Exo. 18. & isti iudicabant populum omni tempore, ut patet eod. ca. Tunc ergo aut iudicabant isti secundum legem, aut contra legem. Non est dicendum, quod cum iudicarent, per alias leges iudicarent quam per eas, quae positae erant, sicut si in deserto sacrificia fierent, obseruarentur caeremoniae iussae circa sacrificia, non tamen obseruabantur illae caeremoniae, quia non fiebant aliqua sacrificia, sed iudicia quotidie fiebant. nam & post ordinationem iudicum in monte Synai Moyses conuestus est se grauari magnis negocijs populi, & datus sunt sibi 70. iudices coadiutores, ut patet Nume. 11. c. ergo semper erant iudicia in populo, & consequenter obseruarentur leges iudiciales. nam esset valde absurdum, quod post datam legem Israelitis, haberent ipsi causas forales, & non iudicarent eas per leges eis datas. Sicut si diceretur, quod susceptis legibus de caeremonijs sacrificiorum facerent sacrificia, & non secundum illas caeremonias. Ideo dicendum, quod post datas leges per Moysen iudiciales, semper fuerunt Iudaei obseruare illas obligati, adueniente eis casu in quo secundum illas iudicari posset. Et ita cum in suspensione 5. Regum fuisset casus legis, quae haberetur Deut. 21. obligabantur illam obseruare.

Quibus depositis proiecerunt eos in speluncam in qualatuerant.

Præcepta moralia sp obligant, & quare.

rant. Vt daretur eis honor quidam sepulchri, vt esset aliqua distantia eorum, & ceterorum qui in acie ruerant, & ita fecit Iosue Regi Hay, quia postquam suspensum deposuit de cruce, fecit sepeliri aggregato lapidum cumulo super eum, vt patet supra 8.

Et posuerunt super os eius saxa ingentia. Hoc fuit, vt videretur locus sepulchri, & nemo intraret in spelunca. nam si quis de Iudæis introiret in eam, fieret immundus, quoniam qui tangeret ossa, vel cadaver, vel speluncam, erat immundus septem diebus, vt patet Num. 19. cap. Si tamen non clauderetur spelunca aliqui introirent illuc, & fierent immundi, & ob hoc super Regem Hay sepultum in porta ciuitatis super positus est acereus magnus lapidum, vt videretur locus sepulchri, & nemo tangeret eum.

Qui permanet vsque in presens. Idest, & ille acereus lapidum, vel illa saxa ingentia quæ fuerunt posita ad ostium spelunce manent vsque in presens, idest vsque ad tempus quo fuit scriptus liber, s. tempore Samuelis. nam de eis quæ præcepto Iosue facta sunt, ceteri Israelitæ nihil postea mutauerunt, & hoc quia ille erat propheta, & omnia facere credebatur instinctu Dei. Item quia hoc erat ad laudem Dei, s. vt maneret memoria quomodo tradidisset Deus in manu Israel illos quinque Reges.

Eodem die. Hic consequenter describitur occupatio ciuitatum. nã delectis his regibus cepit Iosue quasdam ciuitates continuato eodem bello, scilicet in die eodem, & in sequenti quasi vno impetu, sicut dicitur infra.

Eodem die. Hic ponitur istud per recapitulationem, quia prius describi debebat quam ea quæ supraposita sunt, & patet hoc ex ipsa litera. nam dicitur hic, quod eodem die quo facta sunt superiora, capta est vrbs Maceda, & Lebna, de qua infra, & obsessa est Lachis, si tamẽ fuissent ista facta post illa quæ supra scripta sunt, cum dicatur supra, quod reges depositi sunt de patibulis ad solis occasum, & positi in spelunca, necesse est, quod post solis occasum caperetur Maceda, & pugnaretur contra Lebna, & caperetur, deinde obsideretur atque oppugnaretur Lachis, sed non conuenit, quia per noctem non viderent Israelitæ quomodo oppugnarent.

Item adhuc concessio hoc, s. quod per noctem oppugnarent, non stat, quia dicitur, quod eadem die capta est Maceda. nam id, quod fit ante Solis occasum, & quod fit sequenti nocte, non dicuntur fieri eodem die more vulgari, nec more sacræ Scripturæ. Ideo dicendum necessario hic esse recapitulationem. Fuit autem ordo, quod in hac die primo Israelitæ in aurora apparuerunt subito quasi ex insidijs, super exercitum quinque regum manentium apud Gabaon, & persecuti sunt eos per ascensum Bethoron, tunc cum non inuenissent refugium in vrbe illa, descenderunt versus urbem Azecha, & in hoc descensu pluuit Deus lapides grandinis super Amorrhæos vsque Azecha, & inde diuisi sunt hostes fugientes in plures turmas, & orauit Iosue stare Solem, cum iam esset prope occasum, & diuisit quoque exercitum suum in plures turmas ad persequendum hostes, iubens vt completa cede reuerterentur in castra apud Macedam, quo facto educti sunt reges de spelunca, & appensi patibulis, tunc collecto exercitu manentibus regibus in patibulis, & stante Sole, iuit Iosue contra Macedam, & cepit eam, deinde transiit in Lebna urbem cepit eam, postea transiit in Lachis quam cum oppugnaret, facta obsidione occubuit Sol qui hætenus steterat, & non potuerunt eadem die Israelitæ capere urbem Lachis, sed manserunt vsque ad sequentem, & capta est, vt patet infra.

Hic est recapitulatio, & non ordo conueniens.

Processus Iosue in captione urbium, & stante Sole.

Reges autem eadem die qua Sol stetit, depositi sunt de patibulis, capta vrbe Maceda, & Lebna, manente exercitu Israel in oppugnatione Lachis, sed non deposuit Iosue reges, quin potius quidam manentes ad iussa eius ibidem vsque ad vesperum, vt supra declaratum est, scriptura tamen facit hic recapitulationem, quia sepius necesse est vti recapitulatione, & anticipatione, ne minuantur historia: si enim in omnibus rectum ordinem temporis obseruare vellemus, impossibile erat res gestas aliquas plene narrari, sed necessario intercederent diminutiones, vt vna res gesta alteri insereretur, quod acumen legentium perturbaret. conueniens ergo fuit interdum his vti transmutationibus ordinis.

Macedam quoque cepit Iosue. Ista ciuitas erat apud locum castrorum, vbi suspensi fuerant reges, & breuiter oppugnata est: irruerat enim terror Dei super eos, potissime cum tunc staret Sol, quo cõterriti videntes mutatum ordinem naturæ consternati animo hostibus resistere nequibant.

Et percussit in ore gladij. Scilicet omnes habitatores vrbs gladio peremit, nec fuit hic combustio, sicut in Iericho, & vrbe Hay, nec positum est anathema, licuit enim iam habitari in hac ciuitate, & fuit ista ciuitas terra capta in terra Chanaan, cum ante eam solæ duæ Iericho, & Hay captæ essent. nam Gabaonitarum ciuitates 4. non fuerunt captæ, sed confederatæ Iudæis, & licuit iam populo Israel habitare in hac vrbe, quod in nulla priorum licerat.

Regemque illius interfecit. Scilicet in ore gladij, non fuit rex vrbs huius de quinque regibus captis in spelunca, & suspensis, vt patet ex litera supra. ideo non suspensum hunc, sed vulgari ciuium suorum eum morte peremit.

Et omnes habitatores eius. Mors generalis fuit in ore gladij. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Quia tam viros quam feminas, senes, & paruulos interfecit nullo remanente: nec enim poterant Israelitæ parcere alicui de vrbe, quia erant Chananæi, & iustum erat, quod omnes istos tam viros, quam feminas occiderent, vt patet Deut. 20. si autem essent in terra alia, dimittere deberent viuentes paruulos, & omnes feminas, vt viderent, vel ipsi sumerent in seruos, vt patet eod. c. Sed non intelligitur hoc quantum ad animalia bruta, quia omnia animantia tam iumenta, quam greges exercitui peruenierunt, sicut in vrbe Hay, & ita semper fuit in omnibus alijs ciuitatibus, & ista erat generalis regula præterquam in vrbe Iericho, quæ interdicto suspensa est, vt patet supra 6.

Fecitque regi Maceda, sicut fecit regi Iericho. Idest occidit eum, sicut occiderat regem Iericho, & dicitur de rege Iericho, quia alij fuerant intermedij reges, sed non perijt eodẽ genere mortis rex Maceda: rex enim Hay occisus est, sed non morte suorum, quia patibulo appensus est, vt patet supra 8. reges quoque quinque supra positi fuerunt occisi, sed affixi crucibus, vt patet supra: nunc autem, vt non intelligeretur idem genus mortis in rege Maceda, expressum est de rege Iericho, sed non dicitur, quod fecit vbi Maceda, sicut fecerat Iericho, quia Iericho sub anathemate posita est, Maceda autem nequaquam.

Transiit cum omni Israel de Maceda in Lebna. Cum capta esset ista vrbs adhuc stante Sole Iosue diuertit ad ciuitatem Lebna, quæ propinqua erat, vt eam quoque oppugnaret. tunc enim erat tempus accommodum gerendis rebus, quia terror Dei attonitos reddiderat habitatores locorum, & dicitur, quod transiit cum omni Israel, idest cum toto populo pugnatõri, paruuli enim, & foeminae, atque veterani non veniebant cum eis, quia ista nequaquam erant opportuna bello,

bello, sed nimis impeditiua, omnes tñ pugnatõres vocabantur totus Israel, quia in eis erat tota virtus populi. Et pugnatõr contra eam. Idest obsedit eam, & pugnatõr ad capiendum illam.

Quam tradidit dominus cum rege suo in manus Israel. Ista ciuitas, sicut & Maceda breuiter in manus Iudæorum tradita est, cum in breuissimo spatio ceperit Iosue Macedam, & postea Lebna, & postea ceperit oppugnare Lachis, & hæc omnia postquam cepit stare Sol præter omnia quæ prius facta fuerant in cede fugientium hostium. Et dicitur, quod Deus tradidit urbem hanc in manus Israel, quia licet, quando alicui victoria prouenit, a Deo proueniat, cum victoria sit de celo, vt patet primo Mach. c. 3. non est in multitudine exercitus victoria belli, sed fortitudo de celo est. Aliquando tamen specialiter dicitur esse victoria de celo, vel a Deo, s. quando appareret aliqua signa, ex quibus arguatur aliquid super humanam virtutem, vt quod pauci valde vincant multos, potissime si plurimi sunt viri bellatores fortissimi, vel si facilliter expleatur aliqua quæ magno egebant processu, sic fuit de captione harum vrbiũ, s. quod ista velociter caperentur.

Cum rege suo. Non erat iste de quinque regibus supra captis, & suspensis, vt patet ex nominibus ciuitatũ suarum. Percussitque urbem in ore gladij. Scilicet omnes habitatores in vrbe, ipsa autem vrbs non poterat in ore gladij destrui, cum non sit aliquid gladiabile.

Et omnes habitatores eius. Ponitur hic, & expositiue, & non copulatiue, s. & omnes habitatores, idest omnes habitatores, quia non possunt hic distingui habitatores contra ciuitatem, cum ciuitas non habeat aliquid, quod posset occidi gladio, nisi habitatores. nam pecora, & iumenta non ceciderunt gladio, sed exercitui seruata sunt.

Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Scilicet de habitatoribus, quia tam viros quam feminas, quam senes, quam paruulos occiderunt, cum essent Chananæi, & non possent cum eis facere aliquod pactum pacis, aut seruitutis, nec quemquam eorum vitæ donare, vt patet Deute. 20. reliquias autem non attenduntur quantum ad animalia quæ possidebantur, quia de his nihil gladio perijt, sed quantum ad homines de quibus nullus mansit.

Eccurruntque regi Lebna, sicut fecerunt regi Iericho. Erat rex iste in vrbe sua, & morte vulgari cum ciuibus suis cõcidit, sicut factum est de rege Iericho, sic etiam fuit de rege Maceda, sed rex Hay cum 5. regibus supra positis quodam alio genere cruciatus assumpti sunt.

De Lebna transiit cum omni Israel in Lachis. Capta velociter vrbe ista sicut Maceda, adhuc stabat Sol, ideo festinauit Iosue, vt declinaret in Lachis quæ vicina erat, huius autem rex non erat in ipsa, quia iam perierat cũ alijs regibus stipite affixus, vt patet supra: multus quoque exercitus de hac vrbe perierat, qui cum rege suo ascenderat contra Gabaon, & dicitur, quod transiit Iosue cum omni Israel, idest cum toto exercitu pugnatõrum, alij autem qui non erant ad pugnam manserunt in castris apud Galgalam. vt supra declaratum est. De ista vrbe dicendum est, quod fuerit in sorte tribus Iuda. vt patet infra 15. cap.

Et exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. In hac paucus erat exercitus, quia ascenderant cum rege suo Iaphie contra Gabaon vt patet supra, tamen voluerunt se defendere, sciebant enim viri Lachis, quod qualitercũque se haberent ad Israelitas, non poterant effugere mortem. nam etiam si eis se sine bello dederent gladio cedendi erant, maluerunt ergo viriliter resistere quoad usque valuerunt, & non capta est Lachis eadem die, sicut Maceda, & Lebna, non quia durius isti dimicarent, quia pauciores erant, sed quia cum Iosue venit in Lachis occubuit cito Sol, & deposita obsidione cessauit oppugnatio vsque ad sequentem diem. Dicitur quod erat exercitus per gyrum dispositus, scilicet ad oppugnandum urbem ex omni parte, vt sic facilius eam caperent. nam cum habitatores vrbs manentes in ea pauci essent, dum versus vnã partem pugnarent, discuterent muros Israelitæ ex alia, vel infringerent portas, aut comburerent, vel ascenderent membra.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Sicut fecerant Lebna. Idest ita fecerunt ciuitati Lachis sicut Lebna vtramque delentes in ore gladij.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Sicut fecerant Lebna. Idest ita fecerunt ciuitati Lachis sicut Lebna vtramque delentes in ore gladij.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

Et percussit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea. Idest occidit gladio omnes inuentos in vrbe, vocatur hic animæ, idest homines, vel res animate, quia animæ non occiduntur, sic dicitur primo Mach. 2. cap. f. occiderunt vsque ad mille animas hominum, & non accipiuntur animæ pro omnibus rebus animatis, quia non occidebant pecora, & iumenta cum tota præda exercitui seruaretur. & non supponebatur interdictio, nec cremabatur iam aliqua ciuitas harum, sicut factum fuerat in Iericho, & Hay. vt patet supra. 6. & 8.

An Gazer sit magis meridiana quã Lachis.

vrbs: tum quia eam terror Dei apprehenderat, tum quia paucus in ea populus manserat, cum ascēdissent bellatores eius cum rege contra Gabaon.

Percussitque in ore gladij. Idest occidit gladio, quia non inferebat nunc alia genera suppliciorum. *Omnes animas quæ erant in ea.* Idest omnes homines qui erant in Eglon, vocatur anima solum pro homine, quia nihil aliud in bello celsum est.

Iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Idest fecit Iosue destructionem totalem in vrbe Eglon, sicut fecerat in vrbe Lachis, quam deleuerat vsque ad interuentionem.

Ascendit quoque cum omni Israel. Scilicet cum toto exercitu pugnantium. nam reliquum vulgus non ascendit, sed mansit in castris in Galgalis.

De Eglon in Hebron. Erant enim istæ duæ ciuitates coniunctæ, ideo ab vna processit Iosue in alteram quasi motu continuo ad pugnandum, sed hic quoque reges harum iuerunt cum rege Ierusalē super Gabaon.

Signauit contra eam cepitque.

An Hebron fuerit capta a Iosue, vel a Caleb in quo reijciatur opinio Nicolai. Quæst. XCVI.

Hic est difficultas, quia Hebron capta dicitur a Iosue, & deleri habitatores, tamen infra 15. dicit de Caleb, q̄ ipse cepit Hebron, expulseritque ex ea tres gigantes. ergo nō fuerat capta a Iosue. Possit dici, q̄ est duplex ciuitas Hebron, vnam earum cepit Iosue, de qua dicitur hic, alteram vero cepit Caleb delens inde gigantes, vt patet infra 15. c. Item ad hoc est aliud motiuum, quia dicitur hic de rege Hebron, quia etiam occisus sit, si tamen esset eadem Hebron, nō videretur quomodo posset hic occidi rex Hebron, quia præced. die in bello fuerat occisus suspensus in stipite, vt patet supra, ipse enim erat vnus de quinque Regibus latentibus in spelunca, datis autem duabus vrbibus quarum vtraque vocetur Hebron, stant omnia hæc plane, sed non multum conuenit, quia in diuisionibus ponuntur omnes ciuitates quæ proueniebant cuilibet tribui, non reperitur tamē nisi vnica Hebron in tribu Iuda, in alijs vero nulla. ergo non erant duæ. Item quia quodcumque sacra Scriptura loquitur de Hebron simpliciter loquitur, si tamen essent duæ ciuitates loqueretur cum aliqua connotatione determinante, sicut de Bethoron, quia est duplex Bethoron, & vna vocatur Bethoron superior, & alia inferior. Item non stat quantum ad regem, quia si istæ essent duæ ciuitates, necessario haberēt duos reges, essetque vnus qui in quinque regibus fuerit, & alius qui postea cum ipsa ciuitate in Hebron periret, & illi qui suspensus est, diceremus esse de vrbe Hebron quam cepit Caleb, & alia Hebron quæ postea capta est habuerit alium regem, de quo hic dicitur. sed non stat hoc, quia cum enumerantur reges qui occisi sunt in terra Chanaan, solum ponitur vnus rex Hebron, vt patet infra 12. c. ergo non sunt duæ ciuitates habentes duos reges. Aliter autem dici potest, q̄ Hebron est vnica in terra Chanaan, & ista est quæ cepit Iosue, & quam cepit Caleb postea: sed ista ciuitas habebat duas partes. s. vnam in plano, & illam deleuit Iosue facilliter, erat autem alia pars in altissimo sicut in vrbibus consueuerunt esse castra fortia, & ad illum locum confugerunt aliqui de Hebronitis, & manserunt quousque postea Caleb deleuit eos inde, sic in multis ciuitatibus sit, vt prius magno tempore tradatur plana, quam fortalitia: sic enim in Ierusalem fuit. nam ceperunt Israelitæ urbem, sed non potuerunt accipere montem Syon, qui erat locus altissimus ciuitatis, & ibi magno tempore manserunt Iebusei habitantes. In planis autem locis ciuitatis habitabant Israe-

Hebrō est duplex secundum quosdam.

Auct. rñ.

Hebrō est vnica, & nō plures.

Flita. vt patet infra 15. c. s. Iebuseum autem habitatorē Ierusalem non potuerunt filij Iuda delere. habitauitque Iebuseus cū filijs Iuda in Ierusalem vsque in presentem diē, & postea tempore Dauid pugnatum est contra Iebuseos, & prauales Israelitæ expulerunt eos inde, vt patet 2. Reg. 6. c. Dicit Nicol. dici posse, q̄ hoc fuerit per anticipationem positum, s. q̄ Iosue fecit id, quod dictum est, id est, q̄ concessione eius fecit illud Caleb. Sed non potest stare, quia ista quæ ponuntur hic manifeste repugnant anticipationi, quia dicitur q̄ ascendit Iosue cum omni Israel in Hebron post Eglon, vel de Eglon in Hebrō, necesse est igitur, q̄ ipse de Eglō in Ebron ascendit: si enim attribueretur hoc Caleb necesse est, q̄ ipse ascēderet de Eglō in Hebrō.

Snia Nic. de Lyra.

G Item quia dicitur, q̄ de Hebrō reuertus est Dabira, necesse est igitur pertinere ad idem tempus, & non esse anticipationem. Item quia dicitur, q̄ ascendit illuc cum omni Israel, sed manifestum est non posse intelligi de Caleb, quia ei specialiter tradita est Ebron, & ipse cum familia sua oppugnata expugnauit, sic enim petijt a Iosue, vt daret ei Hebrō, vt si forte Deus adiualet eum, & posset delere habitatores Hebron. non ascendit ergo omnis Israel cum eo, ex quo consequenter inferitur, q̄ Iosue expugnauerit Hebron, & non sit aliqua anticipatio. de hoc tamen quid sit verum vide seq. c. circa si. ibi dicam. *Regem quoque eius.* Idest deleuit etiam Iosue regem Hebron.

Quomodo hic dicitur, quod captus est rex Hebron, cum supra fuerit suspensus. Quæst. XCVII.

DE hoc rege est dubium quomodo accipiat, si essent duæ ciuitates manifestum est, q̄ fuissent duo reges, & planum esset, sed hoc improbatum est. Ideo dicit Nicolaus, q̄ dupliciter potest intelligi de isto rege. Vno modo, q̄ intelligatur de rege, qui die præcedenti fuerat suspensus cum alijs 4. regibus apud urbem Macedam. Alio modo, q̄ intelligatur de nouo rege, s. q̄ filius regis illius mortuo eo assumptus fuerat in regem die eadē, & tunc solum regnauit vna die, vel forte non dimidia, vel si erat per electionem principatus regnatiuus, q̄ populus acceperit sibi regem defuncto alio, & iste in bello mortuus fuerit cum capta est vrbs. Sed hoc non est verisimile, quia vix scirent de morte alterius, cum Iosue venit cum toto exercitu in Hebron. quomodo ergo haberent regem iam nouum? Item non potest stare, quia quamquam ista Hebron sit eadē ciuitas, si tamen esset iste rex alius ab illo, quem crucifixerat Israel apud Macedam cū alijs 4. vt patet supra, duo essent reges Hebron occisi ab Israelitis, sed infra 12. c. enumerantur omnes reges quos occiderunt Israelitæ in terra Chanaan inter quos ponitur solum vnus rex Hebron. ergo non fuerunt duo reges vrbis illius occisi ab Israel successiue. Sed dicendum, q̄ scriptura agit hic de rege illo, qui fuerat suspensus cum alijs 4. regibus, repetiuit tamen hic, quod non fecit in alijs, s. Lachis, & Eglon. *Et omnia oppida regionis illius.* Vocantur oppida terræ illius castra parua, quæ erant apud ciuitates has quas deleuerunt Israelitæ, de quibus supra dicitur, vel vocantur loca non munita, quæ vocantur villulæ infra in diuisionibus terræ Chanaā, & nunquā ponuntur nomina illorum, quia non erant principalia loca. *Vniuersasque animas quæ in ea fuerant commorata.* Idest omnes tam viros quam feminas, magnos & paruulos. Intelligendum est de his qui in planitie habitabant, qui vero manserunt in superiori loco vrbis, s. fortalitia euaserunt, nec curauit Iosue manere cum toto Israel ad expugnationem fortalitijs Hebrō, sed reliquit capta reliqua vrbe, postea magno tempore cui data fuerat.

Determinatio auct.

fuerat ciuitas, expulit inde habitatores fortalitijs. **Nō** reliquit in ea vllas reliquias. s. de his qui habitauerant in plano, quia omnes tam magnos quam paruos occidit, cum ad hoc ex lege obligaretur Deuter. 20. sed de fortalitia, nec tetigit quicquam, nec dimisit reliquias, quia nō potest aliquis reliquias dimittere, nisi q̄ quicquā abstulerit. *Sicut fecit Eglon sic fecit Hebron.* In Eglon oēs occisi fuerant in ore gladij non relictis vllis reliquijs, sic, & in Hebron, quamquam in Eglon non relictū est aliquod fortalitiū, quod postea caperetur sicut in Hebron.

Cuncta quæ in ea reperit consumens gladio. Istud est expositio precedentis, s. q̄ deleuit Iosue in ore gladij oīa quæ erant in Hebron, & non intelligit vtr, quia multa erant in Hebron quæ gladio deleri nō poterant, sicut supellectilia, & cetera inanimata, quæ in partem venere prædantiam, sed de solis animatis quæ gladio cōsumi poterant intelligitur: nec tñ omnia animalia delata sunt, sed soli hoīes. nam pecora & iumenta non fuerunt delata, sed prædanti exercitui prouenerunt in tota terra Chanaan præterquam in Iericho. vt patet 5. 6. quia ibi fuit generale positum anathema. *Inde reuertus in Dabira.* De ista ciuitate, an ceperit ea Iosue, vel post mortem suam fuerit capta, vide seq. c. circa si. ista est alia ciuitas, quæ nō pertinebat ad aliquem regem regibus 5. suspensis supra, quia ibi vbi ponuntur reges occisi ab Israelitis, ponitur rex Dabir per se, & in litera immediate apparet, q̄ regem habuerit, & ista ciuitas aliqui vocatur Dabir aliquando Dabira, quod patet, quia cū hic vocetur Dabira immediate vocatur j. Dabir. & j. 12. vocatur Et Dabir, hoc autem non prouenit ex cōsuetudine Latinorum, sed ex more Hebraici Idiomatis, in quo aliqui sic dictiones varie terminantur, sicut pro Aegypto Hebræi Mizrayn dicunt, siue Mesrayn iuxta literam nostram Gene. 10. c. Aliqñ tñ per additionem vocatur Mizrayma addita vnica litera terminali, & licet hoc apud Hebræos frequentissimum sit, nostra tñ litera raro curauit, quia hoc nō pertinet ad veritatem scripturæ, sed ad modum idiomatis. *Cepit eam atque vallauit.* Oppugnauit, & cepit eam, nam omnes iste ciuitates resistebant quantum poterant, scientes, q̄ et si se spontaneè absque bello traderent, nullum esset eis viuendi remedium, cum Israelitæ obligarentur occidere oēs Chanaanos ex lege. *Regem quoque eius.* Ista ciuitas regem habebat, nam fere quæcumque magna ciuitas Regem habebat, quia hi nō proprie Reges, sed Reguli erant. de rege huius patet j. 12. q̄ vnus de regibus Chanangorum occisus ab Israelitis fuit rex Dabir.

Hieron. diligenter trātulit sacra scripturā ex hebraeo curans de veritate, & non de verbis peccatis.

Et omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Vocantur oppida parua loca quæ erant apud Dabir, sicut nunc sunt rura apud vrbes, aut villulæ, & hæc facilliter capta sunt vel vorantur oppida castra aliqua, vel fortalitia in quibus pauci habitabant, & ob hoc non vocabantur ciuitates.

Non dimisit in ea vllas reliquias. Idest, nec in vrbe Dabir, nec in oppidis adiacentibus reliquit Iosue vllas reliquias, scilicet habitatores superstitēs, nam de animalibus brutis nihil tetigit, quia ista in partem prædantiū prouenerunt.

Sicut fecit Hebron & Lebna. Duæ ciuitates sunt supra positæ quas deleuit Iosue cum omni Israel, nec solū sicut fecit his, sed etiam sicut fecit Maceda, & Lachis, & Eglon: omnibus eadem lex fuit pereundi quantum ad habitatores suos, nec positæ sunt istæ tanquam magis fuerit delictio vrbis Dabir conformis his quam alijs, sed quia voluit aliquas nominare.

Et regibus earum. Harum duarum ciuitatum reges ab Israelitis occisi sunt, sed non perierunt eodem genere mortis, quia rex Hebron suspensus fuit cum alijs quatuor Regibus apud urbem Macedam, de quo lu-

pra. Rex autem Lebna nō fuit de illis quinque, & vulgari suorum morte assumptus est. non poterat ergo fieri Regi Dabir, sicut factum est Regi Hebron, & Lebna, quia tunc necesse erat, vt suspensio periret, & gladio cederetur, quod non stat, sed accipitur in generali comparatio, scilicet, quod factum est, sicut Regi Hebron, & Lebna, & vterque occisus est, rex quoque Dabir occisus est.

Sic fecit Dabir, & regi illius. Quia Dabir cum habitatoribus suis, sicut ceteræ vrbes deleta est, rex eius gladio celsus est.

Percussit itaque Iosue omnem terram montanam. Hic ponitur terra quam deleuit Iosue, nec accipitur de tota terra quam cepit omnibus alijs temporibus, sed solū de terra quam cepit quasi vno impetu, vt infra dicitur. Et ponuntur hic tres differentia, scilicet montana, meridiana, campestris.

Tres diffæ terrarum, s. montana, meridiana, campestris.

Et sciendum, quod quantum ad situm tota terra, quam nunc cepit Iosue erat meridiana, quia in latere meridiano terræ Chanaan erat. quod patet, quia fors meridianus latus tenens fuit fors tribus Iude, omnes tamen hæc ciuitates quæ captæ referuntur hic, sunt in parte Iudæ, vtrunque patet infra decimo quinto capitulo vbi ponuntur omnes istæ ciuitates. Postea autem accipit partem terræ Aquilonaris, cum pugnauit contra reges qui ponuntur sequen. capit. Ista pars meridiana diuidebatur in partem montanam & campestris, quia circa extremitatem erat terra Chanaan montuosa, cum haberet deserta magna in latere, campestris autem terra magis declinabat contra aquilonem.

Poterat alio modo accipi, scilicet, quod meridiana dicitur esse notatio distincta ab alijs duabus, & tunc est sensus, quod istius regionis quam nunc occupauerat Iosue, erant quædam partes meridiane, & quædam non, scilicet Aquilonares, & istarum Aquilonarum erant quædam campestris, aliæ vero montanæ, sed prima expositio est verior, quia tota terra quam occupauerat vsque nunc Iosue erat meridiana, scilicet, circa latus meridianum, cum fuerit in sorte Iuda tota, vt patet infra 15. capitulo. & tamen illa erat meridiana fors, vt patet eodem capitulo. & tunc non distinguitur meridiana contra montanam & campestris, sed est communis, & istæ duæ differunt inter se.

Et Aradocb. Istud potest esse nomen proprium prouinciæ, sicut dicitur regio Basan, vel Argob. vt patet Deuteronom. 3. & in isto sensu litera nostra translata est. vel potest esse nomen appellatiuum, & signat vicinos, vel rura: & est sensus, quod Iosue cepit omnem regionem cum omnibus oppidis paruis, siue ruribus, aut villulis, & in hoc sensu exponunt Hebræi.

Cum regibus suis. Refertur ad istas prouincias quæ habebant reges multos, cum essent in eis multi reges, & fere quilibet ciuitas vnum haberet regem.

Non dimisit in eadem vllas reliquias. i. non dimisit vllas superstitēs de Chanangis habitatoribus terræ illius.

An Iosue dimiserit aliquos superstitēs de Chanangis. Quæst. XCVIII.

Si obijciatur, quia infra 15. dicitur de filijs Iuda, qui non potuerunt delere Iebuseum qui habitabat in Ierusalem, sed inter eos habitauit.

Item de filijs Ephraim dicitur infra 16. capitulo, quod non occiderunt Chanangum qui habitabat in Gazor, sed habitauit tributarius in medio eorum. Idē de filijs Manasse qui Chanangos terræ suæ fecerunt tributarios, vt patet infra 17. capitulo, & habitauerunt inter eos.

Respondendum est, q̄ hoc intelligitur de bellis, q̄ fecit Iosue 3. regionēs, & ciuitates istas Chanangorū, de

de quibus dñs hic in litera, & tunc erat cū eo totus Israel, nec erat facta aliqua diuisio terre, nec reliquebat tunc aliquos de Chananeis in vrbibus quas cepisset, & hoc est nullas manere reliquias. Postea autem diuisa est terra, & quedā ciuitates occupatę adhuc ab hostibus proueniebant cuilibet tribui, & illi de tribu illa pugnabant, & aliqñ subijcientes eos sibi faciebant tributarios, aliqñ autem debebant, & sic intelliguntur de Iuda, Ephraim, & Manasse, quod habetur j. 15. & 16. atq; 17. c. Iosue tñ non sinebat vllas reliquias. *Sed omne quod spirare poterat interfecit.* Id est omne quod viuebat, spirare est spiritum hñe, vel flare: sola autem viuientia spirant, nec tñ oīa viuientia spirant, quia pisces non spirant, cum aqua sit eis, sicut aer attractus est reliquis aīa libus ad pulmonem pp cordis calorem. & est sensus, qđ oēs homines interfecit sunt. De pecoribus aut, & iumentis non intelligitur, quia diuidebantur pugnatoribus. *Sicut præceperat ei dominus Deus Israel.* in non interficiebant Israelitę oēs Chananeos, quia desiderabāt occidere, sed quia iusserat dñs: alioquin aliquos eorum fecissent sibi seruos, & ancillas, alios vero vendidissent in alias nationes. Præceptum huius hñ Deuter. c. 20. l. qđ cum pugnatum fuerit qđ Chananeos qui erāt in terra, quam accepturi erant Israelitę, non possent cū eis aliqđ sedus inire, sed si essent in terra extranea, non occidebāt fēminas, nec paruulos, sed solū viros potentes pugnare aliquo modo. *A Cadesbarne vsque Gazam.*

Pisces nō expirāt, & per consequens non oīa viuientia.

Quanta erat magnitudo terre que capta est, tam secundum longum quam latum. Et Cadesbarne vbi est. Quęst. CXIX.

Hic ponitur magnitudo terre quę capta est, & ponitur primo longitudo, quia Cadesbarne quamquam sit in latere meridiano terre Chanaan in deserto Syn, tñ est circa contactum lateris oriētalīs & meridiani. Gaza autem est circa extremitatem occidētis, quia est in terra Philistin, & sunt oīa oppida ista apud mare magnū, qđ vocatur mare Palesthinorum, id est Philistinorum, vt patet Exo. 23. c. & tñ istud mare est terminus Occidentalis terre Chanaan. vt patet in p̄galle. c. tota ergo longitudo terre captę est inter duo loca hec. De Cadesbarne est sciendum, qđ est in extremitate terre Chanaan in latere meridiano, & est in capite lateris huius, sū coniuñctione lateris meridiani ad latus orientale. quod patet, quia Cadesbarne est in deserto Syn, vnde aliquando vocatur Cades deserti Syn, & aliqñ Cadesbarne. De primo patet Num. 13. & 14. & 20. De secundo patet Deut. 1. & hic, & inf. 13. & 14. Desertum autē Syn est in latere meridiano in principio eius, s. vbi coniungitur latus meridianum orientali, sic patet Nume. 34. l. cum ingressi fueritis terram Chanaan his finibus terminabitur, pars meridiana scipiet a solitudine Syn, & hēbit terminos qđ orientem mare salissimum. Ecce qualiter apud desertum Syn sunt termini orientales terrę illius, & inde incepit Iosue acquirere terram, s. a Iericho qui est circa latus orientale, capud Iordanem & mare salissimum. Gaza est ciuitas vna de quinque principalibus Philistinorum. vt patet r. Regum, ca. 6. & tota terra Philistinorum est apud mare magnum, quod vocatur mare Palesthinorum, id est Philistinorum. Exod. 23. & istud est mare occidētale terrę illius. vt patet supra 1. & Deuter. 11. ca. Specialiter autem de vrbe Gaza, qđ sit apud mare magnum, patet j. 15. vbi cum ponantur confinia eius, s. villulę tuę, & oppida, dicitur, vsque ad mare magnum & torrentem Aegypti. Isti modi terminorum ponuntur Gen. 10. ca. cum dicitur. Factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram vsque ad Gazam, donec ingrediatis Sidoniam, & Gomorrhā Adama, Seboyn, & vsque

F Lesa. Ponitur Sidon in extremitate lateris aquilonaris vbi coniungitur illud latus occidentali. quod patet, qđ Sidon est in littore maris magni, quod ponitur terminus occidentalis Chanaan. Gaza est terminus meridiana in extremitate lateris meridiani, vbi coniungitur meridianum latus occidentali, quia etiam Gaza est super mare magnum occidentale. Sodoma. Gomorrhā sunt in latere orientali, vbi ponitur coniuñctio lateris meridiani & orientalis. Lesa est ciuitas adhuc magis in extremitate lateris meridiani, & confinio orientalis, & ibi coniungitur terre Moab terra Chanaan. *Omne terram Gessen vsque Gabaon.* Ista est mensura sū latitudinem, scilicet accipiendo a latere meridiano versus aquilonem, quia Gessen est meridiana terra. Gabaon autē est magis Septentrionalis, cum sit in sorte Beniamin. vt patet j. 18. & fors Beniamin est magis septentrionalis quam fors filiorum Iuda, cum super fortem filiorū Iudę sit immediate fors Beniamin, & tñ terra quam nunc cepit Iosue, magis est meridiana, cum tota fere sit in sorte Iudę quę est maxime meridiana. vt patet j. 15. non accipitur hic Gessen pro quadam terra in qua habitauerunt Israelitę in Aegypto, quę erat opportuna pastoribus, vt patet Gen. 47. hanc petiuit Ioseph a Pharaone pro patre suo, & fratribus, atq; concessa est. Ista terra de qua hic dicitur erat in terra Chanaan. *Vniuersos reges, & regiones eorum vno cepit impetu.* Id est in terra supradicta fuerunt omnes regiones, & populi cum regibus suis deleti, fere vno impetu, quia nō fuit quies Israelitarum, dum totam istam terram acq̄sierunt. potissime de his ciuitatibus quę hic expressę fuerunt, quia non intercidit aliqua dies mēdia in qua non pugnarent.

Mēsurę terrę capte a Iosue scēdum latitudinem.

Quot ciuitates erant in hac terra a Iosue capta. Et quomodo intelligitur, quod Iosue omnia cepit vno impetu. Et an acquisitio totius terre inter Cadesbarne, & Gazam fuerit ante pugnam contra reges istos. Quęst. C.

SCIENDVM autem, qđ in terra ista cuius magnitudo designatur hic, plures sunt quam sexaginta ciuitates, quia designatur tota longitudo terre Chanaan ab oriente vsque in occidentem, & includuntur fere oēs ciuitates prouenientes tribui Iudę, quę valde multe fuerunt. vt patet infra 15. sed non nominauit hic de captione aliarum ciuitatum scriptura, nisi de his sex, quia istę fuerunt in duobus, aut tribus diebus captę de manu hostium, alię autem maiori successione deletę sunt. Sciendum etiam, qđ nō dicitur hic vno impetu quasi nulla dies quietis intercidit, quia quamquam ad capiēdas istas sex vrbes nulla dies mēdia intercidit, tamen ad capiendum totam hanc terram multi dies fuerunt quietis medię. nam cū fecisset Iosue aliquod bellum, redibat in Galgalam, vbi erat locus castrorū, sicut factum est post bellum qđ Hay, vt colligitur s. p̄ced. quia ibi reppererunt Gabaonitę Israelitas, qñ eos inquisierunt ad confederationem, & post hoc bellū factum etiam redijt in castra ad manendum Galgalę, vt patet infra in litera, sed dicitur vno impetu, quia nō intercidit magna interualla temporum, cum non habitassent Israelitę in aliquibus locis terrę illius, sed quamquam non quotidie pugnarent, semper tamen erant in bellica expeditione manentes in castris. Ideo ex quo ceperit esse in castris parati ad bellum, vsque quo ceperunt habitare per loca quę acquisierant, semper fuit vnum bellum continuum, sicut hostes qui sunt in castris, quamquam non quotidie pugnet, quia tamen sunt dispositi ad pugnam, dicitur semper inter eos esse indefinens bellum.

Ex

Ex quo sequitur, qđ ex eo tpe quo Israelitę transierunt Iordanem venientes qđ Iericho vsq; ad diem quo desierunt esse in castris habitantes diuisim per vrbes, & oppida, fuit vnus impetus belli, quia nunquam cesauerunt ab expeditione bellica, & castris. Et ob hoc dicendum est, qđ non solum fuit iste impetus ex tpe, quo ceperunt pugnare qđ quinque reges, qui conuenerant super Gabaon, & continuato bello pugnauerunt qđ ciuitates supra positas, sed dñs esse impetus iste etiā qđ Iericho, & qđ Hay, & totum tps medium fuit sub hoc impetu. Sciendum etiam, qđ qđ dicitur. c. seq. de pugna Iosue qđ multos reges simul, non est intelligendum, qđ acquisitio totius terre quę est inter Cadesbarne, & Gazā, fuerit ante pugnam qđ reges istos. quod patet, quia reges de quibus seq. c. pugnauerunt qđ Israel immediate, vt fuerant deleti quinque reges, & ciuitates quę nominantur hic, s. 6. vt patet in prin. eiusdem cum dicat, s. quę cum audiuerit Iabin Rex Afor, & refertur ad ista quę facta fuerant de deletione Regum quinq; qđ fuit aliquid subitaneū, & peruenit annūciatio eius ad Iabin regem Afor. ergo post captionem. 6. ciuitatum s. nominatarū mox factum est, sed acquisitis ciuitatibus illis nō erat acquisita tota terra a Cadesbarne vsq; Gazā, in qua magnitudine ciuitates multe sunt. ergo post bellum Israelitarum qđ reges, de quibus seq. c. fuit acquisita maxima pars terre hic dicte. Nisi quis dicat, qđ ciuitates hic noīate fuerunt vltimę in acquisitione totius istius terrę, quę hic designatur, a Cadesbarne vsque in Gazam. Sed non stat, quia non leguntur Iudę aliquā terram ante hac acquisuisse ante has ciuitates, nisi Iericho, & vrbem Hay, vt patet ex processu superiori libri huius, & satis apparet, quia cum acquisissent Israelitę Iericho ascenderunt in vrbem Hay quę satis vicina est. de hoc s. 7. c. postea accepta vrbe Hay, vt patet s. 8. redierunt Israelitę in castra in Galgalam, & ibi venerunt viri Gabaon ad eos, vt confederarentur eis, rupte tñ solum audierant quę fecerat Iosue Iericho, & Hay. vt patet s. 9. c. & post hoc immediate 5. Reges conuenerunt qđ Gabaonitas, qđ confederati fuissent Israelitis vt patet hic, & conuocauerunt Gabaonitę Iosue, qui persecutus est reges illos, & deleuit, atq; die eodē & seq. cepit ciuitates, quę hic hñr. ergo antequam caperentur iste vrbes, nō fuerat capta tota terra a Cadesbarne vsq; Gazam, sed solum Iericho, & vrbs Hay, sed post istas vrbes hic expressas fuit bellū mox qđ Reges, qui hñr seq. c. ergo illud fuit anteqđ complerentur omnia, quę hñr hic. ponit tñ hoc, quia tota acquisitio isto-

rum locorum pertinet ad idem, & de locis acquisitis præter ciuitates sex non erat aliquod bellum ponendum, ideo simul posuit hic, bellum aut quod sequitur ad aliud pertinet, ideo conclusum est s. de captione tota terrę meridianę. *Dominus enim Deus Israel pugnabat pro eo.* id est ideo Iosue cepit totam terram istam quasi vno impetu, quia dñs pugnabat pro eo, s. dando vires Israelitis ad pugnandum, vt patet Deut. 8. & quod maius erat, terrebat hostes eorum, ita vt conuenterentur in fugā, & non possent stare ante Israel. sic patet Exo. 23. l. terrorem meum mittam in p̄cursorum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredietis, cū-ctorumq; inimicorum tuorum teiga vertam. hec fuit causa, vt Iosue ita velociter capere posset tantam terram, s. vt in eadem die 5. Regum exercitū deleteret, eos quoq; capiens, & suspendens: postea vero debellauit tres ciuitates, s. Macedam, & illa capta accepit Lebna, & postea obsedit Lachis, quam Sole occidente nō potuit eadem die capere, sed sequenti. Admirabile enim nobis hoc est, si autem humanis viribus ista agēda forent, non ita cito facta forent. *Reuersusque est cum omni Israel in locum castrorum in Galgalam.* Id est consummatis his redijt Iosue cum oībus bellatoribus in castra Galgalę, nō refertur ad oīa supra posita, s. qđ ceperit Iosue omnem terram a Cadesbarne vsq; ad Gazam. nā hoc magno tempore eguit, sed refertur solum ad captionem ciuitatum suprapositarū sex, quę in paucissimis diebus captę sunt, & immediate in castra Galgalę reuersus est Iosue, vt ibi quiesceret aliquantulum a bellis, cum aut ibi esset, congregati sunt reges de quibus seq. c. & Iosue iuit cōtra eos. Et dñs, qđ reuertus est cum omni Israel. cum toto exercitu Israel. nam non erāt ibi oēs Israelitę, cum fēmine, & paruuli, atq; senes nō uenirent in bellum, sed manebant cum pecoribus, & iumentis, totaq; supellectili in loco alio in Galgalis, & reuertebatur illuc Iosue qđ prius ibi fuisset, qđ ibi manebant fēmine, & senes, atq; paruuli Israel, totaq; substantia eorum, ideo qñ illuc ibāt, erat eis velut si de bello in domos proprias remearent, & postea sumpta ibi paululum quiete, aut ex mandato Dei, vel iudicio suo bellum ceptum repetebant: totum autem vulgus nō mutabat inde locum castrorum, quia ibi erat eis locus conueniens tam pro se. quā pro pecoribus, & iumentis, erantque ab hostilitate diuisi, & sicut fecerūt in bello contra Hay, quia consummato eo redierunt in castra in Galgalam, ita hic fecerunt, & multoties, licet de alijs non repetatur.

Quo intel- ligitur, qđ reuersus ē Iosue cum oī Israel i Galgalā.

Expositionis Literalis Alphonsi Tostati in primam partem Iosue Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc.

Omnes sunt Quaterniones, præter Cc qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

